rabit uſq; ad ſecundum chriſti aduentum : quo qui/
dem tempore chriſtus dominus coniugi ſue eccleſie
per ſpiritus infuſionem ſpiritualiter unitus:imo & p
ſacre euchariſtie ſumptionem corporaliter quodam
modo copulatus filios adoptionis:neq; ex uoluptate
carnis:neq; ex uoluntate uiri:ſed ex deo & ſpiritu ꝓ/
pagare non deſiſtit. Et ipſum tempus eccleſia repre/
ſentat a die pentecoſtes uſq; ad aduentum : quod etiā
tempus in duas ſubdiuiſum eſt partes. In prima qua/
rum agitur de matrimonii conſumatione. In ſecūda
de filiorum propagatione. Ideoq; coniugium chriſti
& eccleſie in principio huius temporis conſumatur.
Primo per ſpirituum unionem : que principalis eſſe
debet. Hoc autem eccleſia repreſentat in feſto pen/
tecoſtes & per octauam:in quo promiſſo ſpirituſan/
cto in filios adoptionis effuſo:membra capiti ſpeciali
compagne connectuntur. Secundo etiam per corpo/
rum copulationem quod eccleſia repreſentat in ſub/
ſequente feſto corporis chriſti uſq; ad eius octauam:
in quo agitur memoria illius uenerabilis ſacramenti
per cuius ſumptionem fideles chriſto etiam corpora
liter coniunguntur. ¶ In ſecundo autem tempore:ui
delicet ab octaua corporis chriſti uſq; ad aduentum
filiorum eccleſie generatio propagatur:quoꝝ: quidā
fuerūt fundatores:ut apoſtoli:qdā edificatores: ut do
ctores:quidā cōſeruatores ut cōfeſſores:quidā defen/
ſores:ut martyres: quidā augmētatores:ut uirgines.
¶ Reliquū itaq; tps quod reſtat in qnq; partes ſubdi
uiſum eſt. Nā primo myſtice figurant filii eccleſie fun
datores. ſ. apoſtoli a feſto corporis xp̄i uſq; ad cal. aſau
guſti. Et hoc ſub typo regum iſrael & iuda : quorum
tunc libri ponuntur:per quos apoſtoli deſignantur:
qui certe principes populorum facti:& a deo ſup om
nem terram principes conſtituti cum chriſto in duo/
decim ſedibus in die iudicii confeſſuri eidem regi re/
gum conregnare creduntur. Nam & mattheus euan/
geliſta in generatione chriſti ſexdecim reges a dauid
uſq; ieconiam ponit:a quibus chriſtus eſt per carnem
editus ſignificantes utiq; duodecim apoſtolos:quoꝝ
duo euangeliſte fuerunt:& alios duos euāgeliſtas:nec
non paulum & barnabam doctores gēium:a quibus
dei filius per euangelium quoad mundi notitiā quo/
dammodo eſt regeneratus. ¶ Secundo figurantur ec
cleſie conſtructores. ſ. doctores a calendis auguſti uſq;
ad calendas ſeptembris ſub figura ſapientiſſimi ſalo/
monis cuius tunc libri leguntur:cuiuſq; uices gerunt
in eccleſia ſancti doctores diuina ſapientia imbuti: ex
quibus tam in grecorum q̄ latinorum eccleſia quat/
tuor principaliores exiſtunt per quattuor libros ſapi
entie deſignati. ¶ Tertio figurantur eccleſie conſerua
tores:uidelicet ſancti confeſſores per totum menſem
ſeptembris. Et hoc ſub figura ſanctorum iob tobie:
eſdre:iudith:& heſter:quorum tunc geſta recolūtur:
confeſſionem & patientiam confeſſorum notantia:q
in tribulatione poſiti mundum carnem & diabolum
triumpharunt. ¶ Quarto figurantur eccleſie defen/
ſores:hoc eſt ſancti martyres per totum mēſem octo
bris:ſub typo ſanctorum machabeorum: quoꝝ tunc
libri leguntur:qui uti ſancti martyres pro fide: ſic &
illi pro dei lege uſq; ad effuſionem ſanguinis uiriliter
decertauerunt. ¶ Quinto figurantur eccleſie augmē
tatores:ſcilicet uirgines per totum menſem nouem/
bris uſq; ad aduentum: & hoc ſub figura propheta/
rum:quorum tunc uaticinia recoluntur:qui ut pluri
mum ſpreto carnali coniugio : in corporis & mentis
integritate domino ſeruientes : aduentum chriſti &
futura tempora per ſpiritum predixerunt. ¶ Nec eſt
mirandum quare doctorum & cōfeſſoꝝ tempus an/
te martyres ponatur:quāuis enim martyres merito
& honore utroſq; precedant:& ideo in ordinibus ſan
ctorum immediate poſt apoſtolos locātur : doctores
tamen quia eccleſie magis utilitati profuerunt: in tē/
pore precedunt:nam ut dictum eſt:doctores fuerunt
eccleſie conſtructores:martyres uero defenſores. Cō/
feſſores autem ideo premittūtur:quia nemo martyr
extitit:qui prius confeſſor non fuerit: quod ſimiliter
& de doctoribus dici poteſt. Ideo enim martyres paſ/
ſi ſunt:quia chriſtū docebant & confitebant. ¶ Opus
ergo preſens in duodecim partes ſiue libellos ad iſtar
duodecim apoſtolorum: quorum prefectus eccleſie
lib rum preſentem incohaui:diuidendum fore diſpo
ſui. ¶ In primo libro agetur de feſtiuitatibus ſancto/
rum occurrentibus infra tempus in quo eccleſia re/
preſentat nuptiarum chriſti per tractationem & col/
locationem:quod eſt ab aduentu domini uſq; ad na/
tiuitatem. ¶ In ſecundo agetur de feſtis que occurrūt
infra tempus in quo eccleſia repreſentat mutui con/
ſenſus obligationem & contractationem : quod eſt a
natiuitate uſq; ad ſeptuageſimam. ¶ In tertio de illis
que occurrunt infra tempus repreſentans ſponſe ſub/
arationem & deſponſationem:quod eſt a ſeptuageſi/
ma uſq; ad paſcha. ¶ In quarto die his que occurrūt
infra tempus repreſentans ſolennem ſponſe trāſdu/
ctionem & dotationem:quod eſt a paſcha uſq; ad pē/
tecoſten. ¶ In quinto de his que occurrunt infra tem
pus repreſentans matrimonii conſumationem & cō
firmationem:a pentecoſte uſq; ad octauam corporis
chriſti. ¶ In aliis quinq; libris agetur de feſtis occurrē
tibus infra tempus repreſentans liberorum genera/
tionem & propagationē. ¶ Ita q; in ſexto libro ageſ

de feſtis occurrentibus infra tempus repreſentans fi/
lios eccleſie fundatores ſcilicet apoſtolos ab octaua ſci
licet corporis chriſti uſq; ad calendas auguſti. ¶ In ſe
ptimo agetur de feſtis que ueniunt infra tempus re/
preſentans filios eccleſie conſtructores ſcilicet docto/
res per totum uidelicet menſem auguſti. ¶ In octauo
de feſtis que ueniunt infra tempus repreſentans fili/
os eccleſie conſeruatores ſcilicet confeſſores per totū
ſcilicet menſem ſeptembris. ¶ In nono de his que ue
niunt infra tempus repreſentās eccleſie defenſores ſci
licet martyres per totum uidelicet mēſem octobris.
¶ In decimo de his que ueniunt infra tempus repre/
ſentans eccleſie augmentatores hoc eſt uirgines ſcili/
cet per totum menſem nouembris uſq; ad aduentū.
¶ Hoc addito: q; quia multorum ſanctorum feſta: q
bus diebus per annum occurrant inuenire non ualui
quorundam ex eis geſta aliquorum ſanctorum feſti/
uitatibus ſubieci: prout mihi congruētius uiſum fu/
it ex aliqua ſimilitudine uel attinentia precedētis aut
ex nominis equiuocatione: utpote ſancti iuliani ceno
manenſis feſto: cui ſubiiciuntur acta plurium eiuſdē
nominis ſanctorum: quorum feſtiuitates neſciuntur
aut ex aliqua temporis congruitate: utpote geſta pa/
trum omniū prime etatis: quorum dies ignoti ſunt:
que ſeptuageſime applicantur: quia tunc eorum tem
pora ab eccleſia leguntur: & ſanctorum ſecunde eta/
tis que ſexageſime ſubiiciuntur: quorum etiam acta
tunc ab eccleſia recoluntur. ¶ Et notandum q; aduē/
tum domini & cetera feſta mobilia ut eſt paſcha cū
precedentibus & ſubſequentibus dependentibus ab
eadem: qualia ſunt ſeptuageſima & ſexageſima quin
quageſima quadrageſima paſſio domini aſcēſio &c.
quia in calendariis ſedem certam non habent: ſed di/
uerſimode contingunt: iuxta quod mihi melius ui/
ſum fuit: certis diebus appoſui. Nam ut feſtum ſancti
andree: quod eſt primum in officiis aduentui conti/
netur: Iccirco aduentum domini tertio calendas de/
cembris: hoc eſt in uigilia ſancti andree locaui. Reſur
rectionis uero dominice diem ſexto calendas aprilis
poſui: eo q; ad litteram tali die dominus reſurrexit: &
per conſequens omnia feſta a die paſche dependentia
tam precedentia q̄ ſubſequentia illis diebus locanda
decreui: quibus eo anno contigiſſent: quo dominus
ad litteram paſſus eſt: ſi tunc temporis celebrata fuiſ/
ſent. ¶ In undecimo uero huius uoluminis libro illo
rum ſanctorum geſta deſcribentur: quorum dies fe/
ſtiui penitus ſunt ignoti: & quorum legende in aliq̄
ceterorum librorum parte nequiuerunt commode
collocari: aut illorum qui forte per obliuionem quā
humana fragilitas euadere plerumq; non ualet: ſuis
locis ponendi forent omiſſi: uel eorum etiam quoꝝ
legende poſt ceptum opus de nouo apparere contin/
gerent: quod propter numeroſitatem ſanctorum fa/
cile ſatis eſſet. ¶ In duodecimo uero & ultimo' libro
tabula totius uoluminis ſupponetur: in qua ſanctoꝝ
omnium per alphabetum nomina conſcribentur: &
ubi reperiri debeant: quo ſcilicet libro uel capitulo de
ſignata: ut facilius: quod quiſq; optauerit eidem oc/
currat: ſicq; totius p̄ſentis catalogi materia cōcludet.

¶ Explicit diuiſio totius uoluminis.

¶ Prologus libri primi.

PRimus ergo liber huius catalogi cōtinet
ſanctorum geſta: quorum feſtiuitates oc/
currunt infra tempus: in quo eccleſia re/
preſentat chriſti ſponſalium collationem
& tractationem: quod fuit ab adam uſq; ad filii dei
natiuitatem. Et hoc tempus eccleſia pretendit ab ad/
uentus initio uſq; ad diem natalis dominici in perſo/
nam patrum & prophetarum chriſtum uenturum
prenuncians: & aſſiduis clamoribus depoſcēs. Quat/
tuor uero dominicis ipſe aduentus celebratur: eo q;
tractatus ipſarum nuptiarum quattuor modis pre/
ceſſerunt. ſ. per legis naturalis inſpirationem: per indi
ctam patribus circūciſionem: per impoſite legis ſcri/
pte collationem: & per afflictam prophetie teſtifica/
tionem. ¶ Primum tēpus fuit ab adam uſq; ad abra/
ham decurſu duarum etatū: in quo tempore lex na/
turalis homines docebat de duobus. ſ. q; honeſte ui/
uerent: & proximum non lederēt. Hoc autem in pri/
ma hebdomada figuratur: eo q; in dominicali epiſto
la mandata legis naturalis continentur. Dicendo enī
apoſtolus: In die honeſte ambulemus: nō in comme/
ſationibus & ebrietatibus: non in cubilibus & impu
diciis: docet honeſte uiuere. Et ſubdendo: non in cō/
tentione & emulatione: admonet proximum nō of/
fendere. ¶ Secuudum fuit ab abraham uſq; ad moy/
ſen decurſu tertie etatis: in quo tempore circūciſio pa
tribus indicta dei populū a gentilibus ſuperauit. Hoc
uero in ſecunda hebdomada pretenditur: ubi paulus
in epiſtola dominicalis dicit: chriſtum ieſum mini/
ſtrum fuiſſe circūciſionis ad euacuandas promiſſio/
nes patrum. ¶ Tertium fuit a moyſe uſq; ad dauid
decurſu quarte etatis: in quo tempore lex ſcripta ad
bene uiuendum hominibus collata fuit: cuius lator
& miniſter extitit moyſes. Hoc autem etiam in tertia
hebdomada oſtenditur in qua paulus in epiſtola do/
minicali in perſonam moyſi dicit. Sic uos exiſtimet
homo ut miniſtros chriſti & diſpenſatores miniſte/
riorum dei: uidelicet legis ſcripte. ¶ Quartum fuit a
dauid uſq; ad chriſtum decurſu quinte etatis: in quo
tempore prophetia ſanctis uatibus inſpirata chriſtū
affuturum & propinquum perſonabat: & futura tē/
pora predicebat. Hoc etiam declaratur in quarta heb
domada: in qua in epiſtola dominice apoſtolus in p/
ſonam prophetarum dominum eſſe prope cum gau
dio quodammodo prophetizat. Ad huius ergo tem/
poris feſta deſcribenda procedamus.

Finis prologi.

VENITE·BNED
ITI
ITEMALEDI
TI

¶ Reuerendiſſimi pris & domini petri de natalibus uenẽ/ti epiſcopi eqlini cathalogi ſanctoꝝ opus feliciter icipit.
¶ Liber primus ab aduẽtu domini uſq; ad eius natiuitatẽ.
¶ De aduentu domini in carnem. Cap. .I.

Duẽtus domini generalis duplex ab eccleſia colit. Primus ad ſaluã/dum. Secundus ad iudicandum. Primus de preterito celebrat. Se/cũdus de futuro formidatur. De primo luc. xix. Venit filius homi/nis querere & ſaluũ facere: quod perierat. De ſecundo Iſa. ii. Domi nus ad iudicium ueniet cũ ſenato ribus populi. ¶ Aduẽtus ergo in carnẽ: qui fuit ad ſaluandũ quat/tuor agitur ſeptimanis: propter cauſam ſuperius aſſignatã: quia ipſum aduentum chriſti p̃ceſſe rũt legis naturalis inſpiratio: cir/cunciſionis indictio: legis ſcripte impoſitio: & prophetie atteſtatio: que omnia in quattuor dominicis ut ſupius ponit figurat. ¶ Cir/ca aduentũ aũt ad ſaluandum duo uidẽda ſunt. ſ. aduenientis oppor/tunitas: & aduentus utilitas. Opportunitas oſtẽdit: Primo ex parte hominis: qui conuictus fuit: primo de malitia tempore legis naturalis: quia cũ ipſa lex iuberet proximum nõ ledere: primogenitus ade caim abel fratrem innocentẽ occidit. Secũdo de ignorãtia tempore circunciſionis: quãdo uidelicet homo idolatrans in peſſimos erro/res decidit: nam & tunc tẽporis idolatria incepit. Tertio de impoté tia tẽpore legis ſcripte: que qdem lex iugũ importabile & mandatũ homini fragili ipoſſibile impoſuit. Opportune ergo filius dei ue/nit: quãdo homo de malitia: ignorantia: & ipotentia conuictus fu/it: ne ſi anteueniſſet: homo medicine gratus nõ fuiſſet. Ipſe etiã ue/niens ſua potentia hominis impotentiam ſubleuauit: ſua ſapientia ignorantiã illuſtrauit: ſuaq; gr̃a malitiã expugnauit. ¶ Secundo ex

parte temporis: quia ubi uenit plenitudo tēporis misit deus filiū suū &c. gal. vii. quod qdē tēpus adipletū fuit p q̄ttuor p̄missa: q̄ aduētū dominicū p̄cesserunt. Cū enim uidit dei filius hominē nec lege nature: nec nec circūcisionis signaculo nec lege scripta: nec ꝓphetaꝝ oraculis a peccato liberari posse: descēdit cōferre gratiā: in qua nos deo gratificans a peccato redemit. Tertio ex parte uulneris & morbi uniuersalis. Nā cū morbus erat uniuersalis opportunū fuit uniuersalē adhibere medelā. Etenī ante aduentū christi eramus ignorātes siue ceci: penes eternis obligati: serui diaboli: mala peccati cōsuetudine uincti: in tenebris obuoluti: exules a patria epulsi. Ideo egebamus doctore: redemptore: liberatore: eductore: illuminatore: & saluatore. Hec aūt oīa in. vii. antiphonis maioribus habent, que cantant ante xp̄i natiuitatē ostendunt. In prima dicit: ueni ad docendū nos uiā prudentie. In secūda ueni ad redimendū nos in brachio extēto. In tertia: ueni ad liberandū nos iam noli tardare. In q̄rta: ueni & educ uinctum de domo carceris &c. In qnta: ueni & illumina sedētes in tenebris &c. In sexta: ueni salua hominē: & hoc in personam gentiū: qa illa antiphona īcipit O rex gentiū. In septima uero clamat ꝓ salute iudeoꝝ: qbus deus dederat legem: ideo incipit O emanuel rex & legifer noster. & infra: ueni ad saluā dū nos &c. ¶ Vtilitas aūt īpius aduētus patet luc. vii. ubi se missum testat dicēs. Spūs domini sup me &c. Ad pauperꝝ consolationē. Ad contritoꝝ sanationē. Ad captiuoꝝ liberationē. Ad īdoctoꝝ īstructionem. Ad peccatoꝝ remissionē. Ad humani generis redemptionē. Et ad meritorum retributionē. Hec oīa originaliter ꝓphetantur de xp̄o Isa. lxi. ¶ Augustinus aūt ponit alias utilitates dicēs: q̄ christus more mercatoris ueniēs dedit & accepit. Accepit: quod hic abundat .s. nasci: mori: & laborare: dedit renasci: resurgere & ī eternū regnare. ¶ Bernardus insuper ponit tres utilitates supra tactas dicens: q̄ necessarius fuit nobis saluatoris aduentus: ut in nobis per fidem habitans illuminet cecitatem nostram: & nobiscum manens adiuuet īfirmitatē nostrā: & pro nobis stans ꝓpugnet: & purget iniquitatem nostram.

¶ De aduentu domini ad iudicium. Cap. II.

Aduētus domini ad iudicium: sicut & aduentus in carnem quattuor agitur septimanis eo q̄ & ipsum aduētum sicut & primum quattuor tēpora precedere debent. ¶ Primū fuit tempus apostolorum: in quo fuit persecutio iudeorum: qui christū ecclesie caput primo in scipso deinde in suis apostolis persecuti sunt: & durauit usq; ad tempora neronis imperatoris. ¶ Secundum fuit tempus martyrum: in quo fuit persecutio paganorum a nerone primo christianorum persecutore usq; ad Constantinum augustum. ¶ Tertium fuit tempus doctorū: in quo fuit persecutio hereticorum a Constantino imperatore usq; ad carolum magnum. ¶ Quartum est tēpus confessorum in quo ad presens sumus a carolo magno usq; ad antichristum. Et notandum: q̄ eccle sia in aduentu domini quedam cantica letitie canit: ut alleluia: & hoc propter primi aduentus consolationem: quedam uero deponit: ut te deum laudamus & gloria in excelsis propter secundi aduentus trepidationem. ¶ Circa secundum aduentū duo uidēda sunt. s. antecedentia iudiciū & comitātia. Antecedētia sunt tria. s. signa terribilia: antichristi fallacia: & ignis uehemētia. Signa terribilia ponunt luc. xii. Erunt signa in sole &c. quod apoca. vi. declaratur. Sol factus ē niger tanquam saccus cilicinus: & luna facta est sicut sanguis: & stelle celi ceciderunt super terram: quod ad litteram de eclipsi solis & lune: & de super abundantia intelligi potest: uel metaphorice de imperio romano eclipsato: & ecclesia sanguine innocentium maculata: & de predicatoribus de celo ecclesie cadentibus propter errores potest exponi. ¶ Hieronymus autem in annalibus hebreorum inuenit quindecim signa iudicium precedentia: sed utrum continua an interpolata non expressit. Prima die mare se eriget .xl. cubitis super montes stans in loco suo quasi murus. Secunda die tantum descendit: q̄ uix possit uideri. Tertia marine belue apparentes super mare dabunt mugitus usq; ad celum. Quarta ardebit mare & aqua. Quinta arbores & herbe dabunt rorem sanguinis uolatilibus congregatis in campis. Sexta ruent edificia: & flumen ignis ab occasu usq; ad oriens contra celum exurget. Septima petre ad inuicem collidentur & scindentur. Octaua erit generalis terremotus: ita ut nullum animal stare possit. Nona montes solo equabuntur. Decima exibunt homines de cauernis & uelut amentes ibunt: nec loqui poterunt. Vndecima ossa mortuorum super sepultura colligentur. Duodecima stelle ex se igneas comas emittent: animalibus cunctis in campis spentenus congregatis. Decimatertia morientur uiuentes: ut cum mortuis resurgant. Decimaquarta ardebit celū & terra. Decimaquinta fiet celū nouū & terra noua: & resurgēt oēs. ¶ Antichristi aūt fallacia fiet q̄ttuor modis. Prīo p callidā suasionē & falsam scripturaꝝ opinionē. Nitet enim ex scriptura ostendere se messiā in lege ꝓmissum: & legē xp̄i destruere. ps. Cōstitute dominē legislatorē super eos. Glosa. i. antichristū legis praue latorē. Secūdo p miraculoꝝ opationē. secūda thes. ii. Cuius aduētus secūdū opationē sathane in oībus uirtutibus & signis & ꝓdigiis mendacibus. Tertio p donoꝝ largitionem. dan. xiii. Dabit eis potestatem ī multis: & terrā diuidet gratuito: quod glosa de antichristo exponit. Quarto p tormētoꝝ illationē. dan. viii. supra q̄ credi pōt: uniuersa uastabit. ¶ Ignis autem uehemētiā dominus p̄mittet. Primo ꝓpter mūdi innouationē: qa purgauit & renouabit elementa. Secundo ꝓpter hominū purgationē: ut sit tunc bonis uiuentibus in locū purgatorii. Tertio ꝓp maiorē

malorꝫ damnationē & ſanctorum illuminationem: quia ſecundū baſil. Deus facta mundi purgatione in igne illo diuidet calorem a ſplendore: & totū caloré mittet ad regionem damnatorum: ut amplius crucientur: & totū ſplendorem ad regionem bonorum: ut amplius iocundentur. ¶ Concomitantia autē iudicium erunt octo. Primum eſt diſceptatio iudicis. Ioel. iii. Congregabo omnes gentes in uallé ioſaphat: & diſceptabo cū eis: ſtatuet enim oues a dextris hedos autem a ſiniſtris: & cum eis diſceptabit: ut dicitur matth. xxv. ¶ Secundum eſt differentia ordinis nam in iudicio illo: Quidam iudicantur & pereunt: ſicut mali chriſtiani quibus dicetur. Eſuriui: & non dediſtis mihi manducare &c. Quidam non iudicantur: & pereunt: ſicut infideles: de quibus dicitur: qui non credit: iam iudicatus eſt. Quidam iudicantur & regnant: ſicut iuſti quibus dicetur. Eſuriui: & dedidiſtis mihi manducare. Quidam non iudicantur: & regnant: ſicut apoſtoli quibus promittitur: ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus iſrael. i. iudicanti aſſiſtentes & ſententiam approbantes: & hoc fiet eis: propter ipſorum honorem: propter ſententie confirmationem: & malorum reprobationé. ¶ Tertium erit inſignia paſſionis. ſ. crux: claui: & cicatrices in corpore: unde cantat eccleſia: hoc ſignū crucis erit in celo cum dominus ad iudicandum uenerit: & hoc faciet chriſtus ad oſtenſionem ſue uictorie: ut oſtendat ſigna: in quibus triumphauit. Ad declarationem ſue miſericordie: ut oſtendat qualiter boni miſericorditer ſaluantur. Et ſue iuſtitie: ut oſtendat qualiter praui iuſte damnantur. ¶ Quartum erit ſeueritas iudicantis: non enim flectetur timore: cum ſit omnipotēs: nec odio uel amore cum ſit iuſtus: nec errore: cū ſit ſapientiſſimus. ꝑs. Deus iudex iuſtus fortis & patiens. i. ſapiens: quia qui patiens eſt: multa gubernatur ſapientia. ¶ Quintum erit accuſatio horribilis: habebit enim homo accuſatores. Primo diabolum. apoca. xii. Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum &c. Secundo proprium uitium ſapi. iiii. Veniēt in cognitionem peccatorum ſuorum: & traducent illos ex aduerſo iniquitates eorum. Tertio totum mūdū. Gregus Si queris quis te accuſet: dico totus mūdus: qui offenditur creatore offenſo. ¶ Sextum erit teſtis infallibilis: habebit enim peccator tres teſtes unum ſupra ſe: ſcilicet deum qui eſt iudex & teſtis. hieremie. xxix. Alium intra ſe: ſcilicet propriam conſcientiam. Tertium iuxta ſe: ſcilicet proprium angelum. ¶ Septimū erit artatio peccatoris: de quo Gregorius Latere inquit erit impoſſibile: apparere intolerabile. ¶ Octauum erit ſententia irreuocabilis. Nā tribus ex cauſis appellatio non recipitur. Primo propter iudiciis excellentiam: unde non appellatur a ſententia pape uel imperatoris: quia non habet ſuperiorem. Secundo propter criminis euidentiam. Nam in crimine notorio non poteſt appellari. Tertio propter rem non differendam: ut eſt in ſententia capitali: que non exigit dilationem: ſed ſtatim exequitur. Propter hec tria xp̄i ſententia irreuocabilis erit: quia nec ſuperioré habet: & omnia ibi notoria erūt: & nihil quod ibi agetur: dilationem patietur. Omnia enim fient in momento: in ictu oculi &c.

¶ De aduentu domini in ſpeciali. Cap. III.

Aduētus domini ſpecialis duplex eſt. Primus in mēte ad ſanctificādū: de quo Ioan. xiiii. Ad eū ueniemus. & māſioné apud eū faciemus. Secundus in morte ad p̄miādū: de quo luc. xii. Et uos eſtote parati: qa q̄ hora nō putatis filius hois ueniet. Horꝫ duorꝫ aduētuū feſta q̄uis ab eccleſia nunq̄ commemorent a pluribus tamen deuotius frequentiſſime recoluntur.

¶ De ſcis ſaturnino & ſiſinno martyribus. ca. IIII.

Saturninus & ſiſinnius martyres Rome paſſi ſūt ſub maximiano ip̄atore: q rediés de ptibus aphrice dū oés chriſtiāos ad afflictionē laboris compelleret ad thermas edificādas ad fodiēdā harenā. & ſaturninus iā ſenex ſarcinā ferre nō poſſet: ſiſinnius & cyriacus diacones marcelli pape eū iuuabāt: ut dicet ifra in paſſiōe marcelli. xxvii. caléd. febr. Quod dū maximiano nūciatū fuiſſet: iuſſit eos teneri in carceré a lauditio p̄fecto: q eos. xvii. diebus carceri mācipauit. A qbus multi paganorꝫ cōuerſi ſūt. Deīde p̄fecto p̄ſentati ſaturninus ſenex & ſiſinnius diaconus dū idola ſibi oblata cōminuiſſent: cōuerſi ſunt duo milites papias & maurus: tūc lauditius iuſſit ſaturninū & ſiſinninū in eculeo leuatos attrahi: neruis & fuſtibus & ſcorpiōibns cedi. Papiā uero & maurꝫ ſe xp̄ianos p̄fitentes ora lapidibus ceſos carceri trudi fecit. Saturninū uero & ſiſinniū eculeo depoſitos decollari mādauit: q ducti uia mumētana miliario ſecundo ab urbe capite ceſi ſunt: quorꝫ corpa tarſon cū loāne p̄ſbytero ſepelierunt in predio ſuo uia ſalaria uetere. iii. calen. decembr̄.

¶ De ſancto ſaturnino ep̄o & martyre. Cap. V.

Saturninus ep̄s & martyr ab apoſtolorū diſcipulis ordīatus eſt. q primus ep̄s tolo ſane urbi directus xp̄m p̄dicauit: & dū ſepius iuxta capitoliū quod iter domū ſuā & eccleſiā ſitū erat: iter ageret: demōes a reſpōſis ceſſabāt. Quod dū gētiles uirtute ſcī fieri cognouiſſent: ſaturninū cōprehēſum in arce capitolii ſtatuūt cōpellētes ad īmolādū: q dū niſi uni deo ſe īmolatuꝫ aſſereret: funē ab uno capite tauri latera alligantes: q ad immolandum ductus fuerat: ab alio uero pedes ſancti uincientes ſtimulatum taurum perſcalas precipitant. Qui ſanctum ſibi alligatum poſt ſe trahens per capitolii gradus eliſo capite cerebroq; excuſſo chriſti martyré fecit. Cuius corpus occulte propter metum gentilium due chriſtiane femine ſepelierunt: quod poſtmodum a ſucceſſoribus ſancti. martyris honorifice tumulatum eſt: paſſus eſt autem tempore decii. iii. calen. decembr̄.

¶ De ſancto amos egyptio abbate. Cap. VI.

AMos egyptius floruit tpe Cōſtantini magni: de quo refert Sozomenus prīo hiſtorie triptite: q̄ iuuenis ipe parētibus cogētibus duxit uxorē: nec tamē eā. exptus fuit. Nā prīo die nuptiaꝝ ſolus cū ſola i thalamo: dū ſibi uirginitatē laudaret eā ad uirginitatē ſeruādā iduxit: unde & ābo uirginitatē uouētes i ſingulis cubilibus ſepatī dormierūt annis. xviii. demū cōi uoto abiuicē diuiſi ſunt: ipeq̄ mulieri domū ꝓpriā conceſſit & ad eremū ꝓperauit. Atq̄ in mōte nitrie. xxii. annis pmānſit eremiticā uitā ducēs: de quo refert Hieronymus i uitis patꝝ: q̄ apud thebaidē fuerit pr̄ triū miliū monachoꝝ. Dū aūt amos cū diſcipulo ſuo theodoro iter agēs ad flumē deueniſſet: dū alter altꝝ nollet nudū uidere mādauit diſcipulo ad horā ſecedere. Et dū ſe ipſum etiā nudū uidere paueret: diuina uirtute ad aliam ptē fluminis trāſlatus eſt. De quo diſcipulus trāſiens miratus: qa nec ueſtē nec pedes ifuſos haberet ad uertit miraculū: adiuratus a magro: ut illud q̄diu uiueret nemini reuelaret. Hic filiū hoīs q̄ boue rapuerat: quē canis radicibus momorderat: poſtq̄ pr̄ boue reſtituit a morſu canis rabidi liberauit. ¶ Dū aūt latrones panē quo ueſcebat eidē auferrēt: duos dracones eductos ex antro ad cuſtodiā celle miſit. Sed uenientes fures & dracones uidētes p timore q̄ſi mortui ceciderūt: quos ipe exiēs cōfortās erexit & ad penitētiā ꝓuocauit: optimoſq̄ cūctorum monachos effecit. ¶ Eodē etiā tpe dū draco alius īmanis regionē uaſtaret: & multos pimeret: oblatū ſibi pueꝝ ex ſolo uiſu beſtie extinctū ſuſcitauit: & draconē oratiōe de antro eductū: in duas ptes diſcerptū occidit. Cuius animā cū gloria ad celū tendētē antonius abbas longe poſitus uidit & diſcipulis nūciauit: notatoq̄ die & hora reptum eſt amonem eodem tempore a corpore migrauiſſe: quieuit in chriſto die. iii. cal. decembris.

¶ De ſancto paſnutio abbate. Cap. VII.

PAſnutius abbas eremi cultor ultimiq̄ deſerti in regiōe heraclee: cū eēt angelice uite orauit deū ut ſibi reuelaret cui ſanctoꝝ bene uiuētiū ſimilis haberet. Cui angelus reuelauit: q̄ ſimilis ipe eēt ſymphoniaco cuidā in ciuitate cātādo uictū q̄rēti. Ad quē ſcūs admirās acceſſit: & eū reptū ſecreto de ſua uita q̄ſiuit. Qui reſpōdit ſe fuiſſe pdonē: & ex illo ſtatu ad officiū ioculatoris ueniſſe: nihilq̄ ſibi bōi cōſciū: niſi q̄ aliq̄do uirginē deo cōſecratā a ſe & collegis raptā: dū ceteri deflorare uellēt ab eis eripuit: & noctu eā domū itactā reduxit. Et alia uice mulierē ꝓfugā in eremo reptā: dū quo tēderet q̄ſiuiſſet: & illa uiꝝ cū filiis ꝓfiſcali debito carcera

tos & flagellis afflictos reſpōdiſſet ſe etiā eadē cā perquiri ob idq̄ fugere triduo: ſine cibo: pacto aſſereret ipe illā ad antꝝ ſuū ducēs refecerat: & trecentos ſolidos pro uiri & filioꝝ redēptione ſibi dederat. Que illo pcio dato uiꝝ & filios de carcere eduxerat: quod audiēs paſnutius & nihil ſe tale feciſſe ꝓteſtās dū ſibi a deo reuelata hoī retulit: ille abbatē ad eremū ſecutus in melius uitā mutauit. Cuius animā ab angelis i celū deferri poſt modicū tēpus ſanctus cōſpexit paſnutius. ¶ Iteꝝ idē quod prius q̄rens a deo ſibi reuelari p angelū edocet ſe fore ſimilē tali primario ciuitatis. Ad quē ſanctus ueniens cūq̄ de ipſius ſanctitate ſecrete reqrens dixit ille ſe habere uxorē cū qua annis triginta cōtinuerat eāq̄ nūq̄ niſi affectiōe ſobolis primis tēporibus cognouiſſe: ex qua tribus ſuſceptis filiis abinde in caſtitate pmanſerāt: hoſpitē nunq̄ dimiſerat: nec pauperē ſine cibo uel alia ſtipe licētiauerat: contra iuſtitiā nunq̄ iudicauerat: & diſcordes pro uiribus ad concordiā reduxerat: que audiens paſnutius reuelata ſibi a deo narrat. Illeq̄ relicto ſeculo abbatē ad eremum ſecutus eſt: uenienteſq̄ ad fluuiū ꝓfundū tranſierunt ita ut nuda uix genua pertīgeret. Cui dū ſanctus cellam in eremo deſignaſſet: illeq̄ ad uite perfectoris apicem aſcendiſſet poſtmodū anima illius ad celos deferri ab angelis eidē patri reuelat. ¶ Paſnutius uero bis a deo petita: tertio queſiuit. Cui reuelatur ipm eſſe ſimilem mercatori ad ſe uenienti. Cui ſupra occurrēs nullo ab eo amplius q̄ſito uiſa & audita narrauit. Iſq̄ ſtatim per famulos mandato ut merces ad urbē delatas & cetera ſua bona pauperibus erogarent: cū abbate manſit in eremo: qui etiā breui tēpore ad celeſtia migrauit. Paſnutius uero in extremis cōſtitutus: admonuit frēs: neminē ēt peccatorē uel cuius uis ſtatus conténēdum p̄miſſas tres referēs uiſiōes: q ēt in pace qeuit. iii. cal. decēbris uidētibus p̄ſbyteris & frībus aīam eius i celū ab āgelis ſubleuari.

¶ De ſancto Andrea apoſtolo. Cap. VIII.

ANdreas apoſtolus filius Ioānis & frater Simonis petri de ciuitate Bethſaida galilee: qui primo fuit diſcipulus Ioānis baptiſte tribus uicibus a domino uocatus eſt. Primo ad ſui noticiā: quando uidelicet audiuit a Ioanne de xp̄o. Ecce agnus dei: & cum alio diſcipulo ſecutus ieſum: uidit ubi manebat: & manſit apud eū die illo: inueniēſq̄ fratrem ſuum Simonē adduxit ad ieſum. Secundo ad ſui familiaritatē: quādo. ſiuxta mare genesareth turbis cōcurrentibus: chriſtus intrauit na

uem Simonis:& capta multitudine piſciū : uocatiſq; Iacobo & Ioāne ſecuti ſunt ieſum. Tertio ad ſui diſcipulatū:quādo ambulans Ieſus iuxta mare galilee petrum & Andreā de piſcatione uocauit: ꝓmiſſo ſibi q; fierent hominū piſcatores:qui relictis retibus ſecuti ſunt eū:eiq; de cetero adheſerūt. ¶ Poſt aſcenſionem domini diuiſis diſcipulis Andreas apud achaiā p̄dicans multos ad fidem chriſti cōuertit:& eccleſiis pro uinciam repleuit. Et dū quidā nobilis iuuenis inuitis parentibus apoſtolo adheſiſſet:parētes domū in qua morabatur cum apoſtolo ſuccenderunt:ſed puer iuſſu apoſtoli tectū aſcēdens:& aquā ampulle ſup ignes ſpargens flāmas extinxit:& dum illi per ſcalas ad eū uellēt aſcendere:ſubito excecātur multiſq; cōuerſis: parentes iuuenis poſt dies qnquaginta defuncti ſunt. ¶ Vxor cuiuſdā homicide parere nō ualēs:ſed in partu periclitans:ſororem ad deā ſuam dianā placandā miſit. Idolum uero ſorori reſpōdit q; eā iuuare nō poterat:monuitq;:ut Andreā apoſtolum ꝓ auxilio adiret. Ad quā uocatus apoſtolus eā primo de idolatria redarguit:deinde pro ea orauit:illaq; mox fetū mortuum emittens liberat:& baptizatur. ¶ Senex quidam nicolaus uenit ad apoſtolum:dicens ſeptuagintā annis quibus uixerat cōtineri nō potuiſſe:ſed ſemper luxurie deſeruiſſe. Et q; aliquando ad carnis concupiſcentiam refrenandā euangeliū ſuper ſe ferebat:& dum lupanar intraſſet oblitus euangeliū deponere:audiuit a meretrice:q; uidebat ſuper eum mirabilia:que etiā ſe ab illo tangi non permiſit. Pro quo dū apoſtolus a tertia uſq; ad nonam ieiunus oraſſet:& ſe non comedere uouiſſet:niſi deus peccatori ſubueniret:poſt quinq; dieꝝ abſtinentiā audiuit ſe obtinuiſſe pro ſene. Sicq; apoſtolus Nicolao penitētiā ſex mēſes in pane & aqua impoſuit: qua pacta ſenex in domino feliciter expirauit. ¶ Dum iuuenis chriſtianus & pulcherrimus a matre laſciua de crimine nephando attemptatus fuiſſet:illeq; flagitium execrareť:mater in iuuenē crimē retorxit:& cum iudici accuſauit: qui dum apoſtolum in ſuū patrociniū aduocaſſet:Iudex iratus pueꝝ in ſaccū pice linitū iuſſit mitti : & in flumine iactari:andreā uero qui pro eo interceſſerat in carcerem mitti:ſed orante apoſtolo tonitruo terribili & terremotu facto:omnibus exterritis mulier a fulmine pcuſſa interiit:iuueniſq; mortem euaſit : & iudex cum multis fidē chriſti ſuſcepit. ¶ Cū apud niceam ciuitatē ſeptem demones multos infeſtarent:& plures tranſeuntes occiderēt:apoſtolus uocatus illuc acceſſit:demones in ſpecie canum aduenire iuſſit:eiq; in chriſti nomine ut inde diſcederent mandauit. quo miraculo multi cōuerſi ſunt. ¶ Poſt modicū apoſtolo nunciaťq; iuuenis quidā iuxta portam alterius urbis a ſeptē canibus fuerat prefocatus. Intellexit igitur illos fuiſſe demōes:quos ab oppido nicee expulerat: & cōpatiens patri defuncti:illuc acceſſit : mortuū excitauit:& diſcipulū chriſti fecit. ¶ Quadraginta uiri ad apoſtolum uenientes:ut ab eo fidei doctrinam ꝓciperēt excitata tēpeſtate a diabolo: nauiq; ſubmerſa in mare necantur. Quoꝝ corpora ut apoſtolus uidit ad litus deiecta:& que facta fuerant per ſpiritum cognoſcens:oratione ſua uiros ſuſcitauit:& baptizauit. ¶ Vxorem etiam egee proconſulis & maximillā ſenatricem & multos de populo ad chriſtū conuertit: pluresq; diſcipulos acquiſiuit. ¶ Cum ergo egeas ꝓconſul patras ciuitatem ingreſſus chriſtianos ad ſacrificia idolorum compelleret. eidē andreas occurrēs ipſum de īpietate redarguit:eo q; ipſe iudex hominū conſtitutus iudicem ſuum celeſtem agnoſcere debuit. Quem dum proconſul uanum & ſuperſtitioſum diceret:eo q; chriſtum a iudeis crucifixū coleret:apoſtolus chriſtum ſponte crucē ſubiiſſe reſpondit:ex eo q; mortem ſuam diſcipulis p̄dixit:& proditorem cognouit:addens myſterium crucis magnū eſſe. Cui ꝓconſul reſpondit q; myſteriū dici nō poterat ſed ſupplicium:cōminans apoſtolo ut niſi ſibi obtemperaret:ipſum myſteriū in ſe experiri faceret. Tūc apoſtolus myſterium crucis cepit exponere : & q; fuerat neceſſarium ſaluti hominum multis rationibus ſuadere. Et dū in confeſſione crucis perſiſteret immobilis: iubente proconſule in carcerem recluditur: ſed a populo uiſitatur:uolentibus proconſulem occidere : & apoſtolum fractis ianuis liberare:quos apoſtolus ſua predicatione ad patientiam inuitauit. Mane autem facto andreas de carcere educitur:& dum chriſtū crucifixum conſtantiſſime confiteretur:iuſſu egee a triginta hominibus fuſtigatur:deinde in cruce ſuſpendi iubetur:nō quidē clauis confixus ſed quaſi in equuleo extenſus funibus alligatus:populi multitudine inſequente & ipſum innocenter mori clamante. Qui dū crucem a longe ſalutans adoraſſet:ueſtibus ſuis exutus in cruce ſuſpenſus eſt. In qua biduo uiuens uiginti milibus aſtantium hominum predicauit. Sed dum turba egee mortem minaretur:territus procōſul uenit ut eum deponeret:quem dum miniſtri uellēt ſoluere brachiis in aerem ſtupidis effectis nullo mō ad eum potuerunt pertingere. Et dum fideles eum deponere uellent:apoſtolus orauit ad dominum : ut in pace ſuum ſuſciperet ſpiritum. Statimq; ſplendor nimius īſtar fulguris per horam dimidiam ipſum obtexit:cum quo lumine abſcedente apoſtolus deo ſpiritum emiſit. Cuius corpus maximilla ſenatrix cum aromatibus ſepeliuit. ii. calen. decembris. Iuxta ciuitatem papatracenſem. Indeq; proceſſu temporis corpus eius Conſtantinopolim tranſlatum eſt : ut habetur. viii. idus maii. Egeas uero antequam domum rediret arreptus a diabolo expirauit. Cuius frater nomine ſtratocles cū oī eius familia ad xp̄m cōuerſus ē.

¶ De ſancto Nathanaele diſcipulo. Cap. VIIII.

Nathanael diſcipulus de oppidochana galilee:unus fuit ex ſeptuagīta duobus chriſti diſcipulis : quem chriſtus commendat Ioannis primo : dicens ipſum eſſe iſraelitam in quo dolus nō eſt. Hic etiam poſt reſurrectionem chriſti unus fuit ex numero illorum. vii. diſcipulorum : quibus chriſtus apparuit iuxta mare galilee quando Petrus piſcando traxit rete in terrā plenum magnis piſcibus. cliii. ut habetur Ioannis ultimo : qui etiam a pleriſq; ſcribitur fuiſſe alio nomine uocatus urſinus : qui & ab apoſtolis epiſcopus biturice. conſtitutus poſt completum predicationis officium in deo feliciter requieuit. ii. calen. decembris:quod tamen falſum eſſe reputatur. Nam corpus huius nathanaelis apud treugren. ciuitatē quieſcit. Ccrpus urſini in bituricenſi urbe ſepultum uenerat. hec frater uincentius.

¶De ſancto nathanaele anachorita. Cap. V.

NAthanael anachorita ut dicit heraclides: fraude demonis accidiam paſſus ex prio/re cella receſſit: & aliam cuidam uico ui/cinã ſibi collocauit. Vbi dũ habitare cepiſ/ſet: demon ad eũ noctu ueniens in ſpecie carnificis pã/nis ſordidis indutus: flagris ſtrepitũ facere cepit: di/cens ſe fore demonẽ: q eũ de priori cella eiecerat: q & eum de iſta fugare cupiebat. Mox ſanctus compun/ctus ad prioré locũ rediit: & adeo ſe ĩcluſit: ut xxxvii. annis nunq̃ limen excederet. Multaſq; diaboli inſidi/as pertulit: ut propoſitum frangeret: quas tamen om nes deuicit. Septem epiſcopos ad ſe uenientes gratan/ter ſuſcepit & abeũtes uſq; ad limẽ aſſociauit. Quem dũ diaconi eo q̃ non egrederetur redarguerẽt: ſe oĩo ſeculo mortuum eſſe reſpondit. ¶Nocte quadã de/mon in ſpecie pueri ſibi apparuit aſinũ panibus one/ratũ deferẽtes. Et dũ aſellũ in terram corruiſſe finge/ret & abbatis auxilium peteret: ille pplexitate circun cluſus: ne aut miſericordie opus negligeret aut pro/poſitum frangeret: oratione fuſa puero ſuaſit: ut ſi ue ra eſſet uiſio deum inuocaret: ſibi ſubuenire paratã: Si autem temptatio eſſet euaneſceret. Moxq; puer cũ aſino euanuerunt cum turbine maximo ſtrepitan/tes: hec omnia heraclides in libro qui dicit paradiſus.

¶De ſancto Trophiano epõ. Cap. XI.

TRophianus epiſcopus magne ſanctitatis uir: & miraculoꝝ gloria preclarus pridie. cal. decembris apud ſantonas in domino feliciter requiit. Cuius corpus toloſe trãſ/latum: ibiq; terris ſepultum: ſpiritum in celis uiuere multis miraculis manifeſtat: ut dicit Ado.

¶De ſanctis Diodoro & Mariano & eorum ſociis martyribus. Cap. XII.

DIodorus preſbyter & marianus diaconus cum multitudine ĩnumerabiliũ hominũ utriuſq; ſexus & diuerſarum etatum: quo rum numerum & nomina ſolius dei ſci/entia nouit: paſſi ſunt rome ſub numeriano ĩperato/re tẽpore Stephani pape primi. Qui die anniuerſaria dedicatiõis ſanctoꝝ martyꝝ chryſanti & darie in lo/co crypte: ubi eoꝝ corpora ſepulta erant diuina cele/brantes uia ſalaria uidelicet extra portã urbis in ha/renario ubi prefati martyres terra & lapidibus obru ti fuerant: accuſati ſunt ĩperatori. Tũc ĩperator iuſſit in introitu crypte parietẽ leuari: & montẽ qui crypte ĩminebat ad ſublonem ſup eos deiici: & ſic omnes p̃ focati ſunt. Quoꝝ corpa ibidẽ iacuerũt uſq; ad tem/pora Stephani pape. vi. anni domini. ccccccclxxxvi.

¶Qui uenerabilis pater effoſſa crypta reliquias ſan/ctoꝝ innumerabiles inde collegit: ex quibus quaſdã laterani: aliquas apud ſanctũ petrũ: aliq̃s ad baſilicã. xii. apoſtoloꝝ quã a fundamẽtis renouauerat: aliq̃s uero p̃ alias eccleſias & monaſteria ſepelienda diuiſit: in quoꝝ oſſium collectione odor mirabilis quaſi flo rum & roſaꝝ reſpſus eſt: & lampas in crypta accenſa. vi. diebus continuis arſit: in qua nec quicq̃ de oleo cõ ſumptum eſt nec flãma extincta: donec oĩa ſanctorũ oſſa a cõgerie lapidum ſunt collecta. ¶Quidam au/tem cum de reliquiis aliquas queſtus gratia ſubtra/xiſſet: continuo in lectum decidit graui langore de/tentus: & commiſſum furtum confeſſus reliquias re ſtituit: & ſic ſanitatem recepit. Horum omniũ mar/tyꝝ paſſio die calendarum decembriũ celebratur.

¶De ſancto diodoro epõ & cõfeſſore. Cap. XIII.

DIodorus alexandrinus ceſarienſis: epiſco/pus: dum antiochenus eſſet preſbyter: cla rus ſapientia habebatur. Qui electus anti ſtes multa opuſcula compilauit. In apoſto lum commentarios edidit: aliaq; multa euſebii ceſa/rienſis ſecutus characterem. Cuius licet ſenſum im/mutatus fuerit: eius tamen attingere non potuit elo/quentiam: ignarus ſecularium litterarum. Floruit tempore imperatoris ualentis: ut dicit Hieronymus libro de illuſtribus uiris.

¶De ſancto anſano martyre: q̃ maxima uirgine & martyre. Cap. XIIII.

ANſanus martyr ciuis romanus filius no/bilis tranquillini duodecim annorum oc culte inſcio patre a protaſio preſbytero in chriſti fide doctus & baptizatus eſt: atq; a Maxima uirgine de territorio tonagritano de ſacro fonte leuatus: qui a patre imperatoribus diocletiano & maximiãno delatus decimotertio anno imperii eo/rum cum ipſa maxima uirgine ab eiſdem tentus & carceri traditus eſt diebus multis. Quam quidem ſacram uirginem prefati imperatores tamdiu fuſti/bus cedi fecerunt: donec ſpiritum exhalaret. Anſa/nus uero de carcere fugiens uenit balneoregium: ubi uiſione angelica confortatus eſt. Deinde ueniens ad ciuitatem ſenarum: dum chriſtum dominum pre/dicaret a proconſule lyſia tẽtus in ignem miſſus eſt. quo diuina uirtute extincto: dum permanſiſſet il/leſus iuxta fluuium arbiam eductus: ibiq; iuſſu pre/ſidiis decollatus eſt: & ſepultus calendis decembris.

¶De ſancto ꝑculo epõ & martyre. Cap. XV.

PRoculus epiſcopus & martyr de ſyria ue/niens romam tempore iuſtini imperato/ris totamq; romanam prouinciã diſcur/rens chriſtum predicabat:miraculis & ui/ta refulgens.Quem ſanctus ualentinus epiſcopus in/teranen.conſtituit ſacerdotem. Et dum die quadam celebraret preſente predicto epiſcopo:angelus domi/ni acceptum de altari calicem in aera uidentibus om/nibus ſubleuauit:& deinde in altari repoſuit ſangui/ne conſecrato.Sanctus autem preſbyter de mandato angeli ſanguinem conſecratum libauit. Deinde pro/pter perſecutionem paganorum fugit de tyro ſiue i/terano.cum epiſcopo ualentino:& ueniens ad ciuita/tem nequinam a gentilibus gothis tentus & uerberi bus afflictus atq; in carcere miſſus eſt:ſed per angelũ eductus uenit lazanum:ubi ſancto Valentino p mar tyrium aſſumpto:conſtitutus epiſcopus totam ciui/tatem per multa miracula conuertit ad chriſtũ. De/inde ueniens ſpoletum chriſtum predicauit: Inde a deo monitus perſecutionem fugiens uenit bononiã: ubi theodori filiam:que manũ habebat aridam ſana uit:& patrem cum filia conuertit ad fidem:& filium heroniani a demonio liberauit.Et poſt multorũ cõ/uerſionem a totilla rege gothorum captus ablatis ſi/bi binis loris a tergo decollatus eſt:& iuxta ciuitatem humatus:ubi proceſſu temporis puer mortuus iux/ta ipſum ſepultus reuixit. Tuncq; corpus ipſius in/tegrum repertum honorifice leuatum eſt:huius paſ/ſio agitur die calen.decembris.

¶De ſancto albano martyre. Cap. XVI.

ALbanus martyr in ciuitate maguntia paſ/ſus eſt:& ibi ſepultus. Hic habuit patrem chriſtianum imperatorẽ de partibus aqui lonis:qui mortua coniuge filiam decorã ex ea habens:inepteq; diligens:eã nuptui multis prin cipibus petentibus tradere recuſabat. Quam tãdem flagitioſo amore carnaliter cognouit: & ex illa alba/num filium ſuſcepit.Mater igitur de conſenſu impe ratoris ad tegendam infamiam filium in capſella pal lio inuolutum in partibus ungarie exponẽdum mã dauit:qui repertus iuxta nemus rege ungarie caren/te liberis ſuſcipitur:& ob eius elegentiam occulte in rure nutritur:ſimulataq; regina pregnante:tempore partus puer natus fingitur:& a rege adoptatus ut na/turalis tractatur:ab omnibuſq; baronibus & ciuibus filius regis uere putatur:tam ipſis q̃ iuuene predicto/rum ignaris.Factus ergo iuuenis gratus & ſtrenuus: filia imperatoris aquilonis:que eſt propria mater:ei/dem a patre putatiuo in coniugium queritur: & ab imperatore traditur:uere putante filiam tradere filio uero regis.Poſt tempus modicũ rex ungarie infirma tur:& ad extrema ueniens filio adoptiuo regnum cõ mittens:eo q; alium non haberet:eidem ſeriem facti reuelat:& qualiter ab eo repertus non eius filius na/turalis erit.In cuius euidentiam pallium in quo ipm inuolutum ex nemore ſuſceperat uſq; tunc referua/tum albano tradidit.Quod iuuenis audiens:conſter natus ad uxorem ingreditur.Et dum ſibi cauſam tri ſtitie querenti factum pandere nollet: eo q; ſe ex hoc contẽnendum ab uxore putaret:palliũ quo ſilue ex/poſitus inuolutus fuerat:quod tunc eidem a rege tra ditum fuerat de ſinu iuuenis cecidit: quod dum ma/ter uidit agnouit:& mutua collocutione habita: re/pertum eſt albanum inceſtuo genitum:matre inceſtuo ſo connubio cognouiſſe.Conſilio iter eos habito tri/ſtitiam ex morte regis ſimulant:mortuumq; regem ungarie iuxta concedentiam regiam tumulant: De/inde ad utriuſq; patrem imperatorem properant: ut eidem ſeriem facti pandant.Quos ille ut filiam & ge nerum cum magna letitia & ſolẽnitate ſuſcepit. Sed die ſequenti peracta letitia mutue uiſionis:imperato rem ſolum albanus & mater in cameram uocant: ei/demq; cum lachrymis factum ſerioſius explicant: & ad diuinam miſericordiã implorandam per peniten/tiam regem confortant.Qui omnes ſancto cuidam epiſcopo reatum confeſſi: de ipſius conſilio eremitã ſanctiſſimum adeunt pro penitentia aſſumẽda. Qui eis ſeptennẽ peregrinãdi penitẽtiã iponit.Sicq; utroq; regno epiſcopo regendo cõmiſſo.vii.annis peregrinã tur:continue annis ſingulis eremitã reuiſentes. Per/acta igitur penitentia dum eremum ſancti uiri petũt in ſilua depeunt & ſuperueniente nocte iuuenis pen/tes in lecto eiſdẽ de foliis arbor& ſtrato collocat: ipſe uero in arborem excuſabat.Ac inſtigante diabolo pa rẽtes uigilantes ad uomitum redeunt:& in abominã dum antiquũ ſcelus inuicẽ coeuntes recidunt.Quod albanus ſentiens turbatus ex arbore preceps irruit:& parentes baculo ipatiens peremit.Facto mane ad ere/mitam rediit:qui iam omnia per ſpiritum precogni ta que contingerant reuelauit.Juſſu ergo ipſius alba/nus iterato ſeptẽnem peregrinationem aſſumit: qua perfecta ad eremitam rediit.Et dum ſemper peregri/nari decreuiſſet:uitam ſuam per eremitam cõſcribe/re fecit.Quam in pyxide locatam ad collum ſuum al ligauit & abiit.Sicq; relicto regno factus anachorita & peregrinus apud ciuitatem maguntiam in nemo/re a latronibus paganis inuentus:dum ſe chriſtianũ diceret iugulatus eſt:corpus quoq; in flumine iacta/tum eſt.Quo curſu fluminis ad molẽdinum delato: dum filia militis cuiuſdam leproſa ſe in flumine bal/nearet repente a lepra mundatur.Quod dum admi/rans deferret in urbe multi lepro ueniẽtes & ſe in am nẽ tingentes mundabantur.Et mirantibus cũctis un de talem aqua uirtutem haberet perquirẽtes corpus martyris inuenerunt: & reperta pyxide uitaq; ipſius perlecta deo gratias agentes corpus cum honore ad ciuitatem portantes uenerabiliter condiderunt calẽ. decembris ubi & quieſcit miraculis clarens.

¶De ſancto Eligio epiſcopo. Cap. XVII.

ELigius nouionenſis epiſcopus ut ait Sigi/bertus claruit anno ſexto conſtantis: qui & Conſtantinus.Hic de ciuitate lemoni/ceũ oriundus patre eutherio matre terri/gia: dum ab annis puerilibus artem aurificum didiſ/ſet:omnia q̃ lucrabatur:pauperibuserogabat:& mul ta miracula operabatur.Inter que contracto cuidam elemoſynam prebens dum ille manum porrigeret ſa nus efficitur:Et dum iam optimus magiſter in arte ſua factus eſſet:& aurum certo ſub pondere ſibi a re/ge traditum fuiſſet:ut inde ſibi ſellam fabricaret:ipſe ſibi binas ſellas fabricatas opere curioſo regi tradi/dit:quibus ponderatis in utraq; auri pondus quod ſi bi dederat repperit ſicq; miraculoſe aurum duplica/tum iuenit.¶Deinde factus eſt epiſcopus nouionenſ.

Et dum die quadam hominem ex iuſtitia damnatū patibulo: pietate motus depoſitum ſepeliret: eū manibus contractando ſuſcitauit. ¶ Multa corpora ſanctorum repperit deo ſibi reuelante: in ciuitate nouione corpus ſancti quintini martyris: & in ſueſionē corpora martyrum Criſpini & criſpiniani: & in belluacē corpus ſancti martyris luciani. Defunctus eſt autem anno uite ſue. lxxx. miraculis clarus. Sed dum anno reuoluto corpus eius tranſferri deberet incorruptum inuentum eſt: & barba ſibi renata que die ſepulture ſue ſibi fuerat abraſa. Quieuit autem in domino die calen. decembris.

¶ De ſancta Natalia uxore hadriani martyre. Cap. XVIII.

NAtalia uxor olim ſancti hadriani martyris corpore uiri & aliorum martyrum cū eo paſſorum Conſtantinopolim tranſlatis ut in eorum legetur paſſione. vi. idus ſeptembris manum uiri ſibi in ſolatium retinuit: & in comedie ubi uir paſſus fuerat remanſit. Quam dum tribunus de uoluntate maximiani imperatoris propter eius decorem & diuitias in coniugium peteret: aſſentire ſimulauit triduana inducia poſtulata. Et dū deum pro ſui corporis caſtitate oraret: admonetur in ſomnis ab uno ex martyribus uiri conſociis ut Conſtātinopolim fugiat. Que manu hadriani ſumpta nauem cum pluribus chriſtianis aſcendit: quam tribunus dum inſequitur: uento inſurgente contrario: & pluribus ſubmerſis redire compellitur. ¶ Media uero nocte diabolus in ſpecie naute cum naui fantaſtica fugientibus chriſtianis apparuit: & q̄ uiam errarent aſſeruit atq; ad ſiniſtram pergere docuit. Hoc autem faciebat ut eos perderet. Mox dum uela uerterent: hadrianus cum nauicula natalie apparuit: & demonem illum fuiſſe reuelauit: eoſq; precedens Conſtantinopolim ſaluos mane perduxit. Quo dum introiſſent: Natalia domum ubi martyrum corpora ſeruabantur intrauit: manum uiri iuxta corpus poſuit: & poſt orationem dormitans a ſancto martyre inuitata ad celeſtia per uiſum euigilans reuelata narrauit: & uale faciens omnibus ſpiritū emiſit cal. decembris. Cuius corpus a comitibus iuxta aliorum corpora ſepultum eſt.

¶ De ſancta Bibiana uirgine & marty. Cap. XIX.

BIbiana uirgo ſub iuliano apoſtata paſſa eſt rome. Cuius pater flauianus chriſtianus fuit habēs coniugem & filias chriſtianas: Qui accuſatus apud iulianum imperatorem: q̄ martyres plurimos ſepiliſſet: ab eodem in exilio damnatus in pace quieuit. Poſt cuius obitum iulianus matrem Bibiane & filias comprehenſas tradidit fauſto preſidii: ut eas ad ſacrificandum compelleret: a quibus ille conuerſus & ab imperatore martyrizatus atq; ab eiſdem ſanctis ſepultus eſt. Quod iulianus comperiens matrem & filias perquirebat. Sed poſt dies modicos bibiane mater darfoſa & germana latentes in chriſto quieuerunt. Bibiana uero a iuliano reperta & tenta: dū idolis ſacrificare nollet plūbatis diutiſſime uerberatur: & ſuperueniens triduo propter nimiam cedem emiſſo: per os ſanguinis profluuio ad dominum per martyrium perrexit quarto noī. decembris. Cuius corpus a Ioāne preſbytero poſitum eſt apud palatium lucinianum iuxta corpora genetricis & ſororis.

¶ De ſancto Petro chryſologo ep̄o. Cap. XX.

PEtrus chryſologus archiepiſcopus rauennas de ciuitate imolenſi oriūdus a ſancto cornelio imolenſi nutritus & doctus atq; in diaconum conſecratus eſt: uite ſanctitate & ſapientia inſigniter pollens. Igitur epiſcopatu rauenne uacante: dum quidam ciuitatis rauennatis ciuis a clero & populo electus eſſet: & pro confirmatione habenda multi nobiles romam ad Sixtum papam tertium acceſſiſſent: antequam illi ad urbem peruenirent: Sixtus papa a beato Petro apoſtolo & ſancto apollinare ſibi apparentibus per uiſum admonetur: ut nullum alium in rauenne archiepiſcopum cōſecraret: niſi illum quem ipſi in eorum medio eidem oſtendebant. Venientibus ergo ciuibus ad urbem ab eiſdem papa per triduum requiſitus: ut electum ſuū conſecraret: omnino renuit: iuſſa ſibi a ſanctis referēs & oſtenſum requirens. Cuius dum nomē ignoraret: ſed eundem ex uultu cognoſcendum diceret: per tres dies inter omnes ſibi aſſiſtentes oſtenſum uidere nequiuit. Poſt triduum autem imolēſis epiſcopus cum Petro eius diacono coram papa comparuit: qui eidē pro electi confirmatione inſtāter ſupplicauit. Sed dū pontifex petrum in medio multorum aſpexit: etiam a longe eundem mox recognouit: & q̄ ille eſſet qui ſibi oſtenſus fuerat aſſeruit: atque ipſum cunctis approbantibus in epiſcopum conſecrauit. Qui ſanctus laudabiliter uiuens: doctrina: uita: & miraculis floruit. Tandem obitu ſuo ſibi diuina monitione reuelato imolam perrexit: & iuxta corpus ſancti caſſiani martyris. ubi & nutritus fuerat: orans ad chriſtum migrauit: & iuxta eundem martyrem ſepultus eſt quarto noū decembris. Cuius calix & patena eorum contactu ſanant a morſu rabidi canis. Hic multas homelias ſuper euangeliis: & ſermones elegantes compoſuit: & propter ſermonis ſui uenuſtatem Petrus chryſologus: quod eſt ſermo aureus uel aureus ſermocinator cognomen accepit. ¶ Extat & eius epiſtola contra eutycetem tempore leonis primi imperatoris cōſcripta: cuius ſententie auctoritate poſtquam in concilio calcedonenſi lecta eſt: eutyces hereticus damnatus eſt.

¶ De ſanctis Vero & ſecuro martyribus. Cap. XXI.

VErus & ſecurus germani apud aphricam ſub perſecutione uandalica paſſi: glorioſo martyrio coronati ſunt quarto noū decembris ut in martylogio adonis legitur.

¶ De ſancto Caſſiano martyre. Cap. XXII.

CAſſianus martyr in ciuitate tingitana que eſt metropolis mauritanie paſſus eſt: qui exceptoris diu gerens officium: tandem celitus inſpiratus execrabile duxit chriſtianorum neci deſeruire: unde renuncians eidem officio ſub chriſtiana confeſſiōe triumphum meruit obtinere martyrii die tertio noī. dccembris: ut dicitur in martylogio adonis: cuius corpus in prefata ciuitate tumulatum: inde proceſſu temporis ad ciuitatem imolenſem tranſlatum eſt: ubi & quieſcit miraculis clarens.

¶De ſanctis Claudio Hilaria & ſociis martyribus. Cap. XXIII.

CLaudius tribunus & hilaria uxor eius & filii eius iaſon & maurus cum militibus ſeptuaginta ſub numeriano imperatore paſſi ſunt. Nam ut in paſſione chryſanti & darie dicẽ: dum ſanctus Chryſantus ab imperatore traditus eſſet tribuno claudio ad torquendum. Videns claudius qualiter omnia tormenta ſuperaret: & qualiter deos gentium apertis rationibus confutaret: & quia fuſtes quibus cedebatur molles redebantur: conuerſus eſt ad dominum cum uxore & filiis & ſeptuaginta ſuis militibus ſibi commiſſis. Quod imperator audiens iuſſit claudium ligato ad collũ eius ſaxo in mari precipitem dari. Milites quoq; ſingillatim audiri: ita ut qui ſe chriſtianum confiteretur capite cederetur: qui uero ſe chriſticolam negaret: dimitteretur. Prius ergo iaſon & maurus filii Claudii non interrogati ſe chriſtianos confitentes decollati ſunt. Quos omnes ceteri imitantes infra horam eodem martyrio coronati ſunt. Quoꝝ corpora a chriſtianis in cuniculo ubi decollati fuerant condita ſunt noctu non longe ab urbe uia ſalaria. Filioꝝ uero corpora hilaria mater in ſuo predio ſepeliuit. Et dum ad tumulũ oraret: & pagani ſupernenientes eam occidere uellent: orãdi ſpatio accepto in cõfeſſione ſpiritũ emiſit. Cuius corpus iuxta filiorum cadauera due eius ancille clandeſtine ſepelierunt. Hoꝝ omnium martyrum paſſio recolitur die tertio noũ decembris. De quibus infra in paſſiõe chryſanti & darie. viii. calen. nouembris dicetur.

De ſancto Lucio rege & cõfeſſore. Cap. XXIIII.

LVcius beatus confeſſor fuit rex britannie baptizatus a thimotheo diſcipulo ſancti pauli. Qui regno compoſito & bene ordinato relictis omnibus ſecularibus ſecularibusq; põpis multiſq; ad deũ conuerſis: ueniens per auguſtam in ciuitatem curie multis ad uite perfectionem exemplo & doctrinis inductis die tertio decembris in pace quieuit. ut dicit frater bartholomeus.

¶De ſancta Barbara uirgine & martyre. Ca. XXV.

BArbara uirgo paſſa eſt in ciuitatis nicomedie tempore maximiani imperatoris ſub preſide martiano. Cuius pater diſcorus nomine eiuſdẽ ciuitatis nobilis & paganus: turri excelſa fabricata filiam pulcherrimã barbaram intromiſit: ne ab hominibus uideretur. Cũq; plurimi eam in coniugium peterent: illa iam animo chriſtiana diuinitus inſpirata: conſenſum denegabat Et dum pater in balneo quod edificabat in turri iuſſiſſet artificibus duas fieri feneſtras: eo diſcedẽte barbara tertiam erigi fecit. Et deſcendens in balneum depingensq; digito in marmore crucis ſignum: mox in petra ſignum crucis apparuit ac ſi ferro ſculptum eſſet. Similiter in & ſilice ueſtigia pedum illius in preſa ſunt. Et deſcendens puella in concam inundantibus aquis: orauit ut ſanctificaret. aqua & ſubmergens corpus ſe ipſam baptizauit in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. Egreſſa igitur de aqua turrem conſcendens in idolorum facies conſpuit: & reſpiciẽs in celum deum uerum adorauit. ¶Rediens ergo pater & eam interrogãs cur tres feneſtras in balneo fieri inſſerat audiuit ab ea quia tres ſunt qui mundum illuminãt: pater & filius & ſpiritus ſanctus. Quod audiens pater arrepto gladio eam inſequitur ut occideret illam: que dum fugeret & a montis crepidine preclusa artaretur orauit ad dominum: & ſciſſo lapide mons per medium diuiſus uirginem ſuſcepit: & ad aliam partem eiecit. Quo dum pater aſcendens duos paſtores greges paſcentes interrogaſſet an puellam fugientem uidiſſent: unus eorum cum iuramento negauit eam ſaluare cupiens: alter uero ipſam digito oſtendit eam occidi uolens. Moxque ipſe cum pecoribus ſuis in lapides conuerſi ſunt uſque in preſens ibi manentes. Quam pater apprehenſam & per capillos tractam: & duriſſime ceſam: martiano preſidi die ſequenti tradidit puniendam. Et dum chriſtum confiteretur & idola gentium demonia eſſe conſtaretur: iuſſit eam preſes ſpoliatam ſuſpendi & crudis neruis cedi ac cilicinis ſaccis plagas eius extergi: deinde carceri immiſſam pedibus in ligno conſtringi: ubi domino ſibi noctu apparente confortatur: ipſiuſque uulnera conſolidantur. Quod dum die ſequẽti preſes deorum pietati aſcriberet: & uirgo eius inſaniam derideret iuſſit eum uerſis pedibus ſuſpendi: & latera eius unguibus radi atque ardentes lampades applicari. Inſuper & caput maleis contundi donec de naribus ipſius ſanguis abunde ſtillaret in terram. Deinde mammillas fecit precidi ipſamque nudam per ciuitatem circunduci. Dum autem ſic ducta oraſſet ad dominum angelus ſibi apparens denudatum corpus eius candida ſtola cõtexit & mammillis reſtitutis plagas omnes ſanauit: quod dum pꝑſes cerneret furore nimio repletus eam decollari mãdauit. Quam pater ad montem ubi eam comprehenderat adducens: caput eiuſdem manibus propriis amputauit. Moxque ab igne celeſti conſumptus eſt. Corpus autem uirginis a ualentiano quodam chriſtiano nicomedie ſepultum eſt die ſecundo noũ decembris. Indeque temporis proceſſu conſtantinopolim tranſlatum poſtmodum a uenetis quibuſdam nobilibus uenetias delatum: requieſcere dicitur in eccleſia ſancte marie cruciferorum.

¶De ſancto Meletio epõ ponti. Cap. XXVI.

MEletius epiſcopus & confeſſor apud pontum flornit. Qui cum eſſet eruditionum cura magnificus uirtus tamen animi & uite ſinceritas lõge in eo magnificẽtior extitit: ut dꝝ in martylogio uſuardi: q etiã poſt laudabi-

lẽ uitã ibidem in pace quieuit pridie noñ decembris.

¶ De ſcõ Meletio epõ antiochen. Cap. XXVII.

MEletius epiſcopus antiochenus: ut ſcribit theodoricus in hiſtoria tripartita tempore conſtantii imperatoris arriani claruit. Hic dum ciuitatem quandam armenie regeret & barbaros doceret propter ſui eloquii uenuſtatem ab arrianis & catholicis pariter antiochie epiſcopus poſtulatur. Quem imperator conſtantius uidere uolens & probare utrum eẽt arrianus an catholicus iuſſit ut exponeret. Dominus poſſedit me &c. quod ille exponens trinitatẽ publice docuit & aptiſſimis rationibus comprobauit: propter quod ab arrianis eiectus & a conſtantio reprobatus: & ab eccleſia ſua expulſus reuerſus armeniã euſebio epiſcopo adheſit: & clarus miraculis uita & ſciẽtia ĩpace quieuit.

¶ De ſcõ Clemẽte p̃ſbytero & cõfeſ. Cap. XXVIII.

CLemens preſbyter alexandrinus qui ut dicit ado in diuinarum eruditionum ſcholis q̃maxime floruit: panthei auditor: origenis uero preceptor fuit. Hic libros octo condidit ſtromatum: quod ſonat opus uarie contextum. Compoſuit & libros octo quos informationũ uel diſpoſitionum nominare poſſumus. Item librũ ad gentiles exhortationum. Item librum qui dicitur pedagogus libris tribus diſtictum. Item librum qui ſcribitur: quis eſt qui ſaluus fieri poſſit diues. Item librum alium de paſcha & de diſputatione & de ieiunio & obtrectatione. Item alium exhortatorium ad patientiam. Item ad neophytos. Item aliũ qui inſcribitur canon eccleſiaſticus. Item de his qui iudaicum ſenſum requirunt: quem ad alexandrum hieroſolymorum epiſcopum ſcripſit. Item librum contra hereſes. Extat & eius tam diuinarũ ſcripturarum q̃litterature ſecularis uolumina eruditionis & eloquentie referta: in geneſim etiam commentarios ſcribere pollicitus eſt. Hec hieronymus de uiris illuſtribus. Quieuit in pace die ſecundo noñ decembris. Seueri imperatoris tempore florens.

¶ De ſancto Sabba abbate. Cap. XXIX.

SAbbas abbas ex prouincia capadocie ciuitate mutalapſis patre ioãne matre ſophia: claris & chriſtianis originem traxit. xvii. theodoſii imperatoris anno. Dum autem pater eius militaturus cum uxore alexandriam pergeret: filium paruulum hieremie fratri commendauit. Quem dum uxor illius inuite conſpiceret: puer relicto ſeculo occulte patruũ deſerens: & ad monaſterium qnod dicitur ſcando fugiens: ab abbate gregorio ſuſceptus eſt & monachus effectus: qui in omni ſanctitate uiuens: etatis proceſſu ſumma preditus abſtinentia cepit etiam clarere miraculis. Interq; dum tempore hyemali piſtor ueſtes lotas ſiccandas in furno adhuc calido poſuiſſet: & oblitus ipſarum cliba/num pro pane coquendo ex incuria accendiſſet: deinde recordatus ueſtium damnum ſuum deflere. Sabbas compaſſione motus furnum ingreſſus accẽſum illeſas ueſtes illeſus eduxit. ¶ Poſt hec perrexit ad eremum ad geraſimum abbatem: ubi multa diaboli figmenta & certamina ſuperans dudum manſit. Deinde ueniens hieroſolymam ſibi locellum edificauit: & ſacra loco quotidie per luſtrans ad locellum redibat contemplationi uacans. ¶ Die quadam apud eccleſiam ſancti ioannis baptiſte mulierem dudum fluxũ ſanguinis paſſam ſanam effecit. ¶ Quendam etiam a demone obſeſſum liberauit. ¶ Et cum ſiccitas nimia populum urgeret: adeo ut neq; in puteis neque in foueis aqua reperiri poſſet: & ex hoc ciuitas periclitaretur: fodientibus ciuibus in locis plurimis ſi forte aqua alicunde prorumperet: oratione ſancti pluuia largiſſima noctu deſcendit: que foueas & ciſternas repleuit: omnemq; populum ſatiauit. Sicq; multorum ſignorum gloria clarus uirtutibus pollens: ſub ioanne archiepiſcopo quieuit in pace die ſabbati noñ decembris anno domini. ccccc xxiiii. ſepultus hieroſolymis inter duas eccleſias: cuius corpus inde proceſſu temporis uenetias delatum: quieſcit in eccleſia ſancti antonini martyris.

¶ De ſancto Baſſo epõ martyre. Cap. XXX.

BAſſus epiſcopus ex nicea prouincia dum chriſtum predicaret a perennio preſide detentus & ad deorum ſacrificia inuitatus: cum idolis immolare contemneret: primo in equuleo ſuſpẽſus ad diutius tortus eſt: deinde laminis ardentibus circa latera appoſitis excruciatus ieſum chriſtũ dominũ maiori conſtantia profitebatur. Qua propter in equuleo leuatus fuſtibus & ſcorpionibus p̃ſidis iuſſu diutiſſime ceſus eſt. Poſt hoc depoſitus ad ſtatuas deoꝝ ligna ꝓ ſacrificio portare compellit: data ſentẽtia: ut ſi non ſacrificaret: eodẽ igne conſumeret: qui dũ ſacrificare contemneret: in ignem miſſus ſed in eo dudum manens illeſus educitur. Sicq; a preſide ad inuicem nicee prouincie deſtinatur cum litteris ſibi mãdantibus ut baſſum:

aut ſacrificare compelleret: aut excogitatis ſuppli/ ciis perimeret. Sed dum a iudice ſuaſus ſacrificare nollet:fabricatis duobus clauis ad menſuram longi/ tudinis corporis eius ciſque a plantis pedum per me dium corporis uſq; ad uerticem confixus in chriſti confeſſione emiſit ſpiritum nonī decembris tem// pore decii & ualeriani.Cuius corpus a chriſtianis in nicea ciuitate ſepultum eſt.

¶De ſancta Criſpina uirgine & martyre. Ca.XXXI.

CRiſpina uirgo in aphrica apud coloniam thebeſtinam tempore diocletiani & ma/ximiani imperatorū cum ſacrificare nol/ let iuſſu anolini procōſulis decollata eſt: ibiq; ſepulta nonī decembris.

¶De ſcō Dalmatio & epō martyre. Cap. XXXII.

DAlmatius martyr & epiſcopus de italia oriundus patre ſenatore dum chriſtianus eſſet occultus omnia deſerens ad albam ciuitatem deuenit: ibiq; chriſtum predi/ care cepit & miraculis clarere.ad quem quidam ua/ lentianus magiſter militum derauenna ueniens eius auditi fama pro filio ſuo graui infirmitate detento ſupplicare cepit:orationeq; fuſa ſanctus filium libe/ ratum eidem nunciat:quod ille repatrians dum ue/ rum eſſe cognouit ad dalmatium rediit: & conuer/ ſus ad chriſtum ab eodem cum filio baptiſmum ſu/ ſcepit.Iterumq; ad propria remeans & chriſtum an/ nuncians miraculi teſtimonio multos ad fidem con/ uertit:deinde dalmatius angelo duce ticenum ueni/ ens dum flumen ſine ponte uel naui ab angelo in mo mento tranſuectus multis coram poſitis trāſiuiſſet: populum multum conuertit ad chriſtum.Ibiq; con/ ſtitutus epiſcopus predicationis officium fideliter p/ ficiebat:deinde ad gallias tranſiens:plurimos infide/ lium chriſtianos effecit.Et poſt hec reuelatione diui/ na:dum ad ſuam rediret eccleſiam iuxta flumen tice ni ab infidelibus captus & in cerebro gladiis percuſ/ ſus per martyrium migrauit ad chriſtum. Sed dum corpus eius exanime ſtaret nec dudum cecidiſſet ui/ ſo miraculo multi ex infidelibus conuerſi ſunt. Se/ pultuſq; eſt ibidem miraculis clarus. Paſſus eſt autē die nonī decembris.

¶De ſctō Nicolao epō & cōfeſſore. Cap. XXXIII.

NIcolaus epiſcopus ciuis patere urbis patre epiphanio matre Ioanna diuitibus claris & ſanctis exortus prima die ſue natiuita/ tis dum balnearetur erectus ſtetit in pel/ ui fere dimidia hora. Ad ubera matris poſitus.iiii.& .vi.feria ſemel in die mammas ſuggebat: qui ex no/ mine auunculi ſui nicolai myreorum antiſtitis uoca/ tus eſt nicolaus.Dum adhuc puer imbuendus litte/ ris a ſcholis rediret:claude femine eidem obuie greſ/ ſum rectum tribuit. ¶Cuidam ſeruo dei nomine ſabbatio in extaſi poſito palatium miriſicum auro & gemmis fabricatum cum ſede mirabilis claritatis in/ tro poſita oſtenditur:que omnia nicolao adhuc pue/ ro in celeſtibus preparata reuelantur. Factus autem iuuenis coetaneorum conſortia & mores deuitans ec cleſiam frequentabatur: & que de ſcripturis audie/ bat memoriter retinebat. ¶Parentibus defunctis qd de diuitiis ſibi dimiſſis domino gratum ageret cogi/ tabat.Hinc inanem gloriam ſi preberet incurrere for midabat.Sed poſt dies modicos dum quidā conciuis nobilis ad extremā deductus inopiam:tres filias ſuas uirgines fornicari diſponeret: ut inde miſerrimus quicquam pro uictu acquireret.Nicolaus hoc audiēs noctu domum uiri latenter adiens per feneſtram au/ ri pondus intro clam proiecit clamq; diſceſſit.Quod homo ille reperiens ex eo primogenitam maritauit. Et dum idem ſecundo ſanctus confeſſor peregiſſet: ſecundam filiam ſimiliter pater nuptui tradidit. Dū autem tertio dei famulus idem opus perfeciſſet ho/ mo ille qui uigilans benefactorem ſuum ſtudio ob/ ſeruabat:ſanctum fugientem cepit: cumq; cognouit & ad pedes eius ſe proſtrauit.Quem ille erigens eidē ſuperinde ſilentium quoad uiueret imperauit: illeq; tertiam filiam coniugio dedit. ¶Poſt hoc defuncto archiepiſcopo myreorum dum epiſcopi ſuffraganei pro eligendo preſule orantes conueniſſet: reuelatur cuidam epiſcopo magne auctoritatis: in quem uota omnium dependebant: q; illum elligere deberent: quem hora matutinali primum ad ianuam eccleſie nicolaum nomine repperirent.Cum autem nicolaū mane expectantem epiſcopus repperiſſet & nomē ip/ ſius didiciſſet:eundem licet ſatis renitentem in cathe dra collocarūt.Qui gregi dominico prefectus ad am plioris perfectionis apicem:omni decoratus uirtute attingere ſatagebat multiſque miraculis coruſcabat. ¶Quadam die cum ſuis clericis ad refectionem di/ ſcumbens deficiente ſibi uino modicum uini in ua/ ſculo allatum quod uix tribus in menſa ſufficeret cū/ ctis infundi precepit:& ad ſufficientiā omnibus fuit ſatis. ¶Alio quoq; tempore dum unicus ſolummo/ do panis in cellario repertus eſſet:operariis in eccleſia ſua laborantibus appoſuit.Indeq; plene omnes refe/ cit. ¶Virum & uxorem qui.xxx.fere annis ſine pro/ le fuerant: ad ſe uenientes: & pro filio ſupplicantes oleo lampadis eccleſie inunxit & orationem premi/ ſit. Eodemq; anno mulier filium enixa: eundem in miniſtrum uiro domini obtulit:qué ille baptizauit: & ſacris litteris erudiuit. ¶Obſeſſum a demonio de regione andronica liberauit: puellā manibus aridis de caſtello euandis ſanauit: & alios multos a diuer/ ſis paſſionibus dei uirtute curauit. ¶Dum eccle/ ſiam conſtrui faceret & lapis magnus in edificium opus eſſet: qui a.lxx. hominibus nullatenus moueri operat:ſanctus dei ſuperueniens ſigno crucis premiſ ſo cum duobus clericis ipſum amouit: & ad locum detulit ordinatum. ¶Quadam die tempeſtate ſeuiſ

ſima quaſſati quidam naute Nicolaum aduocant: & continuo uir quidam eis apparuit dicens ſe eſſe Nicolanm ab eis aduocatum: Qui eos in antennis & rudentibus iuuare cepit ſtatimq; tempeſtas ceſſauit. Et dum ad eius ueniſſent eccleſiam: quem nunquã uiderant ſine iudice cognouerunt. Quod ille nõ ſuis meritis ſed eoꝝ fidei attribuere docuit. ¶ Dum quodam tempore fame ualida regio eſſet oppreſſa & naues onerate tritico ad portum myree deueniſſent: rogauit ſanctus nautas ut ſaltẽ proquaq; naue in centum modiis eorum inopie ſubuenirent. Cumq; illi reſponderent non audere hoc facere: eo q; menſuratũ alexandrie granum eadem menſura conſtantinopoli in horrea imperatoris eos reddere oportebat: inſtat ſibi: ut petita adimpleant: cõfiſus in chriſti gratia: q; nihil diminutionis in eorum menſura recipient: quod cum feciſſent: menſuram quam receperant integre miniſtris regiis reddiderunt: & miraculum narraue/runt. Granum autem illud quod ſanctus acceperat miraculoſe per biennium aduictum & uſum ſeminis abundauit. ¶ Sed cum adhuc in regione illa aliqualis cultus idolorum ſupereſſet: arborem quandã diane conſecratam quam quidã colebant ruſtici ſanctus precidit: diabolo in aera ululante ſe de ſua ſede per nicolaum eiectum. Et dum quidam uiri ad ſanctum uiſitandum nauigio pergerent: demon in ſpecie deuote mulieris eiſdem in ſagenula apparuit: oleum inuaſe tribuit: rogãs ut ex eo parietes eccleſie ſancti nicolai perungerent: eo q; ipſa tunc ad ipſum locũ accedere non poſſet. Qua diſcedente: in alia nauicula eiſdem cum pluribus uir apparuit Nicolao ſimillimus: mulierem illam dianam fuiſſe docuit: & ut oleum ſibi datum in mari iactarent admonuit. Quod proiectum in mare contra naturam aquam inflammauit: qui dum myream uenient: nicolaum conſpiciunt: ipſumq; eſſe qui ſibi apparuerat recognoſcũt. ¶ Eodem tempore dum imperator cõſtantinus tres principes nepotianum: urſum: & neapoleonem contra hoſtes imperii miſiſſet: & illos ad portum myree applicantes uir ſanctus ad prandium inuitaſſet: cum eſſent in menſa nunciatur uiro dei: conſulem pecunia corruptum tres iuuenes milites innocẽtes decollari mandaſſe. Illico ſanctus tribus illis principibus ſibi aſſociatis ad locum properauit: & iuuenes iam genu flexo gladium uibrantis expectantes repperit. Audacter igitur ſe in ſpiculatorem ingerens gladium ſibi extorſit: innocentes exoluit: quos ſecum adducens conſulem adiit: eumq; durius obiurgans: tandem penitentem ſuſcepit. ¶ Dum autem principes imperiales cum uictoria redeuntes: ab ĩperatore magnis honoribus ſublimati fuiſſent: ex inuidia apud eum deproditione delati ſunt: quos ille carceri traditos precepit mane ſine audientia decollari. Qui liberationẽ trium iuuenum factam a uiro dei recolentes eiuſdẽ ſe meritis commendarunt. Eadem nocte uir dei imperatori per uiſionem apparuit: ipſum de impietate redarguit: & niſi innocentes dimittat exitiale bellum eidem comminatur ad mortem. Interrogatus quis eſſet: dixit ſe eſſe nicolaum epiſcopum myreorum: ſimiliq; uiſione prefectũ exterruit: Euigilans princeps uiros aduocat: & ſi cui ſancto ſe commendaſſent interrogat. Qui dum ſe ſancto nicolao commendaſſe dicerent. Miratus imperator ueniam petiit: innocentes abſoluit: & eoſdem ad uirũ dei cum muneribus deſtinauit. ¶ Fertur beatum nicolaum iam ſenem ni ceno concilio interfuiſſe: & quendam arrianum zelo fidei in maxillam percuſſiſſe: ob idq; a concilio mitra & pallio priuatum extitiſſe: propter quod ut plurimum ſine mitra depingitur. Sed dum aliquando miſſam beate uirginis cuius erat deuotus in pontificalibus celebraret: & priuationem mitre & pallii deflereꝛ: quaſi zelo nimio fidei ablata: ecce cunctis uidẽtibus duo angeli eidem aſtiterunt: quorum unus mitram: alius pallium ſibi diuinitus reſtituerunt. Et ex tunc inſignia reaſſumpſit ſibi celitus reſtituta. Qui ad ultimam horam deueniens: angelos ſibi occurrẽtes conſpexit: & ſuum commendans ſpiritum domino in pace quieuit die octauo iduum decembris anno domini. cccxliii. Ex cuius oſſibus oleum iugiter emanare conſueuit: quo liniti languidi a cunctis infirmitatibus ſanabantur. ¶ In multis chronicis inuenitur: q; poſt multum temporis deſtructa a turchis myrea ciuitate a mercatoribus barrenſibus corpus ſancti nicolai barrum tranſlatum eſt: ibiq; iacere uſq; in preſens: ut plurimum creditur & a multis peregrinantibus uiſitatur. Veneti autem idem corpus aſſerunt uenetiis delatum. Cuius hiſtoria tranſlationis debito loco uidelicet tertio calendas iunii ponetur. ¶ Miracula autem ſancti: tum quia infinita eſſe dicuntur & innumera: prout collecta eius feſtiuitatis aſſerit: tum etiam quia ea ſola de ſanctis ponere curauimus: que uel in uita eius uel circa mortem: aut erga eorum corpora cõtigerunt: ex aliis uoluminibus lectori legenda dimittimus. ¶ Hoc ſolo ad eius uenerationem exarato: q; dũ beati nicolai hiſtoria de nouo edita eſſet que notata cũ ſuo cantu ad manus quorundam fratrum monaſterii ſancte crucis de ceſena deueniſſet: & fratres eam in eius feſto canere ad officium uellẽt: eorum prior omnino recuſauit: & fratres redarguit: dicens ioculatoria in eccleſia non eſſe licitum decantare. Nocte ſuperueniente ſanctus nicolaus priori apparuit: eumq; uultu terribili lecto abſtraxit: pauimento colliſit: & incipiens antiphonam. O paſtor eterne &c. per ſingulas differentias uocum fuſte quem tenebat ictus ſupra dorſum patientis ingeminans: per ordinem ad finem uſq; decantauit. Qui ſemiuiuus dimiſſus clamoribus fratres excitans uiſa & geſta narrauit: antiphonam quam nunq; audierat rettulit: & centum notas in ipſa cõſiſtere didiciſſe ex centum percuſſionibus quas ſuſceperat adiecit: & ꝓ ut dixerat ſic eſſe cõpertũ fuit. Dataq; licentia fratres nonam hiſtoriam eo die & deinceps tam ipſi q; alii in multie eccleſiis celebrarunt.

¶ De ſancto Nicolao papa primo. Cap. XXXIIII.

Nicolaus papa huius nominis primus natione romanus ex patre theodoro ſucceſſit benedicto. iii. & ſedit annos. ix. menſes. ii. dies. xx. Et ut ĩ chronica martiniana habetur poſt magnum Gregoriũ papã nullus uſq; ad eũ apparuit in ſede romana eidem ſanctitate cõparãdus. Floruit autẽ tẽpore Ludouici ſecũdi ĩperatoris. Hic michaelẽ conſtantinopolitanũ imperatorẽ excõmunicauit propter ignatii patriarche iniuſtam depoſitionem. Excommunicauit etiam Iothariũ regẽ

gallie propter gualderade pelicis ſue ſocietatem. Qui rex tépore hadriani ſucceſſoris nicolai pape romā ue niens concubina dimiſſa: abſolutionem ab eo recepit & non multo poſt uita deceſſit. ¶ Huius tépore ſanctus Cyrillus pene omniū ſclauorum apoſtolus corpus ſancti Clementis pape a cerſona ubi in mare pontícum proiectum fuerat: ex mari exiccato auferens Romam detulit. Quod per Nicolaum papam in eccleſia ſancti clementis reconditum fuit: ubi & ipſe cyrillus paucis expletis diebus ſepelitur miraculis corruſcando. Nicolaus uero papa poſt multas & uberes collatas elemoſynas & alia multa bona que fecerat in Chriſto quieuit: & in eccleſia ſancti petri apoſtoli ſepultus eſt.

¶ De ſanctis Dionyſia datiua & ſociis martyribus. Cap. XXXV.

DIonyſia: datiua: leontia & Emilanus medicus & religioſus uir nomine terrius: nec non bonifacius & ſeruus & uictricus atq; maioricus adoleſcens: apud aphricam martyrio coronati ſunt. Qui omnes perſecutione uandalica ſub Hunerico rege arriano pro confeſſione fidei catholice: & ne ab arrianis rebaptizarentur decertantes: grauiſſimis & innumeris ſuppliciis excruciati: confeſſorum chriſti numero ſociati ſunt. viii. idus decembris. Ex quibus maioricus adoleſcēs: dionyſie matris ſue eidem in tormentis aſſiſtentis ex hortationibus roboratus in certamine confeſſionis ſpiritum reddidit. hec ado.

¶ De ſctō Ambroſio epō & doctore. Cap. XXXVI.

AMbroſius epiſcopus & doctor: cuius feſtum obitus occurit. iii. nonas aprilis. Hoc uero die quo epiſcopus eſt ordinatus ab eccleſia romana celebratur filius ambroſii romani tunc prefecti galliarum in galliis natus & in cunabulis in pretorio poſitus: dum dormiret aperto ore: examé apum faciem eius & os impleuit: ut q̄ſi in alueolum ſuum intrarent & exirent: que poſtea euolantes in tantam altitudinem aeris eleuate ſunt: ut humanis oculis minime uiderentur. Quod pater cernens & territus infantulum predixit aliquid magni futurum. Et cum puer eſſet matri & ſorori manum oſculandā porrigebat: ut ſacerdotibus fieri cōſpexerat: quod ſoror tunc deridebat. ¶ Cum ergo rome factus iuuenis & litteris eruditus cauſas perora ret: a probo prefecto pretorii miſſus ad liguriā emiliamq; regendam prouinciam: uenit mediolanum. Mortuo uero auxentio epiſcopo arriano: cū populus propter preſulis electionem in ſeditionem poſitus eſſet: & ipſe pro ſeditione ſedanda ad eccleſiam perrexiſſet: uoce infantis ſubito ambroſium epiſcopū clamante: ab omnibus tam arrianis q̄ catholicis pontifex eligitur. Quod ille audiens contra morem ſuum homines torqueri fecit: ut ſic ab eius electione ceſſarent. Deinde profiteri philoſophiam uolens quaſi ré chriſtianis ſuſpectam: dum non permiſſus eſſet publicas meretrices ad ſe ingredi fecit: populoq; magis acclamante: peccatum tuum ſuper nos: noctu aufugit. Et dum ſe ticenum ire putaret: mane ad portam romanam ciuitatis ſe repperit. Interim miſſa electione ad ualentinianum imperatorem eam approbauit gaudens q; iudices a ſe directi ad ſacerdotium peteré tur. Ambroſius uero in poſſeſſione leontii latuit. Sed relatione imperatoris ueniente producitur. Et quāuis multum renitens: tandem electioni cōſentire cōpellitur. Et cum adhuc eſſet cathecuminus baptizatur: &. viii. die in epiſcopum conſecratur. Qui cum poſt annos quattuor romam ueniſſet matre defuncta: & germana manum eius oſcularetur ſubridens dixit in ſe iam impletum: quod puer uaticinatus fuerat. Vbi etiam paralyticam in lecto cubátem: ſolo ueſtimenti eius contactu: ſanam effecit. ¶ Sed & cū contra uoluntatem iuſtine imperatricis arriane catholicum in epiſcopum promouiſſet multas ab ea inſidias & perſecutiones paſſus eſt: adeo ut etiā una ex uirginibus arrianorum ut eum ad reliquas cedendum traheret: ipſum per pallium cepiſſet: quam die ſequéti Ambroſius morte defunctam ſubita honorifice ſepeliuit gratiam pro contumelia repédens. Redienſq; mediolanum ad ſuggeſtionem auguſte multi ſibi calumniantur: & multas iniurias patitur. ¶ Et dum in exilium mittendus putaretur: & quidam uicinus q̄drigam ad eum exportandum paraſſet iuſto dei iudicio anno uertente ipſe in eadem carruca in exilium miſſus eſt. ¶ Cum autem plures obſeſſi a demōibus ſe ab Ambroſio torqueri dicerent & iuſtina cum arrianis Ambroſio imponerent: quod pecunia compararet qui ſe ab immundis ſpiritibus torqueri aſſerét: ſubito unus ex illis demone oppreſſus clamabat q; utinam qui non credunt Ambroſio ut ipſe torq̄rentur: quem ceteri arriani in piſcinam necauerunt. ¶ Hereticus quidam incunuertibilis: dum predicante epiſcopo: uidit angelum ad aures eius loquentem conuerſus eſt: & fidem quam perſequebatur: defendebat. ¶ Quidam magus: qui demones ad eum cedēdum inuocabat: audiuit ab eis: q; nec ad fores eius appropinquare preſumerent: quoniam ignis de domo eius exibat: qui etiam eos longe poſitos cruciabat. ¶ Quodam demoniaco mediolanum intrante: demon ex illo exiens aliū ex urbe egredienté inuaſit: dicens q; Ambroſiū timebat: & ob id urbē ingredi formidabat. ¶ Dum quidā ad preces auguſte eū noctu uolens gladio percutere brachium eleuaſſet: ſubito manus eius exaruit. ¶ Cum apud theſſalicam ex ſeditione populus iudices lapidaſſet: iratus Theodoſius imperator omnes theſſalonicenſes perimi iuſſit: nocentes ab innocentibus non ſecernens. Et cum mediolanum ueniſſet uolens intrare eccleſiā ab Ambroſio phibeť: & de tanto ſcelere audacius increpať.

Qui cum dauid homicidam & adulterum allegaſſet : audiuit ab eo : q̃ quem allegauerat delinquentem imitaretur & penitenté. Et a doctore ſancto ſuaſus publicã agere penitentiã nõ eſt dedignatus. Cũq̃ penitentia peracta die paſche ꝑ cõmunione ſumenda cancellos eccleſie intraſſet: Ambroſius eum extra chorum repulit: dicens locum illum clericis aſſignatum: & q̃ purpura facit imperatores non ſacerdotes: cui imperator humiliter obediuit: & reuerſus conſtãtinopolim: dum in eccleſia extra cancellos maneret inuitatus a patriarcha ut intraret: miratus ait: ſe unũ uidiſſe Ambroſium ſacerdotem. ¶ Dum ad palatiũ macedonii magiſtri officiorum pro cuiuſdam interceſſione acceſſiſſet: & fores clauſas repperiſſet: comminatus eſt illi: q̃ cito ad eccleſiam ueniens apertis ianuis intrare non poſſet. Poſt modicum tempus macedonius ad eccleſiam fugiens timore inimicorum patentibus ianuis aditum reperire non ualuit. ¶ In ciuitate florentie filium cuiuſdã nobilis nomine pãſonem puerum obſeſſum a demonio liberauit. Et dũ poſt dies modicos puer ſubito expiraſſet: mater ipſum in lecto ſancti defunctum locauit: quẽ ille ſuperueniens oratione & lachrymis ſuſcitauit. ¶ Nicetius quidam notarius dolore pedum uexatus : dum ad epiſcopum celebrantem pro communione acceſſiſſet: & ille pedes ipſius caſu calcaſſet: exinde a dolore ereptus eſt. ¶ Hoſpitatus in quadam uilla tuſcie apud quendam diuitem filiis & familia abundantẽ: dum uir ſe de cunctis ſibi ad uotum ſuccedẽtibus iactaſſet: & q̃ nihil ſibi aduerſi in uita ſua aliquãdo cõtigiſſet: Ambroſius territus inde cum ſociis feſtinus diſceſſit: dicens ibi tutum nõ eſſe permanere: ubi dominus non erat. Quo abeunte & aliquantulum procedente uir ille cum domo & omni familia terre hiatu abſortus eſt: uſq̃ in preſens quadam fouea ibidẽ in teſtimonium permanente. ¶ Ipſe ſuum obitum preſciuit & reueleuauit: q̃ uſq̃ paſcha cum fratribus eſſet. Et dum die quodam pſalmum. xliii. cum notario dictaret: uidit notarius ignem caput eius in modum ſcuti operientem & per os eius intrantem: faciesq̃ eius ut nix effecta poſt modicum ad colorem priſtinum rediit: quo die dictandi & ſcribendi finem fecit. Poſt dies modicos grauiter egrotare cepit. Et dũ ad extrema propinquaret & quattuor eius diaconi de eligendo epiſcopo inter ſe tractantes : ſimplicianũ nominaſſent ita ſilenter: ut uix mutuo ſe audirent: ipſe longe poſitus tertio clamauit: ſenex : ſed bonus. Quod audientes illi mirati ſunt: & non niſi illũ poſt eius obitum elegerunt. Honoratus quoq̃ preſbyter eccleſie uercelen. expectans eius obitum: cum ſe ſopori dediſſet: audiuit ſe tertio uocari: ut ſurgeret feſtinanter: quia ſtatim erat receſſurus: qui ſurgens ei corpus domini obtulit: quo ſumpto uir domini manus in modum crucis expandit: & orans ſub ſilento expirauit die. ii. nonas aprilis anno domini. cccl xxx. celebratur autem eius feſtum ab eccleſia die quo epiſcopus eſt ordinatus ut dictum eſt : ſcilicet die ſeptimo idus decembris. ¶ Eadem hora uiſus eſt in quodam monaſterio in partibus oriẽtis inter monachos pſallentes orans: & notato tempore repertum eſt beatũ uirum tunc a corpore migrauiſſe. Et cum in nocte paſche corpus eius ad eccleſiam delatum fuiſſet: plurimi infantes baptizati eum uiderunt ſedẽtem quaſi in cathedra tribunali ut dicebãt. Alii eum aſcendẽtem digito parentibus oſtendebant : plurimi quoq̃ ſtellam ſupra corpus eius uidiſſe teſtati ſunt. Sepultus eſt die paſche apud baſilicam ambroſianam : ubi demonum turba ſe ab illo torqueri clamabat ubi & infirmitates curantur: & demones uſq̃ in preſens effugant. ¶ Hic doctor ſanctiſſimus multa utilia opuſcula in eccleſia dei compoſuit: uidelicet librum exameron. Item librum de officiis. Item de conflictu uitiorum & uirtutum. Item librum de uirginibus. Itẽ uitam beate agnetis. Item librum de paradiſo & eiectione primi hominis . Item de oblatione Caim & Abel: & quid ipſa oblatio ſignificet. Item de receſſu abrahe de meſopotamia. Item ad flacellam reginam de ſpiritu ſancto. Item contra arrianos libros plures. Item cõtra apollinarem librum. i. Item ad Sauinum epiſcopum de trinitate librum. i. Item commentarium in lucam libros plures. Item librum chriſtianorum. Item ad diuerſos libros. lxxv. Item tractatus. xiiii. Epiſtolas breues. lxxvii. Sermones declamatorios. lxxv. Scripſit & libros de ſpiritu ſancto quos gratiano principi direxit. Item librum de exceſſu ſatyri. Item rhythmos ſuper deprecatione pluuie & ſerenitatis: & alia multa que enumerare longum eſſet. Cõpoſuit & officium & hymnos ac ordinem miſſe: qui in eius eccleſia obſeruantur.

¶ De ſancto Agathone martyre. Cap. XXXVII.

Agathon martyr apud alexandriam ſub Decio imperatore paſſus eſt. Qui cum eſſet miles & prohiberet quoſdam gentiles uolentes illudere cadaueribus martyrũ. clamor repente totius uulgi aduerſus eum extollit. Oblatuſq̃ iudici cum in confeſſione chriſti perſiſteret: capite pro pietate damnatus eſt ſeptimo idus decembris. hec ado.

¶ De ſancto Agathone abbate. Cap. XXXVIII.

Agathon abbas per triẽnium lapidem in os tenuit donec taciturnitatem diſceret. Interrogatus que uirtus plus haberet laboris: reſpondit orare deum: eo q̃ demones orantem ſemper impugnant ut orationem ĩterrũpant. Interrogatus a quodam quomodo cũ fratribus habitare deberet. Reſpõdit ſicut in prima die nũq̃ fiduciã aſſumẽdo: eo q̃ fiducia ſit gẽitrix paſſionũ. ¶ Dixit quoq̃ q̃ ſi iracundus etiã mortuos ſuſcitaret non placeret alicui: nec ipſi deo propter iracun-

diam ſuam. ¶ Fuit autem agathon ſapiens ad intelligendū: impiger ad laborandū: parcus in cibo & ueſtimēto: qui dicebat ſe nunquā dormiuiſſe habēs aliqd aduerſus quēquā nec dormire pmiſiſſe habētē aliqd aduerſum ſe. Moriturus triduo apertis oculis in extaſi manſit: & pulſatus a fratribus dixit ſe diuino iudicio aſſiſtere & anxie timere: eo q̄ q̄uis in mandatis dei laboraſſet pro uiribus: neſciebat adhuc utrū deo placerēt opera ſua ſua: quia aliter ſunt iudicia dei: aliter hominum. Quo dicto ſpūm cum gaudio emiſit: uidebāt enim eū colligētē ſpūm quēadmodū ſiquis ſalutat amicos ſuos dilectos. hec in uitiis patrum.

¶ De ſancta Fara uirgine. Cap. XXXIX.

FAra uirgo de francia tempore heraclii imperatoris claruit. Cuius pater hagerricus de burgūdia duxit originem. Hic claris natalibus ortus: in aula theodeberti regis frā corum inclytus ex uxore ſua leodegunda: tres filios procreauit omnes ſanctos. ſ. faronem ualpertum & canoaldum: filiam quoq; uirginem faram. Que dū iuuenilibus annis uirginitatem ſuam deo uouere cuperet: ſed a patre prohiberetur qui filiam nobilē nobili ſponſo tradere diſponebat: tanta lachrymarum inundantia fleuit: q̄ uiſum amiſit quem tum dominus ei per beatū euſtaſium epiſcopū reſtituit. Adhuc quoq; patre ad eius nuptias intendente: Fara ad eccleſiam apoſtolorum principis confugit: quam pater cū miniſtris ut eam perimeret inſecutus: tētam tandem carceri mancipauit. Interea beato euſtaſio de legatione regis Iotharii redeunte: multa precū inſtantia patre eius placato procurauit: ut uirgo dei de carcere educeretur & ſanctimonialis cōſecraretur: quod uix patre annuente factū eſt. Et a ſancto gundoaldo meldenſi epiſcopo habitu uirginitatis aſſumpto cenobio quoq; eidem uirgini in ſolo paterno edificato: ipſa īpudicitia & ſanctimōia pſeuerans plena uirtutibus quiit in pace. vii. idus decēbris: ut ſcribit Sigibertus.

¶ De ſancto Martino abbate. Cap. XL.

MArtinus abbas apud ciuitatem ſantonas uite ſanctitate & mirabilibus ſignis prepollens die. vii. iduum decembris in chriſto feliciter obdormiuit: ad cuius tumulum crebrerrime diuinitus miracula multa fiunt ut dicitur in martylogio adonis.

¶ De ſancto Genebaudo epō. Cap. XLI.

Latro epiſcopus.

GEnebaudus epiſcopus laudunen. ā ſancto remigio epiſcopo remenen. ſub clodoneo rege. conſtitutus eſt. Qui uxorem habebat neptem ſancti remigii quam quidem reliquerat: tamen ſecum cohabitabat: unde ex frequenti conuerſatione cum ea peccauit: que filium cōcepit & peperit: quem epiſcopus latronem nominandum mandauit: eo q̄ in latrocinio genitus eēt. ¶ Verum ne ſuſpitio oriretur adhuc coniugem ad ſe uenire permittebat. Penitentiaq; de peccato peracta: iterū ea cognouit: & fiiā genuit quā uulpeculā noīauit. In ſe tādē reuerſus p remigio miſit: qui laudunū uenit. Et dū ſibi ep̄s pōtificatū cū lachrymis reſignaret: ille que cauſam q̄reret: eidē ipſe peccatū ſuū cōfeſſus eſt. Rimigius aūt eū in eccleſia. vii. annis incluſit. Interimq; pro eo epiſcopatū gubernauit. ¶ Poſt ſeptēnium nocte dominice cene genebaudo flenti: & quia ip ſe qui penitentes reconciliare cōſueuerat: nec locum interpenitentes haberet conquerenti angelus aſtitit. peccata ſibi dimiſſa nunciauit: & ut exiens in craſtinū penitentes reconciliaret admonuit. Cūq; ille ſe exire non poſſe diceret: eo q̄ hoſtium clauſum & ſignatū eſſet: remigiuſq; claues haberet: angelus ſaluo ſigillo hoſtium reſerauit. Iterumque illo reſpondente: etiā ſi ipſe Chriſtus ſibi mandaret: tamen egredi nollet: niſi qui eum incluſerat adeſſet angelus eadem hora remigio pene uigilanti & oranti in crypta beate uirginis remis apparuit: rei ſeriem pandit: & ad genebaudum educendum: ut ueniret ex dei parte mandauit: qui etiam in momento ſe iuxta cellam genebaudi tranſlatum repperit: & iuſſa complens ad locum ſuum eodem inſtanti ſe reductum inuenit. Sanctus quoq; genebaudus in ſanctitate uite perſeuerās in pace quieuit. vii. idus decēbr. Cui & filius eius latro in epiſcopatu ſucceſſit: qui etiam ſanctus fuit.

¶ De conceptione beate marie uirginis. Cap. XLII.

COnceptio ſancte dei genitrinis marie: nō quidem ex generali eccleſie inſtitutione: ſed ex ſpeciali quorundam deuotione in pluriſq; eccleſiis celebratur: quāuis enim beata uirgo fuerit in utero matris etiam ab ipſa anime infuſionis die ſanctificata: fuit tamen in peccato originali concepta: quod tribus rationibus compro batur. Primo quia ſi fuiſſet ſine peccato originali cōcepta: ſequeretur. q̄ non fuiſſet filia ioachim ſed ſolum anne: & ſic quodammodo quantum ad humanitatem eſſet equalis Chriſto quod eſt abſurdum & errorem. Conſequentia probatur: quia non poteſt eſſe permixtio ſeminum uiri & mulieris ſine pruritu libinis & delectationis. Conſtat autem: q̄ talis pruritus & delectatio habet annexum peccatum' originale: ut probat Auguſtinus in libro de peccato originali. Et ideo conceptio chriſti fuit abſq; tali peccato: quia ibi non fuit permixtio alicuius ſeminis uirilis: & per conſequens nec pruritus libidinie. ¶ Secundo quia ſi fuiſſet ſine tali peccato concepta: ſequereur: q̄ non fuiſſet chriſti ſanguine per eius paſſionē redempta: quod eſt falſum & peſſime dictum. Et probatur cōſequentia: quia chriſti paſſio fuit ordinata ad peccatum omne delendum ſiue originale per baptiſmū ſiue actuale per penitentiam: ſed cū in beata uirgine nullū fuiſſet peccatū actuale abolendū: ſi ſine peccato originali cōcepta fuiſſet xp̄i paſſio nihil delendū in ea

repperiſſet:& ſic per chriſti paſſionem nō fuiſſet redempta. ¶ Tertio quia ex hoc ſequeretur: q̄ ſi beata uirgo ante xp̄m deceſſiſſet:quod fuit poſſibile:ipſa ī/mediate paradiſum īgreſſa eēt:ſed hoc eſt falſum: ut patet Ioānis.iii.Nemo aſcēdit in celū.ſ.ante xp̄m: niſi qui deſcēdit de celo &c.Cōſequētia.p̄bat̄:qa ſola originali culpa aditus regni celoꝝ p̄cludebat̄ decedentibus ſine peccato actuali. ¶ Vergꝫ ad rōnes q̄ in cōtrarium a pluribus allegat̄:ſic reſpōdet̄.Et primo ubi dicit̄:q̄ xp̄s nō uenit ſoluere legē ſed adimplere.Cū igitur ipſe in lege mandauerit:honora patrem tuum & matrem tuam &c.credendum eſt ipſum etiam matrem ſuā in hoc potiſſime honoraſſe:reſpōdet̄ q̄ honorauit eā inq̄tū fuit cōueniens:nō tamen tantū:q̄ ipſe ex hoc exhonoraret ſeip̄m.Nā dicere:q̄ uirgo maria eſſet eccl̄ia in gr̄a humanitati xp̄i:eſſet ignominia ipſi xp̄o. ¶ Secūdo cū dicit̄ a talibus:q̄ auguſtinus dicit:Cū de peccatis agit̄ mētio: noleam uolo de beata uirgine fieri mētionē:ītelligēdū eſt de peccato actuali etiā ueniali:a quo oīno īmunis fuit. ¶ Tertio cū opponit̄:q̄ eccleſia dei p̄mittit fieri ſolēnitatē de eius cōceptione:quod idē eſt ac ſi iuberet:& etiā in curia romana fit tale feſtū p̄ papā & cardinales:Reſpōdet̄:q̄ licet iſtud feſtū ſortiat̄ nomen cōceptionis:eſt potius feſtū de eius in utero ſanctificatione. Sed qa tp̄s ſanctificatiōis eſt ignotū ſub nomine & uocabulo conceptiōis agit̄ feſtū de tali ſanctificatiōe. ¶ Huius aūt celebrationis feſti principiū fuit beatus anſelmus prior monaſterii becenſis poſtmodū cātuarienſis archiepiſcopus.p̄ter miraculū quod eidē apparuit:quod tale fuit.Dū enim ipſe tūc dicti monaſterii prior:pro q̄ buſdā urgentibus ad p̄tes britānie nauigaſſet:diſpoſitiſq̄ agēdis repatriaret:cōtingit tēpeſtate nimia exortа:& ītumeſcente .p̄cella nauē periclitari.Et dū cūcti in diſcrimīe nimio poſiti:omniq̄ ſpe humana deſerti diuinū adiutoriū & beate uirginis flagitarēt:potiſſime aūt prior anſelmus:qui beate dei genetricis fuerat ſingularis deuotus:ſubito cōſpiciūt quendā mirabili claritate fulgentē:pōtificali habitu decoratū ſuper undas maris uerſus nauē ambulādo uenire. Qui .p̄ximus nauī anſelmū uocat:eūq̄ alloquit̄:ut ſi periculū maris euadere cupit:& in patriā ſaluus redire: eidē .p̄mittat coram deo:q̄ feſtū cōceptionis mr̄is xp̄i: annis ſingulis ſoleniter celebraret:& celebrādū q̄buſcūq̄ poterit ſudaret.Et cū ille de die feſti & officio fiēdo ītergaſſet:reſpōdit:q̄.vi.idus decēbr̄.feſtum illud celebrādū erat:quo die beata uirgo cōcepta fuerat:& q̄ idē officiū quo eccleſia utit̄ ī eius natiuitate: in hoc feſto dicēdū erat mutato ſolū nomine natiuitatis in nomē cōceptionis.Et cū prior de nomīe nūcii & ītergaſſet:reſpōdit ſe eē Nicolaū ep̄m a beata dei genitrice pro tali reuelatiōe & eoꝝ liberatiōe trāſmiſſum:mox anſelmus iuſſa .p̄miſit:& uoto ītерpoſitio cōfirmauit:ſtatiq̄ ſedata tēpeſtate & flāte uēto .p̄ſpero ad .p̄pria redierūt.Et ſic ab eodē anſelmo prius in monaſterio ſuo:& deīde in eccleſia cantuariēſi: cui p̄fuit dictū feſtū celebrari cepit.Deīde in pluribus eccleſiis huiuſmodi cōſuetudo inoleuit.Vt feſtū conceptionis beate uirginis.vi.idus decēbr̄.& in calendariis aſcribatur & ſoleni officio recolatur. ¶ Hiſtoria uerō conceptionis beate Marīe in feſto eiuſdem' natiuitatis ſcribetur.

¶ De ſancto Zenone epiſcopo. Cap. XLIII.

ZEno ueronen.ep̄s & doctor claruit tempore Galiēi īpatoris. Qui a cunabilis ſc̄us ex eadē ciuitate oriūdus ī iuuenili etate monachus fc̄us:deo ſanctis opibus ſeruiebat: orās ad dominū:ut ſibi aditū p̄dicationis in populis aperiret.Egreſſus aliq̄do de monaſterio ad piſcandū uidit hoīem ī plauſtro bobus a demōe arreptis p̄cipitātibus p̄ abarupta ad atheſim fluuiū uelociſſime feſtinare:quos ille nullatenus poterat retinere Sc̄us aūt ſigno crucis edito diabolū a bobus effugauit: & boues retinuit:ululāte demone & cōmināte q̄ ad iuriā ſc̄i uiri de bobus eiectus:ad hoīes uexādos trāſiret.Poſt modicū tp̄s in ep̄m ueronen. electus gregē domini uerbo & exēplo paſcebat. ¶ Poſt hec dū filia Galieni īpatoris ab eodē demōio eēt oppreſſa:& demō p̄ os eius clamaret:īde nō egreſſuꝝ niſi Zeno ep̄s aduenīret:miſit īpatoris nūcios ad ip̄m reqrēdū. Qui miſſi ueronā uenientes piſcātē in flumine atheſi reperiūt:eūq̄ ad īpatorē iuitāt negociū exponētes. Quos ille ſe p̄cedere iuſſit:& ex eius piſcatiōe tres piſces de dolio ſumere cōceſſit.Illi uero q̄ttuor abſtulerūt. Et dū eos ad coquēdū in cacabo feruētis aque poſuiſſent tribus piſcibus decoctis:q̄rtus ſubreptus uiuus in uaſe:ac ſi in flumīe natabat:donec ip̄i redeūtes ſcō piſcatori ueniā petūt & furtū reſtituūt:Quibus ille & piſcē cōceſſit & culpā īdulſit.Dū ergo romā ad palatiū īpatoris aduenīſſet:& demō p̄ os puelle clamaret: ſe ibidē amplius manere nō poſſe:Zeno a uirgīe īmū dū ſp̄m eiecit & coronā īpatoris ab eodē ſibi .p̄ mercede traditā in cōparabilis p̄cii paupibus errogauit: atq̄ ab eodē q̄uis chriſtiāoꝝ p̄ſecutore:licētiā edificāde eccleſie in eius dioceſi īpetrauit. ¶ Rediēs igit̄ Zeno uerbū domini iſtāter p̄dicabat libros & uolumīa cōpilabat: idola ubiq̄ deſtruebat:& eccleſias fundabat:multitudinē quoq̄ populi ad xp̄m conuertebat. Quē & ciues nimia dilectiōe reuerebant̄.Sicq̄ ſignis & uirtutibus clarus:eccleſia ſua feliciter gubernata: ī pace migrauit ad dominū.vi.idus decēbr̄.ſepultus in monaſterio ſuo:ubi & multiplicibus ſignoꝝ uirtutibus claret.Refert.gregus.in.iii.dial.capi.xix.q̄ dū fluuius atheſis maxīa inundatiōe adeo creuiſſet: q̄ ciuitatē ueronen.uſq̄ ad feneſtras magnoꝝ palatioꝝ occupaſſet:excreſcēs aq̄ ad eccleſiā beati Zenonis deuenit & aptis ianuis mīme ītroiuit:& pauliſp uſq̄ ad feneſtras eccleſie tecto .p̄xīmas puenit:ſicq̄ ſtās aqua eccleſie ianuas & feneſtras clauſit:ac ſi elemētū liq̄dū in

parietẽ fuiſſet mutatũ. Et cũ multitudo populi utriuſq; ſexus ĩtra eccleſiã repta fuiſſet: & fame ac ſiti deficere formidarent: nec inde egredi poſſent ad ianuã eccleſie ueniẽtes aquã ad bibendũ hauriebãt: que ut aq̃ hauriri poterat: ſed defluere ut aqua: non ualebat. Orãtibus aũt populis aq̃ ad alueũ ſuũ decreſcẽs reuerſa ẽ: aliq̃ muri ciuitatis pte ex ĩpetu magno dirupta: & q̃ p aptam eccleſie ianuã intrare nõ ualuit: firmiſſima urbis muniméta diminuit hec gregorius. ¶ Scripſit aũt hic uenerãdus antiſtes libros: de patiẽtia: pudicitia: fide: ſpe: & charitate. iii. De iuſtitia tractatũ. i. De timore domini. i. De ſpũ & corpe. i. De eo q̃ ſcriptũ eſt. Cum tradiderit regnũ deo & patri tractatũ. i. De edificatiõe domus dei a ſalamõe expoſitione pulcherrimã. De cõtinẽtia tractatũ. i. De baptiſmo tractatus. iii. De natiuitate domini & maieſtate tractatũ. i. De hoc uerbo attẽde tibi ne forte fiat &c. tractatũ. i. De circũciſione tractatũ. i. De ieiunio. iiii. tp̃rm. i. Sup p̃s. lxxx. tractatũ. i. De auaritia. iii. Sup geneſi. viii. Sup exodo. ix. Super Iſaia. vii. Super daniele. iii. Sup iob. i. De feſto paſche. viii. De iuitatiõe ad fontes. v. De ſomnio Iacob ſermonẽ. i. de. xii. ſignis celi ad neophytos tractatũ. i. De fide. ii. Sup Iona. i. Sup hiſtoria ſuſanne. i. De die dominico tractatus. ii. De abrahã. ii. De natiuitate domini. ii. Epiſtolam arcadii martyris tempore ſuo apud mauritaniam paſſi.

¶ De ſancto Romarico abbate. Cap. XLIIII.

ROmaricus abbas ut ait ſigibertus: floruit tẽpore heraclii impatoris: & tẽporibus ſigiberti regis auſtraſiorũ & cloderici regis frãcoꝝ. Hic magnus in palatio regis theoderberti renũcians ſeculo factus eſt monachus in monaſterio luxouien. ſub amato abbate. Quo humanis exẽpto eidẽ in abbatie regimine ſucceſſit uita & miraculis clarus. Exiſtẽs aliquando in oppido uoſagi: uas quoddã ſicere quod pridie fuerat multis ex eo potãtibus uacuatũ: dũ ſitiẽtibus fratribus uinũ defuiſſet: & unde apponeret nõ adeſſet oõne facta diuinitus: repletum apportari iuſſit: & oĩbus eadẽ ſicera ſatiatis: de reliquo egri quicunque bibentes ſanabantur.

¶ Dum aliquãdo ſe balneaſſet: eo de balneo egreſſo puella leproſa ipſius balnei aqua reſperſa confeſtim a lepra mundatur. Quieuit in domino plenus ſanctitate ſexto idus decembꝛ.

¶ De ſcõ Eutyciano pape & martyre. Cap. XLV.

EVtycianus papa & martyr natione tuſcus de ciuitate luna ex patre marĩo: marco pape primo ĩ epiſcopatu ſucceſſit: ſeditq; annis. viii. menſibus. x. diebus. iiii. Hic conſtituit: ut fruges noue ſup altare benedicãt fabe & uue ſolũmõ. Hic ſanctiſſimus papa p diuerſa loca. cccxlii. martyres manu ſua ſepeliuit. Et hoc cõſtituit: ut nullus fidelium martyrẽ ſine colobio aut dalmatica ſepeliret: qui ſub perſecutione aureliani imperatoris martyrio coronatur: & ſepultus eſt uia apia in cimiterio calixti. vi. idus decembris. & ceſſauit epiſcopatus diebus uiginti.

¶ De ſancto Eutyciano confeſſore. Cap. XLVI.

EVtycianus cõfeſſor floruit tpe Conſtãtini magni impatoris: de quo in primo libro hiſtorie triptite dicitur: q̃ in bithynia circa monte olympũ morabatur: diuina repletus gratia in miraculis oſtendendis: cuius tpe q̃dã ſpatarius imperatoris ex ſuſpitione tyrãnidis habita contra eum requiſitus dũ fugeret circa mõte olympum reptus grauibus uinculis aſtrictus eſt. Qué ad preces parentum ſanctus cõfeſſor oratione premiſſa: primo quidem ianuis carcerum ſponte diuinitus aptis a uinculis abſoluit: deinde ad imperatorem accedens: eius innocentiam allegans & comprobans eundem plenius liberauit: eo q̃ imperator ſanctũ in maxima reuerentia haberet.

¶ De ſancto Macario martyre. Cap. XLVII.

MAcarius martyr gente libycus apud Alexandriam tempore decii martyrium paſſus eſt: qui cum a iudice multis uerbis ad negandum fidem ſuaderetur: & eo maiori conſtantia chriſtum profiteretur: uiuus ad ultimum iubetur exuri: ſicq; martyr efficitur. vi. idus decembris. hec ado.

¶ De ſancta Leocadia uirgine & martyre. Cap. XLVIII.

LEocadia uirgo genere hiſpana & nobilis ſub daciano p̃ſide in ciuitate toletana paſſa eſt tẽporibus diocletiani & maximiani imperatorum: que dum ſacrificare idolis cõtẽpſiſſet: a iudice dira carceris cuſtodia macerat donec cogitaret qualiter eã grauioribus afficeret penis. Qui cum in emeritana urbe beatã Eulaliã uirginem & multos alios ſeruos xp̃i diuerſis & excogitatis ſuppliciis interemiſſet. & hec oĩa Leocadia in carcere poſita audiuiſſet: genibus in terra poſitis orans in confeſſione domini impollutum chriſto ſpiritum reddidit. v. idus decembris. ſepulta in eadem ciuitate.

¶ De ſancto Proculo epõ & cõfeſſore. Cap. XLIX.

PRoculus quartus epiſcopus Veronenſis. claruit tempore maximini imperatoris: qui dum apud mediolanum degens chriſtianos perſequeretur: Proculus perſecutionem declinans extra menia urbis Veronenſi in parua cellula latibat: gregem domini ſibi commiſſum ſermone ut poterat reficiens & exemplo. Dum autem martyres chriſti firmus & ruſticus ab anolino proconſule Veroné. in carcere tenti eſſent: proculus amodo ſenex deſiderio martyrii flagrans ſe ſponte gentilibus obtulit: ac chriſtum profeſſus ab eiſdem uinctus proconſuli preſentatur. Quem ille delirum putans & pre nimia iam ſenectute amentia ductum ſolutum abire permiſit: qui a miniſtris colaphis & fuſtibus ceſus extra urbis menia pulſus ad ſuos rediit: dolens q̃ cum deus indignum martyrio iudicaſſet: Illi uero eum uti patrem gratiſſime receperunt: Deinde perſecutione ſedata: loca terre ſancte uiſitauit cura eccleſie preſbyteris ſuis commiſſa: reuerſus autem dum ueniſſet ungariam: barbaram & comam prolixam minuere decreuit iuxta ſacrornm canonum inſtituta. Et dum eſſet in uia fontem orando de terra produxit: quo in loco plures uiatores uiſo miraculo conuerſi ſunt & in ipſo fonte ſi baptizati. Ipſe autem ibidem aqua eiuſdem fontis perfuſus barbam totondit & comam quodam hebeti ferro & rubiginoſo ſic leniter acſi nouacula fuiſſet acuta. Indeq; ueronam rediens ſignis & uirtutibus clarus q̃uit in pace. v. idus decembꝛ. ſepultus in eccleſia ſua.

¶De ſancto Syro epo & confeſſore. Cap. L.

SYrus epūs diſcipulus beati Hermacore aq/legieñ epi ab eodem ordinatus antiſtes papiā ciuitatē miſſus eſt ad predicandū inuētio diſcipulo eidē aſſociato. Qui ueniētes ad ciuitate Veronēſi. dū Syrus filiū cuiuſdam nobiliſſime uidue defunctum ſua oīone a mortuis excitaſſet: eandē dominā cū filio & familia & magna populi multitudine ad xp̄m cōuertit & baptizauit. Ingrediēti uero papiā multitudo populi audita ſignoꝝ illius fama eidem occurrit: & ut eos errātes inſtitutis ſalutaribus īformaret: unanimes acclamabant. Ipſe uero eiſdem uerbū domini p̄dicare cepit: & quicunq; eum tangebāt egroti: ſaluti ſunt ītegerrime reſtituti: Sicq; cunctum populū ad fidē xp̄i conuertit & baptizauit. ¶ Sed poſtq̄ ſancti martyres Geruaſius & Protaſius in ciuitate mediolanenſi pro xp̄o paſſi ſunt: qdā liberius xp̄ianus de reliquiis eorūdem martyꝝ btō Syro amicabiliter detulit: quas ille deuote ſuſcipiens multis in eis uirtutibus uſus eſt: deīde extra urbis menia eccleſiā in honore eorūdē martyꝝ fabricauit: In qua dū ſepius celebraret: die quadā iudeus inter xp̄ianos ad comunionē acceſſit ut ſacrā ſumēs euchariſtiā luto deiiceret. Sed mox ut eam ore ſuſcepit clamoribus diris ſe ignē ore accepiſſe dicebat: cruciatuſq; ardentiſſimos pati. Corpore aūt domini a btō uiro ex ore ꝓpriō reſumpto: quod miraculoſe fauces nulla parte tāgebat ſed quaſi in aere pendebat: iudeus a cruciatu eripit & peccatū cōfitens baptizat. ¶ In ipſa etiam eccleſia beatus Syrus diſcipulos ſuos iuentiū & pōpeium diacones: chryſantū & fortunatū p̄ſbyteros ordinauit. Qui uicos & uillas predicādo circuiens uiri cuiuſdam natum ſurdum & mutū ab utraq; paſſione curauit. ¶ Et ueniens ad ciuitatē brixieñ puerulum obſeſſum a diabolo liberauit: & apud laudeñ ciuitatem cecum quēdam a natiuitate illuminauit. Sicq; in ipſa urbe multos ad fidem conuertit. Deinde repatrians perſecutione xp̄ianoꝝ exorta: dum pagani circūquaq; miſſi fideles opprimerent: uenientes ad urbē papiam chriſtianos appetere minime auſi ſunt eo q; multitudinem timuerunt. Sed dum blandis ſermonibus Syr̄ ad ſacrificia deoꝝ mollire nitunt: eiuſdē predicatione uerſa uice ad dominū cōuertunt. Sicq; multorum ſignoꝝ gloria corruſcans. lviii. annis epiſcopatū tenuit: & plenus ſanctis opibus annoꝝ. cxii. ad chriſtum migrauit. v. idus decembris. Sepultuſq; eſt in eccleſia ſanctorum Geruaſii & Protaſii quā ipſe conſtruxerat & dedicauerat.

¶De ſancto Cyprianno abbate. Cap. LI.

CYprianus abbas peragoriceñ apud eandē peragorice ciuitatē uir magnifice ſanctitatis & clariſſimus in miraculis. v. idus decēbris. in domino feliciter requieuit: ibiq; ſepultus eſt: ut dicitur in martylogio adonis.

¶De ſcō melchiade papa & martyre. Cap. LII.

MElchiades papa natiōe apher cuſebio ī epiſcopatu ſucceſſit: & ſedit annis. iii. menſibus. vi. diebus. xv. hic cōſtituit nulla ratione die dominica aut q̄nta feria ieiuniū celebrandū: quia eos dies pagani quaſi ſacr̄ ieiuniū celebrābāt. Et manichei ab eodē in urbe inuenti ſunt. Fecit quoq; ordinationem unā mēſe decēbris preſbyteros. vii. diacones. x. epōs p diuerſa loca numero. vii. Qui perſecutione conſtantini impatoris anteq̄ fieret xp̄ianus martyrio coronatus: ſepultus eſt in cemiterio calixti uia apia. iiii. idus decēbris: & ceſſauit epatus dies. xvi. ¶ Hic ad utilitatē fidei plures edidit libros aduerſus gentiles. Item contra iudeos. Iteē cōtra hereticos cathaphrigas uolumē precipuū. Ad principes ēt romanos Marcū Antoniū & lucium uerum librum apologeticum pro chriſti religione conſcripſit.

¶De ſanctis Carpophoro & Abundio martyribus. Cap. LIII.

CArpophorus preſbyter & abundius diaconus apud hiſpalim ciuitatē hiſpanie paſſi ſunt ſub diocletiani & maximiani pſecutione agente preſide martiano. Qui ab eo cōprehenſi: primo fuſtibus ceſi ſunt: deinde in carcerem pluribus diebus negato omni cibo & potu reclauſi: inde miraculoſe per angelum educti ſunt. Et dū chriſtum populis annunciarent: iterum tenti: ora eorum lapidibus contuſa ſunt poſt hec in equuleo leuati ac diutius torti: rurſumq; diu in carcere macerati: Nouiſſime in confeſſione fidei gladio percuſſi ſunt. iiii. idus decembris.

¶De ſcā Eulalia uirgine & martyre. Cap. LIIII.

EVlalia uirgo ī ciuitate barcinona puincie hiſpanie martyrium paſſa eſt ſub preſide daciano. Que a ſancto donato preſbytero docta: & ad martyriū aīata cū eſſet annorum. xiii. a p̄ciſe detenta ad ſacrificia deoꝝ cōpellitur. Et cū ſe ſoli deo celi ſacrificare diceret: & xp̄m ſponſum ſibi eſſe aſſereret: primo nodoſis fuſtibus ex arbore cū ſtirpibus raptis expoliata cedit. Dehinc mā/millis oleo candēti pfundit. Inde in maſſam calcis uiue demergitur. Et cū hec oīa cōſtantius ſupaſſet: iuſſu daciani olla plūbo liquefacto replet: ipſaq; nuda ſuper lectū ferreū extendit: ut ſi diis īmolare renueret plūbo pfunderet. Que dū paſſionem thyrſi martyris cōmemoraret: & ad xp̄m oratiōe fudiſſet: plūbum manus īfundentiū exurebat: uirgini aūt tepidū erat. Quā dacianus rurſum uirgis duriſſime cedi: & frag/mentis minutis teſtulaꝝ plagas eius confricari iuſſit. Et cū ad hec oīa ſupplicia redderet īmobilis: & xp̄m pro ſalute hoīs paſſum aptis rationibus cōprobaret: deoſq; gentiū cōfutaret: fecit eā p̄ſes cādelis accēſis ingenis exuri. Deinde ſinapim aceto liquefactū naribus eius infundi: nec non calcē oleo pmixtā ſup uulnera ipſius aſpergi: & ſic in caminū ſuccēſum īmitti. Vbi

dũ pſallẽdo in medio flãmarum maneret illeſa: iuſſit eam dacianus inde eductam ad cõfuſionẽ eius nudatã & decaluatã p totã ciuitatẽ circũduci. Deinde extra urbis muros decollari. Cuius cõſtantia multi ad martyriũ aĩati ſunt. Et dum eẽt decollata exiit de corpore eius quaſi ſpecies columbe: que ad celos euolauit. Cuius corpus donatus preſbyter ſepeliuit. iiii. idus decembris in eadem ciuitate.

¶ De ſcã Iulia uirgine & martyre. Cap. LV.

IVlia uirgo apud ciuitatem eandem barcinone martyriũ ſub eodem pſide paſſa eſt. iiii. idus decẽbris. Que fuit conuirginalis beate eulalie & comes idiuidua: eidem ad paſſionem properãti: propter quod ab eodẽ daciano in ipſo loco ſine audientia decollata eſt. & a preſbytero donato ſepulta: ut dicit ado.

¶ De ſancto damaſo papa & cõfeſſore. Cap. LVI.

NAmaſus papa huius nominis primus natione hiſpanus ex pre antonio felici pape ſecundo in epatu ſucceſſit: & ſedit annis. xvii. menſis. ii. diebus. x. Et cũ eodẽ ordinatur ſub cõtẽtione urſinus: & facto cõcilio ſacerdotũ: cõſtituerũt damaſum: qa fortior & plurima populi multitudo cũ eo erat: urſinũ uero ciecerũt ab urbe: & cõſtituerunt epm neapoli. Damaſus in ſynodali iudicio dãnauit liberiũ papã eius pdeceſſorẽ hereticũ: & oĩa facta eius caſſauit. Huic ſanctiſſimo uiro beatus Hieronymus multa eccleſie religionis ſcripta miſit: & ad eius inſtantiã ipſe Hieronymus officiũ in eccleſia romana celebrãdũ excepto cãtu cõpoſuit: pſalteriũ p nocturnos diuiſit: & uerſiculũ Gloria pri. poſt ps cãtari iſtituit: que oĩa papa damaſus approbauit: & p eccleſias cãtari cõſtituit: & ut chori in duas ptes diuiſi pſalmos alternatim canerent mandauit. Precepit etiã: ut pſbyter celebraturus cõfeſſionẽ faciat: priuſq ad altare accedat. ¶ Hic iuidioſe accuſat de adulterio: & facta ſynodo coram. xliiii. epis ſe purgauit: & dãnauerunt diacones cõcordiũ & calixtũ eius accuſatores. ¶ Hic elegãs in metro cõponẽdo ĩgeniũ habuit. Fecitq; baſilicas duas: unam iuxta theatrũ ſcĩ Laurẽtii: & alterã in catacumba ubi iacuerũt corpa apoſtoloꝝ petri & pauli: in quo loco platoniã ipam uerſibus adornauit. Multaq; corpa ſcoꝝ reqrẽſiuenit quorũ ẽt tũbas uerſibus adornauit. Huius tẽporibus ſecũda ſynodus. cl. patꝝ apud cõſtãtinopoli celebrat: ĩ q̃ macedonius dãnat: q ſpiritũſanctũ deũ eẽ negabat: & aſſertũ ẽ ſpiritũſanctũ eẽ cõſubſtantialẽ pri & filio: dataq; eſt forma ſymbolo quã latina cõfeſſio pfeſſio pdicat in eccleſiis. ¶ Hic fecit ordiatiões qnq; p menſem decẽbriũ pſbros. xxxii. diaconos. ii. epos p diuerſa loca nũero. lxii. Octogenarius moritꝰ. iii. idus decẽbr. & ſepultus ẽ in baſilica ſua uia ardeatina iuxta matrẽ ſuã & germanã: & ceſſauit epatus dies. xxxi. ¶ Multa opuſcula breuia heroico carmĩe cõpoſuiſſe fertꝰ Scripſit ad beatũ hieronymũ libellũ de geſtis pontificum & epiſtolas plures: floruit tẽpore theodoſii ſenioris.

¶ De ſcis Fuſciano & Victorico mar. Cap. LVII.

FVſcianus & uictoricus martyres urbis romane ciues oriundi: ide egreſſi in frãciã ad ſanctũ Quintinũ eoꝝ ſociũ q illuc acceſſerat reqrendũ adierũt. uenienteſq; ad ciuitatẽ arbianis: & ipm inde abiiſſe audientes: inde recedẽtes ut pariſius tenderent obuiãt cuidã xpiano noĩe gentiano: q eis qntinũ pro xpo paſſum nunciauit: & ad domum ſuã adduxit: & dũ eſſent in menſa nuncii rictiouari pſidiis ſupuenientes hoſpites cũ gentiano capiunt: & ad pſidẽ adducunt: qbus ille: dũ in xpi cõfeſſione pſiſteret: iuſſit ſudes ferreas in nares & aures eoꝝ imitti: & clauis cãdentibus eoꝝ tẽpora tranſfigi: oculos quoq; erui mãdauit: deinde ſcoꝝ corpa lãceis tranſforari: & dũ adhuc palpitarent: capita eoꝝ pcidi fecit. Sup quoꝝ corpa luce igẽti decelo pfuſa: erecta buſta capita preciſa in manibus ſumpſerunt: & uſq; ad hoſpitium ſancti gentiani eorum hoſpitis deuenerunt: ubi & ſepulta ſunt tertio idus decembris.

¶ De ſanctis Tarſone Pontiano & Pretextato martyribus. Cap. LVIII.

TArſon martyr & pontianus ac ptextatus eius ſocii ſub maximiano iperatore martyriũ paſſi ſunt: hic Tarſon in urbe roma locuplex uir & facultatibus plenus xpianis dãnatis ad fodiẽdã harenã dũ therme edificabant multa neceſſaria miniſtrabat: que eiſdẽ p ſiſinnium & cyriacũ eccleſie romane diacones tranſmittebat: ut in paſſione Marcelli pape legẽt. xvii. calen. februarii. Qui poſt obitum marcelli pape prefati tentus a maximiano cũ põtiano & ptextato eo q xpiani eſſent capitalem iuſſi ſunt ſubire ſententiam. Sicq; coronam martyrii perceperunt tertio idus decembr.

¶ De ſancto Sauino epiſcopo. Cap. LIX.

SAuinus eps placentinus ut ſcribit Gregorius. iii. dial. cap. x. uir magne ſanctitatis & & uirtutis fuit: cui dum quadã eius diaconus nunciaſſet: q padus fluuius alueũ ſuũ egreſſus agros eccleſie occupaſſet: mandauit ſauinus diacono: ut ex pte ſua pado mandaret: q̃tenus ſe compeſceret: & ad alueũ ſuũ rediret: quod diaconus audiens & deſpexit & irriſit. Eps aũt aduocato notario eidem dictauit epiſtolam dicẽs Sauinus ieſu xpi ſeruus cõmonitoriũ pado: precipio tibi in nomine domini ieſu xpi: ut de alueo tuo i locis iſtis ulterius nõ exeas: nec terras eccleſie ledere pſumas. Quod ſcriptũ p notariũ in aquã flumis ,piici iuſſit. Mox ſe a terris eccleſie flumis aqua cõpeſcuit: ad alueũ ,ppriũ rediit: & exire ulterius in loca eadẽ nõ pſumpſit. Huic ſcõ uiro diuina reuelatiõe oſtenſum eſt corpus ſcĩ martyriis antonini: quod diu in ipſa ciuitate latuerat. Ipſeq; iuxta ſibi datã reuelationem corpus inuenit: & honorabiliter tumulauit: ut habebitur debito loco. pridie cal. octobr. Qui etiam poſt multa laudabilia opera quieuit in pace. iii. idus decembris.

¶ De ſancto Paulo ſergio epo. Cap. LX.

PAulus ſergius eps diſcipulus ſancti Pauli de ciuitate papho inſule cypri: ut habetur actuũ. xiii. Dũ paulus apoſtolus pueniſſet paphũ cũ coapoſtolo eius barnaba pdicãtes & ipſe exiſtens proconſul deſideraret audire uerbũ dei apoſtolos gratãter ſuſcepit: ubi dum ellimas iudeus magus apoſtolo reſiſteret querẽs auertere p cõſulẽ a fide: & paulus ipm ad tẽpus lumine oculoꝝ priuaſſet credidit, pconſul admirãs ſup doctrina domini. Qui ab apoſtolo baptizatus poſt aliquod tempus relicto ſeculo diſcipulus pauli effectus ipm uſq; ad paſſionem ſecutus eſt. Quẽ & idem apoſtolus an-

te eius obitū in epm cōſecrauit. ¶ Poſt paſſionē ergo ſuā beatus paulus apud paphū eidē p uiſionē manda uit: ut ad ptes hiſpanie & gallie pgeret ad predicādū. Quod & ipſe fideliter adimplere curauit. Et poſt aliquod dies ueniēs romā cum rufo & ſtephano diaconibus ſuis: eccleſiā beati apoſtoli cōſecrauit. Deinde pgens ad ciuitatē lune filiū cecū mulieris uidue: que ipm hoſpitio ſuſcepat illuminauit: eamq; cū filio & multis ad xpm cōuertit. Qui a ſapritio ꝓconſule captus: dū ille ſubito moritᵉ: paulus a populo liberatur: Deinde ueniens galliā ebredunēſi & auriēſi urbibus xpm euāgelizauit. Et a beato apoſtolo Paulo monitus ueniēs narbonam dū arelatenſi urbi appropīqua ret: & rodani flumē trāſiret: nauta in flumē cecidit: & abſorto corpe necatus ē. Sed orāte ſcō corpus de ꝑfū do enatauit: & ipm paulus ſergius ſuſcitauit. Quo uiſo miraculo multi ad fidē cōuerſi ſūt: ueniēſq; narbonā filiū olim principiis ciuitatis nup defuncti a demonio obſeſſum p̄cibus matris uidue ab īmūdo ſpū liberauit: eūdēq; cū matre & populi multitudine baptizauit. Indeq; hiſpaniā circuiēs predicauit. Et rediens narbonā: poſtq; totā ciuitatē & regionem ad xpm cōuerterat trina uiſiōe beati pauli apoſtoli monitus: obitū ſuū appropinq̄re cognoſcēs eccleſiā narboneū ſtephano diacono ſuo in epm conſecrato commiſit regendam: Rufumq; preſbyterum in auinionenſem epm ordinauit. Et omnibus fideliter diſponitis: orās in eccleſia ſua in pace quieuit. pridie. idus decembris: ubi & ſepultus iacet miraculis clarus.

¶ De ſcis Euſtratio & ſociis martyribus. Cap. LXI.

EVſtratius ſtriniarius ordinis ducalis & primarius ciuitatis auraricenorū temporibus diocletiani & maximiāi impatoꝝ cū ſociis ſuis martyriū paſſus ē. Qui prio i ciuitate ſatalia a lyſia p̄ſide tētus: eo q; eēt xp̄ianus & cingulo militari exutus: dū xpm confiteret a terra leuatus igne ſubterpoſito: ſemiuſtus depoſitus grauiter ceſus ē. Deīde ſale & aceto mixtis uulneribus pfuſus. Dū hec oīa patientiſſime toleraſſet: oīa eius uulnera tāquā ſquāme ab eius corpe diuitus exciderūt. Quo uiſo miraculo Eugenius cōciuis & officialis cōueniſus eſt. Tūc ambos ferro uictos lyſias īcarcerauit: deīde in pedibus amboꝝ īpoſita crepidine cū clauis: & pedibus eoꝝ trāſfoſſis deduxit eos ſecū ad ciuitatē auraris: quoꝝ exēplo Auxētius & mardarius q uxorē & liberos dimiſerat ad iudicē accedētes xpm publice nūciabāt: lyſias igit ambobus ipſis cōprehēſis: primo q; dem auxētiū decollauit: deinde mardariū īmiſſis funibus p pedes ipſius trāſſoratos: a terra ſuſpēſum: & baculis ferreis ignitis ceſum īteremit. Interea dū oreſtes qdā xp̄ianus occultus & miles cū ceteris cōmilitionibus iacularet: & crux quā ad collū appēſam geſtabat ī publicū ꝑſiliſſet: & hoc p̄ſidi nūciatū eſſet: eū cū multis aliis xp̄ianis: quos ī eadē reppit ciuitate teneri fecit. Et dū ſeditionē populi formidaret: īpos oēs cū euſtratio ad agricolaū p̄ſidē ciuitatis ſabaſtēſis puniēdos trāſmiſit. Qui primo qdē oreſtē ſup lectū ferreū ignitū & flāmis ſuppoſitis extēdi fecit. Quo poſt lōgos cruciatus migrāte ad dominū: euſtratiū carceri mācipauit. Ad quē eps ciuitatis occulte noctu ueniens ipm cōicauit: ubi & poſt modū uoce celica cōfortat. Qué mane preſes eductū igne conſumi: fecit reliquos crhiſtianos decollauit. Quoꝝ oīum corpora in ciuitate auraricenoꝝ a chriſtianis ſepulta ſunt. Horum omnium paſſio recolit. pridie. idus decembris.

¶ De ſanctis Epimacho & Alexandro martyribus. Cap. LXII.

EPimachus & alexāder martyres apud alexādriā paſſi ſunt. Qui cū multo tpe in uiculis extitiſſent: & diuerſis cōfecti ſuppliciis pduraſſent ī fide: ignibus tādē cōſumi iubent. pridie. idus decēbr: hec ad ī ſcōꝝ martylogio.

¶ De ſanctis Amonaria & Mercuria & ſociabus martyribus. Cap. LVIII.

QVattuor ſancte mulieres. ſ. amonaria: mercuria: dionyſia & alia amonaria apud alexandriā paſſe ſunt ut ſcribit dionyſius libro de martyribus. Quaꝝ primā iudex ī menſis cruciatibus afflictā capite puniri fecit. Secundam uero uenerabilem anū & facundiſſimā uirginē .ſ. mercuriam p̄fatus iudex: nec non reliquas duas uidelicet dionyſiam & amonariā diuerſis ſimiliter penis cruciatas tandem ferro peremit. Harum paſſio. pridie. idus decembris.

¶ De ſcā Lucia uirgine & martyre. Cap. LXIIII.

LVcia uirgo uobiliſſima ſyracuſanoꝝ: cū fama miraculoꝝ beate Agathe p totā ſiciliā diuulgaret: & ſyracuſanus populus ad ciuitatē cathaneū per. xlv. miliaria ad ſepulchrū ipſius uirginis pergeret uiſitandus prexit & ipſa cū matre eutitya que fuerat p quattuor annos īcurabili fluxu ſanguinis fatigata: ubi iter ipſa miſſarum ſolennia cōtingit euāgelium legi: qno narratur dominū mulierem a fluxu ſanguinis liberaſſe. Tunc Lucia matrem admonuit credere his que legebātur: & ſepulchrū uirginis Agathe deuote cōtingere: quod ſi faceret: plenius ſanaret. Igit recedentibus cunctis & matre ac filia ad ſepulchrum orantibus: Luciā ſomnus arripuit: cui btā Agatha gēmis ornata ſtās in medio angeloꝝ apparuit: & ꝓpter ipſius fidem matrem ſanatā eadem hora nunciauit. Euigilans ergo & matrem ſanā aſpiciens: amore beate Agathe que ipſam ſaluam fecerat adiurauit: ut oīa que ſibi datura erat ī doté eunti ad ītegritatis ſue corruptorē: mortalē uidelicet hoīem: cui fuerat deſponſata: eidem daret ad ītegritatis ſue factorem chriſtum: cui erat ſpiritualiter in coniugio copulata: & ne ſibi de cetero ſponſum temporalē nominaret: & cū eutitya eidem reſpondiſſet: ut poſt eius mortem de facultatibus ſuis faceret

quicquid uellet: ꝓbauit eidẽ Lucia non eſſe deo gratũ quicquid poſt morte ipendiſ: eo ꝙ ideo quis dat: quod tũc ſecum ferre nõ põt. Redeuntes igit ſyracuſas poſſeſſiones & ꝑdia diſtrahebant: & ꝑcia pauperibus errogabant: quod ubi Lucie ſponſus cõperit: nutricem puelle cur hec fierent iterrogauit. Illa aũt ſponſam eius aſſeruit inueniſſe poſſeſſionẽ magni precii utilẽ & uenalẽ: quã ut nomine ſponſi emeret aliqua diſtrahebat. Credidit ſtultus carnale cõmerciũ & cepit etiã ipſe auctor eſſe uẽdentiũ. Poſtq̃ aũt omnia diſtracta ſunt: ſponſus luciã accuſat paſchaſio cõſulari: dicens ipſam eſſe chriſtianam & contra leges uiuere auguſtoꝝ. Quã paſchaſius cõprehenſam cepit ad ſacrificia deoꝝ inuitare. Illa uero reſpõdebat ſacrificiũ ueꝝ & ĩmaculatum eſſe pauperibus in eorum inopia ſubuenire: obiecitq̃ ſibi paſchaſius ꝙ ꝑimoniũ ſuũ cũ eius corruptoribus ipenderat: & iõ ut meretrix loquebatur. Cui illa ſe corruptores corpis nec mẽtis aliquãdo cognouiſſe reſpõdit. Et cũ paſchaſius eidẽ cõminaret ꝙ uerba ceſſarent: cum ad uerbera puẽtum eſſet: reſpondit dei uerba ceſſare non poſſe: adiiciens in ſe loqui ſpiritũſanctũ: eo ꝙ pudice uiuentes ſecundũ apoſtolũ templũ ſunt ſpũſſancti. Paſchaſius uero eidẽ cõminat: ꝙ ipſam faciet trahi ad lupanar: ut ſic uirginitate amiſſa ſpiritumſanctũ ꝑdat. Illa aũt econtra aſſerebat: ꝙ nunq̃ inqnaſ corpus niſi de conſenſu mentis: & ꝙ ſi inuitã eã faceret uiolari: caſtitas ſibi duplicabit ad coronam. Tunc paſchaſius uocatis lenonibus iuſſit eã ad lupanar duci: ut oĩ populo ad eã inuitato tãdiu illuderet: donec deficeret. Volentes aũt ipſam trahere: tãto põdere eã fixit ſpũſſanctus: ut penitus moueri non poſſet: ligatiſq̃ manibus eius & pedibus a mille uiris inſuper & a pluribus paribus bouũ trahi nullatenus poterat. Et conuocatis magis nullis etiã incantationibus potuit amoueri. Et dũ quidã dicerent ꝙ lotio perfuſa maleficia ſolueret: lotio pfundit: ſed ĩmobilior reddit. Iratus cõſularis circa eã adhibitis lignis oleo & pice & reſina copioſũ fecit ignẽ accẽdi: in quo ipſa ĩcolumis ꝑmanebat: dicẽs a domino ducias martyrii ipetraſſet: ut credẽtibus timorẽ tolleret paſſionis. Videntes aũt amici paſchaſii ipſum anguſtiarii: in eius gutture gladium ĩmerſerũt. Que nequaq̃ loquelã amittẽs pacẽ eccleſie dei redditã nunciauit maximiano ĩperatore defuncto & diocletiano de regno iecto: addiditq̃ ſe a domino ſyracuſane ciuitat iteruentricẽ cõceſſam. Eadẽ hora miniſtri romanoꝝ ueniũt: & paſchaſiũ cõprehenſum romã adducũt: ubi a ſenatu romano depdatione bonoꝝ fiſcaliũ cõuictus capitalẽ ſententiã accepit. Virgo aũt homini de loco in quo erat nõ ẽ mota nec mortua: quouſq̃ ueniẽtibus ſacerdotibus ſacrã cõmunionẽ accepit: & ſic in cõfeſſione xpi ſpũm emiſit idus decẽbris circa annũ domini. cccx. Sepultaq̃ eſt ſyracuſis: ĩde ꝑ ceſſu tẽporis corpus eius Conſtantinopolim: & inde uenetias tranſlatum creditur: ut ponet in feſto eiuſdem tranſlationis. xv. calen. februarii.

¶ De ſancto Iudoco confeſſore. Cap. LXV.

IVdocus regis britonũ filius anno decimo Cõſtantini qui & cõſtantius relicto regno uilicq̃ ſumpto habitu per orbem dudũ peregrinatus eſt. Poſt hec cũ undecim peregrinis in clericali habitu romã ueniens uiſitatis apoſtolorũ liminibus: inde diſcedens uenit ad pagum põticum: ubi a duce aymone ſuſceptus & eius inſtantia preſbyter ordinatus: filium eius urſinũ de ſacrofonte leuauit: inde uenit ad locum qui diciſ baraic: & eremiticam uitã duxit miraculis clarus. Adeo enim mirabilis ſanctitatis fuit: ut columbe ſilueſtres & piſces de manibus eius paſcendi ad eum cõuenirent. ¶ Et cum habitaret in cellula cum quodam diſcipulo eidem miniſtrante unicum ſolũmodo habens panem quattuor pauperibus pro elemoſyna ſucceſſiue uenientibus diuidi fecit. Et cum diſcipulus heſitans murmuraret eadẽ hora quattuor nauicule panibus onuſte ſine duce uel regime ad eum per fluuium aduenerunt: diuinitus ut creditur ꝓcurate. Deinde dum ducem aymonem in nemore repperiſſet: qui aprum ceperat & cũ ſuis anxiabatur ſiti: baculo terrã ꝓcutiens aquam producit ad eorum ſatietatem. Et cũ iteꝝ romam uiſitaſſet puellam a natiuitate cecã ibidem illuminabit. Et ad cellã ſuã rediens poſt modicũ in pace quieuit: idibus decembris. Sepultus eſt in pago pontino ſignis corruſcans.

¶ De Sancto ſpiridione epõ. Cap. LXVI.

SPiridion epͤs in cypro fit: de quo caſſiodorus in hiſtoria triptita refert ꝙ fuit de numero illoꝝ cõfeſſoꝝ quos maximianus ĩpator dextris oculis effoſſis & ſiniſtro pollice ꝑciſo ad metalla dãnauerat. Hic cum ꝓpheticam duceret uitã: etiã ſignoꝝ gloria iclytus fuit. Inter que dũ latrones ad furãdũ ſibi nocte ueniſſent: eos diuitus alligatos mane repit: eoſq̃ diſſoluit: de ſcelere eos corripit: eiſq̃ pie arietẽ conceſſit. ¶ Apud filiam eius hyrenem quidã pecuniã depoſuerat: qua ſubito decedẽte: nec inuento depoſito. Sanctus eã in xpi nomine de tumulo uocauit: & ab ea ubi depoſitũ erat: iterrogata ſibi reſpondente didicit: & hoĩ repertũ reſtituit. Mos erat ſibi cuicũq̃ petẽti ex fructibus collectis mutuare. Dũ ergo cuidã granum mutuaſſet: & ille ad aream reſtitueudũ detuliſſet manu appoſita nihil reſtituit: quod ſanctus ꝑ ſpiritũ cognoſcẽs tacuit. Sed dũ ille alias ad arcã ꝑ alio mutuo ſumẽdo ueniſſet: nihil in ea reppit: q̃ tamẽ frugibus plena erat: & ſic peccatũ ſuum cõfeſſus eſt. Quieuit in pace. xi. cal. ianuarii.

¶ De ſancto Agnello abbate. Cap. LXVII.

AGnellus abbas a pueritia innocẽter uiuẽs: ꝑfectus eſt in abbatẽ monaſterii quod beatus gaudioſus cognomẽto ſeptimus celius hitanenſis & aphricane eccleſie põtifex cõdidit in parthenope ciuitate tpe quo ex aphrica fugerat pſecutionẽ uãdalorũ: ſicut dicit auguſtinus. Ibique dudũ in ſcitate uite pmãſit: ſubditũ ſibi domini gregẽ uerbo & exẽplo reficiẽs: qui etiã. xix. cal. ianuarii quieuit in pace. Cuius corpus Neapolim delatum ſepultum eſt: iuxta eccleſiam ſancte dei genitricis marie: ubi & multoꝝ deuotiõe uenerabiliter colitur.

¶ De ſanctis Herõe arſenio iſidoro & dioſcoro martyribus. Cap. LXVIII.

HEro arſenius iſidorus & dioſcorus alexandrie paſſi ſunt ſub perſecutione decii. Exq̃ bus dioſcorus eo ꝙ iunior: uidelicet anno nũ. xv. primo a iudice auditus: dudũ uerberatus eſt. Ceteros uero cũ uideret iudex pari cõſtãtia fidei armatos: uariis tormẽtis dilaniãs: tãdẽ igni

bus conſumi iubet. Dioſcorus uero ob eius nimiam iuuentutem: diuino nutu ad conſolationem fideliū dimiſſus eſt. Horum martyrium celebratur. xix. cal. ianuarii. Hec ado in martylogio ſuo.

¶ De ſcis Nicaſio epo & eutropia mar. Cap. LXIX.

Nicaſius remeñ eps paſſus eſt tempore uandalice pſecutionis cū ſorore eutropia: btō auiano tunc apud aurelianū epante. Nam dum uandali ciuitatē remenſem diu obſediſſent: ultimo ſubuerſionis eiuſdem urbis die: expugnantibus hoſtibus ciuitatē. Nicaſiū ciues cōſulūt quid utilius fiēdū aut hoſtibus ſe tradere aut patriā defendere. Qui diuina reuelatione urbē preſciēs ſubuertēdam conſtanter ait mortis eſſe periculum ſubeundū: quod multis dudū iminere didicerat propter peccata ſua offerens ſe morti patū. Apertiſq; ianuis cū ſancta eutropia ſorore ſua furibundis occurrit aduerſariis ī hoſtio baſilice beate marie ab eodē cōſtructe. Et dū uix facto ſilentio inimicos ab ouiū ſuaꝝ leſiōe monuiſſet: ab eiſdē decollatus ē. Germanā uero eius ꝓpter pulchritudinē ipſius: īfideles ad illudendū ſeruauerūt. Quod dū ipſa cerneret martyrium potius q̄ uiolationē eligens occaſionē captauit: ut hoſtes de īpietate in ſanctum ēm exhibita redargueret: uni ex carnificibus oculos digitis quaſi in ultionē euellens. Et ſic in eā ceteri īſurgentes trucidarunt cū aliis ciuibus multis. Ceteriſq; fugatis ciuitatis depopulat plurimis captiuatis. Sāctoꝝ aūt occiſoꝝ corpora relicta ſūt ī expugnata ciuitate. Supra que noctibus celeſtia luminaria refulgebāt & angelica cantica reſonabant: donec reuelatione diuina poſt uandalorū abſceſſum: a ciuibus qui remāſerāt corpora ſcōꝝ fragrantia: digno honore locis cōgruētibus tumulata ſunt. Paſſio horum martyrum. xix. calen. ianuarii.

¶ De ſancto Valeriano epiſcopo. Cap. LXX.

Valerianus eps apud aphricā paſſus eſt tpe pſecutionis uandalice. Nam cum ex precepto genſerici regis: ad tradendū īfidelibus diuina miſteria cūcti ſacerdotes artarent: ita ut arriani de palliis altaris ſibi camiſias & femoralia facerent: ſanctus eps ad hec cōpulſus uiriliter contradixit: propter quod annoꝝ plus. lxxx. extra ciuitatē expelli ſingulariter iuſſus eſt. Et ita preceptum: ut nullus eū in domo neq; in agro dimitteret habitare. Sicq; in ſtrata publica multo tēpore nudus ſub aere iacens in cōfeſſione & defenſione catholice ueritatis curſum beate uite compleuit. xviii. calen. ianuarii.

¶ De ſanctis Anania: azaria & miſaele pueris. Cap. LXXI.

Ananias azarias & miſael pueri nobiles de populo iudeorum: cum daniele ꝓpheta & aliis multis iudeis & cū Ioachim rege iuda a Nabuchodonoſor rege chaldeoꝝ rapti: de hieruſalē in babyloné adducti ſūt ut ſcribit dañ. i. Quos uti pulchriores & doctiores rex caſtrauit ut ait Ioſephus: & tradidit eos prepoſito eunuchorum aphanaz: & fecit eos erudiri ꝓuincialibus litteris pariter & chaldeoꝝ lingua: & mutauit eis rex nomina danieli balthaſar: ananie ſydrac: azarie miſach: & miſaeli abdenago. His quattuor ꝓpoſitus eunuchorum ſpecialem poſuit ꝓcuratorem malaſar. Hi ꝓpoſuerūt non cōtaminari cibis gentilium: & a ꝓpoſito eoꝝ obtinuerunt diebus. x. leguminibus & aquā temptari. Et cū probaſſet: & eos ex hoc in nullo ceteris macilētiores uidiſſet: accipiebat cibaria regia & uinū potus eoꝝ: & dabit eis legumina & aquam. Et tranſactis tribus annis cōparuerunt coram rege ꝓut ille ſtatuerat: nec ſunt inuenti eis ſimiles in regno in omni ſapientia & diſciplina. ¶ Poſtq̄ aūt daniel uiſionē ſtatue & eius expoſitionem deo ſibi reuelante reſerauit: ut dicitur dañ. ii. Et Nabuchodonoſor rex danielem pluriū honorauit: ad petitionem eius ananias azarias & miſael conſtituti ſunt a rege ſuper opera ꝓuinciarum babylonis. ¶ Poſt hoc nabuchodonoſor rex fecit ſtatuam aureā: & ſtatuit eam in campo duram fluminis iuxta quem gigantes edificauerant turrem babel: & conuocatis omnibus principibus & populis ad dedicationem & adorationem ſtatue: ut habet dañ. iii. & omnes iuſſu regis ſtatuā adoraſſent: tres pueri ſtatuā adorare nolentes iuſſu regis uincti cū ueſtibus in fornacem ignis ſeptuplo accenſam miſſi ſunt. Cum quibus angelus domini deſcendit & eos uinctos exoluit: flammā ignis excuſſit: & quaſi uentum roris flantem fornacis medium redegit. Flāma aūt ſe cubitis. xlix. diffundens miniſtros regis eam incendentes incēdit. Tres autem pueri in medio flamme ambulantes quaſi ex uno ore benedicebāt dominum & hymnū Benedicite cōponētes: omnē creaturam ad dei benedictionem inuitabant. Cum aūt rex tres uiros in fornacem miſſos diceret: & quartum ſimilem filio dei ſe uidere ſtuperet: quod de angelo intelligendū eſt: eos de fornace uocauit. Qui egreſſi corporibus & capillis & ueſtibus omnino inuſti apparuerūt: Quo miraculo ſtupefactus rex poſuit edictum q̄ ſub pena capitis & domus diruende nemo blaſphemare preſumeret deum ſidrac miſac & abdenago: eiſdemq; ampliorem contulit dignitatem. Qui poſt multum tempus in babylonem quieuerunt in pace. Qui & inter ſanctos ueteris teſtāmēti cōnumerati ſunt a mathatia primo machabeoꝝ. ſecūdo capitulo. Quorum corpora ſub quodam ſpecu poſita ſunt: in ſepulchro quod daniel ſibi & ſociis ꝓparauit: ubi & ipe poſtmodū tumulatus ē. Hoꝝ dies dormitiōis apud hebreos agit. xvi. calē. ianuarii: ut in eius martylogio Hiero. ſcriptū oſtēdit.

¶ De ſancto Lazaro epiſcopo. Cap. LXXII.

Lazarus eps frater marthe & marie magdalene xpi diſcipulus nobilis de genere iudeorum: diues ac prepotēs patre ſyro matre eucharia exortus: quatriduanus defunctus a domino ex mortuis ſuſcitatus: diſcipulus chriſti & apoſtoloꝝ cōſocius fuit: & in die penthecoſtes unus ex numero. cxx. diſcipuloꝝ extitit: in quos ſpi-

ritusſanctus corporaliter effuſus eſt. Et deide una cũ ceteris p̃dicationi uerbi domini inſtabat: diſtractiſq; oĩbus ſicut & ceteri p̃cium apoſtolor̃ pedibus p̃ſentauit:& apoſtolicã uitam & formã aſſumpſit. ¶ Ver̃ perſecutione iudeorum que facta eſt poſt ſtephani lapidationem:ita ut cuncti diſcipuli diſpergerent̃ p ciuitates preter apoſtolos: ut dicitur actuum.viii. Ipſe una cum ſororibus ſuis & ſancto maximiano & ſancto celidonio:qui fuerat cecus a natiuitate: & cũ martha ſua ancilla pediſequa marthe nauicule ſine remo uel duce ĩ poſiti ſunt & mari expoſiti a iudeorũ finibus expulſi. Qui deo duce maſſiliam peruenerunt: ubi predicante magdalena & omni prouincia ad deum conuerſa: ut in eius legenda debito loco dicetur:Ipſe anno.xiiii. a clero & populo epiſcopus maſſilieñ conſtitutus eſt. Et poſtquã magdalena deſerta montium petiit: ipſe maſſilie degẽs dei populum feliciter gubernauit: ubi & in domino requieuit.xvi.calen.ianuarii.Cuius ibidem in matrice eccleſia caput oſtenditur. Dicitur q̃ Lazarus a domino ſuſcitatus:confeſtim chriſtum interrogauit an eum iterum mori oporteret: & q̃ de cetero nunquam riſit.

¶ De ſanctis Florião Calanico & ſociis martyribus. Cap. LXXIII.

FLorianus & calanicus & alii.xl. martyres paſſi ſunt ab atheis ſaracenis apud ciuitatem gazam anno.xxvii. Heraclii imperatoris:qui dum eãdem urbem dudum impugnatam cepiſſent: iuſſit aberius eorum princeps omnes prefatos chriſtianos ibidem repertos captos in uinculis ferreis in carcerem mitti:& poſt dies.xxx. ad ciuitatem cletheoropolim adductos iterum uinculari:deinde calanicum cum aliis.xv.ad terrorem aliorum decollauit:quorum nomina hec ſunt:ſildeuandus:citon:calanius: himerius : pluſcius : theodorus: ſtephanus:deuandus:rolus: tariſius : petrus. paulus: alius theodorus:& duo loannes:qui paſſi ſunt die.ii. nouembr̃:quos Florianus ſepeliuit:& poſt alios dies. xxx.iuſſu p̃cipis Florianus cũ ceteris a ſaracenis ceſi ſunt:quor̃ oĩum paſſio recolit̃.xvi.calen.ianuarii.

¶ De tranſlatione ſancti Ignatii. Cap. LXXIIII

TRanſlatio corporis ſancti ignatii epiſcopi. & martyris die.xvi.calen.ianuarii celebratur:qui tertius poſt petrum apoſtolũ antiochenam rexit eccleſiam.Hic rome dentibus beſtiarum paſſus.calen. februarii : inde delatus iacet antiochie:ut dicit ado.

¶ De ſcis Rufo & coſmo martyribus. Cap. LXXV.

RVfus & Coſmus apud macedoniã ciuitate philippis paſſi ſunt:ibiq; tumulati requieſcunt.Hi ex eo numero diſcipulor̃ fuerũt p quos primitiua eccleſia in iudeis & greis fundata eſt.De quor̃ etiã felici agone ſanctus polycarpus ſcribit in epiſtola ad philippenſes hortans fratres in domino:ut ſequantur ueſtigia martyrum predictorum in conſtantia martyrii tolerandi. Qui paſſi ſunt die.xv.calen.ianuarii.

¶ De ſancto Hildefonſo epiſcopo. Cap. LXXVI.

HIldefonſus epiſcopus toletanus adhuc puer dei amore relictis parentibus ſpretoq; ſeculo agallienſis monaſterii monachus factus annis multis in ſanctitate uite permanſit.Tandem in toletanum epiſcopum promouetur.Inter alia ſanctitatis merita beatam uirginem in ſumma deuotione habuit:& in ipſa eccleſia conſtituit:ut feſtum eius octaua die ante natale domini celebraretur: quod uſq; hodie ibi ſeruatur. Que eidem per uiſionem apparens ſtolam candidam & cathedram ſibi aſſignauit:dicẽs q̃ ipſe ſolus eiſdem xeniis potiretur:ſucceſſoribus cunctis eiſdem ſede ac ueſte reputatis indignis. Sed poſt eius obitum dum ſiagrius eius ſucceſſor eadẽ indutus ſtola:in ipſa ſe ſede poſuiſſet:totus contractus in terram decidit:artus ſuſtinere non ualens:qui poſt multos dies ad penitẽtiam rediens ſanatus eſt. Et ueſtis ac ſedes in ipſa eccleſia pro reliquiis conſeruãtur. Hec in mariali.Multa alia uirtutum opera per ſancti merita ibidẽ oſtenſa ſunt. Qui eodem die quo feſtum uirginis in eccleſia ſua cõſtituit celebrari : uidelicet octaua die natiuitatem domini precedente feliciter in pace quieuit:que dies eſt. xv. calen.ianuarii. Nam eo die quo matrem domini uenerabatur in terris : eodem eum illa uoluit honorare in celis.

¶ De ſancto Nemeſio martyre. Cap. LXXVII.

NEmeſius martyr paſſus eſt apud egyptũ. Qui primo emiliano iudici per calumniam quaſi latro delatus : ſed ab eodem crimine purgatus & abſolutus eſt.deinde ab ipſo iudice tanquam chriſtianus deprehenſus gemi/natis ſuppliciis excruciatus : ab eodem magiſtratu cum latronibus incendi iuſſus eſt:ſaluatoris perferẽs ſimilitudinem:qui cum latronibus pertulit crucem: qui paſſus eſt.xiiii.calen.ianuarii.Hec ado.

¶ De ſanctis Amone Zenone & ſociis martyribus. Cap. LXXVIII.

AMon: Zeno:Ptolomeus:ingenius & theophilus apud alexandriam martyrium paſſi ſunt. Qui tribunalibus aſtantes : cum quidam chriſtianus a iudice tortus in ſuppliciis trepidaret : & iam pene ad negandum declinaret : uultu oculis ad nutibus conabantur illum erigere. Cumque hac de cauſa clamor totius uulgi in eos proſiliret:prorumpentes in medium chriſtianos ſe eſſe teſtantur:pro quorum uictoria chriſtus illico glorioſiſſime triumphautt : ſuiſq; conſtantiam animi dedit.Qui paſſi ſunt die.xiii.calen.ianuarii : ut ait ado in martylogio.

¶ De ſancto Thoma apoſtolo. Cap. LXXIX.

THomas apoſtolus qui dicitur didydmus quaſi in fide dubius poſt reſurrectionem chriſti corpus dominicũ & membra palpauit: & dũ in chriſto uulnera tetigit carnis: in nobis uulnera ſanauit ifidelitatis: ut dicit Gregorius. Poſt aſcenſionẽ domini dũ apud ceſaream p̃dicaret: chriſtus ſibi apparens dixit regem indoꝝ gũdaphorum prepoſitum ſuum abanẽ ad ſyriam deſtinaſſe querere hominem architectorico opere eruditum pro palatio ſibi conſtruendo: quem una ſecum uolebat ad indiam mittere. Vt cũ indos chriſto acquiſiſſet: ad ſe cum palma martyrii pueniret. Dominus ergo prepoſito Thomam tradidit aſſerẽs eum ſuum ſeruum in tali arte peritum. Nauigãtes autem ſimul: dum abanes eum interrogaſſet: an ille dominus ſuus rex eſſet: dixit Thomas eum eſſe filium magni regis qui tenet regnum in ſupernis montibus quo hoſtis proximare non ualet: ipſumq; multos ſeruos diuerſarum peritos artium habere: quos ad multa deſtĩat opera & quicquid lucri acquirunt: ſuo regi redeuntes attribuunt. Et cum multa de celeſti palatio metaphorice loqueretur: ille de terreno edificio intelligebat. ¶ Cumq; die. vii. andrinopolim pueniſſent: ubi rex filie ſue nuptias celebrabat & omnes tam ciues q̃ aduene uocati a rege nuptiis itereſſent: abanes & apoſtolus ſimiliter cum ceteris diſcubuerunt. Puella autem hebrea dum curiã cum fiſtula letificaret: & Thomam apoſtolum non manducantem: ſed celo intentum uidiſſet: intelligens ipſum hebreum cepit iudaice canere dicẽs unus eſt deus hebreorum qui creauit omnia. & cetera. Que dum crebro ad complacendũ apoſtolo repeteret: pincerna Thomam alapa percuſſit: eo q; quaſi dedignans ferula appoſita non comederet. Apoſtolus autem non optando ſed pronoſticando predixit: ſe inde nõ ſurrecturum niſi manus que eum percuſſerat a canibus in medio conuiuio portaretur. Quod quia hebraice dixit: ſola puella itellexit. Dum ergo pincerna ad fontem pro aqua hauriẽda iuiſſet: ipſum leo inuadens occidit: ſanguinem bibit manumq; eius canis niger in cõuiuio detulit. Quod puella uidens factum ceteris narrauit: fiſtulam proiecit & apoſtolum adorauit. Et ſtupentibus cũctis apoſtolus ad regis inſtantiam ſponſum & ſponſam bene dixit. Quo abeunte dum illi ſero thalamum introiſſent: in manu ſponſi ramus palme dactylis plenus apparuit. De quo ambo guſtantes obdormierunt: & gẽmatum regem per ſomnum uiderunt: qui eos ut cõſilio apoſtoli crederẽt admonuit eiſq; benedixit. Quibus euigilantibus & mutuo ſomnium idem referentibus apoſtolus ad eos ianuis clauſis ingreditur: eiſq; chriſtum annuncians ad ſeruandam uirginitatẽ hortatur. Tunc eiſdem duo angeli ſplendidi aſtiterunt dicentes ſe fore angelos a deo ad eorum cuſtodiam delegatos: ut ſi apoſtoli monitis obedirent omnia que poſcerent a domino impetrarẽt. Quos apoſtolus baptizauit: & de fide diligenter inſtruxit. ¶ Cum autẽ Thomas abane iam propter miracula uiſa conuerſo indiam ĩtroiſſet: & eum prepoſitus regi preſentaſſet: ac apoſtolus ſibi mirum palatium fabricandum promiſiſſet: & modum edificationis opere romano deſignaſſet: placuit regi: eidemq; copioſum theſaurum aſſignauit: & in aliam prouinciã abiit. Per totum autem biennium quo rex abfuit: apoſtolus predicatiõni chriſti inſtitit: & innumerabilem populum acquiſiuit: theſaurum pauperibus errogauit: & multas eccleſias fabricauit. ¶ Rex autem rediens & que Thomas fecerat diſcens: apoſtolum cum abane in imo recluſit: cogitans eos uiuos excoriatos incendere. Interea gad frater regis moritur: & dum ei ſepulchrum precioſum paratur: quarto die gad mortuus reſurrexit: & fugientibus cunctis ac ſtupentibus regi dixit: q; homo ille quem rex perdere querebat: amicus omnipotentis dei erat cui & ipſi angeli ſeruiebant: qui etiam eum defunctum in paradiſum adduxerant: & ei palatium quod ſibi Thomas fabricauit oſtenderat. Et quia rex ſe eodem palatio indignum fecerat: ipſe illud reddens ſibi pecuniam emere poterat: quam rex amiſſam exiſtimabat. Quo audito territus rex cum fratre Thomam abſoluunt: ad pedes eius procidunt: & ueniam petunt. Et cum de palatio fabricato in celis contenderent: quod gad omnino cupiebat redimere: & gũdaphorus pro ſe retinere: uel ſaltem cum fratre communiter habere: docuit eos apoſtolus innumerabilia palatia a mundi principio in celis preparata: que fidei precio & elemoſynis comparantur. Sicq; regem & fratrem ad fidem conuertit & baptizauit. Et dum per unum menſem omnes egrotos regionis congregari feciſſet: orationem pro ſalute illorum fudit: & ſtatim ſplendor ſicut fulgur de celo ueniẽs omnes territos proſtrauit. Et poſt hore ſpatium confortati ab apoſtolo omnes incolumes ſurrexerunt. Tũc apoſtolus tam eiſdem q̃ omni populo predicauit: & nouem milia hominum exceptis mulieribus & paruulis ad chriſtum conuertit. ¶ Poſt hec profectus eſt ad ſuperiorem indiam per reuelationem inſignibus miraculis coruſcãdo: inter que ſcinticem cecam amicam migdonie ſororis regine illuminauit. Et dũ migdonia regis cognata & uxor cariſii apoſtolum uidere quereret: depoſito cultu & ornamentis & induta habitu humili inter alios pauperes ad eum intrauit: ut ei ſcintices ſuaſerat. Videns ergo migdonia apoſtolũ miracula facientem & eum audiens predicantem credidit: factaque eius diſcipula uiro adherere nolebat. Tunc cariſius regem rogauit: ut reginam ad ſororem mitteret: quatenus ei ſuaderet ut ad ſe uirũ more ſolito ingredi permitteret. Quod dum regina nomina treptia faceret: ſed ſoror ipſi econtra miracula que oſtendebat apoſtolus enarraſſet: regina Thomam uidere cupiens ad domum ſymphorii ubi ipſe predicabat cum ſorore acceſſit: & multitudinem infirmorum ante ianuam repperit: quos omnes apoſtolus manu eis impoſita ſanauit: inter quos dum elephantioſus toto ulceratus corpore introiſſet predicante apoſtolo: apparuit puer ſplendidus: qui leproſum ad partem traxit: & cum uti excoriaſſet uitulũ: pelle nudauit & omni lepra mũdatum emiſit. Quod uidens treptia regina & ipſa conuerſa eſt. Et dum reuerſa hec regi aſmodeo retuliſſet: & exinde eius thorum exemplo ſororis adhoreret rex uocans cariſium conqueritur: quia dum uxorem eius ſibi acquirere uoluerat ſuam amiſerat. ¶ Igitur de conſilio cariſii rex apoſtolum carceri duriſſimo tradidit. Ad quẽ ueniens migdonia ueniã petiit: eo q; ipſius cauſa in carcerem miſſus eſſet. Quam ille conſolatus hec

pro chriſto libenter pati aſſerebat. Poſt hec de mandato regis apoſtolus educitur: & ſuper laminas ferri candentes nudis pedibus ſiſtitur. Statimq; fons erupit & laminas extinxit. Quem de cognati cõſilio rex in fornacem ardentem emiſit: que tamen adeo refriguit q; die ſequenti thomas inde illeſus exiuit. Demum cariſius regi ſuadet ut apoſtolum deos ipſoꝝ adorare compellat: ut uel ſic dei ſui iram incurrat. Cunq; ad hoc compelleretur ueniens thomas ad tẽplum ſolis: hebraice demoni precepit ut q̃ cito ipſe genua flecteret: demon idolũ comminueret. Demõ autem apoſtolum rogabat: ut ſibi templum diruere p̃mitteret: quatenus omnes eius aduerſarii interirent. Quod thomas eidem minime conceſſit: quin potius: ut neminem lederet eidem imperauit. Apoſtolus ergo genibus poſitis hebraice chriſtum adorauit: mãdans demoni ut ſimulacrũ euerteret & in abyſſum iret. Statimq; idolum ſolis: ſicut cera laquefactũ eſt. Tunc mugientibus ſacerdotibus pontifex templi gladiũ ſuſtulit: & in ultionem dei ſui apoſtolum trãſuerberauit. Rex autem & cariſius uidẽtes populum uelle necẽ apoſtoli uindicare aufugerunt: xp̃iani aũt corpus eius tulerũt & honorifice ſepelierũt. Qd̃ tamẽ p̃ceſſu tẽporis ĩde trãſlatũ eſt ad ciuitatẽ ediſſam ut habebit̃ in feſto ciuſdẽ trãſlationis uidelicet qnto nonĩ iulii: paſſus eſt aũt beatus apoſtolus. xii. calẽ. ianuarii.

¶ De ſanctis Dionyſio epiſcopo & Pelagia uirgine & martyre. Cap. LXXX.

Ionyſius epiſcopus diſcipulus ſancti thome apoſtoli fuit ille ſpõſus filie regis quẽ apoſtolus una cũ ſpõſa eius regis filia nomine pelagia cõuertit ad x̃pm in androno poli ciuitate: ut ſuperius habetur. Qui ab apoſtolo baptizatus dionyſius: ſponſaq; eius pelagia nomina ta eſt. A quibus thomas abiẽs poſt aliquot annos miſit ad eos quendam diſcipulum ſuum preſbyterum: qui eos in fide confirmauit & eccleſiam edificauit. In qua relicto ſeculo dionyſius epiſcopus factus: eſt totumq; populum ciuitatis conuertit ad chriſtum: pelagiam quoq; ſpõſam ſuam matrem uirginum conſecrauit. Et eſt ibi ſedes ſancti thome apoſtoli uſq; in hodiernum diem. Quam ſedem beatus epiſcopus dionyſius ſtrenue gubernauit: & poſt hec ad dominũ plenus ſanctitate perrexit. Pelagia uero uxor eius poſt ipſius obitum: cum nollet nubere nec idolis immolare ſnĩam decollationis accepit. Et ſepulta eſt in ipſa ciuitate in eodẽ tumulo cũ dionyſio uiro ſuo.

¶ De ſanctis triginta martyribus. Cap. LXXXI.

Riginta ſancti martyres rome uia lauicana inter duas lauros ſub perſecutione diocletiani & maximiani imperatorum omnes una die uidelicet ſexto calen. ianuarii paſſi ſunt & glorioſo martyrio coronati: ut dicit ado in ſuo martylogio.

¶ De ſancto Chiridonio martyre. Cap. LXXXII.

Hiridonius martyr apud alexandriã paſſus eſt. Qui cum ad ſacrificia deorum primo blanditiis ſuaderetur: deinde iniuriis & commiationibus atq; ſuppliciis cogeretur: & ſacrificare cõtemnere: gladio per uiſcera trãſuerberatus necitraditur: & martyrio coronatur. vi. calen. ianuarii.

¶ De ſancta Victoria uirgine & martyre. Cap. LXXXIII.

Victoria uirgo nobiliſſima ciuis romana tempore decii apud ciuitatem tibulanam martyrium paſſa eſt. Que illuſtriſſimo cuidam eugenio fuerat deſponſata tamẽ a cunabulis chriſtiana. Dum autem quidam titus aurelius uirginẽ anatholiã ſiue caliſtenẽ chriſtianã per matronas uxorẽ peteret: & illa multis poſtulatis induciis interim omne patrimoniũ ſuũ pauperibus erogaſſet: deinde ſe infirmã fingeret: ut ſic in uirginitate pſeueraret: eãq; titus aurelius chriſtianã didiciſſet: rogauit eugeniũ ut uictoriã ſponſam ſuã ad anatholiã mitteret: ut eidẽ chriſtiana chriſtiane cõiugiũ ſuaderet. Quod dũ eugenius feciſſet: & uictoria anatholiã ad matrimoniũ hortaret: dicẽs & ſe chriſtianã ſpõſum habere mox uiꝝ futurꝝ: quia x̃ps nuptias nõ cõtẽnat: eo q; & patriarche & pphete coniuges habuerũt & poſteritas eoꝝ a deo benedicta eſt: Ecõtra anatholiã uirginitatẽ matrimonio p̃ferebat: & coniugia primis tẽporibus fuiſſe neceſſaria pp terre repletionẽ aſtruebat. Sed heliã qui celũ lingua clauſerat uirginẽ allegabat. Dixitq; p̃terea ſe ab angelo qui ſibi apparuerat fuiſſe in obſeruande uirginitatis propoſito confirmatã. Cũq; & uictoria eundẽ angelũ uidere flagitaret ut ſic & ipſam ad pudicitiã ꝓuocaret angelus domini ſplẽdidus ueſte niuea eiſdẽ apparuit: qui uictoriã de uirginitate admonuit: aſſimilãs uirginitatẽ auro caſtitatẽ argento: & iugalitatẽ metallo. Quibus confortatis poſt multa uerba angelus diſparuit: & uictoria uotũ uirginitatis emiſit: & facultates ſuas pauperibus largiri cepit. Quod ubi ſponſus eius cognouit: tito cõqueſtus eſt q; pp coniugẽ ſibi acquirendã ipſe amiſerat propriã. Et dũ eam uti chriſtianã eugenius accuſare uellet: titus eidẽ hoc diſſuaſit: eo q; ſpõſa occideretur: & bona ſua fiſco applicarentur. Sed cõſuluit ut a decio ĩpetraret quatenus ſponſam ſuã extra urbẽ ad prediũ duceret: ubi ipſam penis afflictam ad uotũ ſuum facilius ĩclinaret. Quod & ille fecit: & ſpõſam eius uictoriã in ſuburbio tibulani territorii adduxit. Quã fame diebus pluribus afflixit. ¶ Poſt dies aliquot uenit ad eã domitianus patronus tibulane ciuitatis: qui uirgini panes detulit: & ſe ab urbe ſua fugiſſe nunciauit eo q; draco peſſimus iuxta ciuitatẽ erat: qui plurimos perimebat: & flatu aerem inficiebat. Cui uirgo ſi populus uellet in chriſtũ credere: promiſit ſe draconẽ ab oppido effugare: qd̃ & ille populũ facturum ſpopondit. Igitur poſt biduanũ iciunium uictoria die dominico ut promiſerat ad tibulanã ciuitatem angelo duce deuenit: & aſſumpto populo ad ſpecus draconis exceſſit eiq; in chriſti noĩe confeſtim abire p̃cepit: & ſic draco curſu rapidiſſimo exiliens nuſqui cõparuit. Tunc populus ad fidẽ conuertit̃: & uictoria in ipſo draconis ſpecu includit̃: eidẽq; mox nouẽ uirgines a parentibus oblate aſſociant̃. Et poſt modicum tẽporis monaſterio cõſtructo mater. lxiii. uirginũ facta eſt: quas diligenter inſtruxit: & in dei laudes & uite ſanctitate pſeuerauit. ¶ Poſt trienniũ aũt eugenius rogauit iouianũ pontificẽ capitolii: qui miſit ad eã tẽplox comitẽ taliarchũ: ut uictoriã ſacrificare compelleret: aut gladio necaret. Qui ueniens ad eã dum dee ueſte ĩmolare renueret: ipſam gla-

dio in corde percuss.:& timens populũ statim aufugit.Quam sacerdotes cum populo ciuitatis in eodẽ loco sepelierunt.x.calen.ianuarii.

¶De sanctis uiginti martyribus. Cap. LXXXIIII.

VIginti martyres apud nicomediam passi sunt:quos oẽs diocletiana persecutio grauissimis cruciatos tormentis uno & eodẽ die martyres xpi fecit:& sanctoꝝ numero in cesis collocauit.x.calen.ianuarii:ut dicit ado.

¶De sancto Seruulo confessore. Cap. LXXXV.

SEruulus confessor xpi uir summe patientie sanctitatis fuit: de quo gregorius.iiii. dial.cap.xv.scribit q; a primeua etate usq; ad uite sue finẽ paralyticus iacebat in portico sancti clementis rome:nec tamẽ aliquando uisus est ulla tristitia aut perturbatione moueri.Nec quicquid ex elemosyna percipiebat paupibus errogabat. Et cũ litteras ignoraret:libros diuine scripture emerat:& religiosos hospitalitate recipiẽs eos sibi legi faciebat:q ad extremã horã ueniens uoce in celo psallẽtiũ se audire dixit:& inter eoꝝ cantus spiritum emisit:corpore magno odore fragrãte. Ad cuius tũbam rome apud sanctũ petrũ sepulti miracula diuinitus crebrerrime fiunt.Quieuit ãt in xpo.x.calẽ. ianuarii.

¶De sancto Abdia propheta. Cap. LXXXVI.

ABdias ꝓpheta:ut hebrei tradũt: tempore achab regis israel & iosaphath regis iuda ꝓphetauit ĩ samaria. Hic secũdũ hebreos fuisse dicit ille uir:cuius uxor relicta consilio helisei liberata est a creditoribus oleo superabũdante.Et fuit abdias de terra sichem de agro bethamar:quinquagenarius ille tertius cui pepercit helyas duobus primis cũ suis quinquagenis igne celesti consumptis:qui relicto obsequio regis helye discipulus factus est.Hic dum impiissima iezabel uxor achab ꝓphetas domini occideret:& centum prophete in spelunca laterent:eos abdias pauit:panem & aquam sibi quotidie deferens usq; ad mortẽ achab : ꝓpter quod accepit gratiã prophetandi: cuius ꝓphetia dirigitur contra filios edom:qui descenderunt ab esau & filiis israel siue iacob semper infesti fuerunt:eo q; ipsi esau filii siue idumei gloriabant̃ de pluribus p̃liis:in quibus filii iacob pugnantes cũ gentibus succubuerant: unde & propheta non gentiũ uirtute sed dei indignatione ꝓpter peccata populi factum asseuerat:promittẽs filiis iuda regnũ eoꝝ perpetuo duraturꝝ.Qui etiã propheta tempore ioram regis israel quieuit in samaria:que postmodum sabasten dicta est: ubi & sepultus est helyseus propheta & ioannes baptista.Dies autem depositionis abdie a iudeis agitur.ix.calen.ianuarii.Hec hieronymus & iosephus ex uoluminibus hebreorum.

¶De sancto Naum propheta. Cap. LXXXVII.

NAum ꝓpheta hebreorum traditione de elchesi que est in tribu symeon ante aduẽtũ regis assyrioꝝ:qui.x.tribus israel captiuauit fuisse dicit̃.Nam & circa finẽ ꝓphetie sue predicti regis aduentũ idem propheta nũciare uidet̃:qui etiã predictis.x.tribubus captiuatis tẽpore ezechie regis iuda ꝓphetauit:cuius uaticiniũ contra niniuitas iuchit.Nam cũ ionas propheta ipsius urbis subuersionem p̃dixisset:& populo ad penitentiã conuerso:deus placatus sententiã reuocasset:uidentes niniuite ionã fuisse mentitũ diuina ingrati misericordia grauioribus se criminibus implicarũt:ꝓpter qd̃ dictus ꝓpheta iudiciũ dei cõtra ipsam ciuitatẽ affuturũ p̃nunciat in eius ꝓphetia.Quod qdem nedũ trãsmigratis.x.tribubus extitit consolatio sed etiã reliqis iuda:qui sub ezechia rege ab eisdẽ assyriis impugnabantur.Dũ ex prophete naum p̃nunciatione didicerunt eosdem a chaldeis fore capiendos:sicut in ipsius libro legentibus apparet.Qui etiã ꝓpheta in diebus p̃fati regis iuda die.ix.calẽ.ianuarii:quieuit in pace in terra sua in qua & sepultus est.Hec hieronymus & iosephus.Predicti duo ꝓphete ex numero.xii. prophetarum sunt:qui minores uocant̃:qui in catalogo sanctoꝝ ueteris testamẽti numerãt̃ ecclesiastici.xxxxix.

¶De scõ Gregorio p̃sbro & mar. Cap. LXXXVIII.

GRegorius martyr ĩ ciuitate spoletana passus est tẽporibus diocletiani & maximiani imperatoꝝ sub dacco p̃side & tyrcano. Qui cũ de mãdato iperatoꝝ ipsam ciuitatẽ ingressus oẽs ad sacrificia deoꝝ cõpelleret:nunciat̃ eidẽ gregoriũ p̃sbr̃m in eadẽ urbe xp̃m colere:& aliis crucifixũ p̃dicare:nec nõ plurima simulacra deoꝝ destruxisse.Qui missis.xxx.militibus ip̃m cõprehẽsum sibi p̃sentari fecit:& cepit agere ut diis thura incẽderet:q dũ cõstanti aio p̃sidis minas ut blãditias deride ret:iussit eũ colaphis cedi:deĩde ipsum nodosis fustibus in dorso flagellari:& post hec eũdẽ uoluntatũ supra uẽtrẽ similiter acrius uerberibus affligi.& dũ hec oĩa supasset fecit eũ p̃ses in craticula alligari : & ignẽ subterponi.Sed dũ sanctus gregorius orasset : terremotus magnus factus est:q totã cõcussit ciuitatẽ : & cecidit ps urbis que submerita dr̃:& opp̃ssit.cccl. paganoꝝ:ignis quoq; extinctus est:& sanctus illesus pmansit.Flaccus uero & tyrcanus territi fugerũt.Sed ato uero terremotu fecit eũ flaccus ferro uinctũ incarcerẽ trudi:ubi angelo sibi apparẽte cõfortatus ẽ.Seqn

ti die eductus de carcere iussu presidis immolare con temnens cardis ferreis in genibus ceditur: deinde lã padibus circa latera inflammatur. Et cum ad omnia immobilis redderetur: mandauit flaccus tyrcano ut eum duceret ad decollandum ad amphitheatrum. Quem tyrcanus ī medium amphitheatri duxit: ubi sancto orante angelus domini eidem apparuit: & ip sum ad celestia inuitauit: quem aquilinus spatarius decollauit. Et de mandato tyrcani dimisse sunt fere plurime: ut corpus deuorarent: que corpus intactum custodientes adorabãt. Flaccus uero eadem hora uo mens interiora expirauit. Sed quedam matrona chri stiana nomine abundantia. xxxv. aureis corpus mar tyris a tyrcano redemit quod aromatibus conditum iuxta muros ciuitatis ad põtem lapideum & riuum qui sanguinarius dicitur sepeliuit. Passus est autem die nono calen. ianuarii.

¶ De sanctis quadragita uirginibus & martyribus. Cap. LXXXIX.

QVadraginta sancte uirgines apud antio chiam syrie martyrium passe sunt. Que sub persecutione deciana per diuersa tor menta & supplicia laniate: passionis coro nam a domino percipere meruerunt nono calen. ia nuarii hec in martylogio adonis.

¶ Explicit liber primus.

¶ Incipit prologus libri secundi.

SEcundus liber presentis catalogi continet sanctoꝝ: quorum festiuitates occurrunt infra tẽpus in quo ecclesia representat ip sius christi & ecclesie mutui consensus obligationẽ & matrimoniale cõtrectationem: quod fuit ab incarnatione uerbi usq; ad baptismũ domini. Et hoc tẽpus ecclesia designat a natiuitate saluatoris usq; ad septuagesimã: quãdo uidelicet incarnationis & natiuitatis dominice festũ: necnon actus infantie: ut est circuncisio: magoꝝ adoratio: purificatio: & in egyptũ fugatio recoluntur. ¶ Hoc autem tempus in tres partes subdiuisum est. Primo enim agitur de cõ iugio inter deum & populum iudeorum contracto: pro quoꝝ salute principaliter filius dei uenit in mũ dum. dicens matthei. xv. Nõ sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Et hoc tempus ecclesia representat a natiuitate domini usq; ad epiphaniam. In quo tempore ipse per humanitatem mundo edi tus mox pastoribus iudeorum per angelos nunciat: & ab eis sibi notissimis notus in iudea deus uisitatur. ¶ Secundo agitur de eodem commercio iter ipsum uerbum & gentilium populum confirmato: a festo epiphanie usq; ad eius octauam inclusiue. In quo tẽ pore dei filius magis qui erant primitie gentium stel la apparẽte reuelatur: & ab eisdem uti uerus deus cũ oblatione munerum adoratur. ¶ Tertio agitur de utroq; grege in unum ouile per ipsum matrimoniũ copulato: ab octaua epiphanie usq; ad septuagesimã: in quo tempore epistole pauli leguntur: in qbus apo stolus christum pro salute iudeorum & gentium ad uenisse probat: & utrũq; populum saluasse comme morat: & potissime in epistola ad romanos. Ad hu ius igit̃ tẽporis festa pertractanda procedendũ est.

¶ Incipit liber secundus a natiuitate domini usq; se ptuagesimam.

¶ De natiuitate domini nostri Iesu Xpi. Cap. I.

NAtiuitas domini nostri iesu christi. secundum carnem completis ab adã annis. v. mille. c. lxxxxix. ut Eusebius in chronicis suis ponit facta est tem pore octauiani augusti primi. Veniẽ te autem filio dei in carnẽ tanta pace totus mundus gaudebat: ut uniuerso orbi unicus ro manorum imperator pacifice presideret: Quia enim nascebatur qui pacẽ pectoris & eternitatis tribueret: Voluit etiam ut ortum suum pax: temporis illustra ret. Cesar igitur augustus uniuerso orbi presidẽs sci re uoluit quot prouincie: quot ciuitates: quot castra: quot uille: quot homines i toto orbe forẽt: & xxxxii. anno imperii sui iussit orbẽ uniuersum describi. Nã ut in hystoria scholastica dicitur. omnes homines ad urbem unde trahebant originem pergebant: & qui libet denarium offerens se romano subditum impe rio profitebatur. Et dicebatur profectio: quia ire pro priõ fatebantur: & descriptio: quia eorum uoca scri bebant. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyrino: quia enim iudea in medio terre habitabilis est sẽ dicitur prouisum est: ut in ea incoharetur: & dein de per circunstantes regiones prosequeretur. Ioseph autem de genere dauid a nazareth in bethleem pro fectus est cum maria desponsata sibi uxore pregnan te: potissime quia instante eius tempore pariẽdi: the saurum sibi a deo commissum noluit alicui commẽ dare. ¶ Cum ergo bethleem appropinquasset ut le gitur in libro de infantia saluatoris: uidit uirgo par tem populi gaudentem & partem gemẽtem. Quod sibi angelus exponens ait partem gaudentem esse gẽ tilem populum: qui in semine abrahe eternam bene dictionem erat accepturus: gementem uero esse ple bem iudaicam: a deo suis demeritis reprobatam. Et dum ambo bethleem aduenissent ꝓpter uiatorum multitudinem hospitiis occupatis steterunt eadẽ no cte in diuersorio quod erat in cõmuni transitu inter duas domos habens operimentũ: ubi ciues in diebus ocii cõueniebãt: ubi & presepiũ cum feno erat: ad qđ animalia in diebus fori alligabant. In ipsa media no cte beata uirgo filiũ suum. viii. cal. ianuarii peperit: & eum pãniculis inuolutũ super fenum in presepio col locauit. Quod fenum beata helena postmodum ro me trãstulit. ¶ Circa christi natiuitatẽ tria sunt con sideranda: scilicet nouitas admirabilis: ueritas infalli bilis: & utilitas inextimabilis. ¶ Nouitas admirabilis attendit̃ ex parte facti: qa deus homo factus est. Nã ut dicit Bernardus in eadẽ ꝑsona: eternũ antiquum & nouum mirabiliter cõuenerunt: eternũ scilicet diui/

nitas:antiquum.ſ.caro ab adam trãſducta :nouum.ſ. anima de nouo creata.Quod autem dei uerbum idẽ permanens incarnatum fuerit:& ſi humanam ratio nẽ tranſcendat:tamen aliquali exẽplo poteſt oſtendi. Conſtat enim uerbũ quod eſt in mẽte hominis adeo occultũ:quod neq; uideri neq; audiri : neq; tangi uel cõtrectari poteſt.Si tamen litteris ſcribatur nullate/nus in ſui ſubſtantia cõmutatũ fit legibile: & per cõ/ſequens uiſibile & audibile.In ſuper eſt manibus con trectabile:immo & quantũ ad litteraꝝ formam de/ſtructibile reddit.Similiter uerbum dei quod in mẽ tre diuina eternaliter genitũ eſt:incõmutabile perma nens:quod erat ſpirituale & inuiſibile per carnem aſ/ſumptam uiſibile & contrectabile:imo & quantum ad humanitatem paſſibile factum eſt.¶ Secundo at/tenditur ex parte modi:quia natus eſt de uirgine & ſine dolore atq; pollutione matris & ſalua eius ſem/per integritate.¶ Hoc autem fuiſſe qnq; rationibus probatur.Primo per prophetiam Iſaie.vii. Ecce uir/go concipiet & pariet filium.¶ Secundo per figurã: hoc enim figuratum eſt per uirgã aaron:que floruit & per portã ezechielis que clauſa permanſit.¶ Ter/tio per cuſtodiã:Ioſeph enim eo q; eam cuſtodiuit te ſtis ſue uirginitatis fuit:ut dicit auguſtinus.¶ [redacted] ¶ Quinto per rationis euidentiam.Nam ut dicit anſelmus quattu/or modis poteſt deus producere hominem:ſcilicet ſi ne homine:& ſine femina:ſicut fecit adam.De homi ne ſine femina:ſicut fecit euam.De homine & femi/na:ſicut cõmunis probat uſus.Reſtabat igitur quar/tus modus de femina uidelicet ſine homine: ſicut in chriſto mirabiliter factum eſt.Alioquin diuiſio mo/di ꝓducendi in deo apparuiſſet ĩperfecta.¶ Tertio at tenditur talis nouitas ex parte temporis.Nam in tẽ/poris nouitate filius dei natus eſt.Et quantũ ad annũ quia in anno pacis uniuerſalis in toto mundo uigen tis:ut dictũ eſt:& in anno deſcriptionis orbis : ut per hoc daretur intelligi q; ille ueniebat in carne:qui ele/ctos ſuos aſcriberet in eternitate: ut dicit gregorius. Et quantũ ad mẽſem quia in mẽſe imo in ſigno quo dies punctaliter incipiunt creſcere:ut ex hoc prefigu raretur quod ioannes baptiſta dixit.Illũ oportet cre/ſcere:me autem minui.Debet enim humana uita in ſe deficere:in chriſto proficere. Et quantũ ad diem: quia in die dominica:que fuit prima dies ſcii : in qua lux corporalis a deo principium creaturarum produ cta eſt.Sic & die iſto:qui eſt poſt ſeculi renouati : ille qui eſt lux mundi uera:& primogenitus ac principiũ creature dei:corporaliter natus eſt.Et quantũ ad ho/ram quia in media nocte:ut ſcilicet medio tenebraꝝ tempore lux noua aduenies mundi tenebras illumi naret.¶ Quarto attenditur ex parte loci : quia natus eſt in bethleem quod interpretat domus panis. Ipſe namq; eſt:qui de ipſo dicit Ioannis.vi.ego ſum panis uiuus qui de celo deſcendi &c.¶ Veritas autem infal libis natiuitatis dominice:per quã ipſa natiuitas cõ/probatur:oſtendit per omnes creaturas.¶ Et primo per creaturã que habet puꝝ eſſe que ſunt elemẽta & lapides.Primo enim declarata eſt.Per celum in parte orientali:nã in ipſa die natiuitatis:ut habet in chro/nicis:Tres ſoles in oriente in celo apparuerunt:q; pau latim in unũ corpus ſolare redacti ſunt.Per quod in/uenit q; unius & trini dei notitia mundo oriebatur. Item in parte occidentali.Nam ut ponit oroſius. Cũ romani octauianũ pro deo adorare uellent: eo q; oĩa ſibi ad uotũ ſuccedere conſpicerent:ille triduanã in/duciam petiit ſibyllã prophetiſſam aduocauit : eãq; ſuperinde cõſuluit.Cui die natalis domini in camera ceſaris oranti:media die circulus aureus apparuit cir ca ſolem:& in medio uirgo pulcꝝ baiulans & litteris aureis inſcriptum.Hec eſt ara filii dei uiuentis. Tunc ſibylla octauianũ aduocauit:uiſioné ei oſtẽdit:& pue rum illũ ipſa die natum dixit:quem auguſto maiorẽ eſſe aſſeruit:quẽ imperator adorans eidem ſacrifica/uit:in quo loco nunc edificata eſt eccleſia que dr̃ ſan/cta maria ara celi.¶ Secundo oſtẽſa eſt per elementũ ignis:qui ea nocte per totũ orbẽ cũctos ſodomitico uitio laborantes extinxit ut dicit hieronymus in glo ſa ſupra illo uerbo iſaie.ix.Lux orta eſt eis. ¶ Tertio per elementũ aeris.Nã ut dicit chryſoſtomus: Ea no cte magis ſuper uictorialem montẽ orantibus ſtella in aere de nouo producta & coruſcans apparuit: que eis natum dominũ nunciauit:ut tractabitur in feſto epiphanie.¶ Quarto per elementum aque:ut enim teſtat innocentius tertius.Fons aque:qui de taberna emeritoria:ubi nũc eſt eccleſia ſancte marie trans ty/berim rome conſurgebat in liquorem olei uerſus:to ta die natiuitatis uſq; in tyberim ꝓfluxit.¶ Quinto per elementũ terre.Scribit nãq; damaſcenus ſuper il/lo uerbo ps.Nox ſicut dies illuminabit : q; iſtud no/cte natiuitatis dominice adimpletũ fuit : que nox in hora natiuitatis eiuſdẽ:uidelicet nocte media in clari tatẽ diei conuerſa eſt:& quia ipſa lux ad patres : qui erant in limbo deſcendere non poterat:terra ſe in plu ribus locis aperuit:& p eius rimas lux ad patres uſq; deſcendit:& tunc adimpleta eſt prophetia iſa.ix. Po/pulus qui ambulabat in tenebris uidit lucẽ magnã: que in miſſa noctis ipſius legit prout ad litterã conti giſſe dicitur.¶ Sexto per creaturam compoſitã: que habet purum eſſe:ut ſunt lapides & metalla. Nã ut dicit innocentius:romani templũ pacis tempore ro/muli conſtruxerunt & ſtatuam poſuerunt:& petẽtes a diis quantum durare debeat:audierunt:donec uir/go pariat:quod impoſſibile arbitrantes:templũ eter/num putauerunt:ideo & in foribus ſcripſerunt : Tẽ/plum pacis eternum.Hoc autem in nocte dominice natiuitatis cum idolis corruit.Legit etiam q; hiere/mia propheta in egyptum deſcendens poſt mortem godolie:ſignũ regibus egypti dedit:q; eoꝝ idola cor ruerent cum uirgo filiã pareret.Vnde ſacerdotes ido loꝝ imaginẽ uirginis filiũ baiulãtis in ſacro loco tẽ/pli ſtatuerũt:que ꝓphetia in nocte natiuitatis domi/nice adimpleta eſt.¶ Septimo oſtẽſa eſt per creaturã: que habet eſſe & uiuere:ut ſunt plante. In hac enim nocte:ut ſcribit frater bartholomeus.Vince engaddi preter conſuetum tẽpus que.ſ.ꝓferunt balſamũ frõ/

des flores & fructũ ꝓtulerũt. ¶ Experimento ꝓbaui q̃ ſi pulegiũ collectũ ſit in feſto natiuitatis beati ioannis baptiſte in aurora diei: & ex eo factus manipulus ſeruet uſq; ad dié dominice natiuitatis exſiccabit ſicut natura depoſcit: q̃ ſi manipulus in nocte natiuitatis ponat in altare: in qua prĩa miſſa é decantáda: miſſaq; media nocte caret in hora natiuitatis dominice pulegiũ aridũ reuireſcit. ¶ Octauo ꝑ creaturã que habet eé uiuere & ſentire: ut ſũt aĩalia: ut enĩ ſcribit in libro iſantie. Ioſeph cũ maria ꝓficiſcens bethleé duxit boué: de cuius p̃cii uenditi uiueret: & aſinũ ut p̃gnantem cõmodius portaret: Natũ uero xp̃m ipſa duo aĩalia cognoſcẽtes eũdé flexis gẽibus adorauerũt: ut ĩpleret illud iſaie prĩo: Cognouit bos poſſeſſoré ſuũ: & aſinus p̃ſepe domini ſui. Modice etiã tpe ante natiuitaté xp̃i: ut ponit euſebius: boues arantes bubulco dixerunt: hoies deficiẽt & ſegetes ꝓficiẽt. ¶ Nono oſtẽſa eſt per creatura: que habet eſſe uiuere ſentire & ĩtelligere: ut ſunt angeli hoies & demones. Nã ut dr̃ luc. ii. Dũ paſtores circa turrem greges hora natiuitatis dominice ſup gregem ſuũ uigilarẽt: ut de more antiquoꝝ paſtoꝝ fuit: in utroq; ſolſtitio eſtiuali. ſ. & hyemali facere: angelus domini illis cũ nimia claritate apparuit: eiſdẽ natũ ſaluatoré nũciauit: & ut ad eũ uiſitãdũ pergerẽt admonuit: & ſubito facta eſt cũ angelo multitudo militie celeſtis laudãtiũ & dicẽtiũ: Gloria in altiſſimis deo &c. ¶ Itẽ oſtẽſa eſt per hoies fideles & ifideles: ná fideles paſtores ſummo diluculo ad uerbũ natũ uidendũ feſtinarũt: & que dicta erãt illis: uera cognouerũt: & mirati redeũtes eiuſdẽ natiuitatis teſtes fuerunt. Itẽ & ꝓphete eés ueteris teſtamenti: q̃ huius natiuitatis nũcii & p̃cones extiterunt: ipſamq; futurã infallibiliter ueriſſimis oraculis p̃dixerũt: que per ſingula narrare nõ eſt opus. ¶ Itẽ cognita & manifeſtata fuit etiã ꝑ ifideles. De hac natiuitate balaam ariolus ꝓphetauit nũeri. xxiiii. Orietur ſtella ex iacob &c. Itẽ uirgilius in bucolicis. Magnus ab itegro ſeclorũ naſcit ordo. Iã redit & uirgo: redeunt ſaturnia regna. Et noua ꝓgenies celo dimittit alto &c. Itẽ ſibylla erythrea que fuit tẽpore troianoꝝ ĩter cetera ait. In nouiſſimis aũt tpibus humiliabit deus & humanabitur ꝓles diuina: iacebit in feno agnus: & officio puellari educabit deus & homo &c. Item ſcribit in cõmẽto boetii de diſciplina ſcholaſtica ſup illo uerbo: platonis ꝓbata diuinitas: q̃ in tũba platonis repta eſt lamina aurea: in qua ſcriptũ erat. Credo in filiũ dei naſcituꝝ de uirgine paſſuꝝ ꝑ hũano genere: & die tertia ſurrectuꝝ. ¶ Itẽ mãifeſtata eſt ꝑ demones: Refert thimotheus hiſtoriographus: ſe in antiqs romanoꝝ chronicis ĩueniſſe q̃ octauianus. xxxv. anno ĩperii ſui capitoliũ aſcendit: & qs poſt ſe rẽpublicã gubernaret a diis q̃ſiuit. Et reſponſum eſt ſibi q̃ puer hebreus ex deo uiuẽte ante ſecula genitus: nõ multũ poſt ex intacta uirgine naſciturus. ¶ Vtilitas aũt in extimabilis é nobis collata ꝑ chriſti natiuitatem. Prĩo q̃tum ad demonis cõfuſionẽ. Nã antiquus hoſtis nobis: ut ante: preualere nõ põt: unde legit q̃ hugo cluniacẽſ in uigilia natiuitatis domini uidit beatã uirginẽ filiũ in ulnis geſtantẽ: & de feſto natiuitatis filii cõgaudentem: atq; inimico noſtro: qui ante hunc diem hominibus preualebat: inſultantem. Ad quam uocem diabolus de humo erupit & uerba domine exprobrare cepit. Sed mentita eſt iniquitas ſibi quia ab oratorio fratrũ deuotio: a refectorio lectio: a dormitorio ſtramentũ uile: a capitulo paciẽtia ipſum eiecit. ¶ Secũdo ad uenie ĩpetrationẽ unde cũ meretrix laſciua de uenia deſperaret: que ad penitẽtiã redire uolebat: cogitans de iudicio reputabat ſe ream de iferno ſe dignam: de paradiſo ſe ĩmundã: de paſſione ĩgratam. Cogitans aũt q̃ pueri de facili placãt: puerum ieſum ꝑ eius ĩfantiã adiurauit: & ante xp̃m deflẽs uocẽ de ſua uenia audire meruit. ¶ Tertio ad morbi curationẽ. Nã ut dicit Bernardus triplici morbo laborabat gẽus humanũ. Natiuitas erat ĩmũda: uita puerſa: mors piculoſa: uenit xp̃s: cuius natiuitas noſtrã purgauit: cuius uita noſtrã inſtruxit: cuius mors noſtrã deſtruxit. ¶ Quarto ad ſupbie hũiliationẽ. Nã ſupbia primi hoĩs fuit contra deũ: ga eius p̃ceptũ cõtẽplit uſq; ad deũ: ga uſq; ad appetitũ diuinitatis ſe erexit: ſupra deũ uolẽdo: quod deus noluit. At filius dei: ut dicit damaſcenus: hũiliauit ſe pp hoĩes: quia uenit pp eorũ ſaluté: uſq; ad homines pp naſcendi modũ cõſimilẽ: & ſupra hoĩes pp nauitatis modũ ſingularem. Hec damaſcenus.

¶ De ſancta Anaſtaſia martyre & ſociis. Cap. II.

ANaſtaſia nobiliſſima romanoꝝ filia pretexati illuſtris & gẽtilis a matre ſua fauſta xp̃iana & a ſancto chryſogono in fide xp̃i erudita eſt: que tẽpore diocletiani martyrium paſſa eſt. Nam tradita publio pagano in coniugé: langoré ſimulãs ſe ſemper ab eius cõſortio abſtinebat. Sed uir audiés eam cũ una ancilla xp̃ianis carceratis neceſſaria miniſtrare: eã in artiſſima cuſtodia recluſit: ita ut etiã alimoniã denegaret. Que uicta ſcõ chryſogono amariſſimas epiſtolas deſtinabat: ille uero cõſolatorias remittebat. Inter hec uir eius moritꝫ & ſancta a carceribus liberat. Hec habebit. iii. ancillas & ſorores uirgines. ſ. agapé: thioniã & hyrené: Quas urbis p̃factus dulcius uti chriſtianas tenuit & eas nolentes conſentire ſibi nec diis ſacrificare martyrium pati fecit: ut habebit. iii. noñ aprilis. Poſt quarum paſſionem anaſtaſiã de conſenſu diocletiani cõprehẽdit: ut ſi eam ſacrificare faceret in coniugiũ haberet. Quã cum ductã in cubiculũ amplexaret ſubito cecus efficitur: & ad deos accedés ſi a cecitate liberari poſſit ſciſcitatur. Qui eos contra ſe indignatos audiuit: eo q̃ anaſtaſiã contriſtauit. Et rediens domũ inter manus ducẽtium expirauit. ¶ Poſt hec anaſtaſia ab eius ſucceſſore detẽta eſt. Qui audito q̃ multas poſſeſſiones hẽret: eidẽ ſuadere cepit: ut ſi uellet libere xp̃ianitate

perfrui poſſeſſiones ſuas ſibi daret: & tunc uera xp̃iana eẽt: eo q̃ xp̃s omnia erroganda iuſſiſſet. Que cum eidem reſpõderet: facultates pauperibus: nõ aũt diuitibus errogandas: diro carceri fame cruciãda tradit: ſed a ſancta Theodora: que iã martyriũ paſſa fuerat: duobus mẽſibus celeſti pane reficit. Tantem cũ ducẽtis uirginibus ad inſulas palmarias ducta eſt: ubi multi xp̃iani fuerãt relegati. Inde poſt aliquot dies a p̃fecto reuocata & ad palos ligata ignibus cõcremat: ceteri uero diuerſis ſuppliciis pimunt. Inter quos unus erat q̃ pluribus diuitiis ſpoliatus dicebat: ſalte xp̃m ſibi auferri non poſſe. Corpus aũte ſancte anaſtaſie in eius uiridario quedã apollonia ſepeliuit: ubi poſtmodum in eius honore eccleſia fabricata eſt. Paſſa eſt ãt .viii. calen. ianuarii circa annum domini. cclxxx.

¶ De ſancta Eugenia uirgine & martyre. Cap. III.

EVgenia filia philippi nobiliſſimi romanorũ fuit tempore ualeriani & galieni imperatorũ: q̃ quidem philippus a ſenatu prefectus alexãdrie cõſtitutus claudiam uxoré ſuã: & filios adiutũ & ſergium ac filiã eugeniã ſecum duxit. Que eugenia una cũ ꝓto & hiacyntho eunuchis & ſeruis ſuis ſtudens: oĩbus liberalibus artibus erudita: anno. xv. etatis ſue ab aq̃lino aq̃lini cõſulis filio in cõiugiũ petit: ſed ipſe ab eadẽ in uir̃ cõtemnit. Et dũ in libris apoſtoli ſtuduiſſet animo iã xp̃iana ꝓtum & hiacynthũ cõuertit. Et aſſumpto habitu uiri ad monaſteriũ monachor̃: qđ erat extra ciuitatẽ alexãdrie: q̃bus p̃mittebat a paganis ibidẽ habitare: ipſa acceſſit: & ſi uir̃ ſimulãs cũ proto & hiacyntho fieei monachus poſtulauit. Quã abbas helenus per ſpiritũ feminã cognoſcẽs eã nihilominus de uirili aĩo cõmẽdauit: & ipſam una cũ ſociis monachos fecit: que in dei timore pmãſit: & eugenius uocatus in ſanctitate uite pſeuerãs: poſt abbatis obitũ ĩ regimine ſucceſſit. Parẽtes igit eã dudũ req̃rentes & nõ inueniẽtes lugebãt: ſed uates gẽtiliũ uaticinant filiã & ſocios inter duos trãſlatos. Qua de re pater filie imaginẽ fecit: & eã ut deã adorari mandauit. ¶ Temporis ꝓceſſu dũ matronã melãthiam noĩe eugenia oleo pungens a q̃rtana liberaſſet. Illa fratrẽ eugeniũ uir̃ eſſe arbitrans: eũq̃ ſepius uiſitãs in eius amorẽ exarſit: & cogitans q̃liter ſecũ cõmiſceri poſſet: langorẽ ſimulans ꝓ eo miſit. Quẽ tanq̃ uir̃ dũ illa oſculis & amplexibus ad cõcupiſcentiã ꝓuocaret: eiq̃ amorẽ ſuum pãderet: & ille ſermonibus & actibus facinus oĩmode recuſaret: cõfuſa mulier & dubitãs ne eugenius factũ ꝓderet & ſic reuecũdiã ipſa ĩcurreret: clamare cepit: q̃ ſe eugenius uoluerit uiolare: prefectũq̃ philippum adiit: & de crimine eugenium accuſauit. Tũc p̃fectus ira accẽſus tã ipſam q̃ cũctos xp̃ianos reptos cõprehendi iuſſit: diemq̃ ſtatuit: quo oẽs interirẽt morſibus beſtiarum: Eugeniũq̃ ſibi aſtanté interrogat: an chriſtus adulteria doceat. Cũq̃ hoc uirgo commiſiſſe negaſſet: & melãthia ſeruos & ancillas ꝓbat ea docti fuerant: teſtes adhibuiſſet. Eugenia ꝓ defenſione uerita-
tis: & ne chriſtianum nomen falſitate cõfundaretur: a ſummo uſq̃ deorſum coram p̃fecto ueſtem ſcidit: & ſe feminã eſſe oſtendit: eugeniam uidelicet philippi filiã & ſocios ꝓtum & hiacynthũ omnibus declarauit. Moxq̃ pater filiã cognoſcens cũ matre & fratribus ĩ eius amplexus irruit: & ꝓgaudio lachrymas fudit. Melãthia aũt cum oĩbus ſuis a fulmine interẽpta eſt. Sicq̃ eugenia parentes & fratres ad fidẽ cõuertit: unde & philippus p̃fecturã deſerẽs a xp̃ianis eps ordinat: quo ꝓ martyriũ aſſumpto claudia cũ filiis & eugenia romã rediit: ubi & uirgo multos ad xp̃m conuertit. Quã p̃fectus nicenus tentã fecit adduci ad templũ diane: ut ſacrificaret. Sed dũ eugenia oronẽ fudit: tẽplũ cũ idolo ſubuerſum eſt multis paganor̃ eã clamantibus innocentẽ: Iuſſu igit p̃ſidis ligato ſaxo ad collũ eius in tyberim iactat: ſed ſup aq̃s manens minime mergit: inde in fornaces thermarum mittitur: ſed igne extincto illeſa educit. Poſt hec per dies. xx. ſine lumine & cibo carceri mãcipata: ſed a xp̃o eam celeſti pane reficiente confortata eſt: q̃ die quo ad terras deſcẽderat: ꝓmiſit eam ad celeſtia ſubleuare. Die igit natalis domini miſſo ſpiculatore a p̃fecto ĩ carcere decollat: uidelicet. viii. cal. ianuarii. Cuius corpus a xp̃ianis iuxta urbẽ in ꝓprio p̃dio ſepultũ ẽ. Ad cuius tumulũ dũ mater oraret: eidẽ apparuit: eãq̃ cõfortãs die dominico proximo in chriſto pauſaturam nunciauit. Que die ſibi predicto ad chriſtum migrauit: & a filiis adiuto & ſergio iuxta eugeniam ſepulta eſt: qui & poſt tempus multis paganorum conuerſis quieuerunt in domino: ſepulti & ipſi a fidelibus iuxta matrem & germanam

¶ De ſancto Stephano ꝓtomartyre. Cap. IIII.

STephanus protomartyr unus de ſeptem diaconibus ab apoſtolis ordinatus eſt in miniſteriũ uiduar̃ ut habet actuũ. vi. Creſcẽte. n. numero diſcipulor̃ cõuerſi exgẽtibus aduerſus cõuerſos ex iudeis murmurare cepunt: eo q̃ deſpicerẽt in miniſterio quotidiano uidue eor̃.

Cõuocata ergo multitudine per apoſtolos decreue/runt eligere ſeptem uiros boni teſtimonii ſuper tali opere cõſtituendos:ad hoc ut ipſi oĩbus curis tẽpora libus depoſitis p̃dicatiõi ĩtẽtius uacare poſſent.Sicq; elegerunt ſeptem diacones primos:quorum prior & primicereus extitit ſtephanis ꝓtomartyr :philippus qui eunuchũ baptizauit:& fuit epũs in thratia aſie: & procorus qui fuit epũs nicomedie bithynie:& nica/nor:& parmenas:& timõ:& nicolaus:qui poſtea apoſtatãs hereticus fuit:a quo & nicolaite dicunt:& orãtes eis manus impoſuerunt:& diacones ordinauerũt ¶Stephanus autem plenus gratia & fortitudine:fa/ciebat ſigna magna in populo:inuidentes igitur ſibi iudei:triplici modo eum ſuperare ſtuduerunt : ſcili/cet diſputatione:teſtiũ productione: & tormentorũ illatione.Et in q̃libet pugna adiutoriũ de celo ſibi datũ eſt.In prima datus eſt ei ſpiritusſanctus: q facũdiã miniſtrauit.In ſecũda uultus angelicus:q falſos teſtes cõfutauit.In tertia xp̃us uiſus eſt adiuuare paratus:q martyrẽ cõfortauit.¶Ponit ergo prima pugna. Sur rexerunt aũt quidã de ſynagoga libertinoꝝ.i.de ſeruitute manumiſſoꝝ & cyrenenſium & alexandrinorum &c.diſputãtes cũ ſtephano. Ecce primũ preliũ Et nõ poterant reſiſtere ſapientie & ſpiritui qui loq̃batur.Ecce adiutoriũ.¶Ponit poſt hoc ſecunda pugna.Quia ſubmiſerũt falſos teſtes:qui eũ accuſabãt de blaſphemia in deum:in moyſen:in legẽ:& in tẽplũ.Ecce ſecũdum p̃lium.Et intuentes in eũ oẽs qui ſedebant in cõcilio uidebãt faciem eius tanq̃ faciem angeli.Ecce auxilium.¶Deinde ponit ſecũde pugne uictoria.Nam pricipe ſacerdotum cũ interrogante: ſi hec ita ſe haberent de q̃ttuor blaſphemiis ſibi impoſitis ſe excuſat.¶Primo de blaſphemia in deũ: di/cens deum qui locutus eſt patribus deũ glorie fuiſſe. ¶Secundo de blaſphemia in moyſen commendans moyſen:a feruore zeli:quia percutientem iudeũ egyptum interfecit.ab operatione miraculorum: que in egypto & deſerto oſtẽdit:& a familiaritate dei:qa cũ deo locutus fuit.¶Tertio de blaſphemia in legem. Nã cõmendat legẽ:ex parte dantis:q fuit deus: ex parte miniſtrãtis qui fuit moyſes:& ex parte finis q dat gratiam.¶Quarto de blaſphemia in tabernaculũ & tẽplum:cõmendãs tabernaculũ qđ fuit:a deo fieri p̃ceptum:in uiſione oſtenſum:a moyſe perfectum : & arce teſtimonii cõtentiuum:tẽplum autem dixit tabernaculo ſucceſſiſſe. Hec oĩa legentibus textũ act. vii.ſatis patere poſſunt.¶Vltimo põit tertia pugna. Nã audientes hec diſſecabant cordibus ſuis:& ſtridebant dentibus in eũ:quaſi iam illũ animis lapidãtes. Quos beatus ſtephanus tribus modis conatus ẽ corrigere.ſ.¶Primo pudore eis duritiã cordis & necis ſanctoꝝ ſeuitiam in ꝓperans.Dura inqt ceruice & in circunciſis cordibus &c.Et increpabat eos q ſpiritui ſancto reſtiterũt q; prophetas p̃ſecuti ſunt & q; creſcẽte malitia eos occiderũt.¶Secũdo correxit eos timore:per hoc q; ieſum ſtãtem a dexteris dei perhibuit: quaſi ad ſuũ adiutoriũ preparatũ. Ecce inqt uideo celos apertos &c.q̃d audientes iudei clamãtes uoce magna cõtinuerunt aures ſuas:quaſi blaſphemiam abhorrẽtes:& ĩpetũ facientes in eũ:& eiicientes eũ extra ciuitatẽ lapidabant:quoꝝ priores teſtes lapidare ĩcipientes ſecundum legem:ut expeditiores eſſent depoſuerunt ueſtimenta ſua ſecus pedes Sauli adoleſcentis:qui manibus oĩum lapidabat.¶Tertio correxit eos amore:dũ pro ſe & ꝓ ipſis orauit : ꝓ ſe ne paſſio ſua ꝓlongaretur.dicens:domine accipe ſpiritũ meũ: pro ipſis:ne ſibi peccatũm imputaret. Nam poſitis genibus clamauit uoce magna dicens.Domine ne ſtatuas illis hoc peccatũ. Et uide amorem mirabilem: quia pro ſe orãdo ſtetit:pro lapidantibus genua flexit:pro ſe ſilenter orauit: ꝓ illis uoce magna clamauit.In hoc etiam xp̃m imitatus in paſſione : qui ꝓ ſe orauit dicens.Pater in manus tuas cõmendo ſpiritũ meum & pro inimicis dicẽs.Pater ignoſce illis : non enim ſciũt:qd faciũt.Et cũ hoc ſtephanus dixiſſet obdormiuit in domino.Cuius corpus gamaliel & nicodemus occulti xp̃i diſcipuli in agro ipſius gamalielis ſepelierũt:& fecerunt planctũ magnũ ſuper eũ.¶Et celebrat hoc feſtũ ab eccleſia ſequenti die poſt natiuitatẽ domini.ſ.vii.calen.ianuarii.Reuera:tamẽ lapidatio ſancti ſtephani facta fuit eodẽ aſcẽſionis anno.iii. uidelicet noũ auguſti quo die feſtũ inuẽtionis eius celebratur.Inuẽtio aũt ad litterã contigit.vii.cal.ianuarii.Eccleſia tamẽ hec feſta cõmutauit duplici de cauſa.¶Primo qa ut dicit in ſermone auguſtini:heſterna die dominus natus eſt in terris ut ſtephãus hodie naſceret in celis.¶Secũdo quoniã ꝓp feſtum natiuitatis domini p̃cedẽs feſtũ iuẽtionis ſolẽnius celebrat q̃ feſtũ paſſionis:qđ inconueniẽs erat: & obhoc feſta mutata ſunt:ut dies paſſionis eius ſolẽnius celebret.

¶De ſancto Dionyſio papa & martyre. Cap. V.

Dionyſius papa & martyr:cuius genus non inuenit.Sixto ſecundo in epiſcopatu ſucceſſit:& ſedit annis.ii.& meſibus.iii.q ut dicit ado fidei documẽtis ſub claudio ſecũdo imperatore clarus effulſit.Hic in urbe diuiſit pecias:ſingulis ſingulos dans preſbyteros ꝓpter penitẽtes ſuſcipiendos & propter baptiſma. Hic etiã pecias & cemiteria per regiones diuiſit:& unicuiq; ius proprium ſtatuit:mandans ut ſinguli terminis ſuis cõtenti eſſent:& alienos non uſurparent.Qui & martyrio coronatus ſepultus eſt cum fratribus ſuis.vii.calen.ianuarii:& ceſſauit epiſcopatus dies.viii.

¶De ſancto Marino martyre. Cap. VI.

Barinus puer & martyr paſſus eſt in urbe ſub p̃fecto martiano:qui fuit filius ſenatoris & primarii ciuitatis.Hic a p̃fecto tẽtus dũ ſe chriſtianũ ꝓfiteret.Primo qdẽ extẽſus & loris duriſſimis dorſo & uẽtre flagellatus:

deinde uinctus in cuſtodiã miſſus eſt: die uero ſequẽti eductus equuleo ſuſpẽditur: & ungulis laniat̃: poſt modũ ſera lignea & machina lapidea alligat̃: ut mẽbra eius diuiderent̃. Sed dũ tracta machina puer ille ſus ꝓmaneret: in arboré ſciſſam immittit̃: ut cõſtrictus ſpiritũ exhaleret. Dei tamẽ uirtute arbore in duas partes diuiſa: craticule accenſe ſuperponit̃ plumboq; perfunditur liquefacto: moxq; nutu dei fluuius aque inũdans ignis caloré extinxit. Poſt hec ſupplicio cõmentarienſi traditus eſt: a quo in frixorio accenſo mittit̃: ſed rore celeſti refrigerat̃. Deíde a ꝓfecto martiano in caldariã plenã pice liquefacta iactat̃: que hinc inde ebuliens ſanctũ dimiſit intactum. Preter hoc in harenario beſtiis ſubiectus eſt: & leone qdem collum eius leniter amplexãte: leopardo pedes lingẽte parda cũ trigide manus ipſius oſculabant̃. Leena uero & urſus que ueſtes ſancti dilaniare ceperũt: cõfeſtim extincte ſunt. Poſtmodũ iflãmas iniectus dũ illeſus exiſſet in caminũ ignis miſſus eſt: cũ quo duo angeli deſcendentes eũ iuſtum die ſequẽti eduxerunt. Nouiſſime aũt dum a prefecto ſuaſus ſe deos adorare uelle ſimularet omni populo romão uocato ſtatuã ſerapis orãs in puluerem redegit. Qué prefectus decollari precepit. Corpuſq; eius in precipitiũ mitti: ubi & latronũ corpora iactabant̃: ut ſepultura careret. Orta aũt tempeſtate cum coruſcationibus nimiis fugiẽtibuſq; miniſtris a ſancto theophilo cꝑo corpus raptũ digna ueneratione ſepultũ eſt. vii. cal. ianuarii. Martianus auté pro hoc ſcelere & aliis a deo percuſſus uermibus ex ipſius ebuliẽtibus ore infelicem animam exhalauit.

¶ De ſcõ Ioãne apoſtolo & euãgeliſta. Cap. VII.

IOannes apoſtolus & euãgeliſta qué ieſus amauit plurimũ: filius zebedei fuit & frater iacobi maioris: quem xꝑs uocauit de nuptiis: qui ſupra pectus domini in cena recũbens fluenta euangelii de ipſo ſacro dominici pectoris fonte potauit: & ceteris apoſtolis fugientibus magiſtrũ nunq; in paſſiõe deſeruit: cui & ieſus in cruce moriẽs matrem uirginé uirgini commendauit: & poſt eius aſcẽſionem uſq; ad obitum uirginis ad eius ſemper cuſtodiã permãſit: ut dicit hieronymus. Huius uitã inclytus eꝑs diſcipulus eius ſcripſit. Hic apoſtolis ad ꝑdicãdũ diuiſis apud aſiam ꝑdicauit: ubi & multas fundauit eccleſias. Qui ſub ſecũda poſt neronem perſecutione chriſtianoꝝ quam domitianus exercuit: apud epheſum a cõſule comprehenſus & romã ductus: dũ apnd portam latinã in dolio feruentis olei miſſus illeſus exiſſet: ut in alio eius feſto. ii. noñ maii dicet̃: ab eodem ꝓconſule in pathmos inſula relegatus apocalypſim cõſcripſit. Eodem aũt anno domitianus a ſenatu romano interfectus eſt: oiaq; eius acta & per ipſum & eius officiales iudicata caſſata fuerunt. Sicq; factũ eſt: ut ſanctus ioannes qui cum iniuria ad exiliũ fuerat deportatus: cum honore ad epheſum reductus eſſet: omni populo ſibi occurrẽte & clamante: benedictus qui uenit in noíe domini. Cũ autẽ ingrederet̃ ciuitatem druſiana eius diſcipula: que aduentus ipſius deſiderio fuerat fatigata: efferebat̃ mortua flentibus & lamẽtantibus grauiter tã parentibus q̃ pauperibus orphanis & uiduis: qbus indigentibus miniſtrabat. Apoſtolus ergo feretrum iuſſit deponi: & corpus reſolui: eãq; ꝓprio noíe uocans: mãdauit ut ſurgeret: & domũ rediens refectionẽ ſibi prepararet. Que ſtatim quaſi nõ de morte ſed de ſomno uocata ſurrexit: & iuſſa pfecit. Ad quod miraculũ multi conuerſi ſunt. ¶ Altera die craton philoſophus ut oſtenderet qualiter mũdus eſſet cõtemnẽdus duos fratres iuuenes ditiſſimos oĩbus uenditis duas gẽmas emere fecerant eaſq; in comſpectu populi frangi iuſſerat. Quod uidens apoſtolus philoſophũ aduocauit: & tale mundi contẽptum dãnauit: tũ quia ore hoĩum laudabat̃: & a deo reprobabat̃: tum quia ſine ullo merito fiebat: eo q; ſua pauperibus nõ largirent̃: oſtendẽs mundũ eſſe cõtemnendũ facultates hoĩs pauperibus errogando. Sed dũ philoſophus poſt diſputationem ad hoc deueniſſet: ut ſi ioannes gẽmas confractas reintegraret: craton eius dictis fidẽ adhiberet. Apoſtolus oratione fuſa fragmẽta gemmaꝝ colligens ipſas conſolidauit: ſtatimq; craton cũ duobus iuuenibus xꝑo credidit. Illi uero iuuenes gẽmis diſtractis preciũ pauperibus errogarunt. ¶ Horũ exemplo duo alii iuuenes cũctis pro chriſto datis diſcipuli ioannis effecti ſunt. Sed die quadã uidentes ſeruos olim ſuos ueſtibus fulgẽtes: & ſe uili pallio cõtectos contriſtari ceperunt: quod ioãnes per ſpiritum cognoſcens ꝑcepit: ut ad nemus & littus accederent: ſibiq; lignoꝝ faſces & lapillos apportarent. Et facta oratione uirgas in aurũ & lapillos in gẽmas conuertit: quas eiſdẽ apoſtolus tradidit dicẽs: ut per dies ſeptẽ aurifices oẽs & gemmarios circuirẽt: & aurum ac gẽmas probari facerẽt. Qui poſt dies ſeptẽ reuerſi dixerũt: omnes illos operarios cõcordari ſe nunq; tam puꝝ aurum & tam ꝑ cioſas gẽmas conſpexiſſe. Tũc apoſtolus predicta oĩa ſibi tradens dixit: ut irent & poſſeſſiones diſtractas redimerent: & abinde diuites eſſent: ut in perpetuũ mẽ dicarent. Et quia nõ uult deus coacta ſeruitia: pro libito gauderẽt libertate ſua. Et ĩtroducta xꝑi parabola de diuite epulone & lazaro ulceroſo: cepit apoſtolus cõtra diuitias multa predicare. ¶ Cõtigit aũt ſtacteum quendã iuuenem qui trigĩta diebus ante uxorem duxerat deferri mortuum tumulandum: quem apoſtolus matris uidue & parentum precibus & lachrymis compaſſione motus: orans a mortuis ſuſcitauit: & ſuſcitato mandauit: ut que in alio ſeculo de duobus illis iuuenibus uiderat enarraret. Qui multa de paradiſi gloria quã ipſi amiſerant: & de penis infernorum: quas acquiſierãt: prout ſibi oſtenſum fuerat corã omnibus patefecit. Propter qđ iuuenes cõpuncti una cum ſtacteo reſuſcitato: pedibus apoſtoli prouo-

luti diuinam miſericordiam implorabant. Apoſtolus ergo iuuenibus triginta dierum penitentiam impoſuit:qua peracta gemme & aurum in priorem materiam uirgarum & lapillorum redierunt:quas iuuenes ad ſua loca priſtina reportantes:in dei ſeruitio p ſeuerarunt:& ceperunt cum apoſtolo miraculis coruſcare. ¶ Et dum tota ciuitas epheſiorum ioãnem extollerent:pontifices idolorum ſeditionem in populo excitarunt:ita ut a multis de plebe Ioannes traheret ad templum diane:ut ſacrificaret. Quibus ille hanc conditionem propoſuit:ut aut ad inuocationem diane ipſi eccleſiam chriſti diruerent & ipſe idolis ſacrificaret:aut ipſe ad inuocationẽ chriſti templum diane ſubuerteret:& ipſi in chriſtum crederent. Et cum huic ſententie maior pars populi conſenſiſſet ad preces Ioannis:omnes templum exeuntes a longe ſtetерunt:& orante apoſtolo:templum funditus corruit: & imago diane penitus commĩuta eſt. Ariſtodemus autem pontifex idolorum ſeditionem in populo concitauit. Quem dum Ioannes interrogaret quomodo ipſum placare poſſet:reſpondit ei:ſi uenenum bibẽs: quod ille ſibi porrigeret:illeſus permaneret. Et cum apoſtolus acquieſceret ariſtodemus ut eum a poculo ſubtraheret uel ſaltẽ deterreret:duos uiros impetrauit a proconſule qui fuerant decollandi:quibus uenenum potandum coram omnibus tribuit. Quod ut illi biberunt:confeſtim ſpiritum emiſerũt apoſtolus autem calicem accipiens & ſigno crucis ſe muniẽs uenenum bibit:& per tres horas obſeruatur nullam leſionem incurrit. Et dum populus chriſtum uerum deum clamaret. Ariſtodemus adhuc obſtinatus apoſtolo inſtabat:ut ſi ueneno defunctos excitare poſſet ipſe proculdubio chriſto crederet. Cui ioannes pallium ſuum dedit & ipſe in tunica manſit:eidemq; iuſſit:ut inuocato chriſti nomine pallium ſuper corpora defunctorum poneret:eiſdẽq; ut reſurgerẽt mandaret. Quod dum ille feciſſet illico ſurrexerunt. Sicq; pontifex cum omni familia & parentela & multitudine maxima conuertuntur:& xii. milium uiroꝝ exceptis paruulis & mulieribus a beato apoſtolo baptizant. ¶ Reperitur in x. libro hiſtorie eccleſiaſtice: q; apoſtolus quẽdam iuuenem ferocem cõuerſum:cuidam epõ depoſiti nomine cõmendauit: & ad partes alias acceſſit:poſt aliquod tẽpus iuuenis relicto epõ: factus eſt princeps latronum. Rediens apoſtolus depoſitum repetit:& epiſcopus de pecunia intelligens q̃ſi ignarus obſtupuit. Cui apoſtolus de iuuene ſibi cõmendato ſe querere declarauit. Et dum epiſcopus ioanni cũ rubore factum narraſſet:apoſtolus cum increpat eo q; malum ſuo depoſito cuſtodem dimiſit. Equum ſibi parari iuſſit:& ad montem: ubi iuuenis erat:feſtinus properauit. Quem iuuenis ſtatim recognoſcens pre uerecundia equũ aſcẽdẽs fugiebat. Apoſtolus ſenectutis oblitus equum calcaribus urget: & fugientem uocat:& ne patrem ſuum fugiat uel expaueſcat:poſt ipſum clamabat. Et ut ad penitentiam rediret dulciter admonebat offerẽs ſe pro eo chriſto reſponſurũ: cõpũctus iuuenis reuertitur:& cum lachrymis conuertitur:& ab apoſtolo benigne ſuſcipitur:& in uirtutibus perſeuerans tandem a magiſtro epiſcopus ordinatur. ¶ Legitur etiam ubi ſupra:q; cum Ioannes epheſi balneum lauandi gratia introiſſet:& ibi dem cerinthum hereticum inueniſſet inde protinus exiuit:quo egreſſo balneum cecidit & hereticum cũ ſuis oppreſſit. ¶ Predicationem autem ſuam miraculis confirmabat:ita ut a tactu ueſtimentorum eius egri curarentur:& demones fugarentur. Et ut dicit Hieronymus in ſua decrepita ſenectute:uix ad eccleſiam diſcipulorum manibus ferebatur nec cum plura uerba dicere poſſet:ad quam libet pauſam hoc ſolum dicebat:filioli diligite alterutrum. Ibiq; uſq; ad traiani tempora perſeuerans totius aſie fundauit & rexit eccleſias. ¶ Et cum eſſet annorum. lxxxix. ſecundum iſidorum. lxviii. a paſſiõe domini anno apparuit ei chriſtus cum diſcipulis aliis:qui iã omnes ad celeſtia migrauerant:cumq; ad eternas epulas inuitauit: & dominica futura die ad ſe illum uẽturum eſſe predixit. Igitur in ſubſequenti dominica omni populo ad eccleſiam conueniente:que in eius adhuc in carne agẽtis nomine fuerat fabricata a primo pullorum cantu uſq; ad ſextam predicauit eiſdem:hortans illos:ut in fide eſſent ſtabiles & in mandatis feruentes: Poſt hec iuxta altare foueam quadratam fieri iuſſit & terram extra eccleſiam iactari. In quam beatus euãgeliſta deſcendens expanſis manibus gratias deo egit:& oratiõnem deuotiſſimam fudit. Qua finita tanta ſuper eũ lux emicuit:q; a nemine uideri potuit. Recedenteq; lumine fouea reperta eſt mãna repleta: quod ibidem uſq; hodie generatur. Ita ut in fundo fouee inſtar minute harene ſcaturire uideatur:ſicut in fontibus fieri conſueuit:propter quod ipſum in corpore & anima celo aſſumptum plurimi aſſeuerant. Cuius depoſitionis dies ab eccleſia celebratur. vi. calen. ianuarii.

¶ De ſcõ Maximo epõ alexãdrino. Cap. VIII.

MAximus epiſcopus alexãdrinus fuit. Qui ſatis clarus & inſignis de titulo confeſſionis factus eſt. Qui & in pace quieuit. vi. calen. ianuarii:apud eandem urbem condigne cumulatus:hec uſuardus.

¶ De ſcõ Maximo epõ taurineñ. Cap. VIIII.

MAximus epiſcopus taurineñ. claruit tempore honorii imperatoris:qui ĩ homeliis & ſermonibus componendis: & in eccleſia declamandis ſtuduit eleganter: uir in diuinis ſcripturis intentus: & ad plebem inſtruendam ſufficiens. In apoſtolorum laudes & Ioannis baptiſte & generales omnium martyrum homelias & tractatus edidit. De ſancto Euſebio Vercelleñ duos tractatus compoſuit. Et ſancti Cypriani ſpãlẽ de ba-

ptiſmi gratia Librum de auaritia & hoſpitalitate. De diffectu lune. De elemoſynis. De ieiunio ſeruorũ dei generali. De ieiunio ſpeciali q̃dragesime. De eo quod in Iſaia ſcribitur Caupones tui miſcent uino aquam. De paſſione domini. De iuda proditore. De cruce domini. De ſepulchro eius. De reſurrectione ipſius. De accuſato & iudicato domino apud Pilatum. De calẽdis ianuarii. Compoſuit etiam homelias plurimas: uidelicet. De natiuitate domini. De epiphania. De penthecoſte. De hoſtibus carnalibus non timendis. De gratia poſt cibum deo agenda. De penitentia niniuitarum: & alias multas. Quieuit autem honorio & theodoſio iuniore imperantibus. Hec gemnadius de illuſtribus uiris.

¶ De ſanctis innocentibus martyribus. Cap. X.

INnocentes martyres ab herode aſcalonita interfecti ſunt. Tres enim fuerunt herodes propter eorum infamem crudelitatẽ famoſi. Primus fuit herodes dictus aſcalonita: ſub quo natus eſt dominns: & pueri occiſi ſunt. Secundus fuit herodes antipas: qui Ioannem decollauit. Tertius agrippa qui Iacobum occidit: & petrum incarcerauit. ¶ Herodes ergo aſcalonita fuit filius antipatris idumei: qui neptem regis arabum duxit uxorem: ex qua hunc filium habuit herodem: ut dicitur in hiſtoria ſcholaſtica: qui poſtmodum aſcalonita dictus a ceſare auguſto primus ex gẽtibus iudee regnũ accepit: & tunc ablatum eſt ſceptrum de iuda iuxta phetiam Iacob. Huic ſex filii nati ſunt. ſ. antipater: alexãder: ariſtobolus: archelaus: herodes antipas: & philippus: Alexandrum autem & ariſtobolũ ex eadem matre iudea genitos romã miſit liberalibus artibus imbuendos: qui facti acerrimi oratores de ſuſceptione regni cum patre contendebant. Pater uero antipatrem illis preponere ſatagebat. Cumque illi de patris morte tractaſſent ab eodem reiecti: ceſarem adeũt de patris iniuria conqueſturi. ¶ Interea magi hieruſalẽ ueniunt: & de ortu regis iudeorum querunt. Herodes hec audiens turbatur: timens ne de iudeorum ſemine natus eſſet: qui ipſum alienigenam expelleret. Rogatq; magos: ut inuentum regem ſibi renunciẽt: ſimulans ſe adorare uelle: quem perdere iam cogitabat. Verum tamen magi per aliam uiam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Videns herodes eos nequaquam ad ſe reuerſos: ſtelle uiſione deceptos ad ſe redire erubuiſſe putauit: & ideo ab inquiſitiõe pueri animũ reuocauit. Sed audito que paſtores dixerãt: & que ſymeon & anna prophetauerant: uehementer timuit: & ſe a magis illuſum cognouit. Et ex tũc de nece puerorũ: qui erant in bethleẽ: tractare cepit: ut cũ eis illũ quem ignorabat: occideret. Et ad monitionẽ angeli Ioſeph cum puero & matre in egyptum in ciuitatem hermopolim fugit: ibiq; ſeptẽ annis uſq; ad obitum herodis permanſit. Ingreſſo igit̃ domino in egypto ſecundũ Iſaie prophetiã. Vniuerſa idola corruerunt. ¶ Refert caſſiodorus in tripartita q; in hermopoli thebaide dicitur eſſe arbor que uocatur perſidis ualens in ſalutẽ egrorum: ſi fructus uel folium uel cortex collo languentis alligetur. Hec arbor uſq; ad terram inclinata uirginem cum filio fugientem adorauit. ¶ Dum igitur herodes de nece puerorum diſponeret: a ceſare citatus eſt filiorum accuſationibus reſponſurus: q; cum per tarſum iter faceret. Intellexit: q; magos naues tarſenſium tranſiuiſſent: quas oẽs in ſpiritu uehementi combuſſit: ut fuerat predictum. Et dum ipſe coram imperatore diſputans contra filios obtinuiſſet: & in regnum confirmatus audacior factus eſſet: reuerſus hieruſalẽ occidit omnes pueros: qui erant in bethleẽ a bibatu & infra: ſecundũ tempus quod exquiſierat a magis. i. infantibus duorum annorum uſq; ad pueros unius noctis. Didicerat enim a magis ea die: qua eis ſtella apparuit dominum natum eſſe: & quia annus fluxerat ex quo romam ierat chriſtum anniculum: & aliquorum dierum ſupra eſſe credebat. Ideoq; ſupra etatem eius uſq; ad bimos deſeuit in pueros. In qua perſecutione cẽtũ & quadragintaquattuormilia infantes interfecti eſſe creduntur: qui & in apocalypſi cap. xiiii. deſcribunt̃. Inter quos dei iudicio unus parulus filius heroidis ad nutriendum traditus ignoranter a carnificibus eſt occiſus. ut dicit macrobius. ¶ Herodes autem de tãto ſcelere a deo acriter punitus eſt: ut in ſcholaſtica dicitur. Vt qui multos orbauerat filiis: ipſe ſuis miſerabiliter orbaretur. Nam alexander & ariſtobolus iterum patri ſuſpecti confeſſi ſunt ab eo contorti: q; tonſori pecuniam promiſerant: ſi eum iugularet. Ob hoc pater iratus eos occidi fecit: Antipatrem autem futurum regem conſtituit: & eidẽ herodem antipam ſubſtituit. Et cum herodem agrippam & herodiadẽ uxorẽ philippi: quos ex ariſtobolo ſuſceperat: paterna dilectione foueret. His duabus die cauſis antipater contra eum odium concepit in tantum: q; cum ueneno perimere attentauit. Quod ſentiens herodes eum in carcerem poſuit. Ipſe autem annorũ. lxx. grauiſſimam infirmitatem incurrit. Nam febre ualida: prurigine corporis colli continuis tormentis: pedum inflatione uermeſcentibus teſticulis: intolerabili fetore & crebro anhelitu torquebatur. Audienſq; iudeos mortem ſuam cum gaudio expectare nobiles multos iudeorum carcerauit mandans ſalome eius ſorori: ut cum ſpiritum emitteret oẽs detentos occideret: ut ſic omnis iudea ipſum defleret uel inuita. Et cum ſumpto cibo iuxta morem ſuum pomũ purgare uellet. quem comederet: tenens manu gladiũ tuſſi uiolenta fatigatus ſeipſum percuſſit: non tamen totaliter ſe occidit eo q; a conſobrino aliqualiter detẽtus fuit. Et cum ſonitus in aula de morte regis percurreret: & antipater ſe relaxandũ exultaret. Herodes hoc audiens eum occidi fecit: & archelaum poſt ſe regnaturum inſtituit. Sicq; poſt dies. v. infeliciſſimus uitam

ſiniuit. Salome autem ſoror eius omnes quos rex occidi mandauerat relaxauit. Innocentes autem martyres ſub die uno paſſi ab eccleſia recoluntur uidelicet. y. calendas ianuarii.

¶ De ſanctis Eutityo & Florentio confeſſoribus. Cap. XI.

EVtityus & Florentius ſerui dei circa tẽpora gothorum in nurſie partibus floruerunt: quoꝝ primus actiue uite & predicationi: ſecũdus uero contemplatiue & orationi uacabat. Eutityus uero in abbatẽ cuiuſdam monaſterii in partibus illis poſiti electus: licet dudum renueret tamen pro ſalute proximi animatus conſenſit: & ſolum ſociũ dereliquit. Florẽtius ergo ſolus exiſtens orauit ad dominũ ut ſibi cõſortium aliquid largiret. Moxq; ante fores cellule: urſum repperit: demiſſo capite nihil feritatis oſtẽdentẽ: quaſi ad uiri dei obſequiũ preparatũ. Cui uir impoſuit ut quattuor uel quinq; oues quas habebat ad paſtũ duceret & cuſtodiret: & ad ſextam uel nonam hore rediret. Qui iuſſa complens paſtoris curam gerebat: & hora ſibi ſemper aſſignata cum omnibus redibat: & quas mandu ca re conſueuerat: paſcebat oues beſtia ieiunia: atq; in omnibus mandato uiri dei obtemperabat: ut neq; ad ſextã iuſſus rediret ad nonam neq; ad nonã iuſſus rediret ad ſextã. Sed dum tanti miraculi fama crebreſceret quattuor ex diſcipulis eutityi quaſi inuidentes: q; eorum magiſter miracula non faceret ſicut florentius faciebat: urſum latenter occiderunt. Quem die altero percuſſum ſanctus inueniens & dolens admodũ inquirens diligenter: qui fuerant occiſores cognouit: fratrũq; malitiam & urſi conſocii mortem deplorãs Quẽ eutityus ad ſe deductũ conſolari cepit Florentius uero iprecans ſe habere ſpẽ in deum aiebat: q; ĩ hac uita uindictam manifeſtam reciperẽt: qui nil ſe ledentẽ urſum eius occiderant. Et poſt dies medicos quattuor monachi qui urſum occiderant: elephãtie morbo percuſſi mẽbris putreſcentibus interierũt. Quod ſanctũ florentius omni uite ſue tempore flebat: quia exauditus fuerat: & ſe quodãmodo in eorum morte homicidã reputabat. ¶ Diaconus qdam ad eum ueniens ut ſe eius orationibus cõmendaret cellulã eius ſerpentibus reperit in circuitum plenam: & timẽs ſanctum inuocauit. Qui egreſſus orauit: & cum nimia ſerenitas eſſet: ſubito tonitruum factum eſt: quod ſerpentes omnes iteremit. Moxq; tot aues uenerũt quot ſerpentes occiſi fuerant: & ſingule ſingulos rapientes aſportarunt. ¶ Eutityus uero magis poſt morte miraculis claruit. Inter que illud precipuũ fertur quod uſq; ad longobardoꝝ tẽpora perdurauit. Nam quoties pluuia deficiente eſtu nimio terra exureret ciues urbis tunicam illius leuatam circũferebant: cum quadam per agros orantes pergerent repente fluuia tribuebat: que plene terrã ſatiare potuiſſet. Quieuit aũt in chriſto ſanctus eutityus. v. calen. ianuarii: quo etiã die feſtum conſocii florentii in illis partibus colebat. Hec Gregorius. iii. dial. capitulo. xv.

¶ De ſancto elphego epõ & martyre. Cap. XII.

ELphegus cãtuarieñ archiepiſcopus & martyr floruit tempore henrici ſecundi imperatoris. Qui nobili genere: litteraꝝ ſciẽtiã imbutus in loco qui dicit balneũ adhuc iuuenis ſe incluſit: & eremiticam uitam ducẽs poſtq; plures diſcipulos congregauit: monaſterium cõſtruxit: fratribuſq; prepoſitum delegauit: ſe quoq; ſeparatim in arta cellula poſuit maiora tamen quedam ſibi delata corrigebat. Dum autem quidam effrenes monachi mediis noctibus in certo loco ieiunia comedẽtes frangerent: uno ipſoꝝ repente defuncto ſtrepitus maximi per cenobium ſonuerunt uoceſq; percutientium & percuſſi lamenta audita ſunt. Quod ſanctus audiens monaſteriũ intrans corpus defuncti in terra proſtratum reperit ictibus contuſum. Quod dũ ſocii ceteri mane uidiſſent cõpuncti ad penitentiam redierunt: & locum ubi corpus defuncti inuentum eſt: illum eſſe in quo deliquerant confeſſi ſunt. ¶ Interea defuncto uentono epiſcopo dum pro electione multi deſideret: ſancto dũſtano archiepiſcopo apparuit ſanctus andreas apoſtolus qui ei elphegũ eligendũ impe rauit. Et dũ ille uiſa narraſſet uota oĩum in elphegũ cõcurrerũt. Qui fcũs epiſcopus mira ſe penitẽtia affligebat: & pauperibus liberaliter errogabat: reuelat: quoq; ſcõ dũſtano elphegum ſibi ſucceſſoré futurũ quod anno domini. cvi. impletum eſt elphego de uẽtona cãtuariã trãſlato. Hic poſt dies paucos romam peregrinus adiens: dum auſonie hoſpitatus eſſet a quibuſdam ex ciuibus noctu eum inuadentibus omnibus ſuis ſpoliatus & ex urbe eiectus eſt. Necdum longe diſceſſerat: & ecce ſubito tota ciuitas auſonie inflãmatur. Quod illi conſpicientes & ſanctum inſequentes ablata ſibi reſtituere ſe offerũt: eiuſq; miſericordiam petunt: eo q; diuinam ex hoc ultionem in ſe recognoſcunt. Sanctus igit ad urbem rediens oõne bre ui: quod dictu mir eſt: flãma prius in aere ſuſpendit: & poſt hec ab urbe totaliter incendium excuſſit: multiſq; oblatis ſola ſua recepit: eoſq; de ſibi illata iniuria corripuit. ¶ Dũ igit danicũ duce ſuo thurolo pirate peſſimi tam mare britannicum quam terras predarentur: a rege eltheredo: qui omnino ibellis & puſilanimis erat eiici non ualebant. Sanctus autem archiepiſcopus hoſtes adibat: captiuos redimebat: & multos ſua doctrina conuertebat: ceteri uero in eum inſanientes ipſum occidere ſatagebant. Cumque hedricus ꝑpoſitus regni in quoſdam olim fratris ſui interfectores uindictã expeteret: & rex illos utpote nobiles & q illũ uti ꝑdoné iuſte ſe defendẽtes occiderant iure pimere denegaret: indignatus hedricus & danis cõfederatus cũ multis de regno ciuitatẽ aggreſſus obſedit: eãq; plurimis bellis crudelitatus agitauit. Sanctus uero elphegus populũ hortabat: ſed peccatis exigẽtibus dũ ciuitas ab hoſtibus ĩpugnat: aduerſarii p muꝝ diruptũ ĩtroeunt inocẽtes ꝑimunt: domos ſpoliant: & ĩcendunt. Quos ſanctus archieps de ĩpietate redarguens ab eiſdẽ multis uerberibus ceſus humero pene exciſo: manibus uictis ad eccleſiam ſuã ducit: & in cõſpectu ipſius templũ inflãmat: monachi occidunt: & q̃ttuor ſolũmodo capti uiui dimittunt. Inde ſanctũ ad portã ſeptẽtrionis in carcerẽ aſperrimũ uinculatus includit: ibiq; ſeptẽ menſibus cuſtoditur. ¶ Veꝝ ira dei in hoſtes ſeuiente duomilia ex ipſis peſtilentia extincti ſunt: ceteris graui infirmitate pcuſſis: quod illi cernẽtes: eiuſq; ſuffragia petunt. Pro quibus dũ oraſſet: & panẽ benedictũ eiſdẽ tribuiſſet: omnes ex eo guſtãtes ſanati ſunt. ¶ Poſt hec autem dum

ab archiepo theſauros multos peterent: ut ſic abeuntes eccleſiam ſuam in pace dimitterent: & ille omnino denegaret: dicens que chriſti ſunt minime chriſti aduerſariis concedenda: rurſum in carcere clauditur: cui diabolus in ſpecie angeli apparens eum de carcere eduxit: & abire ſuadens: plures aquaꝝ abluuiones tranſire fecit. Heſitante aũt ſancto an a bono angelo a martyrio ꝓhiberet: oratione fuſa diabolus euanuit: angelus ſanctus aſtitit: & eum ad locum certaminis reduxit. Qui iuxta carcerem exiſtens: ab hoſtibus tentus pluribus plagis confoſſus: tandem cerebro percuſſus ſemiuiuus in carcere repõitur: ubi nocte a ſancto dunſtano & angelis ſibi apparẽtibus cum luce nimia cõfortatur: & ad eternam gloriam inuitat. Sicꝙ omnibus eius ſanatis uulneribus uinculiſꝙ ſolutis cuſtodes hec uidentes territi fugerunt. Nouiſſime autem martyr chriſti iumento impoſitus ab infidelibus ſecundo miliario a cantuaria ductus & lapidatus eſt. Cuius ſanguine lignum aridum conſperſum reuixit propter quod miraculum dani corpus eius londoñ deportari permiſerũt: ubi & ſepultum eſt: & poſt annos decem incorruptum inuentum uſꝙ a in preſens durat: & ſanguis recens acſi hodie eſſet effuſus. Qui paſſus eſt. v. calen. ianuarii die uidelicet precedente feſtum Thome martyris: eius in pontificatu eodem & martyrio ſucceſſoris.

¶ De ſancto Thoma epo & martyre. Cap. XIII.

THomas cãtuarieñ archiepiſcopus & martyr tempore federici imperatoris primi ꝓ libertate eccleſie martyrium paſſus ẽ. Hic ciuitatis londoñ parentibus ortus nobilibus in adoleſcentie annis litterarum & ſtudio & honeſtati morum operam dabat: quem mater eius orbata uiro in uirtutum ſanctaꝝ exercitatione & beate uirginis deuotione ſpecialiter ĩformabat. Qui adhuc iuuenis liberalibus inſtructus: ſecularibus curis ĩplicatus cum plurima contra cleri honeſtatem geri conſpiceret: relicta ſeculare uita a ſancto theobaldo cantuarieñ archiepiſcopo clericus effectus in eadem eccleſia modico poſt tempore archidiaconus eſt ĩſtitutus. Et deinde ad eius inſtantiam henricus rex anglorum eundem cancellarium ſuum fecit: in quo officio ſtrenue ſe gerens: omnibus amabilem ſe prebebat: eiuſꝙ ope & conſilio multa contra eccleſie libertatem procurata fieri compeſcebat: ex qua ſola cauſa dictũ officium de ſui archiepiſcopi mandato quãuis inuitus aſſumpſerat. Quẽ adeo rex dilexit: ut poſt archiepiſcopi theobaldi deceſſum: Thomã in archiepiſcopalẽ cathedram ꝓcurauerit ſublimari: qui conſecratus ſubito in uiꝝ alium mutatus eſt: carnẽ cilicio & ieiuniis macerans: non ſolum camiſiam ſed etiã femoralia cilicina uſꝙ ad poplites deferebat. Sanctitatem autẽ ſuam ſubtiliter occultabat: ut ſaluo honeſtatis rigore ſub decentia ueſtium & apparatu utenſilium conformaret ſe moribus ſingulorum. Paupibus munificus elemoſynas conſuetas quas eius predeceſſor duplicauerat. ipſe etiam duplices duplicauit: & ad hoc oẽs ſibi ꝓuenientes decimas deputauit. Quotidie. xiii. pauperꝝ pedes abluebat: & refectos datis cuilibet q̃tuor argẽteis remittebat. ¶ Sacerdos quidã quotidie miſſam de beata uirgine celebrabat: eo ꝙ aliam dicere neſciebat: qui accuſatus ab archiepo tãq̃ idiota ab officio ſuſpenſus eſt. Cũ ergo Thomas cilicium ſuũ aſſuendum ſub lecto abſcõdiſſet: ut hora captata ipſum latenter cõſueret. Beata uirgo ſacerdoti apparuit: eiꝙ mandauit: ut ad archiepiſcopum pergeret: eiꝙ diceret: ꝙ illa ob cuius amorem miſſam dicebat: cilicium eius quod eſt in tali loco conſuerat: & ſetam rubeam de qua illud cõſuit pro ſigno dimiſerat. Illa ergo domina ſibi dicẽdo mittebat: ꝙ preſbytero ſuo officiũ ablatum reſtituere debeat. Quod ille audiẽs obſtupuit: & ita eſſe ut ſacerdos retulerat inuenit: ac eidem celebrandum poteſtatem cõceſſit. ¶ Dum ergo rex hẽricus archiepiſcopum ad uoluntatẽ ſuam inflectere uellet: ut ſcilicet conſuetudines quaſdam: quas regis predeceſſores contra eccleſie libertatem habuerant: tam archiepiſcopi q̃ epiſcoporum ſuffraganeorũ omnium ſcriptura & conſenſu expreſſo firmaretur. Negans hoc fieri beatus Thomas conſtantiſſime: manifeſtam in eis aſſerens libertatis eccleſiaſtice ſubuerſionẽ contra ſe iram regis & principium nõ mediocriter incitauit. Quadam aũt uice ſic ipſe cũ ſuis ſuffraganeis epiſcopis eſt arctatus: ut ſibi mortis ſententiã rex minaretur. Qui magnorum uiroꝝ deceptus cõſiliis conſenſum uerbotenus prebuit: ueruñ ex hoc cernens animarum periculũ ſeipſum mira penitẽtia afflixit: & ab altaris officio ſe ſuſpendit: donec a ſummo põtifice abſolutus fuit. Reqſiuit denicꝙ rex: ut quod uerbo dixerat ſcripto firmaret. Et dum contradiceret affectus eſt iniuriis & conuitiis ac dãnis multimodis laceſſitus. Deinde occaſiõe cõtra eũ captata pro adminiſtratiõe officii cãcellarie corã ſeculari iudicio euocat. Et dũ nullo fori priuilegio nulla exceptiõe uel appellatiõe admiſſa cõtra ipm ſeculares iudices ad regis inſtantiã ſententiã proferre uellent. Sãctus dei crucem q̃ corde geſtabat manu ꝓtulit: & crucifixũ interpellans diſceſſit clamantibus cũctis cõtra ipſum furem & ꝓditorem ſuſpendio & incendio dignũ. Cui nocte duo magnates ſecreto intimarũt: ꝙ in eius mortẽ multi ꝓceres coniuraſſent: uir ergo ſanctus magis eccleſie q̃ ſibi metuẽs: eo ꝙ cauſa nondũ pape inotuerat: & ꝓſonalis ꝓſecutio uidebat: fugã cepit: & pua nauicula cum duobus clericis mare tranſiens & ſenonas ueniẽs a papa alexandro. iii. ibidem reperto honorifice ſuſcipit: & in monaſterio pontiniaceñ commendat. Rex uero dum ad curiam romanã miſiſſet: ut legati aliqui mitterentur: qui cãm huiuſmodi terminarent: a papa repulſam patitur: & ob hoc magis contra archiepiſcopum concitatur. Vnde omnia que erant ſancti mar/

tyris & ſuorum diripuit:& totam eius progeniem & amicos exilio damnauit:nequaq̃ deferens conditioni uel ſexui ordini uel etati. Nam & mulieres in puerperio:& infantes in cunis:clerici & laici iuuenes & decrepiti in exilium acti ſunt. Omnes qui poterant iuramẽto aſtricti:ut ſe cantuarienſi epiſcopo preſentarent:ut paſſionis gladio profeſſus animum ad regis uotũ inflecteret:prohibitum quoq; eſt clericis in toto regno ne quis per ipo orationem in publico proferret. Que omnia chriſti martyr contemnens in conſtantia ueritatis permanſit immobilis:ieiuniis quoq; & orationibus intentus pro eccleſia & regno cõtinuo exorabat. ¶ Poſthoc miſit rex comminatoria quedam monachis pontiniaceũ monaſterii per quoſdam abbates ordinis ciſtertieñ:que dum ſanctus cognouit: nolẽs religioſis uiris ſui occaſione diſpendium imminere:inde ſponte receſſit:& ad ludouicum regem francorũ ſe contulit:qui eum humaniſſime tractauit. Deinde miſſo gulielmo ſenoñ epiſcopo ad ſedem apoſtolicã procurauit:ut papa regem anglorum compelleret: q̃tenus archiepiſcopum ad eccleſiam ſuam redire permitteret. Interim rex in deſpectum archiepiſcopi procurauit:ut rugerius archiepiſcopus eboraceñ in eccleſia cantuarieñ henricum eius filium coronaret. Dum ergo ſummus pontifex regi mandaſſet ſub excomunicationis & interdicti pena canonica quatenus archiepiſcopum redire permitteret: coactus rex aſſenſum prebuit & ſimulatam pacem cum archiepiſcopo tractauit. Sed antequam rediret ſibi a domino reuelatur: q; ad eccleſiam ſuam cum gloria reductus: poſt modicum per martyrii palmam ad dominum eſſet migraturus. Et ſic poſt.vi.annos exilii ſui cõpletos redire conceditur:& a cunctis cum honore ſuſcipitur. Per aliquot dies ante ipſius martyrium iuuenis quidam defunctus: & poſtea miraculoſe ſuſcitatus dixit:q; uſq; ad ſuppremum ſanctoz ordiné deductus ſedẽ uacuam inter apoſtolos uidit:quam cuidam ſacerdoti angelorum audiuit a domino reſeruatam. ¶ Rediens igitur paſtor nobilis dum adhuc iura eccleſie ut prius defenderet: & nec ui nec precibus flecti poſſet:maiorem regis indignationem incurrit: & magnatum animos adhuc fortius contra ſe accendit. Et dum ex querela beati Thome ſummus pontifex archiepiſcopum eboraceñ excõmunicaſſet: eo q; i eccleſia ſua auctoritate ꝓpria imo temeritate nephatia regis coronaſſet filium:adeo cũctorum ꝓceꝛ animi contra ſanctũ archiep̃m accenſi ſunt:q; eius mortem quotidie ꝓcurabant. Et ꝓcedente furore eccleſie ſue inepta edicto publico exire prohibitus eſt. Die igitur feſtum innocentum ſubſequente quattuor barones cum militibus armati ad eccleſiam ſuam ueniũt: & archiepiſcopum requirunt. Et dum monachi eccleſie fores clauderent: iuſſit eas reſerari: & hoſtibus futurus chriſti hoſtia mox occurrit: ſe pro deo mori paratum offerens & eccleſie libertate. Eiſq; ex parte dei omnipotentis & ſub anathemate madans: ne ſuorum cuiq̃ leſionem inferrent. Deo & beate marie & ſancto Dionyſio & eccleſie ſue ſanctis patronis ſeip̃m cõmendans & eccleſie cauſam. His dictis gladiis impiorum impetitur:ſacra capitis corona preciditur:cerebrum cum ſanguine per pauimentum eccleſie ſpargitur:& ſic martyr domini conſacratur anno domini. M.clxxiiii. ¶ Dum ergo clerici corpus in pheretro poſuiſſent:& pro eo miſſam defunctorum inciperẽt. Angelorum chori aſtantes uoces cantantium interrumpũt:& officium martyris inceperunt: Letabitur iuſtus inchoant & ceteri proſequuntur. Et ſic martyrum honore uenerandus:martyris reuerentia honorifice tumulatur. Sepultuſq; eſt in precioſo tumulo auro & gẽmis decorato in eccleſia ſua ſignis & miraculis clarẽs inumeris. Paſſus eſt aũt q̃rto cal. ianuarii.

¶ De ſancto Ieſſe patre dauid. Cap. XIIII.

Eſſe ſiue iſai pater dauit prophete & regis & filius obeth filii booz & ſcẽ ruth moabitis:in catalogo ſanctoꝛ patrum ueteris teſtamenti iccirco ab hebreis ponitur: ut ioſephus ſcribit:eo q; talibus & tam ſanctis parentibus genitus & tanti prophete pater fuiſſet ſanctiſſimus arbitratur. Hic de tribu iuda ciuitatis bethleem indegena fuit:qui genuit ſeptem filios.ſ.heliab:amiadab:ſymaha:nathanael:naddai:& aſon: minorem quoq; genuit dauid:qui erat rufus & pulcher aſpectu & decora facie:qui ſolus ex omnibus fratribus ſuis a ſpirituſancto electus eſt:& a ſamuele propheta diuino iuſſu preuentus:atq; ex paſtorali officio ad regni gubernacula miraculoſe promotus: ut habetur prio regũ cap.xvi. Ieſſe aũt patris dauid ſepulchrum apud bethleem mõſtrari ioſephus qui ſupra cõmemorat.

¶ De ſancto Nathan propheta. Cap. XV.

Nathan propheta in diebus dauid ſpiritu prophetico claruit: & in diebus ſalomonis uita exceſſit: qui multa prefatis regibus diuinitus reuelauit. Dauid enim a domino miſſus de adulterio in berſabee commiſſo redarguit:eiq; proditionem & homicidium quod de uria fecerat patefit. Et cum dauid compunctus ſe peccaſſe confeſſus eſt:dominum quoq; peccatum ſuum remiſiſſe miſericorditer nunciauit: eiq; penitendum indixit:& filium ex adulterio cõceptum propter peccatum ſuum moriturum eſſe predixit:ut habetur libro regum.ii.cap.xii. Salomoni quoq; eo q; deos adoraſſet alienos uaticinatus é:ut hiſtoria ſcholaſtica tradit:q; dominus aduerſario ſuo & ſeruo decem tribus ex regno traderet:eo q; a domino receſſiſſet: Et ſi ꝓphetia expreſſa nathan prophete conſcripta non reperitur: q; tamen in quoq̃ uolumine geſta regis dauid ſcripſerit ultimo capitulo primi libri paralipomenõ commemoratur. Hic propheta in cartalogo ſanctorum eccleſiaſtici.xlvii.cap. expreſſe ponitur inter alios patres ueteris teſtamenti:quos ſapiens laudare diſponit. Hũc ſanctũ & precedẽtẽ regi dauid prophete premiſi:quorum depoſitionis dies reperire nequiui.

¶ De ſancto Dauid rege & propheta. Cap. XV.

DAuid rex Iſrael & propheta non ſolum ab eccleſiaſtico capitulo. xlvii. & a ſancto mathathia primo machabeorum. ii. capitulo in catalogo ſanctorum cõnumeratur: ſed etiam ab apoſtolis & euangeliſtis & aliis doctoribus & diuinorum uoluminum ſcriptoribus multis ſanctificatus reputatur qui de numero illorum patrum creditur extitiſſe: qui cum domino reſurgentes beata etiam corporalirer immortalitate in celeſtibus ueſtiri creduntur. Hic de tribu iuda ieſſe uel Iſai filius ciuitate bethleem oriũdus ex omnibus fratribus ſuis minimus a deo electus ẽ: ut de paſtore gregis dux & prĩceps fieret plebis: & repulſo ſaul a domino diuina iuſſione a ſamuele propheta in regem iunctus eſt. Et exinde ſpiritus domini a ſaul diſcedẽs in dauid directus eſt. Adeo ut quandocũq; ſaul a maligno ſpiritu agitabatur: dauid ĩ cithara pſalléte mitius ferebaẽ. ¶ Poſt hec dum philiſtei iſrael impugnarent: & habẽtes ſecum gigantem goliad populum dei ad ſingulare certamen prouocarent: cunctiq; gigantem impetere formidarent: ſolus dauid diuino agente preſidio in funda & lapide percuſſit eum: & proſtratum proprio gladio interemit: propter quod ſaul inuidie liuore audiens qualiter cum uictoria glorioſe ciuitatem eſſet ingreſſus: emulus eius factus: eum omnibus diebus uite ſue perſecutus eſt: ita ut dauid hinc ĩde fugiẽte pluries uix euaſerit manus eius: que omnia diffuſe tradũtur in primo libro regum a capitulo. xvi. uſq; propefinem. ¶ Deinde ſaul in monte gelboe in pugna philiſtinorum cum ionatha eius filio interfectis: dauid conſulto domino cum achinaam iezrahelite & abigail olim uxore nabal carmelli coniugibus ſuis aſcendit in hebron: ubi a ſola tribu iuda inunctus in regẽ ab eadem in regno conſtitutus eſt: iſboſeth ſaul filio ſuper. x. tribus biennio regnante. Regnauit autem dauid in hebron ſeptem annis & ſex menſibus. Interfecto autem iſboſeth filio ſaul proditorie in domo ſua: & omni parentela ſaul exterminata uniuerſe tribus iſrael uenientes ad dauid in hebron unxerunt eũ tertio in regẽ ſuper iſrael uniuerſum: & extunc regnare pacifice cepit ſuper omnem populũ hebreoꝝ. Eratq; annorum. l. quando regnare cepit &. xl. annis regnauit. In hebron. vii. annis: & in hieruſalem. xxxiii. habuitq; dauid filios qui nati ſunt ei in hebron uidelicet amon de achinaam iezrahelite chilaab de abigail uxore nabal: abſalon filius macha filie ptolomai regis geſſur: adonias filius agith: ſaphtia filius abithal: iezra filius aegla. Hos quoq; habuit qui nati ſunt ei in hieruſalem: ſamua: & ſobab: & nathã: & ſalomon: & hiſbaal: & eliſua: & nephec: & iaphia: & eliſama: & elida: & heliphelecph: habuit quoque ioab principem militie ſtrenuum & uictorioſum: & ſadoch ſummũ conſtituit ſacerdotem hieruſalem quoq; muniuit arce: que poſtmodum dicta eſt munitio dauid: que uocabatur mello. ¶ Habuit quoq; dauid bellum cum philiſteis omnibus diebus: & percuſſit eos & humiliauit pluribus uictoriis obtẽtis. Fecit que cunctas in circuitu nationes tributarias. Ita ut in oĩbus ad que ingrediebaẽ pſperrime ei ſuccederet: quia dominus erat cũ eo: q & regnũ ſuum in ſempiternũ firmauit. Arcam etiam domini que pluribus annis fuerat in gabaa. i. in colle cariathiarim in domo aminadab cũ multitudine populoꝝ & ſacerdotũ & magna pſallentiũ letitia trãſtulit in hieruſalẽ: eãq; ĩ tabernaculo domini collocauit. ¶ Sed dũ inimicos ſuos in circuitu poſſa cõtriuiſſet: & populũ in pace poſuiſſet: uoluit edificare templum domini: lignaq; ſibi miſſa per hiram regẽ tyri: & alia plurima in edificiũ preparauit: ueꝝ diuino reſponſo ad ſe facto q; non ipſe ſed filius eius naſciturus a domino preelectus uidelicet ſalomon tẽplum eſſet edificaturus ab ope deſtitit: tamen uaſa aurea & argentea & erea non modica fabricata in miniſteriũ domus & altaris fiendoꝝ dimiſit. ¶ Poſthoc dũ dauid per manum ioab principis milite hẽret bellum contra filios amon inimicos dauid: & rex poſt meridiem deambulans in ſolario uidiſſet in domo ſua berſabee uxorem urie cethei ſe lauanté que erat pulchritudinis elegantis: & eam adamaſſet uocatã ad ſe cognouit illam: que ſtatim concepit. Quod ſentiens dauid uirum eius ab exercitu reuocauit: ut ptus ſibi aſcriberetur: & ex hoc mulier infamiã euitaret. Quẽ poſt dies aliquot ad exercitũ miſit ſcribens ioab litteras proditionis de morte urie ut uxoré eius pacifice poſſideret: uria quoq; in bello defuncto: dauid uxorem eius in domum ſuam introduxit: & facta eſt ei coniunx. Ad quem de tanto ſcelere redarguendum miſſus eſt a domino natinan. p pheta: uerum tamen quia dauid peccatum recognouit & penitentiam agere propoſuit: dominus ſibi q; tum ad ipſius internitionem peccatum remiſit: ultionem tamen in mortem filii iam nati & in alias regis perſecutiones commutauit. Rex autem poſtmodum de berſabee genuit ſalomonem: eumq; ſibi ſucceſſuꝝ in regno cum iuramento matri promiſit. ¶ Prima autem perſecutio quã dominus in domo dauid excitauit propter peccatum uite fuit mutua interfectio filiorum. Nam cum amon primogenitus eius thamar uterinam ſororem abſalonis inepto amore diligeret: ſimulataq; infirmitate thamar ad fratrem fouendũ acceſſiſſet: eã oppreſſit: moxq; ſibi exoſam abiecit. Quapꝓpter abſalon fratrem odiens: poſt biennium ipſum ad cõuiuium inuitãs doloſe occidit: & ad auum eius maternũ regem geſſur aufugit: cũ quo per triẽnium ſtetit. Deinde cõſilio & tractatu ioab diligentis abſaloné rex ipm hieruſalem reduxit ubi & biẽnio manſit: q; regis faciem non uidit. Tandem ioab interuẽtu eidem reconciliatus filium ad gratiã reuocauit. ¶ Secunda diuina ultio facta in dauid fuit conſpiratio filii contra eum. Nam cum abſalon filius eius expulchritudine & facundia populo dilectus aſpiraret ad regnum mira ſagacitate ſolicitare cepit corda uiroꝝ & populum ſibi attrahere: intantum ut poſt annos

quattuor reuerſionis ſue recedẽs de hieruſalem cum licẽtia patris ꝑtextu ſoluẽdi q̃dã uota domino in hebron:uſus cõſilio achitofelis oli cõſiliarii regis: multis de populo ſecũ aſſumptis cõſpirauerũt cõtra regẽ: & cõgregata multitudie mãu ualida uenit hieruſalẽ: quẽ dauid timẽs cũ paucis fugã petiit. Et dũ abſalon eũ ꝓſeq decreuiſſet cõſilio achitofelis:tãdẽ ipm diſtulit inuadendũ ſuaſus acchuſi archita abſalonem deci pere cupiente. Inter que dauid fidelibus ſuis euocatis miſſo ioab cõtra abſalonem ceſa multitudine exproditoribus:abſalon fugiens ſuſpenſus eſt capillis quer cui inherentibus:quem ſuperueniens ioab tribus lanceis interfecit & uictoriam reportauit. Dauid quoq; hieruſalem poſt menſes.vi.triumphator rediuit. Et deinde multis habitis uictoriis contra philiſteos populum feliciter gubernauit. Et dum quaſi de regno gloriatus:& de populi numeroſitate ſuperbiens populum omnem iſrael dinumerari iuſſiſſet: indignatus dominus populum epidemia magna ꝓcuſſit. Ita q; ſecundum Ioſephum de mane uſq; ad horã nonã repentina morte.lxx.milia uirorum de nobilibus & .ccc.milia de plebeis & ruſticis in populo iſrael extincti ſunt. Et cum uidiſſet dauid angelum percuſſorẽ uenientem hieruſalem & dominum pro populo exoraſſet oblato ſacrificio:quieuit indignatio dei: angeluſq; manum contra hieruſalem continuit. Et deinde uſq; ad uite ſue finẽ dauid in pace regnauit. ℂ Dũ ſenectute nimia frigidatus calefieri non poſſet: & abiſag ſunamitis puella:ut ipſum calefaceret cum rege iaceret. Adonias filius agith qui maior inter regis filios remanſerat regnum ambiens nobiliores quouſq; ad conuiuium inuitauit. Verum conſilio nathan prophete:berſabee una ſecum ad regem ingreſſa:promiſſionem de regno ſibi factam pro ſalomone eidem cõmemorauit. Propter quod dauid ſalomonẽ ꝑ manũ ſadoch ſacerdotis aſſiſtẽtibus ſibi banaia principe militie & nathan propheta & militibus dauid in regem iungi mandauit. Quod adonias audiens & timens fugit in tabernaculum:donec ſibi ſalomon fidem preſtitit. Dauid autem rex ſalomonem aduocans regnũ ſibi gubernandum commiſit:& de parendo mandatis domini plenius informauit:omnibuſq; diſpoſitis cum quadraginta annis regnaſſet:dormiuit cum patribus ſuis die.iiii.kal.ianuarii:ut beatus ponit hieronymus:prout & ipſe repperit in archiuis iudeorum. Sepultuſq; eſt in ciuitate dauid:hoc eſt bethleẽ: licet quidam aſſerant eum in horto in quo dominus crucifixus & ſepultus extitit:fuiſſe poſtmodum tumulatum. Hec oĩa tã in ſecundo libro regnũ per totum q̃ in tertio uſq; ad cap̃.ii.& in prio paralipomenon atq; in hiſtoria ſcholaſtica diſtinctius tradunt ubi & latiori narratione dauid geſta particularius legenti patebũt. his modicis de multis ſubſtãtialiter & compẽdio ſe collectis. ℂ Hic glorioſus propheta domini diuino afflatus ſpiritu centum & quinquaginta pſalmorum pſalterii uolumen compilauit. In quibus ſub dei laudibus & orationibus ſacris incarnationis & paſſionis ac reſurrectionis ceterorũq; beneficiorum chriſti myſteria non tam prophetie oraculo futura predixit: q̃ euangelico ſtilo quaſi iam geſta contexuit. Qui liber inter cuncta diuine ſcripture uolumina:uti ſacramẽtorum noui teſtamenti fecundus & laudum diuinarum hymnidicus:in officiis ac eccleſia frequentatur. Nam & eoſdem pſalmos diuerſis temporibus & modis:ipſe dauid cõditor nedum coram arca domini ſepiſſime cecinit:uerum etiam per cantores quos in domo dei ad celebrandum poſuit:deputatis diebus cantari conſtituit: Quem quidem librum deuotiſſimũ heroico carmine in hebrea lingua ut tradit hieronymus compilatum:primo a ſeptuaginta ĩterpretibus de hebraico in grecum trãſlatum. Idem hieronymus de greco interpretatus eſt in latinum:quod hodie dicitur pſalterium romanum:eo q; in romana urbe eccleſia eo utitur. Quod poſtea prefatus doctor in aliquibus emendauit:& illud emendatũ cantari cepit in eccleſia gallicana:dum tamen poſtea in utroq; comperiſſet:defectus notabiles hebraicum pſalterium de hebreo uerbotenus & immediate trãſtulit in latinũ: quo licet alicubi clerici nõ utant̃: ab eis tamẽ q̃ liguã nouerunt hebraicã ut uerior pre ceteris approbatur.

ℂ De ſcõ Dauid monacho & cõfeſſore. Cap. XVII.

DAuid monachus fuit: primo magnus latro in partibus hermopolis: qui omnes tranſeuntes predabatur habens ſecum triginta conſocios. Tandem compũctus ad monaſterium acceſſit:& ſe monachũ fieri poſtulauit. Quem dum abbas & fratres recuſarent eum iam ſenem uidentes:& qualis fuerat agnoſcentes: commiſerunt eſt illis: q; niſi eũ ſuſciperẽt monachũ: eum exciperent predatorem & inimicum: ita ut cum ſociis ſuis illuc rediens omnes iugularet: & monaſterium euerteret. Sicq; receptus & monachus factus in ſumma abſtinẽtia & humilitate uiuebat:oẽſq; fratres numero.lxx.operãtes iuuabat. Cui die quodã in cella ſedenti angelus apparens nũciauit ei omnia peccata ſua dimiſſa. Quod dum ille ſe credere nolle reſpõdiſſet: q; tam immania & tot ſcelera deus ſibi tã cito dimiſiſſet:angelus eidem ſubiunxit:q; eodẽ ſigno deus ipſum ꝓpter ĩcrudelitatẽ ꝓcuteret quo percuſſus fuerat Zacharias:ut.ſ.ex illo die ſemp mutus exiſteret: quo ſigno diſceret omnia poſſibilia apud deũ. Cumq; de hoc ille cõquereret̃:maxime qa mutus exiſtẽs pſallere uel orare nõ poſſet:angelus ei dixit:q; extunc extra pſalmos & dei laudes omnino lingua eius liganda foret. Ex quo die officium quidem dicebat:& orãdi poteſtatem habebat:aliud uero uerbum omnino ꝓferre non poterat:qui in eius ſanctitatis teſtimonio pluribus claruit ſignis. hec in uitiis patrum.

ℂ De ſancto Trophino epõ. Cap. XVIII.

TRophinus epiſcopus & confeſſor diſcipulus apoſtolorum Petri & Pauli:cuius meminit Paulus apoſtolus ſcribens ad timotheum: ab eodem apoſtolo epiſcopus ordinatus ciuitati arelatẽſi ad predicandum chriſti euãgelium primus directus eſt. Ex cuius fonte ut papa zozimus ſcribit:tota gallia fidei riuulos accepit. Qui doctrina & miraculis clarus quieuit in pace.iiii.kal.ianuaſ. Quo etiã tpe ſcũs creſcentius eius pauli diſcipulus uiennam peruenit:ibiq; miraculis effulſit.

ℂ De ſcis Sabino & ſociis martyribus. Cap. XIX.

SAbinus epiſcopus cũ exuperantio & marcello diaconibus & uenuſtiano cum uxore & filiis paſſi ſunt apud aſſiſium ciuitatem tempore maximiani ĩperatoris. Qui

beatus epiſcopus cum duobus diaconibus ſuis exuperantio & marcello a uenuſtiano auguſtali tuſcie in ciuitate aſſiſina tentus: dum ad ſacrificia ſuaderetur, petiit ſibi deos preſidis preſentari ut eis immolaret. Ille uero ſtatuam iouis ex precioſo corallio ſibi adduci fecit. Quam ſanctus in terram elidens confregit. Propter quod iuſſu uenuſtiani manus eius p̃ciſe ſũt. Deinde duos diacones fecit in equuleo leuari diuque fuſtibus cedi: & latera eorum unguibus radi: & ignẽ ſubterponi. Tunc ambo ſpiritum emiſerunt. Quorũ corpora in fluuium iactata a piſcatoribus preſbyteris collecta iuxta uiam ſepulta ſunt Sabinus uero in carcere clauſus: nocte a ſerena matrona fouebatur: q̃ manus eius truncas pro reliquiis reſeruabat. Cuius & nepotem cecum illuminauit: quo miraculo quingenti gentilium ad chriſtum conuerſi ſunt. Poſt hoc dum uenuſtianus preſes oculis grauiter langueret. Sabinum ad ſe adductũ cum honore rogabat: ut ſicut nepotem ſerene illuminauerat: ſic & ſe ab oculorum paſſione ſanaret. Quem ſanctus ſabinus penitentia eidem impoſita cum uxore & duobus filiis conuertit & baptizauit: eumq; ab infirmitate liberauit. Hoc audiens maximianus imperator miſit illuc lucium tribunum. Qui uenuſtianum cum uxore & duobus filiis chriſtum cõfitentes decollauit. Sabinum uero ad ciuitatem ſpoletanam adductum tam diu plumbatis cedi fecit: dõec ſpiritum exhalaret. Cuius corpus una cum manibus ſerena ſepeliuit. Horum hominũ paſſio colitur. iii. calen. ianuarii.

¶ De ſcõ Liberale epõ & martyre. Cap. XX.

Liberalis epiſcopus canneũ que ciuitas eſt apulie: paſſus eſt ſub hadriano imperatore. Quem pater ciuis romanus nobilis ſenator eleutherius nomine decedẽs cõmẽdauit euanthie uxori ſue. Illa uero chriſtiana puerum cuidam ſancto epiſcopo tradidit ſacris litteris inbuendum. Epiſcopus uero liberalem eruditum: cum eſſet annorum. xvi. ad diaconatũ: deinde annorũ. xviii. ad ſacerdotium promouit. Et cum multis iam ſignis clareret eundem annorum. xx. ciuitatis canneũ epiſcopum ordinauit ad populi preces. Imperator uero ueniẽs romam: audita liberalis fama: miſſo felice comite ad canneũ ciuitatem iuſſit eum ſibi romam adduci. Sanctus uero felicem ad deum conuertit: & ueniẽs ſecum romam in uia baptizauit. Preſentatus igit̃ hadriano: dum chriſtum libere confiteretur ſuper lectũ ereum extenſus igne ſuppoſito. cum ſic per horã mãſiſſet: imperator eum ſolui precepit. Et uidens ipſum immobilem in craticula oleo peruncta: pruniſq; ſubterſtratis eum poni fecit: ſtatimq; ignis diuinitus extinctus eſt: & craticula tepefacta. Deinde miſſus in ſartaginem oleo plenam & adipe liquefactis: quaſi in rorem permanſit. Tunc de conſilio cerberi perfecti imperator ipſum in furnum accẽſum miſit ſudibus ferreis circumpoſitis & oleo ſuper infuſo. Et cum permanſiſſet illeſus cerberus conuerſus eſt ad chriſtum: quem imperator in eodem clibano mitti fecit: qui & ipſe permanſit inuſtus. Imperator uero cerberum de collari mandauit: cui unda ſanguinis pro baptiſmate fuit: liberalis uero diebus pluribus in cuſtodia detentus inde eductus mittitur in amphitheatrum laxata ſibi leena: que ſancti pedibus prouoluta: eum omnino non tetigit. Inde dimiſſus eſt ſibi leo ferociſſimus: qui & ipſe eum non tangens circumplexus eſt ſcũm: propter quod multi paganorum in domino credide runt. Et aliis quidem hec magicis artibus aſcribentibus aliis chriſti uirtuti: orta ſeditione pluſquam quĩgenti gentilium interfecti ſunt. Quod audiens imperator eum gladio animaduerti iuſſit. Mater uero euã thia que ipſum rome ſecuta fuerat dũ ſuper corpus filii rueret deprehẽſa ab imperatore q; eſſet chriſtiana: ab eodem in confeſſione fidei & ipſa pariter decollatur. Quorum corpora ciues cãneĩ ad ſuam ciuitatem tranſtulerunt: & ibidem honorifice condiderũt: paſſi ſunt autem. iii. calen. ianuarii.

¶ De ſcõ Felice papa tertio & cõfeſſore. Cap. XXI.

Elix papa & confeſſor huius nominis. tertius in epiſcopatu ſucceſſit Simplicio pape qui felix fuit natione romanus ex patre felice preſbytero de regione faſciole: & ſedit annis. viii. menſibus. xi. diebus. xvii. Hic fecit baſilicã ſcĩ agapiti iuxta baſilicã ſancti Laurẽtii. Hic conſtituit eccleſias ab epiſcopo conſecrandas: & q; accuſato dã de ſunt inducie: ut ad reſpondẽdum preparare ſe poſſit. Et q; accuſatores & iudices tales eẽ debeant q; omni careant ſuſpitione. Sub huius epiſcopatu uenit relatio de grecia. Petrum alexandrinum p̃ſbyterum. p̃pter hereſim damnatum ab achacio conſtantinopolitano epiſcopo reuocatum. Qui papa facto cõcilio dãnauit achaciũ cum petro. Poſt annos iterum tres uenit relatio ab imperatore Zenone: ut penitens rediret achacius. Papa uero miſit meſſenum & uitalem epiſcopos: ut ſi inuenirent complicem petri achaciũ iterum damnarent eos: ſi non offerrent libellum penitẽtie. Corrupti ſunt autem pecunia ſupradicti epiſcopi: & non fecerunt ſecundum preceptum ſedis apoſtolice. Tũc felix fecit diſcuſſionẽ & ĩuenit ambos epõs pecunia corruptos & eiecit eos a communione una cũ achacio & petro: Hoc factũ ẽ tpe oldouacri regis. Hic fecit ordinatiões duas p mẽſem decẽbr̃ p̃ſbr̃os. xxviii. diacones. v. epõs p diuerſa loca numero. xxxi. qui ſepultus eſt in baſilica beati pauli apoſtoli. iii. calen. ianuarii tempore Zenonis imperatoris. Et ceſſauit epiſcopatus dies quinq;.

¶ De ſcõ Silueſtro papa & cõfeſſore. Cap. XXII.

Silueſter papa huius nominis prius natiõe romanus ex p̃re rufino: melchiadis pape ſucceſſor ſedit annis uigĩtitribus mẽſibus undeci. Hic a mĩe iuſtina chriſtiana poſt

patris obitum traditus eſt cyrino preſbytero: a quo ſacris litteris eruditus & ipſe preſbyter ordinatus:hoſpitalitatem ſummopere exercebat: unde & thimotheum chriſtianum ab antiochia uenientem hoſpitio ſuſcepit. Qui poſt annum predicans chriſtũ martyrium paſſus eſt:ut dicetur in eius paſſione.ii.calen. ſeptembris. Sed dũ tarquinius prefectus qui thimotheum occideret:eius diuitias a ſilueſtro ipſius hoſpite requireret:poſt q̃ ſilueſtrum huius facti neſcium comperit:eum ſacrificare precepit:& imolare renuẽtem cedi fecit:& in carcerẽ trudi:cõminans eidẽ omnia genera tormentorum. Quem ſilueſter in ipſa nocte moriturum predixit:quod & factum eſt. Nã dũ tarquinius cenaret:os piſcis in eius gutture uerſatũ ipſum nocte media ſuffocauit:& ſilueſter mane a populo de carcere liberatur. ¶ Verum dum perſecutione conſtantini imperatoris adhuc gentilis melchiades papa per martyrium ad chriſtum migraſſet. Silueſter preſbyter q̃uis diu renitens ab omni clero & populo in ſummum pontificem electus eſt: qui fide feruentiſſimus & ſapientia ac conſilio clarus:charitate diffuſus etiam a gentilibus amabatur. Hic omniũ orphanorum uiduarum & paupeꝝ nomina in matricula habebat:& omnibus neceſſaria prouidebat. Conſtituit quartam ſextam ferias & ſabbatum ieiuniis obſeruandas:quintam uero feriam quaſi dominicũ celebrandã. Greciſq; dicentibus chriſtianis ſabbatũ potius qua quintam feriam celebrandam. Reſpondit ſilueſter hoc fieri non debere:& quia eſt traditionis apoſtolice:& quia dominice debetur compaſſio ſepulture:quinte uero ferie dignitatem oſtendit:quia eo die dominus celos aſcendit:& ſacramentũ euchariſtie inſtituit:& eccleſia criſma cõficit. ¶ Dũ autem conſtantinus imperator chriſtianos perſequeretur:in incurabilem cecidit plagam lepre. Cui pontifices idolorum deorum reſponſo conſuluerunt: ut tribus milibus infantibus adductis romam eorum ſanguine piſcina repleatur:in quem calidum imperator balneandus deſcendens a lepra protinus mundaretur:quod & decretum eſt. Egrediente autem conſtantino ad locum ubi balneum parari debebat infantiam occidendorum:matres puerorum ei obuiãt que reſolutis crinibus miſerabiliter ululabãt. Quod uidens imperator abhorruit facinus: & iuſſit ſtare carrucam:& erigens ſe facundiſſima oratione populum allocutus eſt. Oſtendens qualiter dignitas imperii romani de fonte naſcitur pietatis:que hanc etiam legem dedit:ut capitali ſententie ſubderetur quicũq; in bello aliquem occidiſſet infantem: quod amplius auguſtũ adimplere decebat:multiſq; rationibus perſuaſit a tanto omnimode facinore deſiſtendum. Et dum in eius laudem populus dictũ principis approbans acclamaſſet:matribus pueros cum multis donis reſtituit:ipſe uero ad palatium rediit. Nocte igitur inſequente eidem beati petrus & paulus apoſtoli in ſomnis aſtiterunt:& quia inuocentis ſanguinis effuſionẽ exhorruerat:ſe ſibi miſſos a domino dicunt: dare iperatori recuperande conſiliũ ſanitatis: admonentes ut ſilueſtrũ urbis rome epiſcopũ:qui perſecutiones ſuas fugiens in montẽ ſoractem cũ ſuis clericis latitat:ad ſe introducat:qui ſibi piſcinam pietatis oſtendet: ex qua lotus & mũdus a lepra pariter aſcẽdet. In cuius beneficii uiciſſitudinem:chriſto credens idolorum templa deſtruat:& eccleſias erigens. deinde uere fidei cultor exiſtat. Euigilans conſtantinus pro ſilueſtro ad montem ſoractem miſit. Qui uidẽs milites credidit ſe ad martyrium euocari: & ſocios hortans cum ſuis preſbyteris & clericis ad iperatorẽ acceſſit:cui aſſurgens eum gratanter recepit: a ſilueſtroq; reſalutatus narrauit ei ſui ſomnii uiſionẽ:percunctati uero qui eſſent illi dii qui ſibi apparuerant: qui uocantur petrus & paulus. Silueſter reſpondit illos eſſe chriſti apoſtolos & non deos:& ad preces imperatoris miſſo diacone apoſtolorũ imagines preſentari fecit. Quas ut imperator aſpexit:illos eſſe qui ſibi apparuerant exclamauit:nec iam differendam pietatis piſcinã in qua lotus poſſet a lepra mundari: cũ ſanctus ſilueſter piſcinã hanc baptiſma ſacrum expoſuit:& iuperatorem de chriſti fide diligenter inſtruxit:cathecum num fecit:& biduanum ſexte ferie & ſabbati ieiunium ei indixit:& ut carceres aperiret cõmonuit. Veſpere ergo ſabbati in palatio laterani intra thermas imperatoris balneũ iuſſit preparari: & fontem benedixit:conſtantinumq; ueſtibus exutum fir miter credentem in aquam demerſit & baptizauit: ubi & mirabilis emicuit ſplendor lucis:ſicq; conſtantinus a lepra mentis & corporis de fonte mundus aſcendens:chriſtum ſe uidiſſe teſtatus eſt:qui prima ſui baptiſmi die hãc legem dedit:ut chriſtus tanquã uerus deus ab omni urbe romana coleretur. Deinde per duodecim dies ſubſequentes ſingulis diebus ſingulas protulit leges in fauorem chriſtiane fidei & eccleſiaſtice libertatis:de quibus in eius hiſtoria tractabitur.xii.calen.iunii. ¶ Poſt hoc edificatis baſilicis ſaluatoris iuxta ſuum lateraneũ palatiũ & apoſtolorũ petri & pauli lateraneũ palatium pape conceſſit: romanã eccleſiã cunctarũ eccleſiarum matrẽ eccleſie cõſtituit:& ſedem apoſtolicã multis inſignibus priuilegiis decorauit. Multaſq; in urbe eccleſias fabricauit. ¶ Hec poſt q̃ helena conſtantini mater bithynie conſiſtẽs audiuit:per litteras laudat filiũ de relicta cultura idolorũ:ſed ipſum increpat:q; relicto deo iudeorũ in crucifixum hoiem credat. Reſcribit auguſtus ut ad ſe ueniens iudeorũ magiſtros adducat:ut ex diſputatione mutua appareat fides uera duxit igitur helena.cxl.doctiſſimos iudeorũ:inter quos erant.xii.ſapiẽtia preceteris rutilantes. Qui ad diſputandũ coram iperatore cũ ſilueſtro conuenerunt: ſtatutis duobus philoſophis gentilibus ſapientiſſimis & iuſtiſſimis cratone & zenophilo ad quos tanquã iudices partiũ pertineret ſententia dicendorum. Nomine autem ſapientum iudeorum ſunt hec abiathar:ionathas: godolias:anna:doeth:chuſi:beniamin:aroel:iubal:athã ſileon:zambri. Cũ quibus ſilueſter ſolus diſputans fidẽ chriſti euidẽtiſſimis rationibus cõprobauit: & ex ſententia iudicum iudeos mirabiliter confutauit. Et dũ de mutuo conſenſu partiũ ad miraculorũ experiẽtiam uentũ eſſet:ultimus ex iudeorũ ſapientibus zãbri qui erat magus. lactauit ſe nomẽ ineffabile dei ſcire:cuius uirtutẽ audire non ualet aliquod animal:qn continuo moriatur. Et cum adductus fuiſſet taurus ferociſſimus uix a.C. hominibus ttactus: ſtatim ut zambri in aure tauri uerbũ protulit: taurus mugiẽs eiectiſq; oculis expirauit. Iudeis ergo ſilueſtro inſul-

tantibus. Sanctus hoc nomẽ non dei ſed demonis eſ/ſe oſtendit: cuius prolatione uiuentes mortificant ur ex eo q̃ nomẽ ueri dei uirtutẽ habet etiam mortuos ſuſcitandos. Cumq; zambri ad taurum ſuſcitãdum a iudicibus urgeretur: & ille econtra tauri ſuſcitatio/nẽ uirtuti ieſu chriſti ſi poſſet: referet: ſeq; cũ ſuis cre/ditur& exinde promitteret: ſilueſter oratione premiſ/ſa chriſti nomine inuocato: nõ ſolum tau& mortuũ excitauit: quin etiam de ferociſſimo manſuetiſſimũ remiſit. Sicq; reginã & iudeos ac iudices & multos de populo ad fidem chriſti conuertit. ¶ Poſt hoc dum ad imperatoris aures ueniſſet draconem in fouea q̃/dam latere qui ex quo ipſe fidem chriſti receperat: operante diabolo pluſq̃ cccc. ſolo flatu peremerat: & imperator hoc ſancto pontifici retuliſſet. Ille ad do/minum orauit & ſe draconem alligaturum obtulit. Cui beatus petrus apparuit: & ut ſecurus ad draconẽ deſcenderet imperauit: ac ut ipſius os filo ligaret in chriſti nomine monuit. Deſcendens ergo ſilueſter in foueam duobus ſolum preſbyteris aſſumptis per. cl. gradus duas ſecum ferens lanternas. Ibi draconis ſi/bilantis os ut ei iuſſum fuerat alligauit: & uſq; ad diẽ iudicii ibidem incluſit. Et aſcẽdens duos magos rep/perit qui eum ſecuti fuerant ut uiderent quid ageret ne populum decipere poſſet: quos draconis flatu fe/tido pene mortuos ſecum eduxit incolumes atq; ſa/nos. ¶ Deinde conſtantinus imperator romanam p uinciam cum tota urbe dei eccleſie donauit: & byzã/tium mutato nomine conſtantinopolis reedificauit iſtucq; imperium tranſtulit. Et beatus ſilueſter in ur be remanſit. ¶ Huius precepto aſſentiente imperato re conſtantino & preſidente concilio in nicea bithy/nie ciuitate celebrata eſt prima ſynodus. cccxviii. pa/trum qui fidem catholicam expoſuerunt: & multa decreta conſtituerũt. In quo concilio ſilueſter epiſco/pus oſio epiſcopo cordubeñ & uictori abitaleñ uices apoſtolicas cõmiſit ubi & dãnati ſunt arrius q̃ photi nus & ſabellius heretici & eo& ſeq̃ces. In urbe uero roma cũ auxilio auguſti celebrauit ipſe cõciliũ. cc. epi ſcoporum ubi eoſdẽ hereticos dãnauit. ¶ Hic conſti tuit criſma ab epiſcopo confici: & ut epiſcopus bapti/zatũ conſignet propter hereticam ſuaſionem: & ut baptizatum ſtatim & a fonte leuatum liniat criſma/te preſbyter in uertice propter mortis periculũ. Con ſtituit etiam ut nullus laicus clerico crimen audeat inferre: & ut romanus preſul a nullo iudicetur: & ut preſbyter non condemnetur niſi ſub. xl. teſtium cer/ta comprobatione. Et ut minoris ordinis maiorem nullus poſſit accuſare: & ut clericus ante laicos non iudicetur: & ut nullus clericus propter cauſam quãli bet in curiam introiret niſi in eccleſia tantum. ¶ Hic conſtituit ut diaconi dalmaticis uterentur: & ut ſa/crificium altaris non in ſyrico neq; in panno tincto niſi tantum in linteo terreno procreato & mundo celebretur: ſicut & corpus domini noſtri in ſindone munda ſepultum eſt. Conſtituit etiam ut ſiquis deſi/deraſſet in eccleſia militare uel proficere: ut eſſet le/ctor dies. xxx. exorciſta. lx. acolythus annos. iii. Sub/diaconus annos. v. diaconus. vii. pſbyter annos. iii. p/batus: & ſic in epiſcopum conſecraretur. Conſtituit inſuper ut ſiquis mortis reus ad eccleſiam confuge/ret iudicium mortis euadat: & alias multas conſti/tutiones decreuit. Qui poſt opera multa laudabilia quieuit in pace. ii. calen. ianuarii. imperante conſtan/tino circa annum domini. cccxc. ſepultuſq; eſt rome iuxta palatium octauiani in loco qui dicitur ac caput & ceſſauit epiſcopatus dies. xv.

De ſancto Barbatiano preſbytero & confeſſore. Cap. XXIII.

BArbatianus preſbyter cum timotheo p̃/bytero de antiochia uenit romam: qui ſa/nantes egrotos multa miracula operaban tur. Quorum famam audiens galla placi/dia auguſta: que tunc cũ filio ſuo ualentiniano impe/ratore rauenne reſidebat: cum eodem principe uenit romam ad predictos dei famulos uiſitandos. Hono/rio altero imperatore eiuſdem filio tunc mediolani degente. Dũ ergo regina romã perueniſſet: iuenit thi motheũ preſbyte& ad chriſtũ migraſſe. Barbatianus uero in cemiterio ſancti calixti morabat occulte ieiu niis & orationibus intentus. Qui ab auguſta requiſi/tus & cognitus rogatus eſt ab ea ut quandam eius an cillã oculo& grauem langorẽ patientẽ ſanaret. Cui il/le ſudariũ ſuũ miſit: eiuſq; cõtactu oculi ancille ſana/ti ſunt. Deinde gallogenẽ quendam imperatoris fa/mulum: qui de ſcala cadens pedem contriuerat libe/rauit. Theodo& quendam cecum illuminauit: & alia plura miracula fecit. Quem multis precibus auguſta galla & filius eius ualentinianus imperator ſecum ra uennã duxerunt: ubi iuxta palatiũ edificauit eccleſiã ſancti ioannis baptiſte: & cenobiũ monacho& cõſtru xit. Sed dũ regina eccleſiã ſancti ioannis euangeliſte a fundamentis erexiſſet: quã in eius nomine conſecra/ri uolebat: & affligeret multũ eo q̃ nullas reliquias beati apoſtoli ibi ponendas habere poſſet: orantibus nocte barbatiano & regina: apparuit ſancto dei bea/tus euangeliſta altare thurificans: ſanctuſq; preſbyter reginam que aliquãtulum dormitauerat excitauit: que etiam euangeliſtam conſpiciens dum propius ſe ſtinaſſet: ut pedes eius teneret: ipſe diſparuit unum ta men ex ſandalibus in mãibus auguſte reliquit: quod ibidem repoſitum pro magna reliquia conſeruatur. Poſt hec dũ theodorã quandam nobilem a fluxu ſan guinis liberaſſet: & ob hoc illa ui& dei frequentaret: urſitius uir eius zelotypie ſpiritu ductus barbatianũ ſummo mane ad eccleſiã tendentẽ occidere uoluit: q educto gladio & erecto brachio ita detentus eſt & fa/ctus ĩmobilis: q̃ nec loqui potuit nec brachiũ depo/nere: nec inde ſe mouere donec clara die inuentus pec catum ſuum cunctis confeſſus eſt. Quieuit autẽ ſan/ctus in pace. ii. calen. ianuarii ſepultus in monaſterio ſuo ab auguſta galla & a ſancto petro archiepiſcopo: ubi & quieſcit miraculis coruſcans.

¶ De ſcã Colũba uirgine & martyre. Cap. XXIIII.

COlumba uirgo paſſa eſt in ciuitate ſeno/neñ. ſub aureliano imperatore: qui apud ipſam urbem reſidens uirginem ſibi dela tam ut chriſtianam teneri fecit: que dum ſacrificare nollet: nec nubere: iuſſu imperatoris ad/ducta eſt ad locum publicum meretricum: ut omni/bus ſibi illudere uolentibus exponeretur. Ad quam dũ iuuenis quidã laſciuus noſe barucham eſſet ĩgreſ/ſus: urſa ferociſſima decauea fugiens illuc acceſſit: & ipſum app̃henſum ad terrã ſtrauit: intendens in colũ

bam:nubibus quodammodo interrogans quid iu/
beret: ſed ea mandante iuuenis ſine leſione dimiſſus
conuerſus eſt. Vrſa uero ante ianuã ſe ponens: nemi/
né ingredi permittebat quod audiés imperator igné
circa cellã accendi fecit. Vrſa autem iubente uirgine
per tectum aſcendens aufugit. Moxq; imber ab aphri
co ueniés ignem extinxit. Quam aurelianus extra ci/
uitatem adductam decollari mandauit. Sepultaq; eſt
apud ſenoñ. iii. calen. ianuarii.

¶ De ſcis Sauinião & ſociis epiſcopis & martyribus.
Cap. XXV.

SAuianus: potẽtianus: & altinus epi fuerũt
ex ſeptuaginta duobus diſcipulis xpi miſ/
ſis a beato petro apoſtolo ad gallias predi
cãdas. Vbi ſauianus primas totius galliaꝫ
prouincie cõſtitutus uerbo & exẽplo una cũ ſibi adiũ
ctis ſociis populũ inſtanter docebat: & multa miracu
la faciebat. Sed dũ apud ſenoñ predicaret: tẽtus ab in/
fidelibus pro xpi nomine decollatus eſt: ibiq; tumula
tus: cui ſucceſſit in epiſcopatu potẽtianus: qui & ipſe
uerbo p̃dicationis inſiſtens: poſt modicũ tps marty/
riũ paſſus eſt. Corpuſq; eius auibus & feris expoſitũ
diuina gr̃ia intactũ permanẽs: a fidelibus recollectũ
una cũ ſauiniani corpore ſepultũ eſt. ii. calẽ. ianuarii:
ubi multa miracula in egrotãtiũ mẽbris & obſeſſis a
demõibus deus operabat. Poſt quos paſſi ſunt ẽt ſan
cti altinus ſerotinus & eodardus: ſepulti apud marty
res p̃fatos. Quoꝝ omniũ corpora poſtmodũ a ceui/
lone eiuſdẽ urbis antiſtite trãſlata ſunt in beati petri
baſilicã contiguã anno domini. ccccccccxlvii. vii. calẽ.
ſeptẽbris tẽpore Iotharii & ludouici & caroli ĩperato
rũ. Vbi audite ſunt uoces angelice deo gratias agẽtes.

¶ De ſancto Odilone abbate. Cap. XXVI.

ODilo abbas cluniacenſis floruit tpe otho/
nis. iii. cuius uitam ſcripſit ugo cluniacẽ.
qui aluernia natus militis filius: adhuc in
fans omnium mẽbroꝝ impos ex egritu/
dine factus incedere nequibat. Dũ autem die qua/
dã nutrix aliis intenta: eum iuxta ianuã eccleſia beate
uirginis reliquiſſet: puer q̃ſi diuino iſtinctu manibus
& pedibus reptãs eccleſiã itrauit altare petiit & ſe ſtu
dens erigere arã cõtingẽs ſanitate mox recepit. Igitur
in adoleſcẽtia ſua primo factus ẽ clericus eccleſie ſan/
cti iuliani mr̃is in aluernia: de hĩc ſub ſcõ maiolo ab/
bate cluniacẽſi monachus effectus in ſancta cõuerſa/
tiõe q̃driẽnio uiuẽs: defuncto maiolo abbas a mona/
chis electus ẽ. Qui iter cetera eius ſanctitatis ĩſignia:
nulla cura uel ſolicitudine potuit ꝓhiberi: qn quoti/
die celebraret: unde in extremis poſitus adraldũ mo/
nachũ fecit calculare quot miſſas celebraſſet. lvi. ãnis
qbus monaſteriũ rexerat: q̃ſi de his a domino iuxta
numeꝝ p̃ciũ recepturus. Paupibus cõpatiẽs mãu lar/
giſſima tribuebat: ut etiã famis tpe ſacra uaſa: & coro
nas ab impatore oblatas eccleſie & diſtraheret: & pe/
cuniã ſuſceptã errogaret. Beatã quoq; dei genitricem
in ſũma deuotiõe habebat: & uitã artiſſimã obſerua/
bat. Hic pueꝝ cecũ a natiuitate illuminauit. ¶ Dũ in
xl. ad mẽſam ederet pané cineribus iuolutũ: aquã a
miniſtro in potũ petiit: illeq; obtulit. Et dũ ſanctus
uini ſaporẽ guſtaſſet: miniſtꝝ q; ſibi uinũ porrexiſſet
redarguit. Iterũq; aquã ſibi de fonte allatã in uinũ cõ/
uerſam guſtãdo cognouit. ¶ Apud ticenũ latro uela/
mẽ alteris eius furatus uẽdere ip̃m nullatenus in fo/
ro potuit: & rediẽs manũ aridã repẽte ſenſit: furtũq;
reportãs & ueniã petẽs oñone ſancti ſanitatẽ meruit.
¶ Dũ Odiolo ticenũ feſtinaret: flumẽ ĩtumeſcẽs: qđ
cũcti uadare timebãt ſine luſione cũ ſuis trãſiuit: qđ
dũ quidã alii attentarẽt uix euaſerũt. Sequenti nocte
apud quẽdã hoſpitatus ẽ: ubi lucerna accẽſa uento ex
tinguit: & dũ uir ille odilonẽ inuocaſſet celeſti luce
tota nocte domus illuſtrat. ¶ Veniẽs aũt ad monaſte
riũ ſancti marcelli mr̃is fluuiũ inũdanté mirabiliter
ĩpetuoſum cũ oĩbus trãſuadauit & ceteris uſq; ad fe/
mora madefactis: qđ etiã preter naturã fuit: aqua ſibi
adhuc maiori miraculo uix uſque ad talos attinxit.
¶ In monaſterio ſancti martini apud ſtratã publicã
receptus cũ oĩum copiã ad ueſcẽdũ exceptis piſcibus
hẽret: piſces modicos allatos benedixit & iuſſit appo
ni. Et cum eſſent multi diſcũbentes oẽs inde abundã
ter refecti ſũt: & adhuc plurima ſupfuerũt. ¶ Rome
etiã degẽs apud mõaſteriũ dei genitricis qđ eſt in mõ
te aduẽtino dũ uinũ ſibi & ſociis habile defuiſſet: ua/
ſculũ melioris uini ſibi oblatũ eſt: de quo oĩbus abũ/
danter infuſo cũctis ad ſufficientiã fuit adeo ut nihil
alicui defuerit neq; ſuperit. ¶ Apud taurinũ qdam fe
bricitãs dũ aquã lotionis manuũ odilonis collectã gu
ſtaſſet cõtinuo a febre liberatus eſt. In monte iouiani
paupibus pegrinis ſitiẽtibus obuiãs uinũ modicũ qđ
in flaſcone hẽbat ꝓpinari iuſſit: & oĩbus potu ſatia/
tis: uas poſtmodũ plenũ repertũ fuit. ¶ Imperator hẽ
ricus cuppã uitreã damaſceno ope pulcherrime depi
ctã ſibi p̃ſentandã miſit: quã dũ fratres mirarent nũ/
cio adhuc p̃ſente de manu unius caſu cecidit & cõfra
cta ẽ. Odilo igit timẽs ne ex hoc impator cõtra fratrẽ
ĩdignaret: fragmẽta collegit & oñone fuſa cuppã rei/
tegrauit. ¶ Hic prius diuina reuelatione feſtũ cõme/
moratiõis defunctoꝝ poſt feſtiuitatẽ oĩum ſcõrũ ce/
lebrauit: & toti ſuo ordini celebrãdũ ĩdixit. Benedi/
ctus papa ꝺcimus q cũ multo honore rome ſuſcepat
defunctus apparuit ioãni ep̃o portuẽſi dicẽs q; eterne
pene dãnatus eẽt: niſi odilonis merita & oñones obſti
tiſſent. Sed tamẽ dudũ in purgatorio cruciatus: ſpa/
bat eius p̃cibus ad padiſum trãſiĩ. Que dũ ioãnes ep̃s
abbati ĩtimaſſet: odilo ꝓ etiã papẽ p ſe ip̃m orauit: &
cũctis fratribus ordinis idẽ ĩpoſuit. Et poſt dies mo/
dicos eldeberto mõacho papa benedictus appuit ni/
miũ fulgens: & maximo cetu mirabiliter e ſplẽdente
aſſociatus. Qui odiolonis monaſteriũ ingreſſus eidẽ
gr̃as egit: aſſerẽs ſe ip̃ius & eius ordinis ſuffragiis a pe

nis purgatoriis liber tū. ¶ Ante fere ānquenniū finis uite ſue graui morbo cruciatus ē. Mortiq; ꝓximus diabolū ſibi aſſiſtenté terribiliter ĩcrepauit cur ante ſe uéire ꝑſumpſerat: moxq; malignus diſceſſit. Sicq; ſacra ſumpta cōione anno domini. M. xlviii. etatis ät ſue. lxxvii. ordinatiōis uero ſue. lvi. qeuit in pace. iii. cal. ianuarii. ¶ Eadé hora fratri gregorio monacho ue/lut ſtella ſplendens apparuit: ſeq; ante conſpectū do/mini beata uita gaudere nunciauit. Cuius corpus in ipſa eccleſia ſepultū eſt miraculis clarens. ¶ Hic plu/res elegantes ſermones cōpoſuit: qui a fratribus eius ordinis ſepius per annum leguntur.

¶ De circūciſione domini noſtri. Cap. XXVII.

Circūciſio domini nr̄i calen. ianuarii. iiii. ex cauſis ab eccleſia iſtituta uidet uidelicet ꝓp feſti natiuitatis repetitionem: pp xp̄i aſumptā circunciſioné: pp eius ſanguinis primā effuſioné: & pp noui noīs ĩpoſitioné. ¶ Primo ergo celebrat pp natiuitatis domini repetitioné. Nā iſtud feſtū ĩproprie uocat octaua natiuitatis. Nā quia xp̄i natiuitas tédebat ad morté. Ideo ĩproprie octauā hére dr̄. Obitus enī ſcōr̄ ideo octauā hént: qa ipſi tūc naſcūt ea natiuitate q̄ eſt ad uitā eternā quā octaua re ſurrectionis ſignificat. Eadé rōne uidet q; natiuitas uirginis & ioānis baptiſte ĩproprie octauā hént. Simi liter nec reſurrectio domini: qa iā facta erat ipſa reſur rectio in re. Sed nota: qđ eſt octaua: ſupplectiōis: uene ratiōis: deuotiōis: & figuratiōis. ¶ Octaua ſuppletio/nis ſiue repetitionis é octaua natiuitatis: in q̄ ſupple/mus: qđ minus ĩ feſto factū fuerat. ſ. officiū de pturié te: unde & oro & reſpōſoria diei ptinét ad puerperā uirginé: & officiū miſſe in q̄ in qbuſdā eccleſiis cātat Vultū tuū &c. ¶ Octaua ueneratiōis é octaua paſche pétecoſtes: natiuitas domine nr̄e & ioannis baptiſte. ¶ Deuotionis ut cuiuſlibet ſcī poſſunt fieri octaue. ¶ Figuratiōis ſunt octaue iſtitute de ſcīs: q̄ ſignificāt octauā future in eis reſurrectiōis: ut é octaua ſcī Ste/phani: ioānis euāgeliſte: laurétii: & apoſtolor̄ &c. Eſt ergo iſtud feſtū nō octaua natiuitatis ꝓprie: ſed repe/titio ſiue ſuppletio illius feſti. ¶ Scdo pp a xp̄o aſſum ptā circūciſioné: quā xp̄s pp ſex cauſas aſſūmere uo/luit. Prīo rōne ſui. ſ. ut uerā carnē aſſumpſiſſe oſtéde/ret: ut ex hoc cōfunderet erroré manicheor̄ dicétiū: xp̄m corpus fantaſticū habuiſſe. Corpus enī fantaſti/cū nec mutilat: nec ex eo ſanguis effundit. ¶ Secūdo rōne nr̄i. Nā ꝙa ſecūdū auguſtinū. Oīs xp̄i actio nr̄a é iſtructio: iō circūciſus é in carne: ut nos circūcidi de/beret mōſtraret in méte: & ét exterius in ope & ſer/mone. Circūciſio aūt nr̄a exterior debet eſſe in hītu: ne ſit notabilis. In ſermone ne ſit reꝓhenſibilis. Et in actione ne ſit cōtéptibilis: ut. ſ. circūcidat uiſus a ſup/flua uiſione: auditus a ſupflua auditiōe &c. Interior aūt ſimiliter debet eſſe. In cogitatiōe ut ſit ſcā. In affe/ctiōe ut ſit pura. Et in ītētiōe ut ſit recta: col. ii. Circū/ciſi eſtis circūciſione nō manufacta in expoliationem carnis: ſed circūcioſiōe xp̄i. ¶ Tertio rōne iudeor̄: ut inexcuſabiles eént. Si enī circūciſus nō fuiſſet: iudei ſe excuſare potuiſſent dicétes: diſſimilis es p̄ribus: iō nō recipimus te. ¶ Quarto rōne demonū: ne myſteriū incarnatiōis cognoſcerét. Cū enī circūciſio ſit contra peccatū originale: credidit diabolus & hunc ſimiliter peccatoré eſſe. Eadé rōne uoluit matré deſpōſatā ha/bere: ut crederet diabolus ieſum a ioſeph genitū eſſe. ¶ Quīto rōne ꝓfecte iuſtitie adimpléde. Sicut enī ba ptizari uoluit: ut oém iuſtitiā adīpleret: ſic etiā circū/cidi: ut eādé nobis humilitaté oſtéderet. ¶ Sexto rō/ne legis adīpléde ſiue approbāde: qūo enī diceret: nō ueni ſoluere legé: ſed adīplere: ſī circūciſioné reſpués ſtatī a mādati ſolutiōe cepiſſet: ut dicit Ambroſius. ¶ Pōt addi & ſeptīa rō: q;. ſ. octaua die circūciſus é: ut ſpū aliter ĩnuat: q; in octaua reſurrectionis ab oī pena & miſeria circūcidemur. Et hoc hét denotare circūci ſio: q̄ fiebat octaua die: ut qa múdi decurſus ſex etati/bus deuoluit: ſeptima etas moriétiū: octaua reſurgé/tiū: in q̄ ꝓfecta erit circūciſio facta in carne nr̄a: in qua oés defectus & miſerie p̄cident. ¶ Cauſe aūt q̄re cir/cūciſio data fuit: ſunt ſex: q̄ his uerſibus cōtinét. Cau teriū: ſignū: meritū: medicina: figura: Exéplū fuit oī circūciſio dura. ¶ Tertio pp ſanguinis xp̄i primā effu ſioné. Hodie enī xp̄s ſanguiné ſuū pro nobis fundere cepit: q ip̄m pluries uidelicet qnq; uicibus pro nobis effundere uoluit. Prīo in circūciſione: qđ fuit nr̄e re/déptionis initiū. Secūdo in or̄one: qđ fuit nr̄e redem/ptionis deſideriū. Tertio in flagellatione: qđ fuit nr̄e redéptiōis meritū: qa liuore eius ſanati ſumus. Quar to in crucifixione: qđ fuit nr̄e redéptionis p̄ciū: tūc. n. que nō rapuit exoluit. Quīto in lateris aptione: quod fuit nr̄e redéptionis ſacramétū. Inde enim exiuit ſan/guis & aq̄: qđ figurauit nos per aquā baptiſmi mūda ri debere: qđ hét efficatiā a ſanguine xp̄i. ¶ Quarto celebrat pp noui noīs ĩpoſitioné: qa uocatū eſt nomé eius ieſus. ¶ Hoc aūt nomé apparet mirabile in figu ra: in ſcriptura: & operatura. Prīo in figura: figuratū enī fuit hoc nomé ī ioſeph filio iacob: de quo dr̄ gen. xli. q; pharao appellauit nomé eius līgua egyptia: ſal/uatoré mundi: q; aūt ieſus ſaluator interꝓtat: oſtédit matthei. i. Vocabis nomé eius ieſum: Ipſe enī ſaluum faciet populū ſuū a peccatis eor̄. Ioſeph igit q; ſalua/tor a pharaōe fuit appellatus: figurabat xp̄m: q; a deo p̄re ieſus. i. ſaluator eſt noiatus: ut ſicut ioſeph a fratri bus uēditus trigīta argéteis: egyptū. i. tenebras a tem poralis famis opp̄ſſione liberauit: & populū collecto fruméto refecit. Sic ieſus ſaluator a iudeis emptus to tidé nūmis: ſeculū iſtū tenebroſum a ſpiritualis ine/die tabefactiōe redemit: & populū celeſti pane hoc eſt ſuo ſacratiſſimo corpore ſatiauit. Et ſicut ille factus é dominus egypti: & ieſus factus é iudex totius ſeculi. ¶ Ité figuratū eſt hoc nomen in ieſu filio nū: qui alio noīe dicitur ioſue: qui fuit ſucceſſor moyſi in popu/

li hebreoꝝ ducatu: ut sicut ille populũ dei per desertũ educens: eundẽ ad terram promissam introducere nequiuit: quod successor eius iesus adimpleuit. Sic per allegoriã moyses quidẽ populo dei legẽ dedit: ipsum autẽ saluare non potuit: nec ad promissam terrã uiuentiũ introduxit: quod iesus saluator moysi successor legis gratie lator effuso sanguine suo perfecit. Et sicut ille aperto iordanis flumine populũ ad terrã ꝓmissam induxit: sic & iesus iste patefacto baptismate: quod ad litterã in eodẽ fluuio habuit exordiũ in christo populũ suum ad eternã gloriam ĩmisit. ¶ Itẽ figuratũ est in iesu sacerdote magno: q̃ post captiuitatẽ babylonicã populum in hierusalem reducens: templũ reedificauit primo exdre. v. Figurabat enĩ iesum: qui est sacerdos ĩeternũ secundum ordinẽ melchisedech: qui post diaboli captiuitatẽ populum redimẽs ad hierusalẽ celestem: que est mater nostra per suum sanguinẽ reportauit: & templũ militantis ecclesie ꝓpter peccatũ hominis dirupte refecit. ¶ Secundo in scriptura: hoc est ineffabile nomen domini: qđ grece dicit tetragrámaton: a tetra qđ est. iiii. & gráma littera & on. deus: quasi deus. iiii. litteraꝝ: quod in lamina aurea dei precepto sculptũ: in fronte summi sacerdotis pendebat. Et cũ inter. x. nomina hebraica: quibus deus nominatus est: nullũ reperiatur. iiii. litterarũ: quod non sit plurimũ uel pauciorꝝ: solum hoc nomẽ iesus: in hebreo. iiii. litteris inscribit. Sioth: he uau he. His enim litteris nomẽ dei ineffabile tetragrámaton scriptũ fuit: que. iiii. littere in lingua nostra sonãt principium uite: passionis iste: quasi dicatur: q̃ iste iesus est principium uite: passionis. i. per passionem. Cũ enim hebreoꝝ grammatica prepositionibus careat: loco propositionũ: que seruiunt actõ casui: ponunt genitiuũ. ¶ Tertio in operatura: unde dicit petrus ra uẽnas. Hoc est nomen: quod dedit cecis uisum: surdis auditũ: claudis cursum: sermonẽ mutis: uitã mortuis: totamq̃ diaboli potestatem uirtus huius nominis de obsessis corporibus efugauit &c. ¶ De carne aũt ciucũcisionis domini dicit: q̃ angelus eam carolo magno detulit: & ipse eã aquisgrani in ecclesia beate uirginis collocauit: quã postea ferẽt transtulisse carosium. Nũc aũt dicit esse rome: in capella lateranẽ: que dicitur sanctasanctoꝝ: unde ibidem scriptum legit. Circũcisa caro christi: sandalia clara. Ac umbilici uiget hic precisio cara.

¶ De scõ Basilio epõ & cõfessore. Cap. XXVIII.

BAsilius epũs & doctor grecoꝝ: cuius uitam amphilochius iconii epũs scripsit: de cesarea capadocie oriundus: septẽnis a parentibus studiis philosophie traditus: studuit apud athenas cũ gregorio nazanzeno: & iuliano & libanio in doctrinis grecis. Cumq̃ in scripturis illis ad sensum suũ creatorem inuenire non posset: eidẽ nocte oranti quidã splendor illuxit: & induxit eũ ad plustrãdũ totius religionis scripturã. Profectusq̃ in egyptum: sacraꝝ litteraꝝ studio se exercitans: iã mente christiãus: reuersus in greciã: multis philosophis uiã salutis ostendit. Inter quos eubolũ preceptorẽ suum disputantẽ redarguit. Cũ quo triduo sine cibo continue permanens: secũq̃ de diuinis cõferens: eum conuertit. Qui omnibus suis pro xpo errogatis uenerũt antiochiam: ubi & libanio sophiste & discipulis eius christũ predicauerunt. Inde uenientes hierusalẽ episcopo maximino baptismũ petierũt: qui eos secũ duxit ad iordanẽ. Dũq̃ basilius signum fidei a deo peteret: uenit super eos lux ĩmensa sicut fulgur & colũba ex fulgure descendens turbauit aquã & auolauit. Ibiq̃ baptizati antiochiã reuersi sunt: ubi sub meletio episcopo basilius diaconus ordinat. Deinde uenerũt cesareã: ubi eusebio episcopo diuinitus reuelatur: basiliũ sibi in episcopatu successuꝝ: qđ nõ multo post eo decedente factũ est. ¶ Quãte sanctitatis extiterit iste sanctus effrẽ eremite in uisu monstratũ est: uidit enĩ in extasi positus colũnam ignis: caput cuius ad celũ pertingebat: & uocẽ desuper audiuit: q̃ talis esset magnus basilius: ueniens ergo ad ciuitatẽ die epiphanie: ut tantũ uiꝝ uideret: cũ ipsum cõspexisset in pontificali apparatu: & cõtiua clericoꝝ uenerabiliter ꝓcedẽtẽ: despexit eũ admirans hominẽ tanto honore & cõstipatione positũ esse colũnam ignis. Quod basilius per spiritũ cognoscens eũ ad se accersitur: de cogitatione redarguit: uiditq̃ effrem linguã igneam loquẽtem per os eius: & compunctus ueniam petiit. Cũq̃ ab eo petiuisset: quatenus ut grece loqueret: quã linguã penitus ignorabat: sibi a deo impetraret: quis difficile uideret: basilius pro eo orauit: & confestim grece loqui cepit. ¶ Eremita quidã alius põtificaliter ꝓcedentẽ basilium contẽpsit: arbitrans q̃ in tali põpa plurimum delectaretur. Cui de celo uox facta est: q̃ ipse magis peccabat ex delectatione quã habebat in palpando caudam catte sue: q̃ basilius in omni apparatu suo. ¶ Valens imperator fautor arrianoꝝ eccle siã quandã catholicis ablatam contulerat arrianis. adq̃ uir sanctus accessit: & ipsum de eius iniquitate magnaminiter redarguere cepit. Cuius post multa uerba imperator concessit: ut amore catholicoꝝ remoto: ipso secundũ iustitiã inter partes sententiã ferret. Episcopus uero conuocatis partibus iussit: ut fores ecclesie clauderent: & utriusq̃ partis sigillo munirent: & ad quoꝝ orationes aperirent sua cẽt. Quod cũ omnibus placuisset: orantibus arrianis per triduũ ianue semper eisdẽ clause manserunt. Tũc basilius ꝓcessione ordinata uenit ad ecclesiã: & facta oratiõe leui ictu baculo suo fores tetigit dicens. Tollite portas principes uestras &c. Et continuo apertis ianuis: redita est ecclesia catholicis. Cũ imperator basiliũ: nec muneribns: nec precibus: nec cõminationibus corrũpere posset: ut dicitur in tripartita: dũ sententiã de ipsius exilio scribere uellet fractis tribus calamis successiue: ipse tremorẽ magnũ incurrit: & sic chartã fregit & a scribenda sententia destitit. ¶ Nobilis quidã nomine heraclius filiã eius unicã deo uouerat: in cuius amorẽ instigante diabolo unus ex seruis exarsit: & ĩpossibile uidens: ut ad amplexus filie domini sui posset accedere: cuidam mago pecuniã magnam promisit: si taliter ageret: q̃ puella sibi cõsensum preberet. Qui scriptã epistolã ad diabolũ iuueni tradidit: & ut nocte iter sepulchra gẽtiliũ accederet monuit: & demones uocaret: atq̃ chartam in aere exaltaret: & sic demonibus sibi apparentibus obediret. Que dum iuuenis perfeciſſet: adest princeps tenebrarum cum multitudine demoniorum: & lecta epistola iuuenẽ interrogat: si christum negare paratus erat: Qui dũ christo & christiane fidei abrenunciasset: & abno-

gationis ſue chirographum diabolo tradidiſſet: prin ceps demonioꝝ ſpiritus fornicationibus ad puellam miſit in amorem iuuenis inflāmandā. Que dudū ue/ xata miſerabiliter clamare cepit:& patri dicere:q̄ aut ipſam ſeruo in coniugē traderet:aut ſeipſam occide/ ret. Pater igitur anxius & filiā perdere dubitans:de cō ſilio amicoꝝ ipſam ſeruo ſuo manumiſſo in uxorē dedit:& maximā dotem conceſſit. Et dum dudū inſi mul permanerent:aduertit uxor:q̄ uir ſuus nec ſe ſi/ gnabat:nec eccleſiā introibat. Et dum huius cām ſol/ licite per dies plurimos requiſiſſet:q̄is dudū ſibi ue/ ritatē negaſſet:eidē tandē cuncta que ſibi contigerāt enarrauit:& puella ſuperīde baſilium conſulendum adiit. Qui pueꝝ uocans:& oīa ab eo audiens: interro gauit:ſi ad xp̄m redire uellet. Cui ille reſpondit:q̄ uel let libēter:ſed non poterat:quia abnegationis ſue chi rographū diabolo fecerat. At ſanctus cū in domino cōfortauit:& cruce ſignatū per triduum incluſit: po/ ſtea eū uiſitauit:qui magnas demonū infeſtationes ſe pati dicebat:eo q̄ ipſum lapidantes chirographū ſibi oſtēdebant. Cui ille dans eſcam modicā:iteꝝ eum ſi/ gnauit:& incluſit:ac pro ipſo iugiter deū orauit. Et poſt aliquot dies iterū ad eum ueniens:ab eo percepit q̄ clamores eorum a longe audiebat:eos tamen non uidebat:iterūq̄ ipſum reficiēs abiit:& pro eo orauit: & die quadrageſimo rediens audiuit: q̄ uiderat ſan/ ctū pro ſe pugnantē:& diabolum uincentē. Qué ba/ ſilius educēs:uocato clero & populo. & factis letaniis: pueꝝ in eccleſia ducebat:qué demones ab alīa parte trahebant. Tunc clamante puero: baſilius demones increpauit:eoſq̄ dudū conquerentes effugauit. Et dū ipſe cū omni populo in oratione perſeueraſſent: ecce ſcriptū iuuenis per aera in manibus baſilii cōuolauit qué ille iuueni oſtenſum lacerauit:& abſolutū ac co/ municatū & bene inſtructū uxori reſtituit. ¶ Mulier quedā omnia peccata ſua in ſcedula ſcripſerat:& eam baſilio dederat:ſupplicans ut pro ſe oraret:ut deus ſi bi peccata dimitteret:qui dum pro ea oraſſet: omnia peccata preter unum grauius de charta delata ſunt. Quam baſilius ad effrē eremitam miſit: ut eius ora/ tione & peccatū illud deleri poſſet. Tunc effrem eam ad baſiliū tanquā ſanctiorem remiſit:& ut ueniens ſe ſtinaret admonuit:eo q̄ dubitabat:an ipſum uiuum inuenire poſſet. Rediens ergo mulier uirum dei de/ functū repperit:qui iam ad tumulum portabat. Et dū lamentabiliter fleret:& ſcedulā ſupra corpus de/ functi poſuiſſet:iterum eam aperuit:& peccatum de letum aſpexit. ¶ Dum aūt ſanctus dei egrotaret infir mitate:qua & deceſſit:quidam probus medicus iu/ deus ioſeph nomine eum uiſitabat:qué ſanctus ſe cō uerſuꝝ preuiderat. Sed dum in extremis poſitus cēt: Ioſeph ex motu pulſus & aliis indiciis: quem eo die moriturum nouerat:famulis ſecreto nunciauit:& ut neceſſaria ſepulture pararent cōſuluit. Quod ſanctus per ſpiritum audiens:hoc eſſe futurū eo die oīno de/ negauit:& ioſeph aliter eſſe īpoſſibile conſtāter affir/ mauit:aſſerens ſe uelle mori: niſi baſilius eo die ſole occidēte occūberet. Tūc ſanctus eū interrogat: ſi uult mori peccato & uiuere chriſto:ſi die ſequenti uſq̄ ad ſextā horam ſuperuiueret:quod & ioſeph ſe factuꝝ ſpōdet. Beatus aūt baſilius q̄is naturaliter illico mo riturus:oratione non tantum mortis inducias q̄ con ualeſcentiam a xp̄o impetrauit:& uſq̄ in craſtinū ad horam nonā ſuperuixit:manēq̄ hora tertia de lecto ſurrexit:ad eccleſiam propriis pedibus acceſſit: & io/ ſeph conuerſum baptizauit:& rediens ad lectum ho ra nona ſpiritum feliciter emiſit calen. ianuarii tem/ pore īperatoris gratiani:ſepultuſq̄ eſt in eccleſia ſua. ¶ Hic contra eunomium inſignes elaborauit libros. De ſpiritu ſancto uolumen egregium. In exameron homelias nouem. Epiſtolas breues: uarioſq̄ tracta/ tus. Ad euchitas epiſtolam unam contra hereticos. De incarnatione domini librū unum. Vitā balaā & ioſaphath. Cōtra iulianū apoſtatā libros fortiſſimos. De generibus peccatoꝝ inquiſitionum librum unū. De fide catholica ad amphilocum iconii ep̄m librū unum. Scripſit etiam regūlam monachoꝝ:qua utū/ tur armeni:& alia multa opuſcula fecit.

¶ De ſcā Martina uirgine & martyre. Cap. XXIX.

MArtina uirgo & martyr rome ex patre cō/ ſule nata: ibidemq̄ ſub alexandro impe/ ratore paſſa ē. Que ab eo ut chriſtiana cō/ prehenſa:ad apollinis ſacrificiū inuitatur: Et dū oraſſet:pars templi cū idolo cecidit: & demon per aera ſicut fumus clamans euanuit. Quā alexāder alapis ceſam ab octo uiris binatim ſibi ſuccedētibus uncinis ferreis attrahi fecit. Qui uidētes quattuor an gelos uirginē confortantes conuerſi ſunt: ꝓpter qđ & ipſi ſuſpenſi:& unguibus lacerati: demū decollati martyriū conſumauerunt. Deinde uirgo xp̄i ſuſpēſa: & poſt hoc in quattuor palis extenſa gladiis concidi/ tur:ſed ceſoribus ſubito decedentibus carceri tradit: ubi ab angelis uiſitata confortatur:& celeſti cibo re/ ficitur. Indeq̄ educta in tēplo artemidis ſtatuitur: & immolare compellitur. Sed corruente idolo & fuga/ to demone iterum circa māmillas unguibus laniat. Iterumq̄ carceratur. Deinde in amphitheatrum du/ cta beſtiis ſubiicitur. Cuius pedibus leo procidit mā/ ſuetus. Et dum inde educta fuiſſet:idem leo mox eu/ menium alexādri cognatū interfecit. Iteꝝ poſt duos dies ſuſpenſa:& unguis raſa:atq̄ decaluata eſt: eo q̄ uirtutem maleficioꝝ capillis ineſſe putabant. Et dū in templo cei recluſa fuiſſet ſola:idolo corruente:au/ dite ſunt uoces angeloꝝ cōtinentiū a paganis. Quod imperator comperiens:ipſam extra urbem ductam iuſſit decollari. Et facto maximo terremotu. ccxxx. gentiles conuerſi ſunt. Cuius corpus calixtus papa cū ſuis clericis ſepeliuit calen. ianuarii.

¶ De ſcõ Cõcordio p̃bro & martyre. Cap. XXX.

COncordius preſbyter & martyr paſſus é ſpoleti tẽpore antonini imperatoris. Hic ex patre gordiano xp̃iano rome ortus: a ſancto pio urbis epiſcopo preſbyter ordinatus & doctus eſt. Qui cũ uia ſalaria habitaret apud ſanctum eutyceté: tentus a torquato comite tuſcie: q uerſabatur ſpoleti: cum chriſtum confiteretur: & ſacrificare nollet: carceri traditus eſt: ubi a ſanctis eutycete & antimo epiſcopo amicis torquati de eius conſenſu uiſitatus & confortatus fuit. Inde eductus equuleo ſuſpendit̃ & torquetur. Et dum conſtanter in fide perſiſteret: iterum carceri mancipatur: & fame triduo maceratur. Nouiſſime cũ ſtatue iouis eidé in ergaſtulo p̃ſentate thurificare renueret: a duobus ſatellitibus ibidé decollat̃ cal. ianua. Sepultus in loco ubi aque plures emanãt: iuxta ciuitatẽ ſpoletanam.

¶ De ſcõ Almachio martyre. Cap. XXXI.

ALmachius martyr rome martyriũ paſſus eſt. Qui cum ſacrificantibus gentilibus diceret: hodie octaue dominici diei ſunt: ceſſate a ſuperſtitionibus idolorum: iubente urbis prefecto captus: & a gladiatoribus occiſus é calen. ianuarii: ut dicitur in martylogio adonis.

¶ De ſcõ Fulgẽtio ep̃o ruſpenſi. Cap. XXXII.

FVlgentius ep̃s ruſpeñ: ex patre fulgẽtio & matre marchiana nobilibus in ciuitate toleto hiſpanie natus eſt. Qui grecis & latinis litteris nõ mediocriter eruditus in annis iuuenilibus a fauſto ep̃o in exiliũ relegato monachalé habitũ ſuſcepit. Hic primo ab arrianis multas inſidias & perſecutiones perpeſſus & aliquando duriſſime ceſus eſt. Deíde effectus abbas monaſterii ſui: eadé arriana peſte creſcẽte ab eodé cenobio effugatus ſed auxiliante xp̃o poſt tẽpus aliq̃d reductus in epiſcopũ ruſpeñ electus fuit. Qui uerbo & exẽplo populũ ſuũ docẽs: ad defenſionẽ catholice ueritatis: multa opuſcula cõtra arrianã hereſim cõpilauit. Propter qđ ab arrianis in iſula ſardinie cũ. lx. catholicis ep̃is relegatus: domũ ad eccleſiam ſuam reuocatus: quaſi per annũ ante obitũ ſuum epiſcopatui ceſſit: & ad monaſteriũ ſuum rediens: ibidé non ut abbas: ſed ut ſimplex monachus annũ ultimũ uite ſue exegit. Ibiq; plenus ſanctitate humanitatis debitum ſoluit cal. ianuarii: ep̃atus ſui anno. xxv. uite uero ſue anno. lxv. Hic iter cetera uite ſue artiſſime recoléda carnes aut uinũ nulla unq̃ neceſſitate uel ifirmitate guſtauit. Floruit auté tempore gelaſii pape: & anaſtaſii primi imperatoris. ¶ Hic diuina & humana litteratura p̃ſtantiſſimus: aduerſus fauſtũ elegans ſcripſit uolumẽ. Cõpoſuit tractatus & homelias multas plurimoſq; ſermones. Scripſit & fabulas allegorica: libro qué mythologias uocabula intitulauit. Hec ſigibertus.

¶ De ſcõ Fulgẽtio ep̃o utruculañ. Cap. XXXIII.

FVlgentius epiſcopus utruculañ uir nimie ſanctitatis fuit. Qui dũ rex gotorum totilas ad partes ſuas accederet: eidé per clericos ſuos exenia miſit: ut eius inſaniã mitigaret. Que rex ut uidit: ſpreuit: ſuiſq; hominibus iuſſit: ut epiſcopũ ſub omni feritate cõſtringerẽt: eiuſq; examini reſeruarent. Quem feroces gothi detentum circũdantes: eum in uno loco ſtare preceperũt: ſibiq; in terra circulũ deſignauerunt: extra quẽ pedem tendere nullo modo auderet. Cũq; i ſole nimio eſtuaret: nec circulũ exire preſumeret: repẽte tonitrua & corruſcationes: ac pluuia nimia erũperunt: adeo ut cuſtodientes eũ immenſitatẽ imbris ferre non poſſent. Et cũ inundatio nimia ubiq; fieret: itra deſignationẽ circuli: intra quã uir dei ſtetit: ne una quidé aque gutta deſcendit. Quod dũ regi nunciatũ fuiſſet: qué primitus inſatiabili furore ſitiebat: poſtmodum reuerendiſſime pertractauit: & cum honore ad ꝓpria remiſit. Hec gregorius. iii. dial. cap. xii.

¶ De ſanctis triginta martyribus. Cap. XXXIIII.

TRigita milites xp̃iani: rome uia apia martyrio coronati ſunt. Quos diocletianus iperator ſimul detentos: capitali ſententia condemnatos: decollari fecit. Sicq; coronam martyrii perceperunt calen. ianuarii.

¶ De ſcõ Macario abbate alexãdrino. Ca. XXXV.

MAcarius alexãdrinus abbas: ut habet̃ in hiſtoria tripartita: fuit in deſerto de ſcythi: ad differentiã alterius macarii egyptii: antonii diſcipuli: q fuit i thebaide: de quo dicet̃. xviii. cal. februaꝝ. Hic deſcẽdés de ſcythi: intrauit dormire in monumento: ubi ſepulta erant corpora paganoꝝ. De quorum uno ſibi puluinar ſub capite ſtrauit. Demones aũt ut ipſum terrerent: uocabat q̃ſi mulierem ad balneum inuitantes: & alter demõ ſub ipſo: tanq̃ ex mortuo illo reſpondebat: ſe uenire non poſſe: quia peregrinũ ſuper ſe habebat. Macarius aũt in nullo territus corpus tũdebat dicens: q; iret: ſi poſſet. ¶ Apparuit ſibi diabolus aliquãdo cũ falce meſſoris: uolenſq; eũ ferire nõ potuit. Dixit: q; ab eo multã uiolentiã pateret̃: quia ſibi ꝑualere nõ poterat. Nam quicqd macarius faciebat: & demon: ſi uigilabat: ipſe nunq̃ dormitabat: ſi ieiunabat: ipſe penitus non comedebat: ueꝝ in ſola humilitate ipſum excellebat. ¶ Vexatus a tentationibus carnis: ſaccũ magnum harene deferebat: & interrogatus a theoſebio quid faceret: reſpõdit: q; ſe uexantem uexabat. ¶ Vidit alia uice diabolũ habentẽ in ueſte perforata ampullas multas: quas dixit eſſe tentationum ſpecies: & q; ibat potiõare fratres: Ita ut ſi uni aliquã eaꝝ nõ placeret: aliã porrigeret. Et cũ rediret: macario interroganti qũo fecerat: reſpõdit: q; omnes ſanctificati erant: ꝓter quẽ dam theotiſcũ: qui ſibi cõſenſerat. Surgenſq; macarius illuc iuit: illumq; fratrem tentatũ inueniens cõuertit. Et poſt hoc iterum demoné eundem repertũ interrogat: qũo ſe fratres habebant: qui reſpondit: q; male: & quod plus erat: unũ acquiſitũ amiſerat: qui ſanctior aliis factus erat. ¶ Dũ caput defuncti reppereriſſet: & oraſſet: interrogauit quis eſſet: q reſpõdit: ſe fuiſſe paganũ. Interrogatus ubi erat aĩa ſua: reſpõdit: q; in iferno in tanto ꝓfundo: quantũ diſtat celũ a terra: Addiditq; q; adhuc ꝓfundiores ſunt iudei. Et ultra hos ꝓfundiſſimi ſunt falſi xp̃iani: qui xp̃i ſanguiné cognitum paruipendunt. ¶ Ambulans aũt per ꝓfundã ſolitudinem: ad quodlibet miliare arundinem figebat: ut poſtmodũ redire ſciret. Et cũ iam nouem dietas feciſſet: eas omnes diabolus collegit: & ad caput eius dormientis poſuit: unde ad redeundũ pluriꝫ mum laborauit. ¶ Fratri cuidam longe tentato: q; in cella ſua inutiliter ꝓmaneret cõſuluit: ut cogita/

tionibus illis ſic reſpõderet: q; ſaltem pro chriſti amore celle parietes cuſtodiret. ℂ Dum culicẽ ſe pungentem occidiſſet: & ex eo ſanguis exiſſet: redarguens ſe: q; propriã iniuriam uindicaſſet: nudus ſex menſes in deſerto manſit: & ide a ſcabronibus laceratus exiuit. Poſt hec clarus uirtutibus in pace qeuit quarto noñ ianuarii. Hec in uitis patrum.

ℂ De ſanctis Argeo Marceſſo & Marcellino martyribus. Cap. XXXVI.

ARgeus marceſſus: atq; marcellinus pueri fratres: paſſi ſunt in põto ciuitate tomis. Qui marcellinus ſub licinio principe: inter tyrones comprehenſus: cũ nollet militare: dicens ſe chriſtianum nulla ratione debere terreni principis aſcribi militie ceſus ad mortem: & diu in carcerem maceratus eſt. Et dum ſic detineretur in uinculis: & argeus ac marceſſus fratres eius ipſum uiſitaſſent: & ipſi deprehenſi: q; chriſtiani eſſent: cogunt̃ idolis immolare: cum eſſent inter militares aſcripti. Sed nõ conſentiẽtes a tribuno ſuo decollati ſunt. Marcellinus uero in mari merſus martyrium conſumauit: qui paſſi ſunt. iiii. noñ ianuarii. hec ado.

ℂ De ſcõ Antherio papa & martyre. Ca. XXXVII.

ANtherius papa & martyr: natione grecus: ex patre romulo: pontiano pape in epiſcopatu ſucceſſit: & ſedit annos. iii. mẽſem. i. dies. xxi. Hic conſtituit: ut epiſcopi maxime utilitatis uel neceſſitatis cauſa poſſint tranſferri de ſede in ſedem. Hicq; geſta martyrum a notariis diligẽter exquiſiuit: & in eccleſiis recõdidit legẽdas. Et hic ſub maximino auguſto martyrio coronat. Sepultuſq; eſt cũ collegis ſuis in cemiterio calixti: uia apia. iii. noñ ianuarii. Et ceſſauit epiſcopatus dies. viii.

ℂ De ſancta genouefa uirgine. Cap. XXXVIII.

GEnouefa uirgo periſienſi anno. vi. martiani imperatoris claruit: ut ait ſigibertus. Hãc puellulam dum in domo paterna ſanctus germanus pariſienſi epiſcopus: uadens ad ſynodum conſpexiſſet: prophetico ſpiritu prenunciauit: eam maximam in ſanctitate futuram: eamq; tunc de pudicitia docens ad propoſitum uirginitatis incitauit. ℂ Dum autẽ die quadã prohibente matre omnino ad eccleſiam ire uellet: & mater ipſam alapa percuſiſſet: ſubito lumen oculorum amiſit. Quod puella uidens: & matri condolens: ac ream ſe crimĩnis remordens: aquam de puteo hauſtam inuocato chriſti nomine oculis genitricis infudit: & mater confeſtim recuperauit uiſum. Dum autem in chriſti uirginẽ dedicata fuiſſet: & ieiuniis ac orationibus uacaret: ex longa carnis tabefactione leprã incurrit: quam pluribus annis patienter pertulit: ſed demũ a chriſto mundata eſt. Et dum ſancti dionyſii baſilica fabricaretur: & calce deficiente operarii laborare nõ poſſent: & ex hoc diebus multis uacare ab opere neceſſe eſſet: orationes uirginis effuſa: camerã quam exiſtimabãt uacuam adierunt: & eam calce miraculoſe plenam inuenerunt: & ſic in edificio proceſſerunt. ℂ Sed & ſitientibus operariis uirgo cuppam uini porrexit: de quo refectis omnibus: uſq; ad completam eccleſiam non defecit. Multos ab immũdoꝝ ſpiritũ oppreſſione liberauit: & aliis ſignibus miraculis renitẽs: in pace qeuit. iii. noñ ianuarii apud ſanctũ diõyſiũ ſepulta.

ℂ De ſancto Petro aulano martyre. Cap. XXXIX.

PEtrus martyr paſſus eſt in ciuitate aulana tẽpore diocletiani & maximiani ĩperatoꝝ: qui alio noñe balſamus uocatus eſt. Hic a preſide ſeuero tẽtus: dum ſe xp̃icolã cõfeſſus eſt crucis ſupplicio affixus: interẽptus eſt: uere petri apoſtoli effectus heres nominis ac imitator paſſionis. Cuius paſſionẽ tranſtulit anaſtaſius apoſtolice ſedis bibliothecarius: ut ſcribit frater uincentius: qui paſſus eſt. iiii. noñ ianuarii.

ℂ De ſancto Daniele martyre. Cap. LX.

DAniel leuita & martyr padue quieſcit corpore in eccleſia cathedrali. Quod quidem hoc modo repertũ eſt. ℂ Anno enĩ domini. ccccccclxvii. hic ſanctus apparuit cuidã ceco in tuſcia exiſtẽti mones: ut ſi illuminari uellet ad corpus ſuũ uiſitandũ paduã accederet: ſeq; danielem martyrem noñauit. Qui paduã ueniẽs & nihil de ſancto inuenire ualẽs: eo q; ciuitas a longobardis nuper diebus illis euerſa fuerat: & diruptis eccleſiis legende ſanctoꝝ diſpſe: ſe deluſum putauit. Et dũ in eccleſia ſancte iuſtine oraret: eidẽ ceco ſanctus daniel denuo apparuit & ip̃m illuminauit: ac locũ ſepulture demõſtrauit. Illeq; cõtinuo ep̃o ioãni & abbati ſancte iuſtine: tã miraculũ q̃ uiſa nunciauit. Qui congregato clero & populo: locũ effodientes: corpus martyris ĩuenerũt: iacens ſup ligneam tabulã ad inſtar ſue lõgitudinis ſupinũ & extenſum: hẽns ſup ſe aliã marmoream tabulã eiuſdẽ longitudinis cũ inferiori cõfixam clauis: uidelicet ferreis enormibus: caput martyris: pectus & uentrem: ac oĩa tranſfodientibus mẽbra: & binas tabulas colligẽtibus: que oĩa qualiter a gẽtilibus paſſus fuerat: euidẽtius oſtenderunt. Sanguis uero a corpore diffuſus ita recens in tabulis apparebat: acſi tũc ex nulueribus ſtillaret. Et ex parte exteriori ſculptus titulus legebat. Hic requeſcit corpus ſancti danielis martyris & leuite. Quo aũt tp̃e uel qua die ſeu ſub quo paſſus fuerit iudice aliter ignorat. ℂ Leuãtes igitur ide corpus ad eccleſiã maiorẽ dei genitricis trãſtulerunt: & ibidẽ honorifice condiderũt: ubi & quieſcit miraculis fulgẽs. Et quia paſſionis eius feſtũ ignotũ eſt: feſtũ ipſius martyris agit̃ padue die: qua corpus eius inuentum eſt: uidelicet tertio noñ ianuarii.

ℂ De ſancto Theogene martyre. Cap. XLI.

THeogenes martyr filius epiſcopi chriſtiani: paſſus eſt ſub licinio imperatore in cyzico: q̃ erat prima ciuitas helleſponti. Qui cõprehenſus & perductus ad legionẽ: que dicebat̃ ſera traiana: dũ ſe xp̃ianum cõfeſſus eſſet: in q̃ttuor palis extẽſus: & fuſtibus ceſus eſt diutius: donec. xviii. cẽturiones ſuper eum mutarentur. Deinde in carcerẽ miſſus & in neruo extẽſus: quattuorq; clauis cõfixus eſt: ubi ab ipſo xp̃o cũ ſanctoꝝ multitudine ſibi apparẽtibus cõfortat̃: quos & ipſi cuſtodes audierunt pſallentes. Inde eductus & tribuno ſuo pſentatus: iuſſus ẽ ab eo in mare mergi. Sed dũ mergeret̃: lux maxima ſuper eum refulſit: que oculos mergentiũ excecauit. Poſtq̃ autem ipſi ad xp̃i fidem conuerſi fuerunt: & baptiſmũ ſuſceperunt: poſt dies. ix. lumen eis reſtitutum eſt. Corpus autem martyris a fluctibus ad littus iactatum: & a chriſtianis repertum: ſepultum eſt iuxta muros ciuitatis in uilla: que dicitur

adamanti. Qui passus est .ii. nonĩ ianuarii.

¶ De sanctis Prisco & benedicta martyribus. Cap. XLII.

PRiscus presbyter: & prisciliānus clericus: atq; benedicta religiosa rome martyrium passi sunt. Qui sub ĩperatore iuliano apostata: christiānor; ĩmanissimo persecutore comprehensi: & in confessione nois xpi: gladio triumphum impleuerunt .ii. nonĩ ianuarii. hec ado.

¶ De sancta Darfosa martyre. Cap. XLIII.

DArfosa martyr rome passa est tempore dcii cesaris. Que fuit uxor sancti Fabiani pape & martyris. Qui diuinitus p colũbam electus: ut in eius passione dicetur .xiii. cal. februarii: uxorem dimisit. Et post eius martyrium Darfosa sanctissima in castitate permanens: primum exilio relegatur. Deinde a prefato principe capite iussa é puniri .ii. nonĩ ianuarii. ut dr ĩ martylogio adonis.

¶ De scis Aquilino & sociis martyri. Cap. XLIIII.

AQuilinus: geminus: cugẽtius: martianus: quintus: theodorus: & triphonius martyres: apud aphricam sub psecutione uandalica preclarissimo martyrio coronati sunt .ii. nonĩ ianuarii: ut dicit ado.

¶ De scõ Symeone mõacho & cõfessore. Ca. XLV.

SYmeon monachus .xl. annis apud antiochiam in colũna quadã concaua sterit iclusus: mira uite scitate & penitentia clarens. Hic a scõ Timoteho abbate: primũ monachus factus est. Semel in hebdomada cibũ sumens: pané uidelicet solũ aut herbar; radices cũ aqua tantũ. Funcq; colligatus adeo corpus artauit: ut carnes eius circa ligaturas putrefierẽt: uixq; iussu abbatis hoc sentientis se solui pmisit. Deinde relicto monasterio ad desertum accedens: in puteo sicco pluribus annis mirã penitentiã egit. Postea in colũna .xii. cubitor; sibi a populo ppe ciuitatẽ edificata: reliquo uite sue tpe uidelicet annis .xl. pmansit: & adeo artissimã penitentiã egit: q femur ipsius putrefactũ est ex nimia tabefactione. Anno integro super pedem unum ĩmobilis stetit. Multa quoq; miracula deus p ipm ostendit. ¶ Nam cũ populus a dracone ĩgentissimo uexaret: orone fcã: dũ draco ĩpetu nimio uersus ciuitatẽ moueret: grossissimo ligno oculũ eius ĩtrãte: & oculo draconis erupto: draco uelocissime rediẽs: deserta petiit: sicq; populũ ab eius ifestatione liberauit. ¶ Mulierẽ: que in potu serpẽtẽ trãsglutierat: serpentẽ euomere fecit. Et periclitãti populo nimia siccitate: aquã abũdãter de terra pduxit. Sicq; in colũna manẽs post uitã mirabilem stãdo spiritũ emisit. Quẽ abbas antonius ueniẽs uisitatũ: dũ eũ primo stantẽ reppit: orare putauit: sed accedẽs ppius: illũ migrasse cognouit: & sepeliuit. In cuius exeqs aues circa corpus uolitãtes: q̃si uocibus eũ deflebãt. Sepultusq; est apud antiochiã miraculis clarens: quieuit autem in .x. die nonĩ ianuarii.

¶ De scõ Thelesporo papa & martyre. Cap. XLVI.

THelesporus papa & martyr natione grecus ex anachorita: sixto primo pape in epatu romano successit: & sedit annos .ii. menses .iii. dies .ii. Hic cõstituit: ut missam ante tertiã nullus psumeret canere: q̃ hora dñus noster secũdũ euãgeliũ marci ascẽdit in crucẽ. Et in missar; solẽniis diebus celeberrimis hymnũ angelicũ decãtari pcepit. Et in natale domini tres missas ĩstituit celebrãdas. Primã in galli cãtu iã nocte media ꝓximante: quãdo xps in bethleẽ nasci dignatus est. Secũdã illuce scẽte aurora: quãdo in cunabulis adoratus est a pastoribus. Tertiã in hora diei tertia: q̃do illuxit nobis dies redẽptionis nre. Hic etiã cõstituit .vii. hebdomadis ante pascha potissime oẽm clerũ ab esu carniũ & in ieiuniis abstinere: ut sicut discreta debet eẽ uita clericor; a laicor; cõuersatiõe: sic & ieiuniũ. Has aũt .vii. hebdomadas oẽs clerici nõ in delitiis ieiunẽt. Et hic sub antonino ĩperatore martyrio coronatus. Sepultus é cũ fratribus suis in uaticão iuxta corpus beati petri nonĩ ianuarii. Et cessauit epatus dies septem.

¶ De epiphania domini nostri. Cap. XLVII.

EPiphania domini triplici miraculo decorat. Hodie enĩ magi xpm adorãt Ioanes saluatorẽ baptizat: & aquã in uinũ domi/nus in nuptiis mutat. Pro quor; utro meruit epiphania nomĩari: ab epi quod est supra: & phanes apparitio: q̃si supna apparitio. Stella enĩ desup apparente xps magis demõstrat. Et colũba spiritussãcti desup descẽdente iesus baptizatus dei filius patris uoce inclamat: & aqua in uinũ miraculose trãsmutata: xpi iesu gloria manifestat. Hoc aũt annor; reuolutiõe factũ est. Nã xps diebus .xiii. a magis é adoratus. Deinde annor; .xxx. & totidẽ dier; est in iordane baptizatus. Et post hec anno reuoluto eodẽ die fuit ad nuptias Ioanis euãgeliste inuitatus: ubi aquã diuina potentia cõuertit in uinũ. Sed quia in hoc festo ecclesia principaliter instat circa magor; adorationẽ: iõ & huiusmodi materia ꝓsequẽda est. ¶ Et nota: q qa xps rex pacificus uenit in mũdũ: ut pacem faceret: & pacẽ adduceret: ipse est enĩ pax nostra secũdũ apostolũ: ideo triplicẽ pacem homini adduxit .s. pacem téporis: pectoris: & eternitatis. Propter hec tria necesse fuit: ut esset rex: deus: & homo. Nã fuit necesse: ut esset pro pace tpis rex uniuersalis. Pro pace eternitatis deus ĩmortalis. Et pro pace pectoris homo téporalis. Iccirco in hístoria huius festiuitatis ꝓbatur: q xps fuit rex uniuersalis: & deus ĩmortalis: & homo téporalis. Et hec tria ut dicet .figurata fuerũt in triplici munere sibi a magis oblato. Nam aurũ decet regiã dignitatẽ: thus diuinã maiestatẽ: & myrrha humanã mortalitatem. ¶ Nato ergo domino: tribus magis in oriẽte positis super montẽ uictorialem orantibus: & aduentũ stelle a balaã chaldeo in ortu xpi manifestã de expectanti

bus:noua ſtella apparuit:ut dicit Chryſoſtomus:habens in medio formã pulcherrimi pueri:in cuius capite crux ſplendebat:& audita eſt uox magos alloquẽs: ut in iudeam pergerent:& ibi natum puerꝝ iuenirẽt. Qui ſuſceptis muneribus ſtella eadem ductrice: iudeam uenerunt:hieroſolymã intrantes:ſtelle uiſionem amiſerunt:regem iudeorꝝ natum queſierunt:eũdem naſciturum in bethleem ꝓphetico teſtimonio didicerunt:quo ꝑgentes ſtelle ducatum recuperauerũt: eadem ſtella duce ad puerꝝ natũ deueneruut: ip̃m adorauerunt.tria munera obtulerunt:admoniti in ſomnis per uiam aliã in patriã redierunt. ¶ Oſtẽdit ergo ex his primo: q̃ xp̃s eſt rex uniuerſalis. Et hoc patet. Primo quia ex regibus generatus: & in regia ciuitate natus:q̃ enim ex regibus iſrael ſit per carnẽ genitus: oſtendit mattheus euangeliſta in principio ſui euãgelii anteq̃ deueniat ad hiſtoriã magorꝝ dicens. Liber generationis ieſu xp̃i filii dauid &c. Ideoq̃ uoluit xp̃s in bethleem naſci:que eſt in tribu iuda:& appellat ciuitas dauid:eo q̃ ipſe uti uerus rex iudeorꝝ eſſet de domo & familia dauid:ꝑ carnis generationẽ ꝓpagatus. Ideoq̃ additur ꝓphetia michee. Et tu bethleem terra iuda &c. In qua ad litterã oſtendit:q̃ xp̃s uerus rex iudeorꝝ: qui populũ iſrael in uirga uirtutis erat recturus:in ipſa ciuitate fuerat naſciturus. ¶ Secũdo quia ab amicis principibus uiſitatus. De morte enim principũ uiſitatus. De more enim pricipũ ſeculi eſt: q̃ rex de nouo regnum acquirens:ab amicis regibus eiuſdẽ coronationi cõgaudentibus uiſitetur. Sic & chriſtus nuper per carnem aſſumptam regnum mũdi ingrediens:& principẽ huius ſeculi foras eiiciẽs:ab amicis regibus nedum perſonaliter uiſitatur:ſed etiam muneribus honorat. Qui licet appellentur magi fuiſſe: tamen reges a doctoribus aſſeruntur:& dicuntur ſecũdum quoſdam q̃ fuerunt primo magi ideſt malefici: ſed poſtea conuerſi ſunt. Re uera aũt magi ideſt ſapiẽtes. Nã magus ꝑſice hebraice ſcriba dicit:grece philoſophus:latine ſapiens:uenerunt autem ab oriẽte hieroſolymã in.xiii.diebus ſecundũ remigiũ miraculoſe & ꝑter naturã:quoniã puer ad quẽ ꝓperabant: eos in tã breui ſpacio ducere poterat: uel dic ſecũdũ Hieronymũ:q̃ ſuper dromedarios uenerunt: quod eſt aial uelociſſimũ:quod tantũ currit uno die: q̃tũ equus in tribus:& dicit a dromos quod eſt curſus & areti uirtus quaſi uirtuoſus in curſu:uenerunt aũt hieroſolymã ꝓpter tres ratiões. ¶ Prima fuit quia magi tẽpus natiuitatis chriſti agnouerũt:ſed locũ ignorantes exiſtimauerunt nouũ regem natũ in ciuitate regia reperturꝝ:que erat hieruſalẽ. ¶ Secunda ut citius natiuitatis locum diſcere poſſent:cũ ibi ſapientes iudeorꝝ reſiderẽt. ¶ Tertio ut iudei inexcuſabiles eſſent: qui locum quidem naſcentis agnouerant:ſed de tpe ſe neſcios pretendere potuiſſent:unde magi iudeis oſtẽderũt tp̃s:& iudei magis locũ. Ex quo redarguit iudeorũ negligẽtia:dũ illi uni prophete credunt: iſti pluribus nõ acquieſcũt. Illi inqrunt regem alienũ:iſti cõtẽnunt ꝓpriũ. Illi uenerunt elonginquo:iſti manſerunt e uicino. Venerunt aũt & queſierunt illum dicentes. Vbi eſt qui natus eſt &c. His uerbis ut dicit remigius in originali. Verum regem:ueꝝ hominem:& uerum cõfeſſi ſunt. Veꝝ hominem:cũ dixerunt:ubi eſt: q̃ natus eſt. Veꝝ regẽ:cum addunt:rex iudeorꝝ. Veꝝ deũ: cũ cõcludunt:& uenimus adorare eũ:cum ſolus deus debeat adorari. Tertio quia ab emulis formidatus. Timuit enim eũ rex herodes eius inimicus eiſdẽ magis nunciantibus xp̃m:quare audiens herodes rex:turbatus eſt. Et hoc triplici de cauſa. Primo ne iudei ſuũ regem natum reciperent:& ſe alienigenã expelleret. Fuit enim primus alienigena:qui iudeis dominatus eſt. Secũdo:ne a romanis culpari poſſet:ſi aliquis ibi rex uocaretur:quem auguſtus nõ cõſtituiſſet. Tertio: ut dicit Gregorius:quia nimiꝝ terrena altitudo cõfunditur:cum celſitudo celeſtis aperit. ¶ Turbata eſt & omnis hieroſolyma cũ illo triplici de cã. Primo:quia impii nequeũt gaudere de aduentu iuſti. Secundo: ut regi turbato adularentur ſe turbatos oſtendẽtes. Tertio:quia timuerunt:ne p̃ſente & uẽturo rege adinuicem certantibus:ipſi in ꝑturbationibus inuoluerent. Tunc herodes principibus conuocatis: ſciſcitabat ab eis:ubi xp̃s naſceret. Et ꝓphetia michee in mediũ profertur:q̃ xp̃s in bethleem ſit naſciturus. Quod cũ audiſſet:conuocatis magis didicit ab eis tempus ſtelle: que apparuit eis:eoſq̃ in bethleẽ ad requirendũ puerum deſtinauit:& ut eũ repertum ſibi nunciarent rogauit:ſimulãs ſe adorare uelle:quem ꝑdere cupiebat. ¶ Secũdo oſtendit:q̃ eſt deus immortalis. Primo in noue creature productione:quod ſoli deo ꝑtinet. Stella enim illa:que magis apparuit:fuit de nouo creata: que peracto ſuo officio in preiacẽtem materiam eſt reuerſa. Et hoc ut plurimum doctores tenent. Hec aũt ſtella ab aliis differebat in ſex:quaꝝ tres differẽtias primas aſſignat fulgentius:& alie tres tanguntur in gloſa. Primo enim differebat in ſitu:quia non erat localiter in firmamento celi:ſed pendebat in aere proxima terre. Secundo in fulgore: quia ceteris erat ſplendidior. Nam ſole meridie fulgẽte lucidiſſima apparebat. Tertio in motu:non enim mouebat motu circulari: ſed p̃cedebat magos motu progreſſiuo more uiatoris:& cũ ſtantibus quieſcebat. Quarto in origine:qa alia facte ſunt in mundi principio:hec aũt modo. Quito in officio:quia alie facte ſunt:ut ſint in ſignia & tẽpora: hec autem ut prebeat magis uiam. Sexto induratiõe: quia alie facte ſunt ꝑpetue:hec aũt rediit in materiam p̃iacentem officio ſuo cõpleto. ¶ Secundo oſtenditur deus in ſecretorꝝ & futurorꝝ cognitiõe: cognouit enim xp̃s:qd herodes facturus erat:iõ & magos ad eũ mittere uoluit. Cognouit etiã:q̃ ſe non adoratuꝝ: ſed occiſuꝝ cogitabat:iõ ꝑ aliã uiã redire p̃cepit. Et nota:q̃ cum magi hieroſolymã ingreſſi ſunt:ſtelle ducatum amiſerunt ꝓpter tres rõnes:ut dicit gloſa. Primo: ut de loco natiuitatis xp̃i querere cogerent:ut ſic de eius ortu certiores redderent:tam per ſtelle apparitionẽ q̃ ꝑ ꝓphetie reuelationẽ. Secundo quoniã iuſte querentes humanũ auxiliũ:amiſerũt diuinum. Tertio: quia ſicut dicit apoſtolus:prophetia fidelibus:ſigna ifidelibus data ſunt:iõ ſignũ iſtis gẽtilibus datũ:iter iudeos fideles eis apparere nõ debuit. Cũ aũt de hieruſalẽ regreſſi fuiſſent:ſtella antecedebat eos:uſq̃ dũ ueniẽs ſtaret ſupra:ubi erat puer:Quã uidẽtes illi gauiſi ſũt gaudio magno ualde. ¶ Tertio in magorꝝ adoratiõe. Nã intrantes domũ inuenerunt puerꝝ cũ maria matre eius:& procidentes adorauerunt eũ. In quo oſtenditur uerus deus:quia p̃ceptũ erat:ut nullus adorare tur:niſi ſolus deus:ut dictũ eſt. Eidem quoq̃ munera

obtulerunt:uidelicet aurꝝ:thus:& myrrham: obſeruantes in hoc antiquũ legis p̃ceptũ. Nõ appebis in cõſpectu meo uacuus. Hec aũt munera in ſpẽ obtulerũt ꝓpter q̃ttuor rõnes. Primo:qa ut dicit bernardus btẽ uirgini aurꝝ obtulerũt:ꝓp inopie ſubleuationẽ: thus cõtra ſtabuli fetorẽ:myrrhã ꝓp membrorꝝ pueri cõſolidationẽ & uermiũ expulſionẽ. Secũdo:ut dicit auguſtinus:quoniã aurꝝ ad tributũ: thus ad ſacrificiũ: myrrha ad ſepulturã ꝑtinet. Per hec ĩtimãtes:q; ĩ xp̃o cõfeſſi ſunt regiã poteſtatẽ:diuinã maieſtatẽ: & hũanã mortalitatẽ. Et hec eſt cõis rõ doctorꝝ. Tertio ut dicit maximus:quoniã in auro oſtẽdit captiuitatis nr̃e redẽptio p̃cioſa:in thure demonũ ſupſtitio ceſſatura:& futurus uere religiõis cultus apit:in myrrha uero: q̃ exanimata ſolẽt corpa cõſeruari:ꝑfigurat carnis nr̃e repatio & reſurrectio mortuorꝝ. Et hec oĩa ꝓ xp̃m futura erãt. Quarto:ut dicit Gregorius:& ẽ rõ moralis: ut ex hoc ſignificet:qd xp̃o cõferre dẽamus. Auro nã q; ſapĩa deſignat:ſalomõe atteſtãte: q ait: Theſaurus deſiderabilis requeſcit ĩ ore ſapiẽtis. Thure aũt: qd deo ĩpendit:uirtus or̃onis exprimit:pſalmiſta atteſtante: qui ait:Dirigat or̃o mea ſicut ĩcẽſum ĩ cõſpectu tuo. Per myrrhã uero carnis mortificatio figurat. unde & ſcã eccleſia de ſuis opariis uſq; ad mortẽ ꝓ deo certãtibus dicit. Manus mee deſtillauerũt myrrhã. Nato ergo regi aurꝝ offerimus:ſi in cõſpectu illius claritate ſupne ſapientie reſplendemus. Thus offerimus:ſi cogitationes carnis ꝓ ſancta orationũ ſtudia in ara cordis ĩcendimus:myrrhã offerimus:ſi carnis uitia per abſtinentiam mortificamus:hec gregorius. ℂ Tertio oſtẽditur:q; eſt homo temporalis. ℂ Primo quia ut homo uoluit naſci & educari:ideo inuenerunt puerum cũ maria matre eius. ℂ Secundo quia ut timens mortem uoluit occultari:quã naturaliter homines fugiunt. Ideo cum ſicut deus preſciuiſſet:q; herodes eum querebat occidere: ut homo uerus uoluit in egyptũ aufugere. ℂ Tertio quia amans ſocietatem uoluit a coetaneis ſociari:homo enim naturaliter diligit ſocietatem:cum ſit animal ſociale:ut dicit philoſophus:& maxime appetit cõſortium coetaneorꝝ. Ideo chriſtus uoluit a pueris innocentibus & coetaneis aſſociari:cuius fidei preconium non loquendo:ſed moriẽdo cõfeſſi ſũt:& flores martyriũ extiterũt:ut dicit auguſtinus. & celebrat dies epiphanie ab eccleſia. viii. idus ianuarii:quo die iidẽ magi xp̃m adoraſſe credunt.

ℂ De ſanctis Gaſpar Balthaſar & Melchior magis. Cap. XLVIII.

GAſpar:Balthaſar & Melchior fuerunt illi tres magi:& regis ſciſſimi:q ad xp̃m adorandũ ſtella duce ab oriẽte uenerũt. Hi de regione ꝑſidis oriẽtalis:q̃ eſt ĩda ſuꝑior ꝓuincia ſabba dicunt extitiſſe. Horꝝ nomina hebraice dicunt. Apellius. Amerius. Damaſcus. Grece aũt Galgalath. Malgalath. Sarachin. Latine aũt nominant ut dictũ eſt. Ferũ quoq; cũ ad xp̃m uenerũt. Gaſpar fuiſſe annorꝝ ſexaginta: Balthaſar q̃dragĩta:& Melchior uiginti:& ita cõmuniter pinguntur. Hi ſapiẽtiſſimi philoſophi & aſtrorꝝ ſcie periti:ſucceſſores balaam arioli fuerũt:& ad uiſionẽ ſtelle uenerunt ex illa prophetia. Orietur ſtella ex iacob &c. Nã ut põit Chryſoſtomus quidã ſecretorꝝ inſpectores elegerunt de ſeipſis. xii. & ſiquis moriebat:filius eius ſubſtituebat. Hi ꝓ ſingulos annos poſt menſes aſcendebãt ſuper montẽ excelſum:qui dicitur uictorialis:& tribus diebus ibi morantes ſe lauabant:deum orãtes ut ſtellã a balaã eorꝝ patre ꝑdictã oſtẽderet. Et ſic ſucceſſiue: terni & terni: oẽs. xii. faciebant. Dũ aũt iſti tres reges in noctes nati uitatis domini ibidẽ repti eſſent:ſtella de nouo creata eis apparuit:& ut dictũ eſt:illis natũ regẽ iudeorꝝ ĩdicauit:eoſq; ad cũ adorandũ ĩuitauit. Qui iuſſa fideliter pagẽtes:ꝓ aliam uiã admoniti in ſomnis ab angelo:reuerſi ſunt in regionẽ ſuam. Nã uenientes tarſum cum nauibus tarſenſiũ trãſfretarũt. Et q̃uis oĩ relicta gẽtilitate:exĩde fideles extitiſſent:tamen baptiſmũ nõ ſuſceperũt:donec diſꝑſis apoſtolis ad ꝑdicandũ a ſcõ Thoma apoſtolo:q apud indiã ꝑdicauit: baptizati ſunt:& in fide xp̃i cõfirmati: eiuſdẽ in ꝑdicatiõe coadiutores fuerũt. Qui & in eadẽ regiõe in pace quieuerũt. Quorꝝ corpa ĩde trãſlata:cõſtãtius magnus ĩperator cõſtãtinopolim deportari fecit. Et deinde ꝓceſſu tpis a ſcõ Euſtorgio epõ mediolanũ trãſlata ſũt ut in eius uita dicet. iii. idus aprilis. Nũc auteꝫ requeſcũt apud coloniam iſtuc de mediolano delata.

ℂ De ſancto Melanio epõ. Cap. XLIX.

MElanius eꝑs rodonen uenerẽſi pecia uilla: q̃ dicit plautio oriundus: claruit tpe clodouei regis & anaſtaſii impatore. Qui inter cetera uirtutũ eius ĩſignia maxia uigu it potẽtia aduerſus demones de obſeſſis hominibus expellendos. Hic cuidã fratri:quẽ malignus ĩuaſerat ſpiritus:dũ iret ad aquã hauriendã:alapam in maxilla prebens:demonẽ ab eo excuſſit. Oratoriũ aũt ſuũ: qd dicit plautium propriis manibus fabricauit. In uenetenſi pago:diabolus quẽdã uirꝝ uadens: ad hoc cũ induxit:ut ſeipſum ſuſpendens laqueo ſtrangularet. Quẽ ſanctus ſupueniens & factũ abhorrens:or̃one facta:nedũ hominẽ ſuſcitauit:ſed etiã ab ĩmũdo ſpiritu totaliter liberauit. Tandẽ poſt multa ſigna uirtutum iugiter intentus in celũ migrauit a ſeculo. viii. idus ianuarii. Et cũ ſcĩ albinus:uictor:lautorius & marſus: corpus eius deferrẽt ꝓ uicinã rodonẽ ſepeliẽdũ. xii. uinculati ĩ turri dtẽti:ſciſſa turre ꝓ mediũ ſoluti & ĩcolumes exierũt. Sanctũ corpus ad tumulũ comitantes.

ℂ De ſcã Macra uirgine & martyre. Cap. L.

MAcra uirgo in ciuitate auguſtana rictioualro ꝑſide martyriũ paſſa eſt. Que dũ ſacrificare nollet:iubente ꝑſide:primũ in equuleo ſuſpẽſa & diutius torta:deinde in igne precipitata eſt. Que cũ ibidẽ diu pmãſiſſet illeſa: ma/

millis eius abſciſſis ſquallore carceris afflicta eſt:omni luce ac cibo negatis:ueꝝ circa noctis mediũ lumine īmẽſo circũfuſa:uiroꝙ uenerando canicie aſpſo ſibi apparẽte cõfortata ẽ:& cũctis plagis ſanata: uberibus reſtitutis. Nouiſſime iubente preſide ſuper teſtas acutiſſimas & prũas extẽſa:& diu uolutata orãs migrauit ad xp̃m. Sepultaꝙ ẽ in territorio remenẽſi. viii. idus ianuarii. Cuius corpus poſt multos annos cuidã leudulfo bubulco diuinitus reuelat̃:oſtenſoꝙ ſibi loco p uiſionẽ. ibidẽ a fidelibus iuẽit̃. ſiuxta eccleſia ſci martini:& inde leuatũ honore cõdigno recõditũ eſt.

¶ De reuelatiõe pueri ieſu ex egypto. Cap. LI.

RElatio pueri ieſu ex egypto:fcã eſt regnãte in iudea archelao,p herode p̃e ſuo:ut dicitur Matthei. ii. ca. circa annos. l. īperii octauiani auguſti:dũ uidelicet puer ieſus ſeptẽniũ etatis ꝑpleuiſſet:ut hiſtoria ſcholaſtica tradit. qualiter aũt xp̃s in egypto trãſlatus fuerit:in auctẽtico nõ habet̃:niſi q̃ dicit̃ matth. eodẽ cap. q̃ angelus domini appuit in ſomnis ioſeph:admonẽs ut tolleret pueꝝ: & matrẽ eius:& fugeret in egyptũ:& eſſet ibi uſq̃ ad obitũ herodis. Eo q̃ herodes querebat pueꝝ ad pdẽdũ eũ. Qui cõſurgens accepit pueꝝ & matrẽ eius nocte:& ſeceſſit in egyptũ:& erat ibi uſq̃ ad obitũ herodis &c. ¶ In libro tamẽ de īfantia xp̃i:quem hieronymus chromatio & heliodoro epis trãſtulit ex hebraico in latinũ:ſcribit̃:q̃ Ioſeph uirginẽ cũ filio iumẽto ipoſuit:& ipſe in alio aſcẽdit:& arripuerũt iter ꝑ mõtana & per deſertũ:nolentes ire ꝑ maritimam timore herodis. Erãtq̃ cum eis. iii. pueri & una puella in obſequium xp̃i. Et exeuntes dracones de quadã ſpelunca: cum ceteri timentes fugierent:ſerpentes pueꝝ adorauerunt. Similiter leones & leopardi & alia genera feraꝝ adorantes ieſum ꝑ deſertum antecedẽtes: uiã eis oſtendebant. ¶ Et poſt dies tres dũ aqua in utribus defeciſſet:& omnes feſſi ſub palme arbore qeſcerent: uirgo maria reſpiciens ad comã arboris de fructibus eius concupiuit. Et cõfeſtim palma cacumẽ ſuũ ante pedes uirginis iclinauit:& collectis ex ea fructibus ad ſatietatem omniũ:arbor ſe iteꝝ erigens ad ſtatũ priſtinũ rediit. Tũcq̃ angelus appuit:& ramũ ex palma euellens & aſportans:ad celeſtia euolauit. Deinde ad radices palme fons aque limpidiſſime erupit: ex quo omnes refecti ſunt. Et dũ iter agentes maximo calore cõprimerent̃:& adhuc. xxvii. diebus itinerari oportet:anteq̃ ad egyptũ puenirẽt:miro modo poſt tres dies in egyptũ deuenerũt: & in ciuitatẽ hermopolim ſe receperunt. Ibiq̃ mãſerunt peregrini uſq̃ ad obitũ herodis. ¶ Multa quoq̃ miracula d̃ xp̃o puero ab eodem oſtenſa:in prefato libello reperiunt̃:que tã breuitatis cauſa q̃ ex eo q̃ iter apocripha cõnumerat̃ omittuntur. Illud tamen memorabile pro conſtantia doctoribus habetur:q̃ ingrediẽte puero ieſu in tẽplum idoloꝝ cum maria matre ſua:oĩa phani idola corruerũt:iuxta ꝑphetiam Iſaie,ꝑpter quod miraculũ multi egyptioꝝ conuerſi ſunt ad eum:& uirginem matrẽ benigne tractantes:puerum ieſum pulcherrimũ plurimum reueriti ſunt & ipſum aliquem magnoꝝ deorum exiſtimabant. ¶ Extat ibidem fons modicus:in quo fertur uirginẽ matrem puerum ſepius balneaſſe:& pãnos eius propriis lauaſſe manibus. In quo fonte omnes pueri etiam ſaracenoꝝ quacunq̃ ualitudine detenti:deſcendentes:cõfeſtim ſanantur. Eſt & ibi lapis:ubi uirgo panniculos chriſti lotos ad ſiccandũ extendebãt. Ibi eſt uinea engaddi:que ꝑfert balſamũ: que dicto fonte irrigatur:& ſi aqua alia irrigaret̃: eo anno nullum fructum produceret. Et hoc notorium eſt in omni terra egypti eſt. Et ibi ꝑpe arbor q̃ perſidis dicitur:ut ponit caſſiodorus in tripartita. Que fertur uſq̃ ad terram inclinata:chriſtum humiliter adoraſſe:que ualet in ſalutem membrorum:ſi fructus:folium:uel cortex patientis collo alligentur. Igit̃ poſtq̃ ſeptem annis chriſtus fuerat in egypto: defuncto herode:ut ſcribitur matthei ſecundo: Ioſeph in ſomnis mõetur ab angelo:ut chriſtum in terrã iuda reducat: quod & fecit. Sed audiens q̃ archelaus regnaret in iudea pro herode patre ſuo:quin adhuc erat patre crudelior:timuit illo ire. Et admonitus in ſomnis ab angelo ſeceſſit in partes galilee: habitauitq̃ in ciuitatẽ nazareth. Herode antipa herodis aſcalonite minore filio:& fratre archelai: iam terrachiam galilee tenente. Dies ãt huius relatiõis pueri ieſu ex egypto fcã ſcribit̃ a hieronymo in eius martylogio fuiſſe die ſequẽti poſt epiphaniã:uidelicet ſeptimo idus ianuarii.

¶ De ſanctis Iuliano baſiliſſa & ſociis martyribus. Cap. LII.

VIianus martyr cum ſociis:& baſilinia uirgo cũ ſociabus tpibus diocletiani & maximiani in ciuitate antiochia claruerũt. Qui nobilibus & chriſtianis parẽtibus:ꝑgenitus:liberaliũ ſcientiis imbutus:dũ annoꝝ. xviii. a parentibus ad coniugiũ cogeretur:& ipſe in uirginitate deo ſeruire diſpoſuiſſet:diuina monitus uiſione parẽtibus conſenſit:& puellã nobilẽ & xp̃ianam noĩe baſiliſſam in coniugem accepit. Die igit̃ ſtatuta nuptiis cum gloria celebratis:intrat cubiculum cũ uirgine Iulianus:tanq̃ iura matrimonii ſoluturus: ubi dũ uirgo miraret̃:q̃ odorem roſaꝝ & lilioꝝ hyemali tẽpore ſentiret. Exponit ſibi iulianus hunc eſſe odorem pudicitie uirginalis:& poſt ſcãs admonitiones uirginẽ ad uotũ cõtinentie incitauit. Tunc apparentes ſibi ex una parte chriſtus cum comitiua ſanctoꝝ:ex alia dei genitrix cum ſocietate uirginum:nimia luce circunfuſa:ſanctos dei coniuges de uirginali ꝑpoſito cõmendarunt:& eis coronas aureas impoſuerunt:ac librum uite aureis ſcriptum litteris oſtenderũt:in quo nomina ſua conſcripta iulianus & baſiliſſa legerunt. Sicq̃ uiſione ab eorum oculis ablata:ambo ſancti in ſancto propoſito permanſerunt. Adeo ut parentibus

iuliani de medio morte ſublatis:ſua omnia pauperibus errogarent: & duo monaſteria conſtruerent: in quorum uno iulianus extitit pater & adminiſtrator fere mille monachorum:in altero baſiliſſa cum cetu ſacratiſſimo multarum uirginũ domino ſeruiebant. ℂDum autem perſecutio chriſtianorum in ſyria & egypto maxime uigeret:orauit baſiliſſa: ut uirgines quas congregauerat:dominus periclitari non permitteret. Et per uiſionem a chriſto cõfortatur: q̃ omnes filias ſuas:quas deo acquiſiuerat:ad celos premittẽs: ipſa eaſdem poſt modũ ſequeret. Quod dũ ſancta ſuis refert uirginibus:ſubito commotus eſt locus:& apparuit colũna lucis inter eas:in qua lris aureis ſcriptũ erat:qualiter omne illud ſacrum collegium chriſtus infra certum temporis ſpatium ad celeſtia inuitabat: quod & factum eſt. Nam intra conſtitutum tempus: omnes ille ſacre uirgines ad celos in ſancta confeſſione migrauerunt. Que poſtmodum cuncte auro & gẽmis indute:baſiliſſe apparuerunt oranti: & q̃ eam expectabant dicentes:& ad celeſtia inuitantes. Hec dum baſiliſſa iuliano gaudens retuliſſet orans: iuxta eum emiſit ſpiritum:quam ille condigne tradidit ſepulture. ℂPoſt hec dum martianus preſes antiochiam ab imperatoribus miſſus eſſet:& chriſtianos omnes diis immolare compelleret: & eps ciuitatis multitudine cleri & populi ad ſanctum confugiſſent:miſit martianus aſſeſſorem ſuum cum ſatellitum multitudine:ut de predictis:an ita eſſet inquirere. Qui ueniens ad ſanctum iulianum:& ipſum cum omnibus:qui cum eo erant:in fide x̃pi feruentes ueniens:eadem preſidi nũciauit. Tũc preſes iulianum ſolum:uti auctorem omnium iuſſit teneri. Reliquos uero omnes in quo erãt loco incluſos incenſo cenobio igne cremari:ubi martyrum occiſurum audiebant ſingulis horis canonicis uoces pſallentium. ℂPoſt hec martianus iulianũ in cuſtodia detentum ante ſe in foro deductum:cepit cõpellere ad ſacrificia deorum. Quem ſacrificare nolentem:iuſſit primo nodoſis fuſtibus cedi. Et dum cederetur:caſu unus cedentium eruit alterius oculum: q̃ erat notiſſimus imperatorum. Qui dum iuſſu preſidis ad templa deorũ ductus eſſet:ut eis inuocatis oculum recuperaret:demões hoc ſacerdotibus ſe nõ poſſe facere clamabant:quin potius eterno igni una cum ſuis cultoribus reſeruatos affirmabant. Et dum illuc preſes ingreſſus eſſet:plus q̃ quinquagĩta idola de auro:argento:chryſtallo & ebore in puluerem redacta ſunt. Quod dum preſes magice arti iuliãi aſcriberet: lotio ipſum perfundi iubet:ut ſic maleficia ſolueret: quod tamen in balſami odorem uerſum eſt. Sanctus autẽ martyr uiro illi excecato facto ſigno crucis oculum reſtituit:qui mox ad chriſtum conuerſus: mandato preſidis gladio interemptus eſt. ℂDeinde preſes iuſſit ſanctum ferro uictum per totam ciuitatem circunduci. Et dum ante ſcholas:in quibus celſus puer filius martiani ſtudebat tranſiret:uidit celſus circa ſanctum multitudinem angelorum coronam precioſam ſibi imponentem. Moxq̃ relictis ſcholis conuerſus:ad pedes ſancti Iuliani cucurrit:& chriſtum confiteri uoce clariſſima cepit. Et dũ pater preſes una cũ matre & aliis magnatibus eum uellent retrahere: cepit puer eos durius increpare. Quos preſes indignatus in artum:obſcurũ:& fetidum carcerem iuſſit recludi:ſed chriſti uirtute lux de celo ſuper eos ingens infunditur:fetor in odorem conuertitur: ſed & uincula quibus fuerant alligati ſoluuntur:atq̃ uigĩti milites:qui eos cuſtodiebant:ad dominum conuertuntur:quod audiens preſes eos una cum iuliano & celſo eius filio fecit in eadem cuſtodia detineri. ℂContingit autem: ut eo tempore ſeptem fratres filii cõdam nobilis chriſtiani:qui fuerat de genere carini imperatoris:& ipſi fideles imperatoribus adeo grati forent: ut ipſos ſine ulla perſecutione cum quodam antonio preſbytero:religione fidei uti permitteret. Qui per uiſionem a x̃po moniti ad ſanctum iulianũ in carcerem una cum prefato preſbytero acceſſerunt:& ipſum ac ſocios hortari ceperunt. Et ab antonio preſbytero celſus puer:una cum uiginti militibus conuerſis baptiſmi gratiam perceperunt. Quos martianus in eadem cuſtodia detineri precepit:& oĩa que geſta fuerãt principibus per litteras intimauit. Cui imperatores remiſerunt:q̃ ſi ſacrificare nollent:ſingulos in cuppis pice: ſulphure:& bitumine repletis concremaret. Et dum eos oẽs eductos de cuſtodia preſes ante ſe ſtatuiſſet:ut eos iuxta imperator& decreta mori faceret: Sãctus iulianus iuuenem quẽdam defunctum:qui portabatur ad tumulũ ſuſcitaui qui & mirabilia que in alio ſeculo uiderat:corã omnibus enarrauit:& ipſe fidẽ x̃pi recepit: Et cũ uxor preſidis plorans filio ſuaderet: ut tã acerba morte interfici nollet:promittit eidem celſus: q̃ in cuppa ignea permaneret inuſtus. At preſes filii ũteritum horrens uicarium dereliquit:& inde cum lachrymis abſceſſit. Igit̃ omnes illi ſancti in cuppis miſſi:& igne ſuccenſo p̃manſerant illeſi. Quod preſes̃ audiẽs admiratus illuc acceſſit:& magie iuliani hec omnia deputans:matri celſum per triduum conceſſit:ut ab ea eius animus mutaret̃. Que una cum oĩbus illis: in honeſta cuſtodia detenta:a filio celſo conuerſa eſt: & ab antonio p̃ſbytero baptizata. Quod audiẽs martianus uiginti milites extra urbẽ eductos tradidit decollandos. Septẽ uero fratres igne conſumi fecit. Iulianus autẽ cũ celſo filio & matre eius coniuge:& cũ antonio p̃ſbytero ac iuuene a mortuis ſuſcitato:ſuo iudicio reſeruauit. Quos oẽs diutius examinatos: & in x̃pi confeſſione ĩmobiles repertos:iterum carceri tradidit cruciandos. Sequenti die ĩgreſſus in tẽplũ iouis eos omnes illuc adductos:cepit ad ſacrificia ſuadere. Orante aũt iuliano templũ cum oĩbus idolis ſubmerſum eſt:& mille de ſacerdotibus & multitudine gentiliũ perierunt:ubi ad miraculi atteſtationẽ ignis uſq̃ in p̃ſens eructat. Tũc martianus territus eos ite& carceri mancipauit:ubi media nocte ad eos uenientes baſiliſſa cum oĩbus ſanctis:quos iulianus x̃po acquiſiuerat:eos hortantes ad ſuperna dulcius inuitabant. Die autem ſequenti iuſſit preſes digitos manuum & pedũ ſanct o& licinio oleo infuſo ligari:& igni ſuperponi. Dehinc celſo filio ſuo cutem capitis auferri: Antonio uero preſbytero & Anaſtaſio iuueni ſuſcitato oculos effodi. Sanctam aũt matrem celſi cum aliquis tangere uellet:excecabatur. Sancti uero exoculati diuinitus illuminantur:& alii ab omnibus tormentis liberantur. Cum q̃ martianus eos omnes in amphithea/tro beſtiis expoſuiſſet:& fere omnes ſanctorum pedibus procidiſſent:iuſſu preſidis:omnes rei mortis ibidem deducuntur:cum quibus iulianus & ceteri capi-

tali ſententia feriuntur: ut ſic ſanctorum corpora a reorum cadaueribus:chriſtianis eſſent incognita. Stimq; facto terremotu cum corruſcationibus & grãdine:tertia pars ciuitatis cum omnibus templis funditus corruerunt:preſes autem inde uix euadens eadem nocte interiit uermibus ebulliens. Sed dum chriſtiani corpora ſanctorum diſcernere non poſſent:animę ſingulorum in ſpecie uirginum ſuper ſingulorũ corpora uiſe ſunt.& ſic corpora ſunt collecta & in eccleſia ſub altari tumulata. Paſſio autem horum omnium ſanctorum agitur ſeptimo idus ianuarii.

¶ De ſcõ Lutiãõ pſbytero & martyre. Cap. LIII.

IVtianus antiochene eccleſie preſbyter & martyr uir doctiſſimus atq; eloquentiſſimus fuit. De quo Hieronymus libro de uiris illuſtribus ſcribit:q; tantum in ſcripturaꝝ ſtudio elaborauit:ut uſq; tunc:quedam exemplaria quorundam opuſculorum Luciani nuncuparentur. Ferunt & de eius fide libelli:& breues ad non nullos epiſtole. Paſſus eſt nicomedie ob chriſti confeſſionem ſub perſecutione maximiani tempore antherii pape:& ſepultus helenopoli bithynie. Quam urbem cum prius drepana uocaret:conſtantinus imperator inſtaurans:in honore matris ex nomine ipſius helenopolim uocauit. Beda lucianum hunc ſub alio maximo imperatore:qui una cum cõſtantino imperauit: paſſum fuiſſe ſcribit:qui paſſus eſt.vii.idus ianuarii.

¶ De ſcõ Clero diacono & martyre. Cap. LIIII.

CLerus diaconus apud antiochiam pro cõfeſſionis gloria:ſepties tortus:& diu in carcerem maceratus ad ultimum decollatus martyrium conſumauit.vii.idus ianuarii. hec ado in martylogio ſuo.

¶ De ſanctis Luciano maximiano & Iuliano martyribus. Cap. LV.

VCianus preſbyter:maximianus & Iulianus pueri:apud beluacũ ciuitatẽ p xp̃i nomine paſſi ſunt. Qui lucianus bti petri diſcipulus fuit. Et a ſcõ Clemente papa cum beato diõyſio ep̃o ad gallias p̃dicãtes directus: eidéq; comes & coadiutor datus extitit. Poſt hec idé p̃ſbr̃:a ſcõ Dionyſio beluacen̄ urbi deſtinatus:xp̃m euãgelizans:pluſq; xxx. miliũ gentiliũ ad xp̃m cõuertit. Inter quos maximianũ:& Iulianum pueros baptizauit. Ad hunc cõprehendendum ubicũq; foret inuentus:Iulianus prefectus tres pueros deſtinauit:latrinũ:lariũ: & antrum. Qui ip̃m in beluaco predicanté repertũ cum duobus pueris iã dictis tenuerunt:& ad prefactũ adduxerunt. Qui primo maximianũ & iulianũ pueros capite cedi fecit. Deinde Lucianũ p̃ſbyter fuſtibus ceſum:xp̃m cõfitentẽ ſimiliter decollari mãdauit. Cuius corpus truncatum & exanime caput,ppriis manibus ſumptũ q̃ſi tribus miliaribus deportauit: & trãſuadato tare fluuio uſq; ad locũ:in quo ſepeliri elegerat deuenit:ibiq; glorioſe occubuit:ubi & tumulatus qeſcit. Viſoq; tãto miraculo qngẽti gẽtiles ad xp̃m cõ uerſi ſunt. Paſſi ſunt aũt ſcĩ martyres.vi.idus ianuarii.

¶ De ſcõ Seuerino abbate. Cap. LVI.

EVerinus abbas tẽpore:quo Attila rex hunoꝝ defunctus eſt:in utraq; pãnonia & finibus danubii rebus turbatis: ac iter filios eius pro regno obtinendo initio certamine de partibus orientis aduenientes in uicinia noricĩ ripenſis & pannonioꝝ puo oppido:quod aſtaris dicit̃:morabatur:agens angelicã uitam:& tradẽs apoſtolicã doctrina. Hic ſpiritũ pphetie mirabilẽ noſcit̃ habuiſſe. Nã ſubuerſionẽ dicti oppidi ppter ciuiũ peccata dudũ ante p̃dixit:& ciuibus eidem illudentibus inde diſceſſit. Quo abeunte die & hora:qbus p̃dixerat: oppidum a barbaris ſubuerſum eſt. Inde ad aliud caſtꝝ:quod dicit̃ cũ magonis declinauit:quod a barbaris intus exiſtẽtibus:xp̃ianiſq; dominãtibus: arctiſſima cuſtodia ſeruabat̃:nullo ĩgredi uel egredi pmiſſo. Ipſe aũt nemine ĩterrogante oppidũ intrauit:& xp̃ianis ĩtus exiſtentibus ſalutem pmiſit:eiſq; triduanã penitentiã iduxit. Die uero tertio facto maximo terremotu barbari deterrent̃ de oppido fugientes: & ſubſidiũ ciuibus intrinſecus adueniſſe putãtes:nocte ſuperuenientes ſe alterutrũ hoſtes exiſtimantes mutuo ſe ipſos cedebant. ¶ Ciuitatẽ fauianis: quam fames oppꝑſerat: eo q; hyemis tpe danubio congelato uictualia nauibus iuxta morem eodem deferri nõ ualebant:oratione facta & glacie intẽpeſtiue reſoluta nauibus uictualibus onuſtis aduenientibus ab inopia liberauit. Cũq; barbaroꝝ rabies omnia loca occuparet:quocũq; ſcũs introibat oppidum:illud ab incurſu hoſtiũ deus eruebat. ¶ In caſtello cullulo locuſtas a cũctis:quos repleuerant agris excuſſit:ſolo agro unius ciuis excepto:eo q; ab eo monitus ad eccleſiã una ſecum:ceteris cũctis ciuibus ad orationem pgentibus:uenire contempſit. ¶ In iouiaco oppido mulierem ſeminecem ĩcolumẽ tradidit. ¶ Leproſum de mediolano ſibi adductum a lepra mũdauit. ¶ Bonum monachum barbaroꝝ natione ab oculoꝝ infirmitate curauit:& alia inſignia miracula fecit. Diem ſui obitus triennio ante predixit:& ſe defunctum inde tranſferri mandauit: eo q; ciuitas infeſtatione barbarica fuerat ſubuertenda: quod ut predixerat per omnia euenit. Sicq; in monaſterio: qd̃ ipſe conſtruxerat apud oppidum noricum ſub rege rugorum feuba in pace quieuit.vi.idus ianuarii. Corpuſq; eius:ut mandauerat:tranſlatum eſt multis miraculis clarẽs. Et in caſtello lucullano:quod eſt in italia apud ciuitatem neapolim per manum ſancti uictoris epiſcopi iuſſu gelaſii pape locatum eſt:ubi in eius nomine monaſterium eſt conſtructum.

¶ De ſancto Seuerino ep̃o. Cap. LVII.

SEuerinus epiſcopus neapolitanus fuit: & frater beati martyris uictorini epiſcopi picauionenſ̃. de quo dicetur in eius feſto qrto noñ nouembris. Qui Seuerinus poſt multarum uirtutum perpetrationem: & ſanctitatũ inſignia quieuit in pace ſanctitate plenus.vi. idus ianuarii. Hec ado.

¶ De ſcã Martiana uirgine & martyre. Cap. LVIII.

MArtiana uirgo & martyr ciuis in ſuegrita/na fuit:que ueniens ceſaream:& uidens in platea ſimulachrum diane confregit. Propter quod a miniſtris iudicis detenta: ceſa:& ad ipſum deducta eſt. Quam iudex in loco publico expoſitam gladiatori cuidam illudendam tradidit. Qui dum nocte ad ipſam ingredi uellet: paries diuinitus ſe interpoſuit:& ne ad eam accedere poſſet prohibuit. Traditur ſecundo & tertio uiris: & eis ſicut & primo ſimiliter cõtingit. Deinde in harena be/

ſtiis ſubiicitur:quamprimum leo manſuetus effectus lingere cepit.Sed de conſilio bindarii archiſynagogi iudeorum laxatur ſibi taurus indomitus: qui oculũ quidem uirginis eruit: quam poſtmodũ leopardus diſcerptam lacerauit.Sicq; immaculatum chriſto ſpiritũ reddidit. Cuius corpus a fidelibus ĩ ipſa ciuitate ſepultum eſt.Dum autem archiſynagogus domũ rediiſſet:igne celeſti cum omni familia & domo conſumptus eſt:que domus nunquam deinceps permanere potuit:ſed in miraculi teſtimonium pluries reparata ſemper corruit. Paſſa eſt autem uirgo chriſti. vidus ianuarii.

¶De ſancto Marcellino epõ. Cap. LIX.

MArcellinus epiſcopus anconitanus uenerabilis uite fuit:cuius greſſum dolore nimio podagra cõtraxerat:eumq; familiares ſui: ſic ubi neceſſe eſſet: in manibus ferebant. Quadam uero die per culpam incurie ciuitas anconitana ſuccenſa eſt.Cumq; uehementer arderet:cucurrerunt omnes:ut ignem extinguerent: certatimque proiicientibus aquam:ſic flamma excreuerat:nt totius urbis incendium minari uideretur. Cumq; ignis iam partem urbis non modicam conſumpſiſſet: & obſiſtere nullus ualeret:deductus in manibus epiſcopus familiaribus ſe portantibus: precepit ut contra ignem illum ponerent:quod & factum eſt:& ibidem poſitus eſt:ubi flamma ardentius incumberet. Cepit autem miro modo in ſe incendium retorqueri: ac ſi ſui impetus reflexione clamaret:ſe epiſcopum tranſire non poſſe.Sicq; flamma illo termino refrenata in ſemetipſa refriguit:& ultra cõtingere quicquam edificii non preſumpſit.Quieuit autem in pace ſanctus epiſcopus.v.idus ianuarii.hec Gregorius primo dialogo capitulo.vi.

¶De ſancto Paulo primo eremita. Cap. LX.

PAulus primo eremita cuius uitam ſcribit Hieronymus feruente decii perſecutione eremum uaſtiſſimã adiit: ubi.lxxxxiii.annis:hominibus incognitus manſit.Cuius perſecutiõis immanitas:duobus recitatur exemplis. Duo enim chriſtiani iuuenes comprehenduntꝰ: quorum alter nudus melle perunctus:& ligatus ſub ardore ſolis:muſcarum & ueſparum aculeis lacerãdus exponitur:ut ſcabronum puncturis cederet:qui ignitas ſartagines ſuperaſſet.Alter uero ameniſſimo uiridario:uinctis manibus ac pedibus lecto ſternitur: ſibiq; puella ſpecioſiſſima & impudica ſociatur:que amplexibus & cõtagiis iuuenem ad luxuriam prouocabat. Cũ ergo ille motus cõtrarios ſenſiſſet in carne:nec aliter ſe poſſet defendere: linguam dẽtibus preciſam in faciem impudice expuit:& ſic dolore tentationem fugauit:eamq; confudit.¶Eodem tempore dum paulus inferiori thebaide oriundus annorum.xvi.parentibus orbatus cum ſorore coniugata remanſiſſet: & tantas martyrum ſtrages audiſſet:territus ſeculũ deſeruit:& ad montiũ deſerta confugit. Et in ſpelunca maxima:iuxta quam arbor palme uetuſtiſſime germinabat:& fons limpidiſſimus exſurgebat: uſq; ad uite ſue terminum incognitus manſit.Quomodo autem hoc tempore medio uixerit incognitũ eſt.¶Cũ autem Paulus annorum.cxiii.eſſet in eremo uitã angelicam ducẽs:& antonius annoꝝ.lxxxx.in alia ſolitudine moraretꝰ & cogitaret in aĩo ſuo.nullũ ultra ſe monachoꝝ in eremo conſediſſe:noctu ſibi a domino reuelatur:alium in pfundiori eremo ſe meliorem conſiſtere:ad quẽ uiſendum deberet accedere.Qui ſenectutis ſue oblitus & baculo ſubſtentatus: cepit per ſiluã peragere.Et primo quidem obuium habuit hippocẽtauꝝ hominem.ſ.equo mixtum:qui ſibi uiam dextera demonſtrauit.Deinde obuiauit animali fructus palmaꝝ ferenti ſupra imaginem hominis: deorſum habens formam caprinã:quẽ antonius intellexit eſſe demonẽ in tali forma gentiles ruſticos decipientem. Et dum diem quaſi uagando per eremum exegiſſet: noctem in oratione deduxit.Sũmoq; diluculo eidem lupa ad radices mõtis aquam lambens apparuit: que ipſum ad cellulam pauli perduxit. Sed dum intrans ſpeleum:& aure diligenter ſiquid audiret auſcultans pedem.ſ.lapide offendiſſet:Paulus antonium ſentiẽs hoſtium firmauit.Antonius uero rogat:ut ſibi aperiat:qui animalia recapiebat:aſſerẽs ſe nunq; receſſurũ: ſed ibi potius moriturum:uictus ergo paulus aperuit:& alter alterũ ex nomine ſalutauit:in mutuos amplexus ruunt:iuxta fontem conſedentes quieſcunt:& de multis colloquentes ad inuicẽ ſermonẽ ꝓtendũt. Hora aũt nona corrus ad eos aduolauit: & panem ĩtegrum eiſdem appoſuit.Tunc paulus deo gras agẽs dixit:uolatile illud quotidie per annos.lx. panem dimidium apportaſſe:ſed tunc propter hoſpitis aduentũ annonã duplicaſſe.Inter eos pialis oritꝰ:quis dignior panem diuidere debeat:defert paulus hoſpiti & antonius ſeniori.Tandẽ ad ueſperas in hoc conueniunt: ut uterq; manum apponat:& e regione uſq; panẽ diuidat.Deinde paulum ex aqua fontis guſtantes: noctem in diuinis colloquiis tranſegerunt inſomnem. ¶Cumq; mane paulus antonio ſuum obitum in ꝓximo nũciaſſet:& ex hoc antonius ultra modũ defleret.Paulus ne ex ſuo obitu mens utriuſq; triſtaretur: cogitauit illum remittere:ut ſic expeditius poſſet ad deum migrare.Rogauitq; antonium:ut ad cellã ſuã rediens:pallium quod ſibi athanaſius epꝰ dederat:apportaret:quo corpus ſuum mortuum inuoluere poſſet.Miratur antonius:q; tale ſibi ſecretum aparuit:ad cellam feſtinantius rediit:& pallio accepto uelociter ad paulum repedare cepit:dubitans de eo:q; ſibi accidit.Et cum iam die illo & ſequenti perrexiſſet:& iam trium horarum iter eidem reſtaret:uidit pauli aĩam niueam inter prophetarum angelorum & apoſtolorum choros ad celeſtia cum ſplendore conuolantem. Et procedens uelocius ad ſpeluncam uenit:& corpus genibus flexis uti orantem conſpitiens: ſe deceptum

putauit:paulumq; uiuentem & orantem credidit.Et cum dudum obſeruans motum aliquem non uidiſſet:& mortuum cognouiſſet:poſt multas lachrymas corpus inuoluit:& exequias celebrauit. ¶Cum auté ſarculum non haberet:ex quo terrá foderet:ecce duo leones aduenĩunt:& ad menſuram humani corporis foueam faciunt:& inclinato capite abierunt.Sicq; antonius corpus terre condidit:& ueſtimentum de palmarum foliis contextum:quo paulus induebatur: aſſumpſit:& ad cellam ſuam rediens fratribus uiſa narrauit.Eaq; ueſte ex deuotione in ſolennitatibus utebatur.Quieuit autem paulus in domino.iiii.idus ianuarii circa annum domini.cclxxxvii.

¶De ſancto Paulo ſimplice cõfeſſore. Cap. LXI.

PAulus monachus ſimplex cognomine diſcipulus antonii fuit:q dũ ruſticanus eſſet inuentam uxorem in crimine adultero dimiſit:& eremum petens antonio adheſit. Qui prima nocte ſue conuerſionis:ut ꝓbaret illum: iuſſit antonius:ut ſe expectaret:qui tribus diebus ante celle hoſtium orans permanſit: magiſtrum expectans:nec diei eſtu:nec rore noctis motus eſt. Dũ aũt in conuentu fratrũ ex ſimplicitate interrogaſſet: ante xp̃s prior eſſet prophetis:mandauit ei antonius:ut taceret:& obſtinatiſſime triennio ſilẽtium ſeruauit:nemini loquens.Cui etiã dum antonius plurima cõtra rõnem iuberet uidelicet ut aquam hauſtam effunderet:& ueſtes diſſueret:& reſueret:omnia patienter implebat:& egros quos ſanare neqbat antonius : iſte ſanabat.Dum pro ſalute uiri furentis inſtanter oraſſet: illeq; ſalutem cõſequi non potuiſſet:quaſi ĩdignatus paulus contra dominum iurauit : ſe niſi ille ſanatus fuerit minime comeſturum:moxq; ille fugata rabie cõpos mentis eſſectus eſt.Serpentes etiam & ſcorpiones ſcindebat:& cordium ſecreta cognoſcebat. Vidit aliquando inter fratres ſplendidos uirum obſcurũ & nigrum eccleſiã intrantẽ:& demones illũ retrahẽtes. Pro quo dũ oraſſet:uidit illum claro uultu exeuntẽ: & demones ab ipſo elongatos.Interroganſq; dicit illum fuiſſe peccatorem longa fornicatiõe detentum: nuperq; ad deũ maxima compunctione conuerſum: & abrenuncians ſeculo : pauli diſcipulus effectus eſt. hec in uitis patrum.

¶De ſancto Nicanore diacono. Cap. LXII.

NIcanor diaconus unus de.vii. primis q ab apoſtolis electi fuerũt:ut habetur actu.vi. Gratia dei & fide admirandus fuit:q ꝓdicationis officiũ diligenter exercens : apud cyprum glorioſiſſime coronatus : ibiq; ſepultus eſt. iiii.idus ianuarii:ut dicit Hieronymus.

¶De ſancto Guilielmo archiep̃o. Cap. LXIII.

GVilielmus ep̃s bituricenſi floruit tpe philippi ĩperatoris : q anno domini.M.clxxxix. in ep̃atum promotus eſt.Hic genere nobilis a pueritia in piſieũ & ſueſioneũ eccleſiis canonicatũ obtinens ſeculo derelicto ad grãdimõtenſem monaſterium ſe contulit:ibiq; factus monachus aliq̃to tpe fuit : deinde ad maiora ꝓcedens ad ordiné ciſtercienſẽ in pontiniacenſẽ monaſterio conuolauit:ubi ꝓficiẽs in uirtutibus:prioratum ſuſcepit. ¶Poſtmodum abbas fontis ſancti Ioannis factus:ſucceſſiue ad abbatiam carolacenſẽ cenobii aſſumptus eſt. Et ubiq; ſubditos in multa manſuetudine pertractauit: & uir tutum exempla propagauit.Tandem licet inuitus in eccleſia bituricenſẽ pontificali ſublimatus honore:henrico archiepiſcopo ſucceſſit:ubi oneri ſuccubuit:non honore prefuit: & humilitatem priſtinam obſeruauit.De animarum uero cura ſollicitus uerbo & exemplo gregẽ domini paſcere curauit:& uirtutum miraculis claruit.Ná preſbyterũ gerardũ nomine: q uſum ſiniſtre manus amiſerat:ita ut celebrare nõ poſſet: audita prius eius confeſſiõe ĩfra tertiũ diẽ adeo ſanauit: q; p̃ſbyter poſt triduũ celabrauit ¶Puerũ etiam cerebro & oculis turbatum:tremorẽ capitis patientẽ: impoſita ſibi manu pfecte ſanũ effecit.Semp eodẽ uultu & animo pſeuerans : quoſcunq; ad ſe uenientes conſolabatur.Tandem aſſumpta cruce contra hereticos abigẽtes proficiſci uolens:cum itineris neceſſaria prepararet: ĩfirmitate correptus:quieuit in pace.iiii. idus ianuarii : & ſepultus in bituricenſẽ eccleſia : confeſtim miraculis coruſcare cepit:quem honorius papa tertius canonizauit.

¶De ſancto Igino papa & martyre. Cap. LXIIII.

IGinus papa & martyr natione grecus ex philoſopino de athenis : cuius genealogia nõ inuenitur:theleſporo pape in pontificatu romano ſucceſſit:& ſedit annos quatuor menſes tres : dies ſex.Hic compoſuit clerum & diſtribuit gradus.Hic etiam conſtituit : ut unus patrinus uel una patrina ſuſcipiat leuatum a fonte baptiſmi. Similiter & in confirmatione & in catheziza tione.Inſuper ſtatuit : q; excepto romano pontifice: nullus metropolitanus audiat cauſam ſui ep̃i:nec cõdẽnet eum: niſi in conſpectu epiſcoporum prouincialium uẽtuletur.Hic etiam ſcribit omnibus fidelibus generalem epiſtolam de deo trino & uno: & de incarnatione filii dei:plenam catholicam fidem continentem.Hic fecit ordinationes tres per menſem decẽbr̃. preſbyteros.xv.diacones quinq;:epiſcopos per diuerſa loca ſex. Qui ſub perſecutione ſeueri imperatoris martyrio coronatus:ſepultuſq; eſt iuxta corpus beati petri in uaticano.iii.idus ianuarii:& ceſſauit epiſcopatus dies tres.

¶De ſancto Saluio ep̃o & martyre. Cap. LXV.

SAluius epiſcopus ambianenſi de territorio auernenſi tempore hilperti regis claruit: qui predicto regi arriano reſiſtebat.Tempore autem regis caroli ueniens ualentianas & predicans : inuitatus ad prandium a quodam genardo nobili: dum in menſa quedam uaſa argentea protuliſſet:uinegandus filius dicti genardi auartia ductus : predicta omnia ſibi auferri fecit : deinde ipſum in carcere detineri : ac nocte ſuperueniente eũdem in carcere cũ uno eius diſcipulo iugulari : & corpora eorum latenter abſcondit in ſtabulo armentorum. Verum dum locum ipſum taurus ingens ſem per cuſtodiret:ne ab aliis animalibus pollueretur : & pollutum aliquando purgaret:& omni nocte lumen quaſi in modum duarum lampadarum ſuper huma ta corpora uideretur:reuelante angelo rex carolus miſit ualentianas:& corpora defoſſa currui impoſita ad ad ſanctũ uedaſtum deportari mandauit : que multi boues currui iuncti trahere non poterant. Demum duobus bobus ſolummodo appoſitis : & quo abi

re uellent dimiſſis:ſanctorum pignora ad eccleſiam ſancti martini apud ualentianas deduxerunt: & ibidem ſubſtiterunt:ubi condita ſunt. Interfectoribus martyrum a carolo inquiſitis :exoculatis & decollatis.Qui paſſi ſunt tertio idus ianuarii.

¶De ſcõ Satyro martyre. Cap. LXVI.

SAtyrus martyr apud achaiã paſſus é.Qui tranſiens ante quoddã idolũ cũ exufflaſſet illud ſignãs ſibi frontem ſacratiſſime crucis ſignaculo ſtatí ſimulacrũ corruens in puluerem redactũ eſt. Ob quam cauſam martyr chriſti ab infidelibus tentus in chriſti confeſſione de collatus eſt ſecundo idus ianuarii.

¶De ſancto Arcadio martyre. Cap. LXVII.

ARcadius martyr:ut ſcribit zeno eps uero/neñ:glorioſa paſſione coronatus eſt. Cuius tã illuſtre martyriũ fuit:ut in uno corpore tot fuerint ſupplicia:quot uidenť & membra. Nam cum propter perſecutionis rabiem ex urbe aufugiens latitaret. Comprehenſus a paganis adducitur ad iudicem: & dum chriſtum confitetur excogitato nono ſupplicii genere ab articulis manibus:& a cruribus pedibus abſciſis uiuus dimittiť ſicq; in ſuo ſanguine uolutatus dudũ cruciatus emiſit ſpiritum.iii.idus ianuarii.

¶De ſancto Hilario epiſcopo.

Capitulo. LXVIII.

HIllarius eps pictauiciñ aquitanie oriundus nobilibus parẽtibus genitus ab annis iuuenilibus moribus & ſapiẽtia iſignis fuit. Quin cõiugé habés & filiã in laicali habitu monaſticã uitam ducebat. Tandẽ relicto ſeculo clericali mãcipať militie:& ꝓcedente etate ac ſapiẽtia pualente a clero & populo pictauioꝝ eps electus é. Et cũ non ſolũ eccleſiam ſuam:ſed & totam galliam ab hereticis defenſaret:ad ſuggeſtionẽ duoꝝ epoꝝ arrianorum ab imperatore conſtantio arriano: cum dionyſio mediolaneñ & euſebio uercellenſi epiſcopis in phrygiam relegať:ubi dum exiſteret:cognouit ꝑ ſpiritũ:apram filiã ſuam pictauis cũ matre relictam nubere uelle.Quã per epiſtolã gratiſſimã ſibi miſſam: ſtuduit ad uirginitatis propoſitũ inuitare. ¶Sed cũ ubiq; arrianorum hereſis pullularet:& ab imperatore oĩbus epis ueniendi ad ſynodum conceſſum eſſet. ut de ueritate fidei diſputarẽt:ueniens hilarius ad cõcilium apud ſeleutiam iſaurie oppidum celebrandũ: ad petitionem arrianoꝝ pictauiam redire cõpellitur: eo q; ab hereticis nimium eius facũda ſapientia timebatur.Et dũ per inſulã gallinariã ſerpentibus plenam tranſitũ haberet:& reptilia eius preſentiã fugerent:palũ pro termino: fixit ultra quem nunq; ſerpens acceſſit.Et cũ eſſet pictauis infantem ſine baptiſmo defunctũ audiens pro ipſo orauit : & tam diu in oratione perſeuerauit:donec pariter ſurgerent ſenes de oratione:& infans de morte.¶Filiam quoq; ſuam apram ex epiſtola ſibi miſſa in uirginitatis propoſito firmiſſimam cernens:& ne aliquando flecteret timẽs: oratione ſua a domino impetrauit:ut eam ad ſe recipere dignaretur.Sicq; puella defuncta eſt poſt dies modicos:quã hilarius ſepeliuit.Quod mater puelle conſiderans epm rogauit:ut ſibi etiam tranſitũ obtineret. Qui pro coniuge ſimiliter interceſſit: eamq; ad celi regna premiſit.Deniq; multis miraculis perpetratis: dũ ĩfirmatus morti ꝓpinq;ret:obitum quoq; ſuum imminere cognoſceret: lenocium preſbyterum ſibi dilectũ:nocte ut foras exiret admonuit:& ſi quid audiret ſibi renunciari precepit.Ille iuſſa complens:uoces tumultuãtis ciuitatis audire ſe rettulit.Et cũ circa ipſum uigilaret finẽ expectans:media nocte itez; iuſſus exiit:& nihil ſe audire nunciauit.Moxq; immenſo circũfultus lumine ſanctus dei ad xpm migrauit. Et ſepultus eſt pictauis iduũ ianuarii.circa annos domini.ccxl.tpibus ualentiani & ualẽtis ĩpatoꝝ. ¶Hic ſanctus doctor multa libroꝝ uolumina compilauit. Nã contra arrianos.xii.ſcripſit libros. Itẽ ad galliarũ epos librũ de ſynodis.In ps edidit cõmentarios : origené imitatus:& ex ſuo aliq; adiiciẽs. Scripſit libellũ: qué uiuenti cõſtantio miſit cõſtãtinopolim. Itẽ in cõſtantiũ quem eo iã mortuo cõdidit.Itẽ contra ualentẽ & urſatiũ. Librũ hiſtoriã arrimineñ & feretreceñ ſynodi continente. Ad prefectũ ſaluſtium contra dioſcoꝝ alium.Himnoꝝ & miniſteriorum aliũ.Itẽ commentarios in mattheum.Itẽ tractatus in iob:quos de greco origeñ ad ſenſum tranſtulit.Item contra auxentiumlibellum elegantem.Item non nullas ad diuerſos epiſtolas.Tradunt aliqui eum ſcripſiſſe in cãticis canticorum: quod tamen incertum eſt.Hec hieronymus de uiris illuſtribus.

¶De ſancto Gregorio nazanzeno epiſcopo.

Cap. LXIX.

GRegorius nazanzenus eps & doctor grecoꝝ:qui ut ſcribit rufinus preſbyter uerbo & operibus clarus:lumẽ eccleſie incõparabile prebuit:de capadocia ortus:filius epiſcopi nazanzii & matris nomine religioſe:athenis eruditus fuit. Qui dum iuuenis philoſophie ſtuderet:eidem die quadam due ſpecioſe femine apparuerunt.Quas cum ille uti caſtitatis amator cũ indignatione repelleret:dixerunt ſe ſibi amicas fore:quarum una ſe ſapientiam altera caſtitatẽ nominans : dulces iuueni ꝑbentes amplexus:extunc ſanctũ eius propoſitũ uirtutis utriuſq; firmauerunt.Poſt hec ab athenis diſcendens maris tẽpeſtatẽ patiť:ſeq; deiceps deo ſeruituꝝ uouens lrĩs diuinis ĩbuiť:& defuncto pre eidẽ in nazanzii pontificiũ ſubrogať. ¶Mortuo aũt imperatore ualẽte arriano:cuius ſecte gregorius gladio fidei uiriliter reſiſtebat:ad conſtantinopolitanã eccleſiã gubernandã aſſumiť:ubi ꝑclara doctrina floruit & exẽplo.Inter ceteros aũt fidei pugiles:quos ſapientie uberibus enutriuit:Hieronymũ ſanctiſſimum almũ eccleſie doctorẽ in diuinis ſtudiis habuit auditorẽ.Verum dum perfidoꝝ emulationes ſenſiſſet inuidie contra ſe liuore ſubortas:relicta regia urbe ad eccleſiã ſuam primã nazantium rediit:ibiq; doctrine & oſoni intẽtus uite reſiduũ exegit:ibidẽq; ſepultus. In de corpus eius conſtantinopolim ꝓceſſu tpis tranſlatũ eſt.Quieuit in pace idibus ianuarii tpe theodoſii ſenioris. ¶Hic eloquẽtiſſimus doctor plures cõpoſuit tractatus:de qbus rufinus aqleieñ ꝑſbyter decé ex greco in latinũ uertiſſe eloquiũ aſſerit. Hunc quoq; xxx.miliũ uerſuũ oĩa opera ſua cõpoſuiſſe hieronymus tradit.Ex qbus hec ſunt.De morte fratris ceſarii Machabeorũ laudes.Athanaſii laudes.Laudes maximi philoſophi:qué librum quidã falſo ironiã uocãt:

quia extat alius uituperationem eiuſdem maximi cõ tinens: nam licuit eundem laudari & uituperari pro tẽpore. Edidit & librum heroico carmine uirginita/ tis & nuptiarum contra ſe diſceptantium. Aduerſus ennorium duos libros. De ſpiritu ſancto unum. Con tra iulium imperatorem unos: & alium plures. Hec Hieronymus de illuſtribus.

¶ De ſancto Firmo martyre. Cap. LXX.

FIrmus martyr paſſus fuit tempore paga/ norum: ſub qua tamen perſecutione uel iudice: aut quibus ſuppliciis interemptus ignotum eſt. Et ſepultus fuit in ambianẽ ſiũ ciuitate: locus tamen ubi requieſceret ignorabat. Tempore autem ſancti ſaluii epiſcopi corpus eiuſdẽ martyris repertum eſt. Nam cum idẽ epiſcopus una cum clero & populo triduo ad dominũ exoraſſet: ut eis corpus ſancti martyris firmi reuelaret: nimio odo re fragrante & lumine imenſo celitus ſuper locum ef fuſo: defoſſa ibidẽ humo corpus ſacrum inuentum eſt. Ad quem locum ciuitates charoaĩ: cenomaĩ: no/ uioũ: & bobacum eodem odore conſperſe ad uiſcen/ dũ corpus martyris concurrerunt: quod ab epiſcopo leuatum ad eccleſiam condigno honore tranſlatum eſt. In cuius tranſlatione glaciale frigus uidelicet men ſe ianuario in eſtum maximũ conuerſum eſt. Arbo/ res nudate ſubito frondes protulerunt & flores: de q/ bus egri ſumentes ſanabantur. Factum eſt autẽ hoc idibus ianuarii: nam dies paſſionis martyris: ſicut & cetera incognitus eſt uſq; in preſens.

¶ De ſancto Viuẽtio cõfeſſore. Cap. LXXI.

MUentius confeſſor ſamaritanis parẽtibus & paganis ortus eſt: qui ad predicationẽ ſancti Georgii apud antiochiam chriſtũ anunciantis conuerſus eſt tempore conſtã tini imperatoris. Deinde ſacerdos factus: monitus ab angelo theſſalonicam uẽit: ubi idola datiani preſidis ſigno crucis edito contriuit. Filiamq; eiuſdem eupa/ tronã nomine a demonio liberauit: & cum ducentis baptizauit. Poſt hoc cum ſancto benedicto epiſcopo romam perrexit: quibus dũ in uia cibaria defeciſſent piſcis eis de mari in littus ꝓſiliuit: qui per hebdoma/ dam illis ſuffecit. Quos etiam beatus hilarius picta/ uenſ epiſcopus rediens ab exilio: obuios habuit: & ſe/ cũ dudum uiuentium retinuit. ¶ Hic aliquando in ſex latrones incidit eum perimere uolentes: quorum unus ſe gladio tranſuerberauit: ſecundus ad quercũ ſe ſuſpendit: tertius arreptus a diabolo expirauit: q̃r/ tus oculos amiſit: quintus rabie manus & brachia dẽ tibus lacerauit: ſextus ſe in mare precipitauit. Et cum eſſet beatus uiuentius annorum. cxx. in pace occubu/ it apud caſtrum grauioré idibus ianuarii. Cuius cor/ pus ſcũs maxẽtius abbas ibidẽ tumulauit: ĩde poſtea tranſlatũ in montẽ uertiacũ: ut dicit frater uincẽtius.

¶ De ſcĩs. xl. militibus martyribus. Cap. LXXII.

QVadraginta milites ex temporali tyroci/ nio ad chriſti militiam tranſierunt. Qui omnes rome uia lauicana ſub imperatore galieno pro confeſſione fidei decollati: co ronas martyrii a domino percipere meruerunt idi/ bus ianuarii: ut dicit ado.

¶ De ſancto Felice preſbytero & martyre in pincis. Cap. LXXIII.

FElix ꝑſbr̃ & martyr ꝓnoĩe dicit̃ in pincis a ſubulis quibus paſſus phibet̃: nã pinca dicit̃ ſubula: nã cũ magiſter puerorũ exti/ terit: & eis nimium rigidus fuerit: tentus a paganis: cum xp̃m libere confiteret̃: traditus eſt in manus puerorum: quos ipſe docuerat in eccleſia: quẽ ipſi cum ſtilis & ſubulis occiderunt. Qui paſſus eſt rome. xix. calen. februarii.

¶ De ſcõ Felice ꝑſbr̃o & martyre. Cap. LXXIIII.

FElix preſbyter & martyr germanus im/ mediate infrapoſiti felicis preſbyteri & cõ feſſoris temporibus diocletiani & maxi/ miani martyrium paſſus eſt rome iuxta portã pincinam: ubi & requieſcit in loco qui dr̃ in pĩ/ cis: & ex hoc pronoĩe in pincis dicitur. Hic ſenior al/ tero fratre a ꝑfecto urbis draco detentus ductus eſt ad templum ſerapis: ut ſacrificaret. Et cum inſuffla/ ret in ſimulacrum: ſtatim in puluerem redactum eſt. Alia die ductus eſt ad templum mercurii & de hoc fe cit ſimiliter. Iterũq; ductus ad tẽplum diane pari mo do idolum deſtruxit. Tunc una cũ fratre carceri mãci patur: deĩde in equuleo leuat̃: & quibus hoc feciſſem maleficiis ĩterrogatur: qui cũ diceret hec nõ diaboli maleficiis ſed xp̃i beneficiis facta fuiſſe: ductus eſt ad dictũ locũ ſcdo miliario ab urbe ad phanũ qđ ibidẽ erat: qui facta or̃one exufflauit in arboré ingẽtiſſimã que ſtatim radicitus exuulſa: & templum cui erat cõ iuncta euerſum eſt: atq; ſimulacrum comminutum. Quod prefectus audiens iuſſit eum ibidem decolla/ ri: & corpus eius inhumatum lupis & canibus dere/ linqui. Quod tamen chriſtiani nocte in foueam quã arbor euulſa dimiſerat ſepelierunt. xix. calen. februa/ rii. Et cum gentiles die ſequenti corpus effodere uel/ lent: quicunque manum ad hoc mittebat a diabolo obſidebatur: ubi proceſſu temporis eccleſia eius no/ mini dedicata eſt.

¶ De ſancto Felice preſbytero. Cap. LXXV.

FElix preſbyter & cõfeſſor imediate ſupra poſiti felicis p̃ſbyteri & martyris frater fu it. Qui cũ a prefecto draco predicto tẽtus eſſet: eũq; ad templa deorum ſacrificatu; ducere uellent: comminatus eſt eis: q; ſi eum ad ido/ la ſua ducerẽt: hoc illis eueniret quod & aliis: ad que fratrem ſuum duxerant que omnia deſtructa erant. Quem prefectus fuſtibus ceſum: iuſſit in exilium deportari in montem cerceium: ut ibidem lapides exciderẽt: ubi filiam probi cuiuſdam tribuni a de/

monio obſeſſam liberauit. Et cũ eidẽ tribuno nũcia/tũ cẽt: q uxor eius in urbe nolana cuius ipe ciuis erat hydropiſim ĩcurriſſet: felix eidẽ miſit oleũ benedictũ quo puncta ſanata eſt: ſicq; tribunũ cõuertit ad domi nũ. Sed dũ cõſularis audiſſet ꝓbũ xp̃ianũ effectũ: miſit q eũ caperẽt: qui oẽs manus dolere cepunt. At dũ ſuaſu ſcĩ felicis xp̃m cõfitent a dolore cõtinuo liberã tur. Et ſic oẽs baptizati ſunt. Expleto uero tribuna/tus tpe: felix cũ tribuno uenit nolã ad quẽ põtifex ido lor accedẽs: dixit ei q deus ſuus fugerat: aſſerens q felicẽ uenientẽ timebat. Quẽ ſcũs cõuertit & baptiza uit. Quidã ex eius horto olera nocte rapere cupientes: dũ uangas ibidẽ repperiſſent: tota nocte in horto luna lu cẽte laborabãt: & ſe furtũ facere putabãt. Mane autẽ a ſcõ inuẽti & ſalutati peccatũ ſuum cõfitentes ad pro/pria redierũt. Et cũ quidã apollinẽ adorarẽt: eo q illũ diuinũ aſſerẽt: & felix dominicã oronẽ pugno clau/ſam teneret: dicebat eis: q ſi apollo qd in manu habe ret ſciret edicere: patus erat & ipſe eũ adorare. Quo nihil reſpõdente imo nec reſpõdere ualẽte: gẽtiles cõ/uerſi ſunt. Tandẽ poſt annos. xii. dominico die miſſa celebrata & populo data pace in pauimẽto ſe in oro/nem ꝓiiciens migrauit ad dominum. Et in eadem ci uitate tumulatus quieſcit.

¶ De ſcõ Michea ꝓpheta primo. Cap. LXXVI.

Michcas ꝓpheta filius hiemla. Inter ſcõs te/ſtamẽti ueteris merito computatur: eo q Achab regi iſrael & ioſaphath regi iude: uolẽtibus ire in ramoth galaad ad eã obti nendã. Inter fere q̃dringẽtos falſos ꝓphetas ſolus ue/ritatẽ p̃dicere p̃ſumpſit: ut ſcribit. iii. regũ ultimo & ii. pal. xviii. Nã cunctis ꝓphetis uno ore regi achab p̃/dicẽtibus: q ramoth obtineret: micheas ſolus uatici/natus eſt iſrael diſpgendũ & achab in p̃lio occidẽdũ. Et ſubiũgens uiſionem & cãm quare oẽs alii ꝓphete bona p̃dicabãt: dixit q hoc dominus deus falſo p̃mi/ſerat ſpũ ſuggerẽte ſe mendacẽ futur in ore oĩum ꝓ phetar: ut ſic achab decipetur & uadẽs ad p̃liũ occi/deret. Propter qd a ſedechia uno ex falſis ꝓphetis mi cheas in maxilla ꝓcuſſus ẽ. Quẽ rex achab carceri mã cipauit ſeruandũ uſq; ad reditũ ſuũ. Qui a ioram filio achab & regni ſucceſſore mortuo pfe: q mala paren/ti ꝓut ſibi euenerãt p̃nũciaſſet: p̃cipitio ualde porre/cto iactatus occubuit. Huius michee & ſi dies marty/rii ſit ignota: hoc tamẽ loco ponit ꝓp aliũ macheam ſeq̃ntẽ: quẽ eundẽ cũ iſto plurimi putãt. Qd tamẽ ſta re nõ põt. Nã hic ſamarites ille moraſtites fuit: hic tẽ/pore ioſaphath regis iude ꝓphetauit & ſub ioram filio achab ut dictum eſt: interfectus fuit: ille tempore ioa thã regis iude uatic inari cepit annis pluſq̃. c. ab obitu ioathan euolutis. Huius nulla prophetia ſcripta legi/tur: illius liber uaticinii reperitur.

¶ De ſcõ Michea ꝓpheta ſecũdo. Cap. LXXVII.

Michcas ꝓpheta ſecũdus de ciuitate mora/ſte que ẽ i tribu effraĩ tpibus ioathã achaz & ezechie regũ iuda ꝓphetauit: ut ipe eiuſ dẽ textus idicat. Cuius ꝓphetia iuchit cõ tra ſamariã que reges iſrael & iuda ſimulacrũ ſupſti/tione fefellerat: ĩcrepãs dominus indignationẽ ſuã in eã proceſſurã: cõminat etiã populo iſrael p̃uaricatori & pricipibus eius: q eũdẽ populũ falſa ſuaſiõe ad ido/la coleda cõpulerãt & uerbis iſeq̃ntibus captiuitatẽ & interitũ affutur nũciauit. Hic. x. tribubus iſrael capti uitatis: & ipſe in captiuitatẽ ductus ap aſſyrios. Quie uit in pace. xviii. cal. febr. Corpuſq; eius in iudeã dela/tũ eſt & ſepultũ. Hec hierõymus & ioſephus tradũt.

¶ De ſcõ Abbacuch ꝓpheta. Cap. LXXVIII.

Abbacuch ꝓpheta fuit de tribu ſymeon ut in ſcholaſtica legit. Hic preuidit captiuita tẽ hieruſalẽ uenturã: & a chaldeis ueniẽti/bus fugit in ſoſtheracenã: & erat ĩcola ter re iſrael. Deſcẽdentibus uero reliqis inde in egyptum q̃ſi peregrinabat in terrã ſuã. Eodemq; tpe ꝓphetiã cõſcripſit. Et in pricipio cauſat aduerſum deũ: cur ĩ/pius uaſtaſſet populũ dei. Sed in cõſolationẽ apparu/it ſibi deus: calamitates circũſtantiũ nationum futu/ras per nabuchodonoſor lõge maiores: & tandẽ ipm nabuchodonoſor perituꝝ: ut ſicut naum ꝓpheta in cõſolationẽ. x. tribuũ captiuaꝝ p̃dixit niniue ſubuer/ſionẽ: ſic & iſte in exhortationẽ duaꝝ iã in babylonẽ ductaꝝ babylonie deſtructionẽ prenũciauit. Hic dũ palmentũ ferret meſſoribus: ſpũ diuino p̃noſcẽs ſe in babylonẽ ducendũ: domeſticis dixit: ut ſi nimis tar/daret: palmẽtũ meſſoribus ferrẽt. Et dũ iret in cãpũ: ut habet daniel ultimo: angelus domini eidẽ apparu it: & ei ut prandiũ danieli: q erat in babylone in lacu leonũ portaret: mãdauit: qui cũ babylonẽ aut lacum neſcire diceret Ap̃hendit eũ angelus in uertice capi/tis ſui: & portauit eũ in babylonẽ ſuper lacũ leonum in ĩpetu ſpũs ſui. Sicq; abbacuch prandiũ danieli p̃ſen tauit: & cũ comediſſet: angelus eum in momento ad priorem locũ reportauit: unde patet longe poſt libe/ratã ſuſannã hoc factũ fuiſſe. ¶ Dedit autẽ abbacuch ſignũ reditus populi: his qui erant in iudea: q uiſuri eſſent lumen in ruinis tẽpli: ultimãq; domus domini deſolationẽ p̃dixit: q gens occidẽtalis hãc eſſet actu/ra. Et dormiuit abbacuch in pace. xviii. cal. febr. & ſe/pultus eſt in agro ꝓprio. Hic ꝓpheta cũ alio p̃cedẽte ex nũero ſunt. xii. ꝓphetar: q eccleſiaſtici. xlix. in ſcõ/rũ ueteris teſtamẽti catalogo deſcribunt. Hor ꝓphe tar duor uidelicet michee & abbacuch corpora ſub archadio imperatore in iudea diuina reuelatione re/perta ſunt. Hec hieronymus & ioſephus.

¶ De ſcõ Mauro abbate. Cap. LXXIX.

Maurus abbas ſenatoꝝ genere ortus patre eutityo matre iulia: duodenis a parẽtibus ſcõ benedicto in diſcipulũ traditus: & ab eodem mõachus factus: in omni uite ſan/ctitate ꝓficiẽs: magiſtri ueſtigia imitabat: & ſup oẽs

uiri marcus & marcellianus fratres gemini filii tranquillini nobilis: a beato ſebaſtiano in fide eruditi poſt multa ſupplicia ex ſententia chromatii urbis prefecti decollari deberent: ſi iſta dies. xxx. nõ reſipiſceret. Ad eos parentes aduenĩunt: ut ipſoꝝ aĩos a ſuo propoſito reuocarent. Aduenit & mater martia ſoluto capite reſolutis crinibus oſtenſiſq; uberibus lachrymis genas in conſolabiliter rigabat. Adducĩt & pater ſenior mãibus ſeruulorꝝ: & capite aſperſo puluere: detectaq; canicie lamentabiles uoces emittebat. Aduenĩunt & coniuges ꝓprios paruulos offerentes: & incõparabilibus gemitibus & ſuſpiriis eiulantes. Inter hec ceperũt uirorum corda molleſcere. Tunc ſebaſtianus ibi aſſiſtens: erũpens in medio: diuino repletus flamine: de contemptu uite preſentis & de gloria futuri regni: ſermonẽ aſſumens ꝓlixam orationẽ cõtexuit: & elegãti eloquio ſanctoꝝ aĩos ad amorẽ martyrii cõtemptis oĩbus incitauit hec aũt agebant in domo nicoſtrati primiſcrinii: ubi marcus & marcellianus cuſtodiebãtur. Cuius uxor zoe nomine: graui infirmitate loquelam. vi. annis amiſerat: uſum tamen audiendi aut ſenſum animi minime ꝓdiderat. Que cũ oĩa uerbera ſebaſtiani audiſſet: pedibus eius ꝓuoluta: nutibus ueniam poſtulabat. Igit martyr xpi orauit: ut os zacharie ꝓphete reſerauerat linguam quoq; eius apire dignaret. Statimq; mulier loquendi facultate recepta ſermones beati ſebaſtiani benedicere cepit: ſeq; angelũ domini iuxta eum uidiſſe aſſeruit: qui ĩmenſo lumĩe circũdatus libꝝ apertũ tenebat: ubi oĩa q̃ ſanctus dixerat ſcripta erant. Iuxta quẽ etiam alii. vii. angeli candidiſſimi circũſtabant. Quo uiſo miraculo: nicoſtratus uir cũ uxore cõuerſus eſt una cũ tranquillino & martia parentibus marci & marcelliani: & a ſcõ policarpo preſbytero baptizati ſunt. Marcus uero & marcellianus in domino cõfortati martyrii gloriã ꝓoptabant. Quos dũ nicoſtratus uellet ſolutos dimittere: oĩo abire noluerunt aſſerentes ſe paſſionis calicẽ nullatenus dimiſſuros. Tranquillinus aũt graui morbo laborans ſtatim ut baptizatus eſt: ſanitatem ſuſcepit. Poſtq̃ aũt marcus & marcellianus martyriũ paſſi ſũt: & mater eoꝝ martia poſt dies modicos in pace migrauit ad chriſtũ. Chromaticus prefactus graui morbo laborans a ſancto ſebaſtiano ſanatus eſt: & ab eodem atq; a tranquillino in fide doctus una cũ tyburtio filio ſuo: per manus policarpi ꝑſbyteri ſacrum baptiſmum ſuſcepit: ut in paſſione tyburtii dicetur. iii. idus auguſti. Quibus omnibus per martyrium cõſumatis beatus ſebaſtianus latere non potuit. Nam cũ imperator diocletianus cognouiſſet qualiter dudũ in chriſtianitate latuiſſet: & multos tali occaſiõe ad martyrium ꝓuocaſſet: eum ad ſe conuocauit: & de ingratitudĩe quam erga deos & imperatores habuerat dure redarguit. Qui cum ſe chriſtianum pro ſalute imperii ſemper orare dixiſſet: iuſſit eum imperator in medio campi ligari: & quaſi in ſignum a militibus ſagittari: qui ita eum ſagittis impleuerunt: ut quaſi erinacius uideretur: & exiſtimantes illum mortuũ abierunt. Verum hyrene relicta caſtuli mater abiit nocte ut corpus tolleret: & inueniens ipſum adhuc uiuum ad domum ſuam adduxit: & curam eius egit. Qui intra paucos dies conualuit: & ſtans ſuper gradus heliogabali uenientibus imperatoribus ſe exhibuit: eoſq; de perſecutione quam in chriſtianos iniuſte agebant: increpare cepit. Quod cum diocletianus miraretur: dixit ſe ad hoc a chriſto domino ſuſcitatũ: ut eiſdem ueritatem fidei conteſtaretur. Tunc imperator iuſſit eum in hippodromum palatii duci: & tãdiu fuſtibus cedi: donec ſpiritum exhalaret. Corpuſq; ipſius in cloacam proĩci: ne a chriſtianis nomine martyris coleretur. Sanctus uero martyr apparuit lucine matrone religioſe: eiq; corpus ſuum reuelauit: & ut iuxta apoſtolorũ ueſtigia ſepeliret admonuit. Quod & illa cum ſeruis nocte ſequenti adimplere curauit: ipſumq; in catacumbis iuxta corpora apoſtolorũ ut iuſſerat collocauit. Paſſus eſt aũt circa annos domini. cclxxxvii. xiii. calen. februarii.

¶ Poſt temporis decurſum anno. ii. ludouici imperatoris: hilduinus abbas ſancti Dionyſii ſacriq; palatii archicapellanus romam miſit: & a papa eugenio corpus ſancti ſebaſtiani obtinuit. Indeq; trãſlatum apud urbem ſueſſionẽ in baſilica ſci medardi collocauit: ut dicit ſigibertus.

¶ De ſancta Agnete uirgine & martyre. Ca. CVII.

AGnes uirgo & martyr ſacratiſſima: cuius paſſionem ſcribit ambroſius: nobiliſſima romanorum. xiii. etatis ſue anno mortem perdidit: & uitam inuenit: corpore iuuencula ſed animo cana: pulchra facie ſed pulchrior fide. Hec dum a ſcholis reuertitur: a prefecti urbis nomine ſimphronii filio iuuene adamatur: cuius parentes requiſiuit: & multis promiſſionibus eius coniugium poſtulauit. Deinde diuitias & gemmas & theſauros obtulit infinitos: que omnia a uirgine ut ſtercora reputata ſunt. Iuuenemq; curioſa oratione licentiauit. eo q; ab alio amatore preuenta eſſet: quem de quinq; excellentiis commendauit: que a mulieribus in ſponſis plurimum requiruntur. ſ. de nobilitate generis: qa longe illo nobilior genere & dignitate: cuius mater uirgo eſt: cuius pater feminam neſcit. De decore pulchritudinis: quia eius pulchritudinem ſol & luna mirantur. De diuitiarum abundantia: quia eius opes nũquam deficiunt: & diuitie nunquam decreſcunt. De potentie efficacia: quia eius odore reuiuiſcunt mortui: eiuſq; tactu confortantur infirmi. Et de amoris excellentia: quia eius amor eſt ſuauior & gratia elegãtior. Deinde ſubiecit quinq; beneficia ſibi ab ipſo ſpõſo collata. Quia anulo fidei ſue eam ſubarauit. Multiplici uirtutum uarietate ueſtiuit. Paſſionis ſue ſanguine ſignauit. Vinculo amoris copulauit: Et celeſtis theſauri gloria ditauit. Audiens hec inſanus iuuenis: lecto ꝓſternitur: & q; amore egrotaret: a medicis aperitur. Cumq; pater iuuenis eadem uirgini replicaret: & illa prioris ſponſi federa uiolare non poſſe diceret: cepit prefectus inquirere: quis eſſet ſponſus ille nobilis: de cuius ſe agnes poteſtate iactaret. Cumq; didiciſſet: q; uirgo chriſtum deum ſuum ſpõſum aſſereret: prefectus eam ſibi preſentari fecit: & primo blãdis ſermonibus: dehinc terroribus pulſare cepit. Que illum blandientem ſicut & terrentem animo deridebat. Et quia nobilis erat: & uim ei prefectus inferre non poterat: titulo ſibi chriſtianitatis obiecto: ſequenti die eam ſibi aſſiſti fecit: & iterato de amore iuuenis appellauit. Et cum in ſermone caſſo labore deficeret: alterum de duobus ſibi propoſuit eligendum: aut ſi uirginitatem elegerat: dee ueſte cum uirginibus immo-

lare:aut cum meretricibus publice ſcortari. Que cũ neutrum elegiſſet:dicens ſecum habere angelum domini:qui eam ſemper impollutam cuſtodiret. Iuſſu ſimphronii ſpoliata ad lupanar dicitur uoce preconia agnetem ſacrilegam proclamante. Tantam autẽ denſitatem dominus capillis eius mox creſcentibus contulit:ut melius quam ſuis ueſtibus uideretur induta.

¶ Ingreſſa autem turpitudinis locum: angelum domini preparatũ inuenit:qui eam ĩmenſo lumine circũdidit:& ſtola candidiſſima ad menſuram eius corporis diuinitus contexta ueſtiuit. Tunc prefecti filius cum ſodalibus ad lupanar uenit:& uolens ſibi illudere:illos prius ad eam inuitauit:Qui ingreſſi & immẽſo lumine territi:compuncti redierunt. Sicq; lupanar locus orationis efficitur:adeo ut quiſq; mundior exiret:q̃ ingrederetur. Iuuenis ergo laſciuus ſocios ut puſillanimes irridens:intrans in lumen irruit:moxq; ut eam contingere uoluit:prefocatus a diabolo expirauit. Quem ſocii uidentes diutius immorari: putabãt illum obſcenis operibus occupari. Tandem ad locum acceſſerunt:& eum mortuum inuenientes: preforibus clamauerunt. Concurrit populus:cõcurrit & deflens prefectus:& quidam eam maleficam:quidam ĩnocentem exclamabant. Prefectus uero cauſam necis filii interrogat. Cui uirgo reſpondit:q; ille cuius uolũtatem perficere noluit:in eum poteſtatem accepit. Nã & alii qui honorem deo intrantes dederant:illeſi exiuerant. Cui cum prefectus ſe eidem crediturum dixeret:ſi iuuenem ſuſcitaret:orauit agnes cũ lachrymis & confeſtim ab angelo ſuſcitatur iuuenis: qui egreſſus cepit chriſtum publice predicare:& oĩa idola conſutare. Tunc ſeditione in populo excitata p pontifices idolorũ:prefectus hec uidens obſtupuit eãq; dimittere uoluit:ſed proſcriptionem timens:uirginem aſpaſio uicario dereliquit:& dolens abiit q; ipſam liberare non potuit. Quam uicarius in ignem copioſum iactari fecit:ſed in duas partes flãma diuiſa ſeditioſum populum comburebat:& eam minime contingebat: uirgo autem chriſti ad dominũ orauit: moxq; ignis ita extinctus fuit:ut nec quidem tepor incendii remaneret. Aſpaſius aũt ſeditionem populi timens in gutture eius gladium mergi fecit:& ſic xp̃s ſibi ſponſam & martyrem conſecrauit. Cuius corpus chriſtiani cũ parentibus nullam triſtitiam habentibus tulerunt:illudq; in predio ſuo uia numentana ſepelierunt:uixq; a paganis in eos mittentibus lapides euaſerunt. Paſſa eſt autem .xii. calen. februarii.

¶ De ſancto Patroclo martyre. Cap. CVIII.

PAtroclus martyr paſſus eſt apud ſenonas gallie ſub ualeriano imperatore. Qui cũ de partibus illis egrederetur: audita fama patrocli q; uir nobilis aſſiduis oratiõibus uacans:hora .xii. uix cibum capiebat: & quia chriſtũ publice predicabat:fecit eum teneri & duci ad ſacrificandum. Qui cum ſacrificare cõteneret iuſſu:imperatoris fuſtibus ceditur: deinde miſſis compedibus in cruribus ipſius & catenis in manibus uinctus triduo carceri patroclus mancipatur. Sed cum in chriſti confeſſione conſtanter perſeueraret: iuſſit eũ aurelianus iuxta flumẽ ſequana duci:ibiq; gladio caput eius abſcidi. Ductus ergo ad locũ:oratione premiſſa:lumina eum tenentium obſcurata ſunt:ipſe uero flumẽ tranſiuit:aqua uix ad genua pertingente. Quod dum qui dam illorum diuine uirtuti:quidã magice arti aſcriberent:flumen & ipſi tranſierunt:& dum ſanctum requirerent a muliere gentile eiſdem orans oſtenditur. Sicq; caput ipſius amputatur .xii. cal. februarii. Cuius corpus a uiris fidelibus perſecutione ſedata in ciuitate ſenoũ ſepultum iacet.

¶ De ſcõ Publio epõ & martyre. Cap. CIX.

PVblius eps athenieñ & martyr glorioſus fuit. Hic humana & diuina ſapientia clarus:ſecundus poſt dionyſium ariopagitã ad modum effulſit. Eccleſiamq; athenienſium nobiliter rexit:& preclarus uirtutibus ac doctrina prefulgens ob chriſti fidem martyrio coronat. .xii. calen. februarii. hec ado.

¶ De ſanctis Fructuoſo epiſcopo & ſociis martyribus. Cap. CX.

FRuctuoſus eps augurius & eulogius diaconi & martyres:tempore galieni imperatoris martyrium paſſi ſunt apud terragonam hiſpanie ciuitatem. Qui primo i carcerem truſi:diebus pluribus afflicti ſunt. Deinde educti:pro chriſti confeſſione flammis iniecti: uinculis q bus alligati fuerant exuſtis manibus in modum crucis expanſis:orantes ut urerent obtinuerunt. Et mox quidam ex fratribus:& filia preſidis que abſtabat: uiderunt ſanctorum animas celum conſcendere coronatas. Qui paſſi ſunt .xii. calend. ianuarii: ut dicit ado in martylogio ſuo.

¶ De ſcõ Vincentio leuita & martyre. Cap. CXI.

VIncentius leuita & martyr genere hiſpanus de ciuitate ceſarauguſtana:patre eutityo:agreſtis olim nobiliſſimi & conſulis filio matre enola ꝓgenitus eſt. Qui a puericia ſacris litteris eruditus erat:& ſub ualerio ceſarauguſtañ epõ moribus & ſcientia clarebat. A quo & adhuc iuuenis archidiaconus eius ordinatur. Cui eps qa impeditioris lingue fuerat: predicandũ uices ſuas cõmiſerat:ipſe uero orationi uacabat. Tempora igitur diocletiani & maximiãi impatorũ:cũ dacianus hiſpaniarũ preſes neqſſimus ciuitatẽ ceſarauguſtanã eſſet ĩgreſſus:ut xp̃ianos ad ſacrificia tormentis cõpelleret: & uincentii laudabilẽ famam audiret:fecit eũ una cũ epõ ualerio in carcere detineri. Deinde pergens ualentiam catenis uinctos in collo & mãibus poſt ſe trahi: ipſoſq; ibidem cuſtodie duriſſime mancipari & fame ac inopia diebus plurimis macerari. Quos poſtmo-

dum ſibi preſentatos cũ in nullo cõſpexiſſet afflictos: cuſtodes redarguebat: putans q̃ ipſos in ergaſtulo refouiſſent. Et iratus ualerium interrogauit: cur contra precepta principum agere preſumpſiſſet. Qui cũ lingue rudis & imperitus quaſi ſub murmure reſponderet: uincentius ab eo licẽtiã petiit reſpondendi. Qua obtẽta libera & cõſtãtiſſima uoce deos gentiũ demonia eſſe: aſſeruit: & xp̃m dominum ſe nunq̃ abnegaturos expreſſit. Tũc preſes iratus eũ in exilium miſit: ubi & poſt tps in pace quieuit: uincentiũ uero uti rebellem & iuuenẽ temerarium grauiſſimis tormentis cruciari mandauit. Et primo qdem illũ fecit in equuleo leuari: & membris diſtendi totoq̃ corpore diſſipari. Interrogans eũ ubi nã corpus ſuũ miſerabile cerneret. Qui cũ ſubridendo diceret: hoc ſemper optaſſe: & preſidem ſuis uotis optime cõcordare. Iratus dacianus tortores flagellabat: eo q̃ ipſum in torquẽdo deficiebant: ſtridore dentiũ fremens: ac quaſi ſe magis q̃ dei mãtrem torqueri nutibus oſtendens. Carnifices uero pectines & ungulas ferreas uſq̃ ad intima coſtarũ fixerunt. Ita ut de toto corpore ſanguis efflueret: & ſolutis compagibus uiſcera interna paterent: & cum miniſtri laſſi deficerent: ipſe iã inuictus in oĩbus apparebat. ¶ Poſt hec iubente preſide equuleo deponit: & ad ignis patibulũ ducit: qui moras carnificum arguebat: & ad penã alacriter ꝓperabat. Craticulã igitur candentem ultro conſcendens: ibidem aſſat: exuritur: & cremat: membriſq̃ oĩbus uncinis ferreis infigitur: flãma ſanguie cõſpergit: uulnera uulneribus inſtaurantur: ſal inſup in ignem mittit: ut in corpus uulneratũ ĩſiliẽs: ſtridentibus flãmis crudelius cõburat. Iamq̃ nõ ad artus ſed ad nudata uiſcera tela iaciũtur: ipſeq̃ febre de eius corpore extra labuntur. Inter hec manet ĩmotus: & erectis in celũ oculis dominũ ꝓcabat. Cumq̃ hec daciano nunciata fuiſſent: iuſſit eũ in carcere teterrimo recludi: & ibi teſtas acutiſſimas cõgeri: pedeſq̃ eius in ligno configi: & extenſum ſuper teſtas relinqui. Que cum adimpleta fuiſſent: pena mutat in gloriã: nam tenebre carceris diuina ſupfuſa luce fugantur: teſtarũ aſperitas in floꝝ ſuauitatẽ mutatur: pedes ſoluuntur: & martyr domini angelorum dulci modulatione conſolatur. Que cuſtodes per rimas aſpiciẽtes cõuerſi ſunt. Quidã uero hec ꝑſidi nũciarũt: at ille ſe uictũ reputans: iuſſit martyrem ad lectũ tranſferri: & mollibus ſtramentis foueri: reputãs eũ magis glorioſum facere: ſi deficeret in tormentis. Cũ ergo in lectulo paululum quieuiſſet: orãs emiſit ſpiritum. Quod audiẽs dacianus doluit: & quem nõ ualuit uincere uiuũ: putauit uincere uel defunctũ. Iuſſit igit corpus in cãpum deduci: & auibus ac feris deuorãdũ expõi. Statimq̃ coruus ingluuie deditus corpus cuſtodiens: alias aues ſe maiores ingẽtu alaꝝ abegit: & lupũ morſibus & clamoribus effugauit. Et ĩ cõſpectu ſacri corporis fixus cernit: utpote qui ibi angelorum cuſtodiam mirabat. Tũc iuſſu preſidis hoc audientis: ingens mola corpori alligatur: & in pelagus ꝓicit: ut ſaltem piſcibus in paſtum daret. Sed anteq̃ naute qui corpus in mare demerſerant ad littus puenirent: cadauer ſolutum in littus a fluctibus deductũ eſt. Quod a quadã matrona uidua ipſo reuelante reptum eſt: & ab ipſa una cũ quibuſdam fidelibus in modica baſilica ſepultum. Ceſſante uero perſecutiõe corpus ad ciuitatem ualentianã deducitur: & iuxta muros honorificentius tumulatur. Paſſus eſt autẽ chriſti martyr. xi. calend. februarii.

¶ De ſanctis Vincentio & Orontio martyribus. Cap. CXII.

VIncentius & Orontius martyres paſſi ſũt apud hiſpaniam tẽpore diocletiani & maximiani impatoꝝ ſub rufino ꝑſide hiſpaniaꝝ. Qui feruore fidei accenſi ſe ſpõte iudici offerentes: & xp̃m magnanimiter cõfitẽtes iuſſu preſidis capitali ſententia puniuntur: quorum corpora uictor: quidam leuita: qui eos hoſpitio ſuſceperat ſepeliuit: ꝓpter quod & ipſe a iudice tentus brachiis ſibi a cubitis preciſis in eodẽ loco ubi & illi paſſi fuerant decollari iubet. Quod uidens pater uictoris: qa ipſe chriſtianus erat: fugam arripuit: ſed a coniuge aq̃ lina nomĩe hortatus rediens una cũ filio capite ceſus eſt. Horꝝ omnium corpora põtius eps diuina reuelatione cõmonitus: plauſtro ipoſita ad loca priſtina ita lie deſerebat: donec iuxta ciuitatem hebreduneſi pue nerunt: ubi bubus ſe figentibus: nulloq̃ modo inde ultra abire ualentibus corpora martyrũ ſepulta ſunt: diuina cognita uoluntate. Horum natale recolitur. iii. calend. februarii: ut dicit ado.

¶ De ſancto Anaſtaſio mr̃e & ſociis. Cap. CXIII.

ANaſtaſius mõachus & martyr octauo heraclii ĩperatoris anno ſub ꝑſecutione coſroe regis iniqui perſaꝝ martyriũ paſſus eſt. Hic natiõe ꝑſa de regiõe razeth fundo raſuũ: uocabat magundath filius bau maximi magi: & ipe magicis ab ãnis iuuẽilibus eruditus mileſq̃ ſtrenuus fuit in regia ciuitate perſaꝝ. Poſtq̃ uero terra ſcã a coſroe rege occupata eſt: & crux dominica capta: ipſe cum chriſtianis captiuis ductis in ꝑſidẽ cõuerſatus: & ab eiſdem in fide chriſti doctus eſt: moxq̃ amore baptiſmatis inflãmatus relicta militia & magicaꝝ artium libris exuſtis: uenit in partes orientis. Et apud malleatorem quendam chriſtianũ anno integro mãſit: & artem ſuã optime didicit. A quo de myſteriis fidei plenius ĩformatus ĩeroſolymam uenit: & a quodam modeſto preſbytero baptiſma ſuſcepit. Et poſt hoc apud heliã preſbyteꝝ octo diebus deguit: a quo etiam in amore chriſti confortatus extitit. Deinde in monaſterio quod q̃ttuor milibus a hieroſolyma diſtat: ſub abbate iuſtino monaſticũ habitum ſumpſit: in quo dudũ laudabiliter uixit. Poſt que martyrii deſiderio fragrans: diuina uiſione cõmonet: ut loca ſacra uiſitet: & ſic ad paſſioue optatam ueniet. De licẽtia igitur ſui abbatis abiit dioſpolim: deinde ceſareã paleſtine: deinde ſacris locis luſtratis calcedoniam uenit: ubi dum quoſdam magos repertos argueret: & ĩterrogatus cuius eſſet ſecte: ſe chriſticolam reſpondiſſet: tentus eſt a barbazana iudice imperatoris coſroe: & uinculis ferreis abſtrictus per dies plurimos: deinde grauiſſime ceſus: in caſtello quodam artiſſime cuſtodie mancipatur: ubi angelica uiſitatione cum ſplẽdore nimio confortatur. Que cum imperatori relata fuiſſent: ipſumq̃ olim ſuum militem recoluiſſet: mandauit illum ſibi in perſidam uinculis ferreis conſtrictum deſtinari. Quem cum ſibi preſentatum & ĩterrogatum chriſtianiſſimum repperiſſet in predio bethſalces ipſum magno catenarũ pondere preſſum

duriſſimo carceri mancipari iuſſit: & inedia diebus quindecim macerari. Poſthec eductum iterũq; interrogatũ & in xpi fide cõſtantiſſime pſiſtentem: ab uno brachio p duas horas ſuſpendi fecit, & poſthec iterũ flagellari. Nouiſſime cũ ſexaginta xpianis qui cum eo de ceſarea uenerant & ab eodẽ rege detenti fuerãt: extra uillam bethſalces fecit educi: ipſoſq; omnes ut ex hoc terreãt: ſpectante xpi martyre reſtibus prefocari. Qui dũ omnium nece cõſpecta cõſtantior uideretur: omnium ultimus & ipſe iuſſu impatoris prefocatus: & deinde decollatus eſt. Cuius corpus a quodã xpiano tribuno magno precio redemptũ a pſicis ab alioꝝ martyꝝ corporibus ſegregat: & ab eodẽ noctu arreptũ ad monaſteriũ ſancti ſergii martyris: quod uno miliario a caſtello diſtat: clandeſtine ducit: & ibidem honorifice tumulatur. Nunc autem dicitur eſſe in eccleſia ſancte trinitatis de uenetiis: quod ab incolis ipſius urbis de conſtantinopoli illuc aſſeritur fuiſſe trãſlatum. Qui paſſus eſt. xi. calend. februarii.

¶ De ſancto Anaſtaſio monacho & confeſſore. Cap. CXIIII.

ANaſtaſius cõfeſſor & monachus: romane eccleſie notarius fuit. Qui ſoli deo ſeruire deſiderans: officium reliquit: & in monaſterio qđ dicit ſuppentona iuxta nepeſinã urbem poſitũ monachus factus: in ſcis actibus uitam duxit: eiq; poſt tẽpus monaſterio ſolerti cuſtodia prefuit. Quadã uero nocte de rupe que cenobio ĩmõte preeminet facta uox inſonuit: que anaſtaſium primo indeuii. fratres alios nominatim ut uenirent uocauit. Paruo deinde momẽto uox ſiluit: & poſthec octauũ fratrem iterum euocauit: que quidẽ uoces ab omnibus fratribus audite ſunt. Intra paucos igit dies prius anaſtaſius abbas deinde ceteri eo ordine ex carne educti ſunt: quo de rupis uertice uocati fuerũt: frater uero ille ad quem uocandũ uox aliquantulum ſiluit: morientibus aliis paucis diebus ſupuixit: & tunc ipſe etiam uitam finiuit. Sed mira res contigit: quia dũ anaſtaſius migraret a corpore: erat qdam frater q ſuper eum uiuere nolens: prouolutus eius pedibus cũ lachrymis illum adiurauit: ut p eum ad quem ibat taliter ageret ne. vii. dies in mundo eidem ſuperuiueret. Ante uero ſeptimum diem etiam ipſe defunctus eſt: qui tamen illa nocte inter ceteros uocatus nõ fuerat: ut ex hoc aperte clareſceret: quia eius obitum: ſola ſancti anaſtaſii interceſſio obtinere potuiſſet. Hec Gregorius primo dialogo cap. viii.

¶ Explicit liber ſecundus.

¶ Incipit prologus tertii libri.

TErtius liber huius catalogi continet ſcõꝝ paſſiões & geſta: quoꝝ feſtiuitates euenĩunt ĩfra illud tps in quo repſentat eccleſia ipſius dei ſpõſe per anulũ ſubaratione atq; deſpõſatione: qđ fuit a xpi baptiſmo uſq; ad eius reſurrectioné. Et illud tps eccleſia repſentat a ſeptuageſima uſq; ad paſcha. In quo re uera tpe ſancta eccleſia primis tribus dominicis ſubarat anulo fidei p xpi doctrinã & pdicationé: hoc é in dominica ſeptuageſime ſexageſime & qnquageſime. ¶ Quã pdicationé xps. Primo p diſcipulos adimpleuit: cũ. lxxii. diſcipulos ante facié ſuã miſit in oẽm ciuitaté & locũ quo erat ipe uenturus. Et hoc in euãgelio ipſius dominice ſeptuageſime myſtice denotat: in patrefamilias q eſt ipe xps qui exiit primo mane cõducere operarios. i. pdicatores in uineã ſuã ſanctã. ſ. eccleſiã in q ipos ĩtromiſit. ¶ Secũdo ipſius pdicationis officiũ etiã per ſeipſum exercuit. Et hoc in euãgelio dominice ſexageſime figurat in ſeminatore xpo: q ſemẽ uerbi dei exiit ſemiare: qđ ipſa ueritas de ſemine pdicatiõis exponit. ¶ Tertio eã dé predicationé etiã miraculis cõfirmauit. Et hoc in euãgelio dominice quinquageſime exprimit p cecũ illuminatũ a chriſto: humanũ genus ſignificanté a cecitate culpe p uerbi dei pdicationé illuſtratum. ¶ Sequentibus uero q̃ttuor dominicis. ſ. a pria dominica quadrageſime uſq; ad dominicã paſſionis: dei ſponſa auulo ſpei ſubaratur p chriſti penitẽtiã & afflictionẽ De qua tũc iugiter memoria colit. Et quia penitentie opa in quattuor cõſiſtunt. ſ. in ieiunio oratione & elemoſyna peregrinatione: que xps cepi facere & docere ¶ Ideo ĩ pria dominica agit de chriſti ieiunio: quod ſpãlius in euãgelio cõmemoratur. Cũ enim ieunaſſet. xl. diebus & xl. noctibns &c. ¶ In ſecũda agitur de oſone: de qua ĩ euãgelio mẽtio habetur. Nã ideo monté thabor excelſum aſcendit: ut oraret &c. quod q̃uis mattheus ſileat: marcus & lucas expſſius ſonant. ¶ In tertia agitur de xpi elemoſyna: nõ qdẽ materialis pecunie quã xps pauper unde daret nõ habuit: ſed ſpiritualis gratie quã egros ſanando cõceſſit: iõ in euãgelio cecus: ſurdus: mutus: & demoniacus ab oĩbus ipſis paſſionibus liberatus introducit. ¶ In quarta agit de pegrinatione: que in euãgelio ſpecialiter recolitur. Ideo ibi abiit ieſus trãs mare galilee &c. ¶ Vltimis uero duabus dominicis eccleſia anulo charitatis decoratur: dominica paſſiõis uidelicet & palmaꝝ p xpi mortẽ & paſſionẽ: que tũc deuotiſſime celebrat. Et merito duabus dominicis talis memoria recolit: quia duo ſunt pcepta charitatis dei. ſ. amor & pximi: quã xps p nobis patiẽdo ſignanter exhibuit infinitã. ¶ Et iõ in prima dominica agit de paſſione mẽtali qué pertulit a iudeis iectus & expulſus: quod ad lram in domini cali euãgelio & p totã legit ſeptimanã. ¶ In ſecũda agitur de paſſiõe corporali: quã ſuſtinuit in carne paſſus & crucifixus: quod in q̃ttuor paſſionibus in ipſa hebdomada ad litteram demonſtrat. Ad huius igit temporis feſta perquirenda ueniendum eſt.

¶ Incipit liber tertius a ſeptuageſima uſq; ad paſcha dominice reſurrectionis.

¶ De ſeptuageſima. Cap. I.

SEptuageſima ſignificat tẽpus deuiatiõis: & incohatur a dominica: in qua cantat officium Circũdederũt me: & terminatur in ſabbato poſt paſcha. eſt aũt inſtituta ꝓpter tres rationes ut dicit Ioannes beleth in ſumma uidelicet. ¶ Primo propter redemptionẽ. Nam quia ſancti patres ſtatuerant ut ꝓpter uenerationẽ dominice aſcẽſionis quinta feria ſicut & dies dominica ſolẽnis eẽt: & in ipſa nullus penitus ieiunaret: & ſic de diebus q̃drageſime ſeptem dies diminuebant. ſ. oés quinte feꝛie. Ideo in redemptione illoꝝ ſancti patres unã ſepti-

manã quadrageſime in ieiunio premiſerunt: quam & ſeptuageſimã uocauerunt. ¶ Secundo ꝓpter ſignificationẽ. Nã hoc tẽpus ſignificat deuiatio exilii: & tribulatio generis humani ab Adam uſq; ad finẽ mũdi. Quod quidem exiliũ ſub reuolutione ſeptẽ dieꝝ agitur & ſub ſeptẽ miliũ annoꝝ tpe ĩcludit. Ab initio ãt mũdi uſq; ad aſcenſionẽ ſecundum quoſdã ſex miliũ annoꝝ cõputat. Extũc uero quicqd tpis ſequit ſub ſeptimo millenario cõprehendit: cuius terminũ ſolus deus nouit. Nos igit xps ĩ ſexta mũdi etate ab hoc exilio in ſpe eterne retributionis ĩocẽtie ſtola reddita: ꝑ baptiſmũ eripuit: ſed cõſumato exilii tẽpore nos utra q; ſtola decorabit. Hinc eſt: q; in hoc exilii tpe cantica letitie deponimus. Sed in ſabbato paſche unũ alleluia decantamus: tanq; in ſpe patrie gratulantes & ſtolam innocentie ſexta etate per chriſtum recuperantes. Cui etiam tractus ſubiicitur: quo ſignatur labor: quem adhuc in mandatorum adimpletione retinemus. In ſabbato uero poſt paſcha ubi ſeptuageſima terminatur: duo alleluia cantamus: quia completo exilii termínio duplicem ſtolam glorie conſequemur. ¶ Tertio propter repreſentationem: quoniam hoc tempus. lxx. dierum repreſentat. lxx. annos quibus filii iſrael ſub captiuitate babylonica ſeruierunt. Et deponimus cantica letitie quemadmodum & illi depoſuerunt dicentes: Quomodo cantabimus cãticũ domini in terra aliena: In ſabbato uero paſche alleluia cantamus: quia & illi anno ſexageſimo data ſibi redeundi licentia letari ceperunt. Sed ſtatim tractum ſubiungimus: quia & illi ab edificatione templi uſq; ad annos. lxx. completos prohibiti fuerunt. Ideoq; ſabbato quo ſeptuageſima terminatur: duplex canimus alleluia: eorum plenam letitiam poſtquam uenerunt in patriam figurantes. Hoc etiam tps exilii & captiuitatis iudeoꝝ repreſentat tẽpus noſtre deuiatiõis in qua ſtetit humanum genus a primo paréte uſq; ad xpi aduentũ ꝑ decurſum quinq; etatũ. & ſicut illi ſexageſimo anno ſunt liberati: ſic & nos in ſexta mũdi etate. & ſicut adhuc in colligẽdo ſarcinulas laborauerũt: ſic & nos etiã liberati in mandatoꝝ adimpletiõe laboramus. Sed cũ ad patriam peruentũ fuerit: oĩs labor ceſſabit: & gloria ꝓfecta erit: & duplex alleluia cãtabimus: quia aĩa & corpe duplici gloria ueſtiemur. ¶ In hoc ergo exilii tpe eccleſia multis tribulationibus ꝓſſa & fere in barathro deſperationis poſita ab alto trahens ſuſpiria: clamat in officio Circũdederũt me genitus mortis &c. oſtendés ſui tribulationẽ: & pro miſeria contracta: & pro duplici pena inflicta: & pro culpa cõmiſſa. Cui tamẽ in epiſtola & euangelio ne deſperet ꝓponit triplex remedium & triplex ꝓmium. Remedia ſunt: ut in uinea aĩe ſue laboret abſcindendo peccata. In ſtadio uite currat ꝑ penitentia opa. Et uiriliter in agone pugnet cõtra diaboli tẽtamina: quia laboranti dabit denarius: currenti brauiũ: & pugnanti coroã. ¶ Et quia tẽpus iſtud deuiationẽ noſtrã ſignificat: que incipit a ꝓtoplaſto: merito hoc tẽpore liber geneſeos legit: in quo deuiatio prioꝝ parẽtum facta per peccatum recolit. Et quia in hebdomada ſeptuageſime prime etatis tẽpora recolunt: merito ſcõꝝ patrum prime etatis geſta immediate ſubiiciũtur: eo q; eoꝝ obitus dies penitus ſcripti non reperiunt. Quãuis de primo hominũ adam qdam codices uideantur exprimere: q; eodem in anni circulo die: quo ſecũdus adam fuit de femina uirgine incarnatus: & primus adam fuerit de terra uirgine formatus ſcilicet. viii. cale. aprilis. Quo ẽt die ſicut & ſecũdus adã: poſt. xxxiii. etatis ſue annos fuit in carne paſſus: ſic & eodẽ die primus adam poſt. ccccccccxxx. annos ſue creationis fuiſſet ꝑ mortẽ corporaliter reſolutus. Quo etiã die uolunt ad litterã: abel iuſtũ a caim fratre ꝑ inuidiam interfectus. Sed quia hec ex autético quoquã uolumine nullam obtinẽt auctoritatẽ. Merito geſta patrꝝ huius prime etatis eo tpe ponimus: quo eoꝝ uite decurſus ad litterã & acta cõmemoramus. ¶ Et notandũ q; licet nõ oẽs ſancti prime & ſecũde etatis in libro geneſis ſpecialiter nominati in ſcõꝝ patrꝝ catalogo ex textu ſacre pagine reperiant aſcripti: utpote cum de prima etate ſolus abel in euãgelio: & de eadẽ ſolus enoch & de ſecũda ſolus noe in eccleſiaſtico nominent ut iuſti. Ceteri tamẽ in eiſdẽ etatibus ſpecialius expreſſi: ut dicit Ioſephus triplici ratione in ſanctoꝝ numero ſũt cõtexti. ¶ Primo quia ꝑ eoꝝ generationẽ deuenit ad abraham: qui ex oĩbus gentibus ſolus electus in tantũ deo placuit: q; inter oẽs homines ſignũ circũciſiõis accepit: unde nec credendũ dicit: deũ ꝓmiſiſſe tantum patrem ex alicuius reprobati hominis ſemine ꝓpagari. ¶ Secũdo quia uſq; ad tertiã etatẽ: nulla preceſſerat idolatria ꝓpter quã patres illi a ueri dei cultu potuiſſent diuelli. Et ſi in aliis aliquãdo uel leuiter deliquiſſent: eoꝝ omiſſa facilius ꝑ penitentiã laxabant. Non enim niſi ad ſolius naturalis legis obſeruantiam erãt obligati nulla lege ſcripta adhuc homini impoſita. ¶ Tertio quia longiſſimas etates trãſigentes abnepotes & trinepotes etiam cũ abauis & triatuis in euo cõcurrebãt: quod quia eoꝝ ꝓgenitores erant ſanctiſſimi: horꝝ exemplis & doctrina formabant: unde nec putandũ eſt illos a lege nature declinare: quã atauos & deinceps omnes ſuccedentes ad unguem cernebãt obſeruare. Hanc igitur opinionem aſſecutus: duarũ primarum etatum patres in geneſi nomĩatos: ꝑ quos ad habrahe progeniem deuenitur ſanctorum catalogo inſerendos non immerito fore decreui.

¶ De ſcõ Adã humani generis patre. Cap. II.

ADam totius humãi generis pater ſicut fuit primus hominũ ſic & primus creditur eẽ ſcõꝝ. Nam licet inobedientie peccato diuini mandati tranſgreſſor grauiſſime deliquerit. Peccatum ſuum tamen deflens adeo per penitentiam deleuit: q; ueniam in chriſti morte futura & predeſtinata a ſeculis meruit: & moriens nulla purgationis pena dignus fuit. Nõ enim minus & petrus chriſtum negando peccauit: qui tamen culpam & lachrymis contriuit: & remiſſione conſecuta nec ſanctitatem amiſit. Quod autem adam ſanctus fuerit ex eo maxime creditur: q; in horto ſepulture domínice tumulatus: cum chriſto reſurrexiſſe perhibetur: & una cum ceteris ipſius reſurrectionis teſtibus: beata in eternis ſedibus ĩmortalitate ueſtiri: ut dicit hieronymus. ¶ Adam ergo in principio mundi in conſumatione omnium creaturarum ab opifice ſummo de limo terre corporeis membris in agro damaſceno formatus & anima rationali ad dei imaginem & ſimilitudinẽ producta ſpiritualiter inſpiratus: oĩbus animantibus aeris aque & terre dominator ꝓpoſitus.

est. Quibus etiam omnibus iubente deo nomina imposuit & ex illis nullũ sibi simile fore cognouit. Deinde transtulit eum deus in paradisum uoluptatis quẽ plantauerat ab initio: ut operaretur & custodiret illũ. Et ne minor esset felicitas ne consorte careret: quia sine socio nulla est iocũda possessio: fecit dominus euã de costa ade dormientis in paradiso: ut esset homini in adiutorium: nedum ad societatis solatium: sed etiã ad propagande prolis obsequium. Tunc Adam prophetico spiritu & iura matrimonii statuit: & multa de christo & ecclesia coniuge ꝓphetauit. Quibus deus legem imposuit: nec comederent de ligno sciente boni & mali: qui tamen per diabolum fuerunt in forma serpentis seducti comedẽtes de pomo ligni ꝓhibiti. Pro quo statim se nudos uiderunt & pro disconuenientia nuditatis: ficus folia cõsuẽtes perizomata sibi fecerunt. Prima siquidẽ die qua creati fuerãt: precepto dei contẽpto: post increpationẽ a domino sibi facta a paradisi delitiis sunt exclusi. Posuitq; dominus ante paradisum mũdi igneum iugẽ custodiam angelos. Eiectusq; adã cũ uxore sua habitauit in hebron qd est iuxta agrũ damascenũ: unde fuerat ꝓcreatus: in sudore uultus sui terrã operans & exide comedẽs panem. ¶ Adã ergo & eua de paradiso uirgines egressi. xv. etatis sue anno generunt caim & uxorem eius calmanam. Anno uero. xxx. etatis sue natus est abel & uxor eius delbora. Quo a caim per inuidiã occiso ipsum. ioo. annis adã & eua in ualle lachrymarũ defleuerunt: uouitq; adam se ultra uxorem non cogniturũ. Sed deo uolente angelo commonitus uotum fregit: annoq; .ioo. post mortẽ abel amore prolis uehemẽter exestuans euã cognouit: ex eaq; genuit filiũ nomine seth cum esset annorũ. ccxxx. Et ultra pronominatos .xxx. filios & totidẽ filias semper gemellos utroq; sexu ꝓgenitos legit̃ habuisse: uiditq; filios & filias & filiorũ filios & nepotum suorũ usq; ad octauã generationem. Vixit quoq; adã. ccccccccxxx. annis. i. usq; ad .lvi. annũ natiuitatis lamech secundũ hebreos: iuxta interptes uero usq; ad. xliiii. annũ natiuitatis mathusalẽ: & mortuus est. ¶ Legit̃ quoq; in euãgelio nicodemi: q; dũ adam egrotaret: filius eius seth accessit ad ianuã paradisi: & petiit ab angelo de oleo misericordie: quo patrẽ inũgeret: ut sic ad sanitatẽ rediret. Cui angelus plantã de ligno in quo adã peccauerat tradidit: & ut eã plantaret admonuit: dicẽs q; quando fructũ faceret: pater eius cõualesceret. Qui rediens patrẽ mortuũ repperit: & eum in hebron: ut quidã asserũt: sepeliuit. Quidã dicũt in eodẽ horto: ubi & dominus crucifixus est & sepultus: unde postmodũ & cum eo resurgente adã extitit suscitatus. Plantã uero seth cõseruit super tumulum patris: que in arborem crescẽs durauit: usq; tempora salomonis: quam ille postmodũ excidit: & in domo saltus in edificio posuit: quod lignum regina sabba uidit: cum salomonẽ uisitauit: eiq; p spiritũ predixit: q; in ligno illo quidã fuerat suspẽdendus: per cuius mortẽ regnum iudeorũ fuerat destruendũ. Salomon ergo lignũ amouit: & in uisceribus terre ꝓfundius inclusit. Quod tamen passionis christi tempore superenatauit: & lignũ principalius fuit: in quo christus cõfixus extitit. Hec de libro geneseos cap. ii. & iii. & de libris hieronymi & iosephi & ex chronicis guilelmi.

¶ De sancta Eua matre. Cap. III.

EVa mater omniũ uiuentiũ in paradiso de latere de costa uiri dormientis a deo ꝓducta: & eidẽ matrimonio copulata: significauit ecclesiam de latere christi patientis per aquam & sanguinem ꝓcreatã: & sibi in sponsam uitam: matremq; fideliũ appellatã. Hanc ut sexu molliorẽ diabolus tentaturus hominem prius impetiit: adeo q; mulier decepta serpenti assensit: & de pomo ligni uetiti prior comedit: deinde uiro ad uescendũ porrexit. Cui adã ad cõplacentiã uxoris maxime sibi cõsensit. Ob hoc mulier a deo duplicẽ maledictionẽ accepit: ut in dolore filios pareret: & uiro subiecta semper existeret Eua igitur post transgressionẽ una cum uiro peccatum defleuit: & ueniam promerens & ipsa a deo sanctificationem percepit. Quot autem annis uixerit: uel utrum ante uirum decesserit: nulla scriptura cauetur: nisi q; in eodẽ sepulchro cum Adã deposita fuisse prohibetur.

¶ De sancto Abel. Cap. IIII.

ABel secundo genitus adam primus martyr & uirgo: iustus & sanctus non solũ ex domini sententia matthei. xxiii. sed etiam ex geneseos testimonio comprobatur: quia accepta eius a deo narrantur munera genesis. iiii. Cuius frater maior natu caim dolosus: maliuolus: inuidus & auarus fuit agricola. Nam ut auaritie sue consuleret: prius coluit terram. Abel autem simplicissimus & innocens in pascendis ouibus occupabatur. Creditur adam in spiritu filios docuisse: ut deo offerrent decimas & primitias. Igitur anno. cxxx. uite Adam cum caim de primitiis frugum deo tantummodo paleas segetes corrosas: aut secus uiam conculcatas in sacrificium obtulisset: & Abel de primitiis omnium pinguiora domino immolasset: dominus eorum cogitationes noscens: ad abel munera respiciens caim munera non respexit. Ignis enim de celo ueniens abel munera accendit & consumpsit. Iratusq; caim: & inuidia ductus: erubescens minorem sibi germanum preferri: Abel fratrem suum in agro demasceno interfecit. Sed increpatus a domino de fratricidio: & de uenia desperans uagus & instabilis positus est super terram. Et posuit in eum dominus tremorem capitis: ut sic ex signo sciretur punitus a deo: & indignus misericordia ne interficeretur. Qui tamen inter fructeta latitans: dum Lamech ab eo septimus uenaret̃: putatus ut bestia: quia pilosus & hispidus sagitta directa in eum ab eodem est interfectus. Omnisq; ipsius ꝓgenies uniuersali est deleta diluuio. Sicq; sanguis

abel sancti in persona caim & eius fuit ꝑple uidicatus.

¶De sancto Seth. Cap. V.

SEth filius adam ex quo omne genus humanū in presenti consistens ꝑpagatū est: natus est anno cētesimo post morte Abel cū esset Adā annoꝝ.ccxxx. In hoc enī magis conuenit imitari interptes q̄ hebreos: interpretes enim ponunt Adā annoꝝ.ccxxx. ut dictū est: quando genuit Seth: hoc mō cōputantes uidelicet: quia Adā annoꝝ.xxx. genuit abel: qui cū esset.c. annoꝝ: & Adā .cxxx. occisus est a Caim qué adam.100. annis defleuit: anteq̄ cuam denuo cognouisset: & sic adā.ccxxx. annoꝝ genuit Seth: & non.cxxx. ut hebrei tradunt. Super uixit autē adam nato seth annis.cccccc. & sic annorum.ccccccccccxxx. mortuus est. Seth autem iussu patris superauit ꝑplē suam: qui dicebant filii dei a stirpe caim: qui filii hominū uocabantur. Sed ꝑcessu tēporis cōiuncti sunt: & inde gigantes exorti. Ipse aūt seth cū esset uir egregius: imitatores sui filios dereliquit. Qui scientes esse predictū ab adam duo diluuia mundo uentura: unū per aquam: aliud per ignem: ea in duabus columnis cōscripserunt: altera lapidea cōtra aquam: altera lateritia contra ignē: ne per hoc delerent. Ipsi etiā disciplinam reꝝ celestium & eaꝝ ornatus primitus inuenerunt. Vixit aūt annis.cv. & genuit Enos: cui superuixit annis.ccccccccvii. usq; ad annos.clxvii. natiuitatis Lamech: & sic annorum.ccccccccccxii. mortuus est: Hic ex eo etiā inter sanctos pres cōputari debet: q eius ꝑgenies filii dei appellati sunt.

¶De sancto Enos. Cap. VI.

ENos filius fuit seth qui ab eodē progenitus est: cū esset annorum.cv. ut dictū ē annis ab adam creatione de cursis.cccxxxv. Iste prius incepit inuocare nomen domini: forte inuenit ubera deprecatoria ad inuocandum deum: uel forte ad excitandū pigritiā memorie dei: deum effigiauit ut modo fit. Et ex hoc etiam iter sanctos patres: sanctus & ipse computari meretur. Qui annorum.xc. genuit Cainam. Post cuius ortum uixit annis.cccccccccxv. uidelicet usq; ad.lxxxiiii. annū natiuitatis Noe. Et cū esset annoꝝ.ccccccccccv. mortuus ē.

¶De sancto Cainam. Cap. VII.

CAinā filius Enos ab eodē ꝑcreatus est: cū esset annoꝝ.ccccccccccv. ut superius dī annis uite ade decursis.ccccxxv. Qui cū esset annoꝝ.lxx. genui malalehel. Quo nato uixit ānis.ccccccccxl. uidelicet usq; ad ānos.clxxvii. natiuitatis Noe. Et sic cainā ānoꝝ.ccccccccccx. mortuus ē.

¶De sancto Malalehel. Cap. VIII.

MAlalehel filius Cainā anno.lxx. etatis parētis editus ut ꝑmissum est: postq̄ uidelicet adā ānos uite sue.ccccxcv. trāsegerat. Qui annoꝝ.lxv. genuit Iared. Cui ꝑgenito superuixit annis.ccccccccxxx. usq; ad annos natiuitatis Noe.ccxxxiiii. Et sic Melalehel annorum.ccccccccxcv. mortuus est.

¶De sancto Iared. Cap. IX.

IAred filius Malalehel ex eo genitus cum esset annorum.lxv. ut iam tactum est. Reuolutis annis ade.ccccclx. Hic cū esset annorū.clxii. genuit Enoch. Cui nato superuixit annis.ccccccccc. usq; ad annos.ccclxvi. natiuitatis Noe. Et sic Iared annoꝝ.ccccccccclxii. mortuus est.

¶De sancto Enoch. Cap. X.

ENoch filius Iared primus omniū patrum testaméti ueteris & solus prime etatis in catalogo sanctoꝝ ponit ecclesiastici.xliiii. Qui anno etatis patris.clxii. natus est: ut in superioribus tangitur: annis ade uite transactis.cccccccxxii. Qui etiam annoꝝ.lxv. genuit Mathusalem. Cui annis.xxx. superuixit in orbe. Hic enoch deo placuisse scribit: eo q̄ cū deo ambulauit: subaudi preceteris uiam mandatoꝝ domini custodiuit. Et non ultra comparuit: quia tulit eū deus. Postq̄ enim mūdo uixerat ut dictū est: translatus est in paradisum uoluptatis ad tēpus: ut in fine tēpoꝝ cum helia ueniat: & corda filioꝝ ad patres cōuertat. Fuit etiā septimus in generatione pioꝝ: sicut & Lamech septimus in generatione reprobоꝝ: qui primus bigamiam itroduxit & parricidium in caim commisit: unde forte etiam ut quidam dicunt: propter septenarium numerum diuino numini consecratum: enoch acceptior deo fuit: qué septima editū generatione suscepit. Hūc enoch nō nulla diuina scripsisse & aliqua prophetasse Iuda apostolo testante cognouimus: unde & filii eius & nepotes in studio sapientie feruentes fuerunt.

¶De sancto Mathusalem. Cap. XI.

MAthusalé filius enoch anno uite parentis .lxv. natus: ut dictū est annis ad uite trāsactis.ccccccclxxxvii. Hic ānoꝝ.clxxxvii. genuit Lamech. Post cuius natiuitatē imple uit annos.cccccccclxxxii. ideſt usq; ad diluuium. Et sic Mathusalé annoꝝ.ccccccccccclxix. mortuus est. Quidā aūt hēnt Mathusalé annis.ccccccccccclxxxiii. uixisse: & sic annos.xiiii. post diluuiū trāsegisse: quo tpe uidelicet anno illo quo diluuiū factū ē: dicūt eū i padisum aꝑ patré trāslatū & ibidē secū māsisse: donec diluuiū finitū fuit. Et post hec asserūt eū ad terras iter hoies euectū esse & ānis.xiii. supuixisse. Eo q̄ i arca nō legit fuisse. Hieronymus tamē asserit q̄ mortuus ē anno eodē quo & diluuiū factū est. Qđ etiā diligēs cōputatio annoꝝ eius secūdū genesim māifestat. Huius Mathusalé anno etatis.xliiii. adā die clausit extremū secūdū interptes: secundū hebreos aūt anno.lvi. etatis Lamech. Eo q̄ ut dictū est hebrei annoꝝ.cxxx. adā genuisse seth dicūt. Interpretes uero annoꝝ.ccxxx.

¶De sancto Lamech. Cap. XII.

IAmech filius Mathusalé anno uite ipsius .clxxxvii. mūdo editus ē: decursis secūdū interptes ab obitu adā annis.cxliii. secūdū hebreos uero etatis ade adhuc uiuētis anno .ccccccccclxxiiii. Cā discreptiōis supius assignat. In hoc aūt interpretū opinio approbabilior esse uidetur. Igitur Lamech cum cēt annoꝝ.clxxxii. genuit Noe. De quo & spū ꝑphetico uaticinatus est: q̄ genus humanū consolari debebat ab opibus & laboribus manuū suaꝝ in terra cui dominus maledixit quasi futuꝝ aliqd magni noe & famosissimū in orbe terraꝝ his uerbis insinuās. Post cuius obitū supuixit Lamech annis .ccccccxcv. Sicq̄ annoꝝ.ccccccccclxxvii. mortuus est uidelicet.vi. ānō ante diluuium. Hec ex libro geneſis cap. v. & ex chronicis Hieronymi ioſephi & methodii nec non ex historia scholastica disperſim collecta descri buntur.

¶De ſcá Emrẽtiana uirgine & mr̃e. Cap. XIII.

EMerentiana uirgo & mr̃ collectanea fuit beate agnetis uirginis: & ipſa ciuis rõana. Que licet eẽt adhuc catecumina fide tamẽ xp̃ianiſſima: ad ſepulchrũ uirginis ſtabat: & gẽtiles de eor̃ ipietate redarguebat. Et dũ contra furẽtes turbas ſtaret intrepida: lapidata eſt ab eis oráſq; iuxta ſepulchrũ uirginis emiſit ſpiritũ. Quam ambroſius dicit fuiſſe in ſuo ſanguine baptizatã. Statiq; terremotus cũ coruſcationibus & tonitruis eruperunt: adeo q; pleriq; ex inſano populo perierunt. Corpus autem emerentiane iuxta corpus beate agnetis ab eius parentibus ſepultum eſt. x. calen. februarii. Pagani autem exterriti nullũ exinde uenientium ad memoriã uirginis in aliquo ledere p̃ſumpſerunt.

¶De ſancto Parmena diacono. Cap. XIIII.

PArmenas fuit unus de. vii. diaconibus ab apoſtolis electus: ut habetur actuum. vi. Hic traditus gratie dei a fratribus iniunctum ſibi predicationis officium fideliſſime cõplens: plena fide conſumatus martyrii gloriã adeptus eſt. qui & philippis ſepultus quieuit. x. calẽ. februarii: ut dicit hieronymus in martylogio ſuo.

¶De ſancto Aſcla martyre. Cap. XV.

AScla martyr paſſus eſt apud egyptum ciuitatẽ antinonũ tempore diocletiãi iperatoris ſub p̃ſide arriano: q primo atrociſſime ſuſpẽdio tortus: deĩde lateribus flãmis admotis exuſtus: ad ultimũ in flumine precipitatus p̃cioſam xp̃o animã reddidit. x. calen. februarii. Sepultuſq; eſt in ipſa ciuitate a chriſtianis miniſterio philemonis & appollinii diaconorum.

¶De ſcis Seueriano & Aqla mr̃ibus. Cap. XVI.

SEuerianus & aquila uxor eius in prouincia mauritanie ciuitate zenoceſarea paſſi ſunt. Qui pro nominis chriſti inuicta cõfeſſione flammis iniecti ignium cõflagratione combuſti: coronam martyrii a domino perceperunt. x. calen. februarii: ut dicit ado.

¶De ſancto Timotheo diſcipulo. Cap. XVII.

TImotheus diſcipulus beati pauli apoſtoli fuit: ut polycrates p̃ſbyter ſcribit. Qui liſtris exortus lycaonie ciuitate filius mulieris uidue: ut in actibus apoſtolor̃ habet cap̃. xvi. ab eodẽ paulo in fide doctus & baptizatus eidẽ cõperegrinus factus eſt. Cũ quo deueniẽs ad epheſum ciuitatẽ aſie metropoli: ibidẽ ab apoſtolo ep̃s ẽ ordinatus iperante nerone: ubi doctrinis & miraculis coruſcauit: & glorioſi euangeliſte ioannis auditor fuit: quo in pathmos inſula ſub domitiano relegato: locum eius tenuit. Sed dũ gentiles in feſto diane ad tẽplũ eius accedẽtes a ſacrificiis ꝓhibere niteret: furẽte populo in eũ: palis & lapidibus mactat: & ſemiuiuus relictus a xp̃ianis in monte adiacẽti ciuitati reducit: ubi. ix. calen. febr̃. quieuit in pace imperante nerone. Sepultuſq; eſt in epheſo ciuitate.

¶De ſanctis Babila epiſcopo & ſociis martyribus. Cap. XVIII.

BAbilas ep̃s antiochenus & martyr cũ tribus paruulis urbano: p̃lidano & epollono ſub numeriano iperatore paſſus eſt. Qui dũ eſſet antiochie & xp̃ianor̃ eccleſiã ĩgredi uellet: babilas ĩgreſſum ꝓhibuit: manus pectori iperatoris apponẽs. Propter qd̃ tentus ab iperatore: & in carcere afflictus eſt ipoſitis torque ferreis in collo eius: & cõpedibus in pedibus eius. Deĩde numeriano exhibitus cĩ de aliis xp̃iãis ĩterrogaret: reuelauit tres hẽre ſpũales filios a ſe in fide doctos. ſ. urbanũ: p̃lidanũ: & epollonũ: quor̃ primus erat annor̃. xii. ſecundus. ix. tertius. vii. Quos oẽs mox iperator cũ matre theodola cõprehẽdi iuſſit. Qui dũ oẽs xp̃m cõfiterẽt Primo quidẽ theodolã alapis ceſam: tormẽtis filior̃ adhibẽdis aſſiſtere fecit: ut grauius ipſa mente q̃ illi corpore torqueret: & pueros in cathomo leuari mãdauit: ac priori plagas. xii. inferri: ſecundo. ix. tertio ãt. vii. iuxta numer̃ annorum ſuor̃ quos mater cũ ep̃o uiriliter confortabant. Deinde babilã una cũ infantibus ſuſpenſos & grauiter tortos. Dũ oĩa conſtantiſſime toleraſſent: & xp̃m unanimiter cõfiterentur: gladio animanuerti precepit: quor̃ corpora ſancta theodola ſepeliuit. ix. calendas februarii.

¶De ſanctis Mardonio & Muſone & ſociis martyribus. Cap. XIX.

MArdonius: muſon: egenius: & marcellus martyres apud zeneoceſaream ciuitatem mauritanie ꝓuincie paſſi ſunt. Quos omnes detentos & in xp̃i confeſſione perſiſtẽtes iuſſit iudex ignibus tradi: & eor̃ reliquias in auſum fluuiũ diſpergi: ut xp̃iana ſepultura carentes: a fidelibus minime nominibus martyr̃ colerentur: qui paſſi ſunt. ix. calen. ianuarii: ut dicit ado.

¶De cõuerſione ſcĩ Pauli apoſtoli. Cap. XX.

COnuerſio ſcĩ Pauli apoſtoli facta eſt eodẽ anno: quo xp̃s paſſus eſt & ſtephanus lapidatus: anno. ſ. nõ naturali ſed emergenti. Nã xp̃s paſſus eſt. viii. calen. aprilis. Stephanus eodẽ anno. iii. nõũ auguſti lapidatus ẽ. Paulus uero mẽſe ianuario ſubſequẽte cõuerſus eſt. ¶Celebratur aũt eius cõuerſio potius q̃ multor̃ ſanctor̃ triplicĩ rõne. Primo pp exẽplũ: ut nullus quantũcũq; peccator deſperet de uenia q̃do tantũ in culpa talẽ cõſpicit: poſtmodũ fuiſſe in gr̃a. ¶Secũdo ꝓpter gaudiũ: ut ſicut eccleſia magnã triſtitiã habuit in eius cõuerſione: ita maximã letitiã habuit in eius cõuerſione. ¶Tertio ꝓpter miraculũ quod dominus in eo oſtẽdit. Dũ de ſeuiſſimo perſecutore fecit fideliſſimum predicatorem. Eius autem conuerſio fuit miraculoſa ratiõe chriſti efficientis: modi diſponẽtis: & pauli patientis. Rome chriſti efficiẽtis: quia ibi oſtendit ſuam mira'

ARphasath filius Sem anno etatis patris. cii. genitus est uidelicet anno etatis noe. ccccccccii. Qui cum esset annorum. xxxv. genuit sale: quo nato superuixit annis. ccciii. uidelicet usq; ad annos. xlviii. natiuitatis abrahe. Et sic arphasat annorum. cccxxxviii. mortuus est.

¶ De sancto Sale. Cap. XLIX.

SAle filius arphasath ãno etatis pris. xxxv. procreatus est: ut superius continetur: anno etatis Noe. ccccccccxxxvii. Hic enim cũ esset annorum. xxx. genuit heber: quo nato supuixit ãnis. cccciii. uidelicet usq; ad annos. xvi. natiuitatis iacob. Et sic sale ãnoꝝ. ccccxxxiii. mortuus ẽ.

¶ De sancto heber. Cap. L.

HEber filius Sale etatis parentis anno. xxx. natus est: ut dictum est anno. s. etatis Noe. ccccccclxvii. qui cum esset annorũ. xxxiii. genuit faleth: quo nato superuixit annis. cccxxx. scilicet usq; ad annũ. lxxix. natiuitatis iacob. Et sic ipletis ãnis. ccccl xiiii. mortuus ẽ. Ab hoc heber hebreoꝝ genus nomẽ accepit. Quidã uero dicunt ab abrahã: unde hebrei quasi abraei dicti sunt.

¶ De sancto Faleth. Cap. LI.

FAleth filius heber etatis parẽtis anno. xxxiiii. progenitus est: ut superius est premissum: anno. s. etatis Noe. ccccccccci. qui cum esset annorum. xxx. genuit reu: cui nato superuixit annis. ccix. usq; ad annum. xlviii. natiuitatis abrahe. Et sic ipletis annis. ccxxxviiii. mortuus ẽ. Cuius tẽpore edificata est turris babei a nemroth principe filiorum cham: & aliis ex filiis Sem & iaphet cõplicibus eius. Ita q; in ipso edificio de unaquaq; generatione omnium trium filioꝝ noe aliqui cõuenerũt. Et sic cũ esset sola una lingua hebrea in. lxxii. linguas humanus sermo diuisus est hebrea lĩgua in sola familia heber remanente: que in tali conspiratione nõ fuit. Diuiseq; sunt familie Noe in tribus partibus mundi: filii sem asiam: filii cham aphricã: filii uero iaphet europam regionem tenuerunt.

¶ De sancto Reu. Cap. LII.

REu qui & ragau filius faleth etatis patris anno. xxx. genitus ut dictum est anno uidelicet Noe. ccccccccxxxi. Cum esset annorum. xxxii. genuit saruch. Quo progenito supuixit ãnis. ccvii. uidelicet usq; ad annũ. lxxviii. nati abrahe. sicq; reu ꝺcursis ãnis. ccxxxix. mortuus ẽ.

¶ De sancto Saruch. Cap. LIII.

SAruch filius reu natus est anno etatis patris. xxxii. ut dictum est. uidelicet anno etatis Noe. ccccccccclxii. Qui cum esset annorum. xxx. genuit nachor. Quo nato superuixit annis. cc. uidelicet usq; ad annum unũ post natũ Isaac. Et sic saruch annorum. ccxxx. mortuus est.

¶ De sancto Nachor. Cap. LIIII.

NAchor filius saruch natus est anno etatis patris. xxx. ut dictũ est: uidelicet anno etatis noe. ccccccccclxii. Qui cum esset annoꝝ. xxix. genuit thare. Cuiq; nato superuixit annis. cxix. uidelicet usq; ad ãnos. xlix. natiuitatis abrahe. Et sic nachor annorum. cxlviii. mortuus est.

¶ De sancto Thare. Cap. LV.

THare filius nachor anno etatis pris. xxix. natus est ut superius dictũ est anno uidelicet Noe. ccccccccccxxi. Qui annoꝝ. lxx. genuit tres filios: uidelicet abrã q & abrahã de quo suo loco dicẽt: & nachor atq; arã. Post quoꝝ natiuitatẽ supuixit annis. cxxxv. uidelicet usq; ad annos. xxxv. natiuitatis isaac. Et sic thare annorum. ccv. mortuus est. Habitauit aũt thare in ciuitate chaldee: que uocaꝫ ur: ubi interfecto filio eius aram a chaldeis ut statim dicẽt: Thare molestẽ ferens nec ualens substinere iniurias que sibi faciebant: eo q; ignẽ nollet colere quẽ chaldei colebant: tulit oẽm suã familiã filios

uidelicet & nepotes:& egressus inde de terra nati ui/
tatis sue habitauit peregrinus in mesopotamia in ci/
uitate que dicit arã siue charrã:ubi & mortuus est.

¶De sancto Aram. Cap. LVI.

ARam filius tharre & frater abre in terra chaldeoꝝ genuit filium nomine loth & duas filias: quaꝝ una uocata est melcha & alia sarai.Cũ aũt chaldei ignẽ adorarẽt: & abraam atq; aram filios thare ad colendũ ignẽ cõ/
pellerent:illiq; utpote ueri dei cultores recusarent:p/
iecerunt eos chaldei in ignem.Et aram ibi expirante Abram dei auxilio de flãma liberatus est: ut tradunt hebrei unde dicit. Ego sum qui te eduxi de ur chal/
deorum:quia chaldei ur ignem appellabant: unde & aram inter ueteris testamenti matres ascribit:quia p ueri dei cultus religione occisus est.Tunc thare pater eius dedit melcha filiam aram in uxorẽ nachor filio suo & sarai alteram eiusdem filiã dedit in coniugem abre alteri filio suo.Et quia sarai sterilis erat abrã ado ptauit loth filium aram fratris sui & fratrem sarai in filium.Cum quibus omnibus thare egressus de terra chaldeorum habitauit in aram ut superius dictũ est. Hec omnia de libro geñ.a.c.vi.usq; ad.xii.& ex chro/
nicis Iosephi Hieronymi & methodii atq; ex historia scholastica colliguntur.

¶De sancto Geminiano epõ. Cap. LVII.

GEminianus eps nobilibus parẽtibus mu/
tine oriundus tpe iouiani imperatoris cla
ruit.Qui ab annis puerilibus litterarum scientia eruditus sanctisq; uirtutibus insi/
gnitus:templũ corporis sui christo domino dedica/
uit.clericaleq; adeptus officium:se totum dei seruitio subegit:dõec gradatim ab epõ mutinẽ antonio dia/
conatus ordinẽ promeruit.Post cuius trãsitum a po/
pulo in epm eligit:& ex humilitate refugiens & lati/
tans:tandẽ repertus pducit:& instante patricio ac po
pulo mutinẽ ab archiepiscopo rauẽnate in epm con
secratur.Reuersus ergo geminianus ad urbẽ propriã in sancta religione domino seruiebat:& cõmissum si/
bi gregẽ uerbo & opere refouebat multisq; miraculis coruscabat.Dũ aũt quadam nocte in ecclesia sancti pe
tri oraret:& necessitate naturali cõpulsus exiret: dia/
bolus eũ terrere uolens sibi apparuit:quẽ sanctus edi
to signo crucis effugauit.Cui demon in aere cõmina/
tus est:q; modũ inueniret unde sibi molestiã ingere/
ret.¶Post modicũ tẽporis filia imperatoris iouiani apud cõstantinopolim a demonio uexabat:clamante imũdo spiritu per os puelle: nunq; se egressurum de corpore illo:nisi presente epõ Geminiano.Quẽ impe
rator hec audiẽs p nũcios ubiq; requiri fecit: eũq; tan
dẽ citra mare adriaticũ habitare cõparuit. Ad quem iperatoris nuncii ueniẽtes:itineris cãm exponunt: & ut ad filiã principis liberandam uenire dignet. Istãter deposcũt.Quos scũs se usq; ad littus maris preire mã
dauit:& ad urbẽ ueniens ciues suos in domino con/
fortauit:eisq; benedicẽs abiit:& ueniens ad littus ma
ris iperatoris nuncios se pstolantes iuenit.Ascendẽtes ergo nauim:& constantinopolim nauigantes:exorta subito tempestate ualida nauis cõquassat::mare pcel
losum cunctis interitũ cõminatur.Geminianus uero dormitans:a nautis excitat.Qui surgens orationẽ ad dominum fudit:moxq; tempestatẽ sedauit: uentoq; flante,pspero cõstantinopolim usq; deuenit:ubi ab i/
peratore honorifice susceptus filiã eius cõfestim a de/
monio liberauit:multosq; lãguẽtes ab infirmitatibus diuersis curauit.Cui impator textũ euangelioꝝ auro ornatũ:& calicem gẽmatum ac palliũ pciosum obtu/
lit:& ipsius benedictiõe percepta magno illũ cũ hono re ad ppria remisit.¶Postq; aũt ad ecclesiam suam re uersus esset:& ab attila hunoꝝ rege italia uastaretur: dũ ad ciuitatẽ mutine attila deuenisset: occurrit sibi eps:& ab eo quis esset interrogatus:se seruum dei fo/
re,pfessus est.Cui cũ attila respõdisset: se esse flagellũ dei:qui seruos dei merito flagellaret:eps in xpo confi sus:ianuas ciuitatis hunis apiri iussit:offerẽs se cũ eius populo paratũ recipere:quicqd illi dominus facere p/
misisset.Qui ab una porta usq; ad aliam per mediã ci uitatẽ transeuntes uti p campestria discurrerunt:tali adeo cecitate percussi:ut sine alicuius lesione egrede/
rẽtur uacui & cõfusi:urbis quidẽ plateas & uicos per currentes:domos uero uel menia minime cõspicien/
tes.His & aliis clarus miraculis uir scũs ad dominũ ce lesti uoce uocatus infirmitate p dies plures corripit: & ad extrema ueniẽs spũs eius ab angelis in pace susci pit.¶Dũ igit eius exequie celebrarent: beatus seue/
rus archieps rauẽnas eadem hora missam celebrans: legente sub diacono epistolã in spũ rapit:& cõpleta le ctione post morã aliquã a ministris excitat. Qui ere/
ctus ministros q se excitauerãt redarguit:dicẽs se exe/
quiis fratris eius geminiani epi nup defuncti iterfuis/
se:& eius aiam domino cõmendasse:ac corpus in tu/
mulo collocasse:& cũ benedictionẽ uellet dare popu/
lo excitatũ fuisse.Qui diem notantes & horã mutinã miserũt:& omnia ut seuerus dixerat:ibidem re uera contigisse inuenerunt.¶Ad cuius tumultum multa miracula deus ostẽdere dignatus ẽ.Cui succesit theo dolus qdã ambrosii discipulus:q supra sci tumulũ ec clesiã edificauit.Ad quã dũ die eius anniuersarii festi mutinẽ populus cõueniret:subito fluuio inundãte adeo aqua excreuit:ut ciuitatẽ totã & domos occupa ret:& usq; ad ecclesie superiores fenestras excresceret. Que tamẽ domino miraculo per ianuas uel fenestras ecclesie minime introibat:sed quasi murus solidus in seipsam persistebat.Et cum populus siti affligeretur inclusus ad ianuas uenientes aquam hauriebãt: & ex ea potum sumebãt.Que hauriri quidem ut aqua po/
terat:sed defluere ut aqua nequibat. Quieuit autem sanctus in christo.iii.calen.fcbr.

¶De scõ Mattheo epõ. Cap. LVIII.

MAttheus eps hieroſolymoꝝ ſanctiſſimus fuit: de quo mira & plena fide geſta narrã tur: qui multa pro xpo perpeſſus omniq; uite ſanctitate pclarus: ultimo in pace uitam finiuit. iii. calen. febr. ut dicit ado.

¶ De ſancta Bathylde regina. Cap. LIX.

BAthyldis regina mater lotharii iperatoris corbeie & calã monaſteria cõſtruxit. Fuit aũt de clara pſapia ſaxonũ: uita & ſanctitate cõſpicua. Hec die q̃dã de ciuitate egreſſa: dum iuxta littus maris ſpatiaret: a trãſmarinis ſaracenis rapta & ad ſyrie ptes delata é. Et poſt aliquod tẽpus ab hercanoaldo gubernatore palatii imperialis pcio redempta: ab eode in franciã reducta eſt. Cũ aũté uxor hercanoaldi defuncta eſſet: & ille bathyldé in cõiugem aſſumere uellet: illaq; nubere recuſaret: in deſpecto habitu occulte fugã arripuit: & aliquibus annis in eremo latitauit: pceſſu uero tẽporis repta & q̃ eſſet agnita: a rege francoꝝ dagoberto uxore carente ob elegantẽ eius pulchritudiné in ſponſam deducta eſt. Que tempus opportunũ cognoſcens p manus geneſii abbatis multas elemoſynas latẽter fecit: & peſtẽ ſimoniacam rege ad eius inſtantiã id agente de gallia extirpauit. Orta aũt ſeditione inter francoꝝ reges & rege clodoueo ppter ſeditionẽ interfecto: ipſa in monaſterio calã religionis habitũ ſumpſit: & multa humilitate deo ſeruire cepit. Nam ſicut una ex minimis feminis ipſius cenobii oblita generoſitatis hebdomadã ſuã in menſe & coquine & ceteroꝝ uilioribus officiis adimplebat. Vbi poſt laudabilia ſanctitatis opa in pace quieuit. iii. calen. februarii.

¶ De ſancto Hippolito martyre. Cap. LX.

HIppolitus martyr apud antiochiã paſſus eſt. Qui primo quidé nouati ſchiſmate erroneo aliquãtulum deceptus extitit. Deinde xpi gra opante ad charitaté eccleſie rediit. Pro qua & in qua tãdé illuſtre martyriũ cõſumauit. v. calẽ. febru. Hec hierohymus ĩ martylogio ſuo.

¶ De trãſlatiõe ſci Marci euãgeliſte. Cap. LXI.

TRanſlatio corpis ſci marci de urbe alexãdria ad ciuitatẽ uenetiaꝝ facta eſt tempore leonis iperatoris & iuſtiniani uenetoꝝ ducis anno domini. cccclxv. Nam poſtq̃ ſaraceni uniuerſam egyptum & alexandriã inuaſiſſent leo impator omnibus imperii fidelibus iuſſit: ut nullus negocii cauſa ad terrã egypti ptingeret. Quod iuſtinianus dux pena uite: & cõfiſcatione bonoꝝ a ſuis obſeruari mãdauit. Eodem tempore naues decẽ uenetoꝝ ad ptes alias nauigantes flante cõtrario uento in uitis oĩbus alexandriã ducte ſunt. In quibus erãt plures uenetoꝝ nobiles. Inter quos erant duo clariſſimi. Bonus tribunus methemãcheũ & ruſticus torcellenſis. Hi duo deuotionis cã eccleſiã beati marci in littore poſitã: ubi & ipſius corpus iacebat uiſitare ceperũt: & iam de eo qd poſtmodũ cõtigit: diuinitus inſpirati: cũ ſtauratio monacho & theodoro preſbytero ipſius eccleſie cuſtodibus: ſpeciales amicitias contraxerũt. & cũ ambo ex grecoꝝ eſſent genere: theodoꝝ p̃ſbyteꝝ uxorem habentẽ ac filios. bonus tribunus ſibi cõpatrẽ fecerat. In illis diebus regulus quidam ſaracenoꝝ babylonie palatiũ cõſtruens: tabulas marmoreas etiã de eccleſiis ſubreptas in ſuo edificio cõponebat: ppter quod multũ xpiani in ptibus illis erãt affli cti. Potiſſime aũt cuſtodes eccleſie ſancti marci dubitantes ne eccleſie ſue fieret: qd aliis pluribus iã fiebat: unde occaſione accepta nobiles ueneti cuſtodes illos iã ſibi amiciſſimos ſecretius alloquunt: perſecutiões paganoꝝ declinare ſuadent: & ut corpus ſancti marci accipiãt: ſecũq; pgentes uenetias muneribus & honoribus ditãdi: inſtantius exhortãtur. Quod illi quidem primotenus egre ferentes omnino facere denegarunt. Deinde uero ſuper huiuſmodi tractantes adinuicem paulatim ad cõſenſum ĩclinari ceperũt. ¶ Interea contingit: q; cuſtos cuiuſdã eccleſie alexandrine: tabulã marmoreã elegãtem cõfregerat: ne a miniſtris illius reguli tolleret ppter qd ab eis uſq; ad mortem fuerat flagellatus. Timẽtes ergo ſtauratius & theodorus pati ſimilia: uenetis aſſenſum ſecreto colloquio p̃buerũt: & dié in qua corpus ſubripi debeat ſtatuerũt. Quo adueniente eccleſiã introgreſſi: ſepulturã latenter aperiunt que erat marmorea habẽs iclauſtratus p latera p quas tabula deſuper erat iducta. Corpus aũté iacebat ſupinũ chlamyde ſyrica circũdatũ: habẽs a capite uſq; ad pedes ſigilla ĩpoſita p loca qbus ora chlamydis deſup iungebant: uertẽtes igit corpus a dorſo ſciderunt chlamydẽ ut ſalua ſignacula remanerẽt: & corpus ſancte claudie qd erat in pximo tumulatũ: in loco beati marci repoſuerũt ſimili modo ſupinum & chlamyde circũdatũ: ut ſi forte qs corpus ſci marci ſublatum diceret: chlamydis ſigna integra falſum eſſe oſtenderẽt. Tota ãt ciuitate nimia fragrãtia odoris reſperſa: dubitãtes aliqui ne corpus ſancti marci ablatũ eẽt ad eccleſiã cõuenerũt: & apto tumulo corpus ĩuolutũ chlamyde ſigillis ſaluis uiderũt: & corpus ſancti marci putantes ad ppria redierũt. Tollentes ergo corpus ueneti in ſportã miſerũt: & ex foliis oleꝝ operuerunt: ac deſuper carnes porcinas poſuerũt. Quod dũ ſaraceni diſcutientes uidiſſent: porcinas carnes quas abominantur exiſtimantes cancin. i. porcus exclamabant: & expuentes elongabãtur: uenientes ergo uenẽti ad nauem abſconderunt corpus in pannis ueloꝝ: ne ſi nauim ſcutarentur ab alexandrinis inueniretur.

¶ Die ergo ſtatuta receſſerunt. Et ſtauratius quidem monachus occulte cum illis abſceſſit. Theodorus uero preſbyter timens plebem in littore ſtanté remãſit: habens iam omnia ſua naui ĩpoſita: cum quibus etiã uenit quidam dominicus monachus comacleñ: qui terram ſanctam luſtratus repatriabat. Recedentes autem ab alexandria: corpus de uelis ablatum in nauis

ſolario accenſis luminaribus honorifice collocarunt.

¶Cum die quadam naues omnes uento ꝓſpero du/cerentur: naute nauis in qua corpus iacebat: ceteriſq; facta fuerant aliaꝝ nauiũ enarrarent: quidam ex alte/ra naui irridens dicebat q; forte alicuius egyptii cor/pus eis traditum fuerat: quod illi ſancti marci aſſere bant: confeſtimq; nauis ubi erat corpus euãgeliſte tã/ta celeritate ſe uertit q̃ta nullus hominũ eam uertere potuiſſet: inſurgenſq; aduerſus nauem in qua uir ille erat partem lateris eius fregit: nec inde diſceſſit dõec omnes confiterẽtur beatũ marcum ibidem iacere. Et dũ quidã ex nautis nauis beati marci obſtinatus cor/pus ibidẽ ſacrũ iacere negaret a diabolo obſeſſus: tã/diu uexatur: q̃diu beati euangeliſte corpus cõfitẽs: & penitens eius meritis liberat. Deinde cũ nocte quadã tempeſtas adeſſet naueſq; uelificantes uelociſſime du cerentur: nautesq; neſcirent quo ꝓgerent: beatus mar/cus dominico mõacho in ſomnis apparuit eiq; iuſſit ut diceret nautis quatenus uelociter uela deponerẽt: quoniam terra non lõge eſſet. Qui cũ iuſſa narraſſet: uelis depoſitis: facta aurora apparuit inſula ſcroalis: cunctiq; beato euangeliſte gratias agunt. Et cum illi factũ pro uiribus occultarent: quocũq; perueniebant ciuitatũ & locoꝝ populi eiſdem occurrebant dicente ſibi reuelatũ a domino q; corpus ſancti marci defer/rent: & adorato corpore munera offerebant. Venien/tes itaq; ad humachũ ciuitatẽ hiſtrie: iuſtiniano duci oĩa geſta intimarunt: offerentes ſibi corpus ſanctiſſi/mũ ſi eis indulgere uellet: eo q; inuiti tranſgreſſi fue/rant eius mandatũ. Quibus dux clementer remiſit: & ut filios cũ honore ſuſcepit. Et cũ urſo epõ & populo ad portum nauibus occurrit: corpuſq; ſanctũ digna ueneratione ſuſcepit: & donec eccleſia fabricaret ip̃m in proprio palatio collocauit. Dũ aũt corpus ꝓ ſcalas portaret palatii: aliquãdo a geſtantibus ſentiebat ut onus grauiſſimum & ĩportabile: aliquãdo uero agil/limũ atq; leue. Ordinauit aũt dux clericos & cãtato/res qui corpus ſanctũ continue cuſtodiret & diuinis laudibus honorarent. Inter quos ſtauratius mona/chus primus erat. Sequẽti uero anno theodorus pre/ſbyter uenetias uenit: & digne honoratus fuit. Cũ aũt iuſtinianus dux eccleſiã btõ euãgeliſte fabricare diſpo neret: morte ꝓuentus eſt. Quod germanus eius Ioan nes ducatũ ſuſcipiens deuote adimplere curauit: con/ſtructaq; ſoleni eccleſia: corpus ſacꝝ ibidẽ digna uene ratiõe recõdidit. Cuius trãſlatio celebrat. iii. calẽ. febr. quo die corpus ſanctũ uenetias delatum peruenit.

¶De ſancto Metrano martyre. Cap. LXII.

METranus martyr apud alexandriã paſſus eſt. Quo nolẽte impia uerba ꝓferre ad iuſ ſionem paganoꝝ omne corpus eius fuſti/bus colliſerũt uultũq; ipſius & oculos acu tis calamis terebrantes extra urbẽ cũ cruciatibus ex/pulerũt. Ibiq; ſpiritũ qui in eo ſuperat lapidibus eiece rũt. iii. cal. febr. hec Hieronymus in martylogio ſuo.

¶De ſcis Cyro & Ioãne & martyribus. Ca. LXIII.

CYrus & Ioãnes martyres rome martyriũ paſſi ſunt. Quo tamẽ tpe aut ſub quo iu/dice: ſeu qbus tormẽtis afflicti fuerint: aut exanimati ĩ martylogio nõ exprimit: nec alicubi ſcriptũ iueni: niſi q; eccleſia romana eoꝝ feſtũ .iii. calen. febr. recolit: & in calendariis aſcribit.

¶De ſcõ Ignatio epõ & martyre. Cap. LXIIII.

IGnatius epũs antiochenus & martyr diſci/pulus Ioãnis euãgeliſte fuit: q tertius poſt beatũ petrũ apoſtolum antiochie pontifi/catum tenuit. Hic beate uirgini ualde dile ctus: eidẽ adhuc in carne exiſtenti deuotã epiſtolã ſcri pſit: & ab ea reſponſionẽ eius ſcĩs manibus ſcriptam obtinuit. Hic ut in tripartita legit: audiuit angelos cã tantes antiphonas ſuper montẽ quendã. Et extunc in ſtituit antiphonas in eccleſia decãtari: & pſalmos ſecũ dũ antiphonas intonari. Cũ aũt pro pace eccleſie exo/raret: nõ ſuum ſed ĩfirmoꝝ periculũ metuẽs traiano ĩpatori de uictoria redeũti & xp̃ianis morte cõmi/nanti occurrit: & libere ſe xp̃ianũ eſſe dixit. Quẽ tra/ianus ferro uinctũ decẽ militibus tradidit: & romam adduci p̃cepit: cõminatus eidem q; traderet beſtiis de uorãdus. Qui ad oẽs eccleſias epiſtolas deſtinabat: & eos in fide xp̃i cõfortabat. Cũ aũt romã adductus fuiſ ſet: & dudũ a traiano ſuaſus diis ſacrificare renuiſſet: plũbatis primo in ſcapulis duriſſime cedit: deinde un gulis lateribus laniat: & duris lapidibus eius uulnera cõfricant. Et cũ in his oĩbus ĩmobilis pmanſiſſet: fe/cit eũ ĩpator nudis pedibus ſup accenſos carbones ambulare. Et cũ illeſus extitiſſet: & hec traianus arti magice deputaret: dorſum eius iuſſit uncinis ferreis lacerari uſq; ad oſſium denudationem: deinde plagas eius ſale pfundi. Sicq; dudũ cruciatũ & patientiſſime ſupplicia toleranté uinculis ferreis in cippo fecit alli/gari: & in imo carceris tenebroſi fame & ſiti ꝓ triduũ cruciari: & poſt triduum detreuit deuorandũ beſtiis ſubiici. Tertio igit die imperator & ſenatus oĩſq; po/pulus cõuenerunt uidere ep̃m antiochenũ cũ beſtiis pugnaturꝝ: Cui imperator expoſitos duos leones fe/rociſſimos laxari precepit. Quos ille ꝓuocabat: ut ad ſe deuorandũ accederent: mirantibus cũctis & ipſo ĩ/peratore cõſtantiã uiri. Accurrentes ergo duo ſeui leo nes ip̃m tantũ mõ p̃focauerunt: carnes aũt eius quã/uis famelici nullatenus tetigerũt. Traianus ãt hoc ui/dens admiratus diſceſſit: p̃cipiens ut non ꝓhiberet: ſi quis uellet tollere corpus eius. Quod xp̃iani auferen/tes honorifice cõdiderũt. Cum aũt traianus quaſdam liras a p̃fecto oriẽtis recepiſſet: ĩ quibus xp̃ianos quos ĩpator occidi iuſſerat plurimũ cõmendabat: doluit de his que ignatio intulerat: & p̃cepit: ut nullus xp̃ia/nus de cetero inquireret: ſiqs tamen occurreret: puni ret. Legit quoq; cũ beatus ignatius inter tot torméta nunq̃ ab ĩuocatione noĩs ieſu xp̃i ceſſaret: & tortores requirerent: cur hoc nomen toties replicaret. Reſpõ/dit ipſum nomen ſe cordi inſcriptum habere: & iõ ab eius ĩuocatione ceſſare nõ poſſe. Poſt cuius mortem qdã q hoc audierãt curioſus experiri uolẽtes: cor eius a corpe euellunt. & illud ſcindentes ꝓ mediũ: lr̃is aure is ſcriptũ inuenerũt: ieſus xp̃s. quo uiſo miraculo plu rimi crediderunt. Paſſus eſt autem calen. febr. xi. tra/iani anno. Hic quattuor ſcripſit epiſtolas in fide ex/hortatorias. Ad epheſios primam. Ad magneſianos ſecundam. Ad traoeſ tertiam. Ad romanos quartã. Quas ſcripſit apud ſmyrnam dum romam uinctus duceretur. Inde diſcedens ſcripſit ad philadelphenos aliam: & ultimam ad ſmyrneos: & precipue ad poli/carpũ ſmyrne ep̃m: ubi de reſurrectiõe domini elegãs phibet teſtimõiũ. hec hieroymus de uiris illuſtribus.

¶De ſancto Seuero epõ. Cap. LXV.

SEuerus epʒ rauenne ciuitatis.decimuſtertius a ſancto apollinare claruit: qui ex eadem ciuitate obſcure natus pauperem uitam labore manuum deducens cum uxore uincentia & filia inocentia lanificii opere ſumptus quotidianos carpebat.Cum aũt ex conſuetudine oẽs epiſcopi rauennates per columbam celeſtem ad ſacerdotium eligerentur:& iam.xii.poſt ſanctum apollinarem eo modo electi fuiſſent:& ad tãtum miraculum multi confluerent:contigit rauennatem eccleſiam paſtore proprio uiduari.Et cum multi epiſcoporum finitimi conuenirent ad orationem non ad electionem faciendam:multitudoq; populi:ut dictum eſt:ad hoc concurriſſet:ſeuerus uxori licentiam petiit ad eccleſiã eundi:& colũbe miraculũ ſpectãdi:uxor uero iꝑm redarguens:reſpondebat q; talis uiſio ad eũ nõ pertinebat:ſed potius ad laborẽ ſederet & ocio non uacaret. Siue enim iret ſiue non iret:ipſum epm non eligerẽt. Cum autem ſeuerus importune inſtaret:uincentia q̃ ſi ironice eidem ut iret prophetauit: quia qua hora illuc peruenireꝛ:epʒ fieret.Veniens ergo ſeuerus ad eccleſiam & ſordidis indutus:inter ceteros apparere nõ audens:poſt ualuas eccleſie latitabat:& columbe aduentum cum ceteris expectabat.Que oratione epoꝝ completa per feneſtram ſolitam ingrediens:& eccleſiam circũuolans ſuper caput ſeueri latitantis reſedit. Qui dum territus eam a ſe repelleret:& illa iteꝝ dum per aera uolitaſſet iteꝝ ad ſeuerum rediit & in eius uertice reſedit ac requieuit.Qui ſtatim ab epis & populo electus q̃is renitẽs in cathedra collocatur & epʒ conſecratur.Et dum eſſet idiota & litteraꝝ ignarus:diuina inſpiratione exemplo apoſtolorum ſacris litteris repente imbutus non ſolum diuina myſteria & pontificis officia exercebat:ſed etiam predicator factus:populum ſuũ ſalutifero ſermone docebat.Adeo ut cunctis in miraculum proderet q; lanifex & idiota tam ſubita mutatiõe doctor eximius factus eẽt. Qui uite ſue ſanctitate multis exemplo proficiebat: & plurimis miraculis coruſcabat. ¶Hic per ſpiritũ raptus dum miſſam celebraret:exequiis ſancti geminiãi epi mutinenſi interfuit:eiuſq; corpus more pontificum tumulauit:& rediens ad corpus miſſam compleuit: ut dictum eſt plenius ſuperius in legenda ſancti Geminiani.iii.calen.februarii. ¶Hic etiam ſanctum heracleanum piſaurieñ epiſcopum enutriuit:& ad pontificatum ipſius urbis promouit:uxorẽ quoq; eius uincentiam defunctam in proprio tumulo ſepeliuit.Poſt aliquod tempus dum filia eius innocentia uirgo diẽ impleſſet extremum:& eiuſdem ſeuerus exequias celebraſſet:corpuſq; filie iuxta matrem ponere decreuiſſet:aperto ſepulchro apparuit locus in tantum exiguus q; corpus filie ibidem nullatenus poterat collocari. Tunc epiſcopus ad locum acceſſit & uxori ut locum daret filie mandauit.Et continuo corpus uincentie qđ erat ſupinum in latus ſeceſſit & innocẽtie filie locum dimiſit.Que ibidem cunctis ſtupentibus iuxta matrẽ depoſita eſt. ¶Cum autem ſeuerus iam ſenio confectus obitum ſuum ſibi a domino reuelatum preſciuiſſet populũ ad eccleſiam conuocauit:& diuinis myſteriis celebratis glorioſo ſermõe plebem ſuam in domino confortauit.Et deinde ſibi ſepulchrum coniugis & filie aperiri fecit.Ac iter ipſa duo corpora ſe medium ponens cunctiſq; uale faciẽs inter uerba orationis in chriſto feliciter obdormiuit calẽ.februarii: ubi clauſo mauſoleo ſepultus iacet: miraculis & uirtutibus pollẽs:eccleſia.pceſſu tpis eius nomini dedicata.

¶De ſcõ Seuero ꝑſbytero & mr̃e. Cap. LXVI.

SEuerus preſbyter & martyr rauẽne ortus & nutritus ab infantia deum timens miraculis clarere cepit.Inter que cutityum.ciiii.annorum decrepitum ſenio uiſu priuatum illuminauit:ueniens autem ad urbem romã adhuc iuuenis in ualle interocrina eccleſiam in honore dei genitricis edificauit.In qua & preſbyter ordinatus deo multis annis deuote ſeruiuit & pauperibus ſedule miniſtrauit. ¶Cum autem quidam paterfamilias in extremis laborans eum ad ſe uocari feciſſet: ut ſibi cõfiteretur:& ille in putanda uinea laboraret:nũciiſq; ut ſe antecederent reſpondiſſet: & poſt hec aliquantulum uenire diſtuliſſet:ueniens ad egrotũ reperit iam eum eſſe defunctum.Quod ille cernens cõtremuit magniſq; uocibus ſe interfectorem illius clamare cepit.Cumq; uehementiſſime iuxta corpus defleret:& in terram caput cõtunderet: repente qui defunctus fuerat animam recepit. Et admirantibus cũctis ubi fuerit uel quomodo reuixerit interrogatur. Qui reſpondit:q; a terris hominibus flammas naribus & ore uomentibus per loca obſcura ducebatur: ſed a pulcherrimis iuuenibus eiſdem terris occurrentibus ereptus eſt:qui dixerunt q; oportebat eũ ad corpus reduci:quia eum dominus ſeueri lachrymis condonaſſet.Cui ſanctus preſbyter penitentiam ſalutarẽ impoſuit:& ipſa peracta uir ille poſt dies.vii.iterũ obdormiuit.Hec Gregorius primo dial.c.ultimo. Poſt hec maximianus imperator audita fama ſeueri cum comprehendi fecit:& ſacrificare nolentem in predicta ualle decollari mandauit.Cuius animam duo angeli in ſpecie columbarum uiſi ſunt ad celum deferre.Corpus autem eius apud urbem ueterem conditũ eſt.Paſſus eſt autem calen.februarii.

¶De ſcõ Seuero ꝑſbr̃o & cõfeſſore. Cap. LXVII.

SEuerus preſbyter & confeſſor cognomẽto ſulpitius prouincie aquitanie uir genere & litteratura nobilis epiſtolas ad dei amorem & muudi contemptum exhortatorias ſcripſit ſorori ſue multas: que note ſibi eſſe dicuntur. Ad paulinum nolanum epiſcopum ſcripſit duas: ſed ad alios plurimos que non uulgantur:

quia familiaris neceſſitatis rem continent. Chroni/cam etiam compoſuiſſe dicitur: Beati martini uitam ſignis & miraculis illuſtrem exarauit. Poſthumani & galli collationem ante ſe habitam: & dialogorum libros tertio. Fuit aũt diſcipulus beati martini eiuſq; ſanctarum operum imitator ſub maiore theodoſio. Quieuit cum pace in domino. Hec gemnadius de uiris illuſtribus.

¶ De ſancto Pionio martyre. Cap. LXVIII.

PIonius martyr: ut habetur quarto libro eccleſiaſtice hiſtorie tẽpore antonini imperatoris: inter ceteros qui ueri martyres extiterunt famoſiſſimus fertur: qui docens & exhortans populum: & in ipſis tribunalibus diſputans: eas qui in perſecutione titubabant uiriliter hortans: poſt ſqualorem carceris ubi etiam multos fratrum ad tolerantiam martyrii ſuis exhortationibus roborauit: cruciatibus multis uexatus eſt: deinde clauis confixus & candenti rogo ſuperpoſitus beatum finem uite ſortitus eſt. Cum quo & alii. xv. ſimili pena paſſi ſunt calendas februarii.

¶ De ſancta Brigida uirgine. Cap. LXIX.

BRigida uirgo claruit apud ſcotiam tempore primi iuſtini imperatoris. Que chriſtianis & claris parentibus orta: a pueritia ſanctitatis operibus dedita: etiam miraculorum gloria coruſcauit. Hec dum a matre mitteretur ad butyrum ex lacte uaccarum congregandum: prout & alie puelle a parentibus mittebantur: & illa totum quod collegerat: pauperibus errogaſſet: tempore exquiſito ſuper omnes alias iuuenculas cooperarias ſuas butyrum apportauit. ¶ Dum autem eam parentes nuptui tradere uellent: & ipſa pudicitiam elegiſſet: poſtquã in manibus epiſcopi coram deo uirginitatem profeſſa eſt: lignum altaris tetigit: quod in teſtimonium eius ſanctitatis ſtatim uiride factum ẽ: ſic manens uſq; in preſens. Quo uiſo miraculo ſtupefacti parentes eam domino commendarunt. ¶ Cum autem die quadam meſſores eius ſegetes in agro colligerent: & pluuia maxima erumperet: a meſſoribus ſuis imbrem ſedauit: circunſtantibuſq; agris pluuia malefactis ſola huius area ſicca permanſit. ¶ Die q̃dam cum oues paſceret imbre cadente pannis perfuſa domum rediit. Et ueſtes madefactas ſuper ſolis radium qui per rimas intrabat ſiccandas extendit: que quaſi inſolida pertica diuinitus permanſerunt. ¶ Aquam in ceruiſiam & lapidem in ſalem conuertit: & a natiuitate cecum illuminauit. ¶ Aprum inueniens qui ad oues comedendas uenerat: in chriſti nomine adeo manſuefecit: ut cum ouibus perpetuo quaſi aries moraretur: cum eis deinceps ad paſtum egrediens domumq; ipſas uti cuſtos reducens. ¶ Dum nouem uiri in mortem unius conſpiraſſent: & eos uirgo chriſti ab intento peſſimo reuocare non poſſet: orauit ad dominum: ut nequam illorum uoto reſiſteret. Egreſſis autem illis apparuit imago quedam quaſi illius hominis occidendi: quam illi gladiis percutientes: hominemq; peremiſſe putantes leti reuerſi ſunt. Sed dum quod illis contigerat cognouerunt: compuncti ad pedes uirginis prociderunt: & penitentiam egerũt. Sicq; ſancta uirgo multis clarens uirtutibus quieuit in pace calendas februarii.

¶ De ſancto Effron diacono. Cap. LXX.

EFfron edeſſene eccleſie diaconus doctor eximius eremiticam uitam ducens: nulla neceſſitate de cella diſceſſit lectioni & ſcripture atq; orationi ſemper intentus: qui ad ſe uenientes ſalutari doctrina reficiebat: & libros & opuſcula ſyro ſermone cõſcribebat. Hic eſt qui baſilium ceſarienſem epiſcopũ in figura columne ignis conſpexit: & ab eodem ut grece loqueretur: ſibi a domino ut impetraret obtinuit: ut habetur ſupra in uita ſancti baſilii calendas ianuarii. ¶ Tempore quodã dum fames grauiſſima in omnem terram ſeuiret: ipſe pauperum miſertus alias nunquam egreſſus de cella exiit. & ad ciuitatem uenit: diuitibus predicans ut indigentibus ſubuenirent: multaſq; pecunias a diuitibus ſuſcepit inter inopes diſpergẽdas. Quos in porticibus congregauit: & pecunias eiſdem fideliter erogauit. Factaq; ubertate ad cellam rediit: in qua poſt menſem in domino requieuit calendas februarii tẽpore ualentis imperatoris. Sepultuſq; iacet in eccleſia edeſſena. Hic multa ſyro ſermone conſcripſit: que publice in quibuſdam eccleſiis ſcripta leguntur. Extat liber de ſpirituſancto: quem de ſyra lingua uertit in grecam. Hunc beatus hieronymus legiſſe ſe dicit: & acumen ingenii illius etiam in tranſlatione notaſſe. Hec ille in libro de uiris illuſtribus.

¶ De ſancto Paulo epo. Cap. LXXI.

PAulus epiſcopus trecaſſinus fuit. Cuius uita uirtutibus claruit & mos precioſa miraculis celeberrimis commendatur. Qui & in chriſto domino diem clauſit extremum calendas februarii: ut dicit ado.

¶ De purificatõe beate Marie uirginis. Ca. LXXII.

PVrificatio beate Marie ſemper uirginis quadrageſimo die a natiuitate domini facta eſt uidelicet quarto noũ. februarii. Preceperat enim lex leu. duodecimo. Vt mulier que ſuſcepto ſemine filium peperiſſet: immunda eſſet ſeptem diebus ſcilicet a conſortio hominum quibus completis munda quidam efficiebatur quo ad conſortium hominum: ſed adhuc triginta tribus diebus immunda erat quoad templi ingreſſum. Tandem quadrageſimo die templum intrabat: & puerum cum muneribus offerebat. Si uero feminam peperiſſet: duplicabantur dies: & quoad hominum conſortium & quoad templi ingreſſum. Hoc autem iccirco deus precepit: ut ſicut quadra/

geſimo die a conceptione anima in ſuo templo corpori maris infunditur: & carnis admixtione maculatur: ſic puer quadrageſimo die in templum materiale inducatur: templumq; ingrediens per hoſtis ab ipſa carnis macula experietur. ℂ Vel moraliter loquendo: ut per hoc detur intelligi: q; illi templum celeſte intrare merentur: qui precepta decalogi cum fide quattuor euangeliorum obſeruare nituntur. ℂ In pariente uero feminam dies duplicantur quo ad templi ingreſſum: ſicut duplicantur quo ad corporis formationem. Nam ſicut quadragita diebus corpus maſculi organizatur: & perficitur: & in quadrageſimo anima infunditur: ſic corpus femine in octuageſimo ℂ Appellatur autem hoc feſtum triplici nomine: ſcilicet purificatio: hypopanti: & candelaria. Primo enī purificatio dicitur: ex eoq; quadrageſimo die natiuitatis domini beata uirgo ad templum uenit: ut ſecundum legis conſuetudinem mundaretur: cum tamen ſub illa lege nō teneret: qa nō peperit ſuſcepto ſemine ſed myſtico ſpiramine. Vnde moyſes addit ſuſcepto ſemine: cū tamen non eſſet neceſſe quātum ad oēs mulieres: que ſuſcepto ſemine pariunt: ſed ideo addidit: ut dicit Bernardus: qui timuit in matrē domini blaſphemiam irrogare. ℂ Voluit tamē in hoc ſe legi ſubdere propter quattuor rationes. Prima ratio eſt: ut daret humilitatis exemplum. Nam talis humilitas non ſolum fuit ex parte matris ſed etiam ex parte filii: qui in natiuitate habuit ſe ut pauper homo: in circunciſione ut pauper & peccator homo: ſed in purificatione ut pauper & peccator & ſeruus homo: ut pauper in eo q; pauperum oblationem elegit: ut peccator in eo q; ipſe cum matre purgari uoluit: ut ſeruus in eo q; redimi decreuit. Sicut etiam prius uoluerat circuncidi: & poſtmodum uoluit baptizari: nō propter culpam purgandam: ſed propter eius humilitatē maximam oſtendendam: unde Bernardus Vere beata uirgo non eſt tibi opus purificatione: ſed nunquid filio tuo opus erat circunciſione. Eſto inter mulieres tanquam una illarum: ſicut & filius tuus in medio puerorum ſicut unus illorum. ℂ Secunda ratio eſt ut legem impleret. Non enim uenerat dominus legē ſoluere ſed adimplere. Quam ſi ſoluiſſet iudei ipſum merito reppuliſſent: tanquā diſſimilem patribus & legis tradictiones minime obſeruantem. Triplici autem legi ſe chriſtus & matrem hodie ſubiecit. ℂ Primo legi purificationis in ſignificationem uirtutis: ut poſtquā omnia bene fecerimus: dicamus ſerui inutiles ſumus. ℂ Secundo legi redemptionis ad exemplū humilitatis. ℂ Tertio legi oblationis ad exemplum paupertatis. ℂ Tertia ratio eſt ut legem purificationis terminaret. Sicut enim adueniente luce ceſſat tenebra: & adueniente ſole recedit umbra: ſic adueniente purificatione uera: terminata eſt purificatio typica que purificatio uera chriſtus eſt. ℂ Quarta ratio eſt ut nos ſpiritualiter purificandos inſtrueret. Debemus enim purificari domini templum ingredientes: peccata noſtra oblationibus & elemoſynis redimentes gemitus columbarum pro peccatis emittens: & turturum pudicitiam habentes. ℂ Veniens autē beata maria ad templum: filium ſuum obtulit & eum. v. ſiclis redemit. Nam quedam primogenita redimebantur ſicut primogenita decimoprimo tribuum q̄ redimebantur: ſed adulti in templo domino ſeruiebant: & ſicut primogenita mundorum animalium: que in ſacrificio offerebantur. Quedam commutabantur ut primogenita aſini que commutabantur oue. Quedam occidebantur ut primogenita canis. Cum ergo chriſtus fuerit de tribu iuda patet q; debuit redimi. Obtulerunt etiā pro eo domino par turturum aut duos pullos columbarum. Hec enim erat oblatio pauperum: ſed agnūs oblatio diuitum. Et nota tres oblationes de domino factas. Prima eſt de ipſo a parentibus. Secunda de ipſo & de auibus. Tertiā fecit ipſe in cruce pro omnibus. Prima oſtendit eius humilitatem: quia dominus legis ſe legi ſubiecit. Secūda eius paupertatem: quia pauperem oblationem elegit. Tertia eius charitatem: quia ſe pro peccatoribus tradidit. In turture autem ſignificatur pulchritudo caſtimonie. In columba amaritudo penitentie. ℂ Secundo hoc feſtum dicitur hypopanti: quod idē quod obuiatio: quia Symeon & Anna obuiauerunt domino: cum ad templum deferretur: & dicitur ab hypo: quod eſt ire: & anti quod eſt contra. Tunc autē accepit eum ſymeon in ulnas ſuas. Et attende de chriſto mirabilem exinanitionem factam: ut ille qui eſt ſplendor glorie & figura ſubſtantie dei: duxq; ceorum ac uia ſe ab hominibus duci ſinat: ut ſcilicet ille qui eſt portans omnia uerbo uirtutis ſue: in ulnis ſenis ſe recepi & portari permittat: qui tamen ſe portātem baiulabat: iuxta illud: Senex puerum portabat: puer autem ſenem regebat. Vt etiam ille qui eſt purgationem peccatorum faciens: hodie ſe ut peccatorē purificari non recuſat. ℂ Tunc autem ſymeon benedixit ei dicens: Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecundum &c. Et appellat eum tribus nominibus ſcilicet ſalutare: lumen: & gloriam plebis iſrael. Et hoc triplici ratione. ℂ Primo propter noſtram iuſtificationem: ut dicatur ſalutare remittendo culpā: lumen dando gratiam gloria plebis ſue dando gloriam. Eſt enim ſalus: quia redemptor: lux quia doctor: gloria quia premiator. ℂ Secundo propter huius feſti triplicem denominationem: nam dicitur purificatio quoad purgationem culpe: ꝓpter quod dicitur ſalutare. Dicitur candelaria quod illuminationem gratie: propter quod dicitur lumen. Dicitur hypopanti quoad collationem glorie: propter quod dicitur gloria plebis ſue. In collatione enim gloria occurremus obuiā xp̄o in aera & ſic ſemper cum domino erimus. ℂ Tertio propter triplicis diuini aduentus operatiōem: uenit enim primo dei filius in carne ad homines ſaluādos: & ideo dicitur ſalutare. Venit ſecūdo ſpiritus ſanctus in igne ad apoſtolos illuminandos: & ideo dicitur lumen. Veniet tertio chriſtus in maieſtatis ſede ad electos glorificandos: & ideo dicitur gloria plebis ſue. ℂ Tertio hoc feſtum dicitur candelaria: ex eo q; candele accenſe in manibus portantur: quod eccleſia ordinauit fieri triplici ratione. ℂ Primo enim propter remouendam erroneam ſuperſtitionem. Romani enim olim in calendis februarii ad honorem februe matris martis urbem de quinto in quintum annum cum cereis & facibus tota nocte luſtrabant: ut filius ſuus belli eis uictoriam de inimicis concederet: & illud ſpatium dicebatur luſtrum. Menſe etiam februario ſacrificabant februo: ideſt plutoni

deo inferorum & ceteris ĩferis:& hoc pro animabus ſuorum anteceſſorum. Et ut propiciarentur eorum ſolennes hoſtias eis offerebant:& tota nocte cũ cereis & facibus uigilabant. Et quia difficile eſt conſueta dimittere:chriſtiani de gentibus ad fidem conuerſi difficile hanc paganoꝝ cõſuetudiné dimittere poterãt. Ideoq; Sergius papa hanc conſuetudinem in melius commutauit:ut ſcilicet chriſtiani ad honorem matris domini omni anno eccleſias cum cereis benedictis illuſtrando circuirent:ut ſolénitate ſtante intentio mutaretur. ¶ Secundo propter oſtendẽdum uirginis ſanctificationem ne crederetur ipſam purificatione indiguiſſe:ut ergo oſtendatur q̃ tota fuit limioſa & ſplendida:ideo luminoſos cereos deferendos ordinauit eccleſia. Adeo namq; ſanctitate reſplendit:q̃ non ſolum aliquod ad peccatum inclinatiuum in ea nõ fuit:ſed etiam uirtus eius ſanctitatis ad alios ſe extendit. Ita q̃ etiam in aliis motus carnalis concupiſcentie extinxit:unde dicũt iudei q̃ cum maria pulcherrima fuerit a nullo tamen unquã potuit concupiſci. ¶ Tertio propter myſticam ſignificationem & in capite & in membris. In capite enim candela accenſa chriſtum ſignificat. ¶ In cereo namq; tria ſũt que denotant tria que in chriſto fuerũt. Nam cera quam apes gignunt ſine commixtione ſignificat carné chriſti natam de uirgine ſine corruptione. Lychinium in cera latens ſignificat animam candidiſſimam in carne latentem. Ignis uero ſiue lumen ſignificat diuinitatem:quia deus noſter ignis cõſumens eſt. ¶ In mẽbris uero quia per hoc inſtruimur:quomodo coram deo purificari debemus:ut ſcilicet habeamus fidem ueram:actionem bonam:& intentionem rectam. Nã candela accenſa eſt fides integra cum operatione bona:quia ſicut cera ſine lumine mortua eſt ſic & fides ſine operibus mortua eſt: lychinium autem in cera occultatum eſt intentio recta in opere latens: unde Gregorius:ſic ſit fides in publico:ut recta intẽtio maneat in occulto.

¶ De ſcõ Cornelio epõ céturione. Cap. LXXIII.

COrnelius centurio epũs beati petri apoſtoli diſcipulus & in baptiſmate filius fuit. Hic ut dicitur act. x. Cum eſſet apud ceſaream centurio prime cohortis que dicitur italica:uir religioſus & timens deum cum omni domo ſua faciens elemoſynas multas:& orationi inſiſtens:licet adhuc gentilis:media die uidit manifeſte angelum dei dicentem ſibi: qualiter eius elemoſyne & orationes ad deum aſcenderant:propter quod deus ipſum ſaluari decreuerat mandans ut ſimoné petrum ad ſe accerſiret:qui in ioppe apud ſimonem coriarium hoſpitabatur qui eum uiam ueritatis edoceret. Qui cõfeſtim nuncios ad petrũ miſit. Eadéq; hora qua illi ad hoſpitiũ petri peruenerant:dum petrus in ſuperiora domus circa horã ſextam oraret in extaſi raptus uidit linteum quattuor funibus de celo miſſum cũctis animãtibus plenum uoce ad eum delapſa ut ex ipſius occideret & manducaret. Qui cũ nullatenus ſe immũda poſſe comedere diceret:audiuit ſecũdo que deus purificauerat minime immũda reputanda. Cũq; deſcendẽs a nunciis cám itineris audiſſet: & uiſionẽ intellexiſſet q̃ etiã deus gentilitatẽ immundam ad fidem ſuſciperet:diuinitus admonitus cum illis acceſſit:quem cornelius deuote ſuſcepit:& eorũ uterq; mutuo ſuã uiſionem expoſuit. Cum autem petrus coram centurione & eius attinentibus & amicis ibidem congregatis chriſtum predicaret:ſpirituſſanctus ſuper illos nondũm baptizatos deſcendit: & ceperunt loqui linguis & magnificare chriſtum. Quos omnes beatus apoſtolus baptizauit. Deinde cornelius militie abrenuncians diſcipulus apoſtolorum effitur:& ab eiſdem epiſcopus ceſaree ordinatur. Qui apud eãdem urbem officio predicationis fideliter peracto ſanctitate conſpicuus ad chriſtũ migrauit. Ibiq; ſepultus quieuit quarto noñ. februarii.

¶ De ſancto Aproniano martyre. Cap. LXXIIII.

APronianus martyr paſſus é rome ſub maximiano imperatore & laodicio prefecto. Cum enim laodicius ſiſinnium diaconé in carcere diebus. xvii. detinuiſſet ut dictũ eſt in paſſione ſaturnini. iii. calen. decembris: & poſt hec prefectus eum ſibi preſentari iuſſiſſet:dum apronianus qui erat commentarienſ ſiſinnium de carcere eduxiſſet:ſubito lux de celo facta é:& uox de luce exiuit dicés:uenite benedicti patris mei &c. Quod apronianus uidens credidit: & ad pedes ſiſinnii procidit baptiſmum petens. Quem ſiſinnius mox unda ſacra perfudit:& ad marcellum papam deduxit:qui ipſum ſacro chriſmate deliniuit & comunicauit: uenitq; cũ ſiſinnio ad prefectum:Quem cũ de crudelitate qua in chriſtianos ſeuiebat argueret:& ſe chriſtum aſſereret:iubente prefecto uia ſalaria miliario ſecundo ductus ibiq; capite truncatus eſt:& a ioanne preſbytero in ipſo loco ſepultus quarto noñ. februarii.

¶ De ſanctis ſeptimo mulieribus martyribus. Cap. LXXV.

SEptem ſancte mulieres martyres que in paſſione ſancti blaſii leguntur apud ſebaſtem ciuitatem paſſe ſunt ſub agricolao preſide:que ab eodem ſancto epiſcopo in fide fuerãt edocte. Cum aũt ſanctus multa perpeſſus ſupplicia iuſſu preſidis ad carcerẽ duceretur:ſancte femine eũ inſequentes:guttas ſanguinis eius de corpore fluentis in linteis colligebant: ꝓpter qđ ab apparitoribus tẽte ſunt & preſidi preſentate. Qui iuſſit eas ad montis ſuperciliũ lacui ſupereminẽtis adduci:data ſententia ut ſi non adorarent ſtatuã iouis illuc delatã in lacũ precipitarenſ. Que cum idolũ in lacũ ꝓiciſſent:dicentes ut ſi deus eſt ſeipſum iuuaret: a miniſtris ad preſidem reducũtur. Qui fecit illas ſuper. vii. erea ſubſellia igne cadẽtia ſedere:ut in poſterioribus urerentur. Quibus angelus domini apparuit & eas intactas ab igne conſeruauit. Deinde in equuleo leuate:unguibus & pectinibus ferreis carnes earum diruꝓte ſunt. Tunc duo pueri filii unius ex illis ad matrẽ accedentes:poſtulabant ſe fieri chriſtianos. Quos iuſſit agricolaus una cum ſancto Blaſio in carcere mancipari. Sanctas uero mulieres die ſequenti mandauit in caminum ignis accenſum immitti. Que dũ in medio flammaꝝ illeſe pſallerent:& hec miniſtri preſidi rettuliſſent:iuſſu eiuſdẽ extra ciuitatem educte datoque ſibi inuicem pacis oſculo decollate ſunt. Quarum animas carnifices omnes uiderunt in ſpecie ſeptem uirginum uti de thalamo prodeuntium ad celum conſcendere coronatas. Corpora uero a chri-

ſtianis noctu ſublata in eodem loco ſepulta ſunt. Paſſe ſunt autem quarto nonas februarii.

De ſcō Blaſio epō & martyre. Cap. LXXVI.

BLaſius eps & martyr ſub perſecutione diocletiani paſſus eſt: in ciuitate ſebasteñ pro uincie cappadocie. Qui cū omni ſanctitate polleret: electus eſt a chriſtianis in ipius epm ciuitatis: urgente uero perſecutiõe xpianos: ſpeluncā argei montis petiit: & ibi eremiticā uitam duxit. Cui aues pabulū afferebant: & fere ad eū unanimiter confluebant. Quicūq; uero ad ipſum acceſſiſſent egroti ſanitatē ad libitum reportabant. ¶ Cū autem agricolaus preſes chriſtianos affligeret: & die quadā milites uenatum miſiſſet: illicq; hincinde diſcurrentes inuanum tenderent ante antrū ſancti feraq; multitudinem inuenerūt: nullā tamē capere ualētes pſidi rettulerunt: & qualiter blaſius xpianoq; eps in ſpecu lateret & oēs ad ſe feras magicis artibus congregaret. Quē iuſſit cōprehēdi ſibiq; pſentari. In ipſa aūt nocte xps ſibi ter apparuit: monens ut ſibi ſacrificium offerret. Qui ſurgens intellexit ſe xpo per martyriū īmolandū: & celebrata miſſa cū militibus ad iudicē ꝓfectus eſt. Cui multi languētes occurrerūt & ab eo diuerſaq; egritudinū ſalutē ꝓceperūt: Quē milites iuſſu pſidis uſq; incraſtinum in cuſtodia recluſerūt. Eo dē die q̄dā mulier filiū ſuū morientē in cuius gutture os piſcis trāſuerſum erat ad pedes eius cū lachrymis obtulit: quē ſanctus oratione ſua mox ſanauit. Orauitq; ad dominū pro cūctis ſe inuocātibus guttu ris paſſionē aliquā ſubſtinentibus: & audiuit uocem ſe fore a domino exauditū. ¶ Sequenti uero die pſidi pſentatus cū ioui ſacrificare renuiſſet: dicens eū fuiſſe hoiem ſacrilegū & damnatū: fuſtibus grauiter ceſus eſt. Deinde in carcerē reductus. Tūc uidua paupercula uenit ad eū: conquerens lupū: unicum ſibi procellū rapuiſſe. Cui cōpatiens ſanctus orauit: & lupus porcū reportauit: mox illa domū rediens & ſuē repiens eum occidit: ſanctoq; uiro partem coctam cū pane & candela obtulit: illeq; refectus deo gratias egit. Poſt aliquot uero dies iterum de carcere educit̄: & ſacrificare nolens in ligno ſuſpenditur: & unguibus ac pectinibus ferreis laniatur. Iteratoq; depoſitus ergaſtulo duriſſimo mancipatur: quē ſancte ſeptem mulieres ſubſecute ſunt ut ſupra proxime dictū eſt. Dum autem in cuſtodia teneret̄: duo pueri filii unius ex pfatis ſeptem feminis petentes ſe fieri chriſtianos: in eo dē carcere recludunt̄: quos blaſius in fide xpi docuit: & ſacri baptiſmatis unda perfudit̄. Poſthec aūt iterū conſpectui pſidis preſentatur. Et dū in chriſti confeſſione perſeueraret iubente agricolao ligato ad collū eius ſaxo in lacū precipitatur. Ipſe uero aquam ſignauit: & mox ſicut arida terra permāſit. Ad quē ſuper aquas ſtantem dum milites. lxv. accedere uellent: ut eum in profundum demergerent: ſubito ut aquas in trauerunt: ſubmerſi nuſquā cōparuerūt. Angelus aūt domini deduxit eum ad terram. Quia militibus ante preſidem adductus iuſſus eſt ab eo cum duobus pueris quos ī carcere baptizauerat decollari. Ductus ergo ad locum paſſionis oratione ad dominum pro ſe inuocātibus fuſa cū duobus pueris capite ceſus eſt. iii. nonas februarii. Quorum corpora heliſea mulier ſepeliuit: ubi nō longo poſt tempore eccleſia eius nomini fabricata & dedicata conſiſtit.

De ſcō Ioāne elemoſynario epō. Cap. LXXVII.

IOannes cognomento elemoſynarius eps claruit temporibus foce imperatoris: qui claris alexandrine natalibus ortus: ſanctitate & ſcientia preditus ad patriarchatum ciuſdem urbis ꝓmotus: ex uberibus elemoſynis q̄s faciebat elemoſynarius dictus eſt. Cui in oratione q̄dam nocte beata uirgo apparuit coronam oliuaq; in capite geſtās: que ſe dei genitricē eſſe dixit: corona miſericordie circūdatā hortans ſanctum ut eam in ſpōſam aſſumeret: & quicquid peteret a domino obtineret. Extunc miſericordie operibus intentus fuit: & pauperes ſuos dominos appellauit: famuliſq; ſuis precepit: ut ciuitatē circuirent: & omnes dominos ſuos conſcriberent. Qui cū non intelligerent: expoſuit dominos ſuos eſſe pauperes & mendicos: qui ſibi auxiliarii fiebāt: & regnū celoq; ſibi largiri poterant. Et ut cōciues ſuos ad elemoſynas īduceret: exēpla plurima ſanctoq; inducebat: qui largas elemoſynas tribuētes bonis ſpiritualibus abundant. ¶ Monachus quidam noīe uitalius oēs publicas meretrices cōſcripſerat: q̄s uiciſſim ſingulas noctibus ſingulis cōducebat. Et ad eas intrans in oratione pernoctabat: ꝓcipienſq; mane ne cui reuelarent exemplo ſue ſanctitatis multas ad penitentiā perducebat. Et cum ex hoc multi ſcandalizarentur: putantes uitaliū admodū eſſe laſciuiū: & de hoc ioanni epō querimonia delata eſſet: noluit eis fidem adhibere: deprecans deū ut opus ſancti uiri alicui reuelaret taliter: q; non imputaretur in peccatis his qui in eū ſcandalizabantur. Poſt dies paucos egrediens monachus ab una illarum obuiauit cuidam ad eam cognoſcendam ingredienti: qui uitalium alapa percuſſit: & eum de fornicatione redarguit. Statimq; diabolus in ſpē mauri: uirum illum in gena repercutiens eum uexare cepit. Ita ut ex ore eius demon clamaret: & uitalii ſanctitatem exprimeret: nec non caſtiſſimum comprobaret. Pro quo dum ille oraſſet a demonio liberatus eſt. Mulieres quoq; que ſanctus uir operabatur: manifeſtare ceperūt. Que omnia beatus ioānes per ſpiritum cognoſcebat: iōq; maledictis fidem adhibere nolebat. Sicq; orationibus eius innocētia uiri ſancti manifeſte cognita fuit. ¶ Cuidam in habitu peregrini ad ſe uenienti & elemoſynam poſtulanti: mandauit ioānes ſex numiſmata dari. Iterumq; mutato habitu reuertenti: ſex aureos ſibi dari precepit. Cui etiam tertio mutatis ueſtibus redeunti

duodecim dari iuſſit. Cum autem diſpenſator ſibi innueret: q̃ hic idem pauper ipſa die bis elemoſynã diuerſis mutatis ueſtibus ſumpſiſſet: inſtitit ioannes ut ſibi toties daret: quoties ille rediret: ne forte eſſet chriſtus: qui ſe tentare ueniret: an poſſet plus accipere q̃ epiſcopus ſibi dare. ¶ Quidã patricius pecuniã eccleſie in mercationibus ponere uolebat: patriarcha uero reſiſtebat: uolens ipſam pauperibus largiri: ſicq̃ contẽdentes adinuicem irati ſunt. Adueniente ergo hora. xi. mandauit patriarcha patricio per archipreſbyterum dicens: q̃ ſol in occaſum uergebat. Quod ille intelligens ad eũ uenit: & cũ lachymis ueniã poſtulauit. ¶ Quidã eius nepos a tabernario grauia conuitia audierat: & patriarcha conqueſtus eſt. Cui patriarcha reſpondit: ſe ipſo die talẽ rem in eo factum: q̃ tota alexandria miraret. Cõſolatus eſt ergo nepos: putans q̃ eũ faceret grauiter uerberari. Qui eodẽ die p̃ homine illo miſit: & ip̃m ab omni pẽſione & tributo liberũ fecit. Aduocãſq̃ nepotẽ dulciſſimis uerbis eum ad patientiã & iniurias tolerãtiã aſſauit. ¶ Monumẽtum ſibi fabricari fecit: quod tamẽ quoadui xit imperfectũ reliq̃t. Ordinauitq̃ ſuis clericis: ut quãdocũq̃ in ſolẽnitatibus celebraret: ſibi commemoraret monumẽtũ ſuum imperfectũ exiſtere: & q̃ ipſum complere mandaret: neſcius qua hora fur ueniret. Hoc autẽ faciebat: ut cõtinue memoriã mortis haberet. ¶ Diues quidam uidens ſanctum uilem ſtratum habere eo q̃ omnes pannos paupibus errogaſſet: precioſum coopertorium emit: & ioanni tradidit. Qui cum illud nocte ſuper ſe teneret omnino dormire non poterat: cogitans q̃. ccc. domini ſui de tanto precio operiri poſſent. Facto igitur mane ſtatim illud uendidit: & precium egenis diſtribuit. Quod audiens diues ille coopertorium redemit: & ioanni ſecundo tradidit rogans ipſum ne illud amplius uenderet: ſed ſuper ſe teneret. Ille autem ſecundo uendidit: & de precio ut prius fecit. Tertio autem uir ille coopertorium redemit: & ioanni dedit dicens: q̃ omnino propoſuerat uidere quis uinceret: aut ipſe in redimendo: aut epiſcopus in uendendo. Et ſic ſuauiter quaſi diuitem illum uindemiabat. ¶ Cuidam elemoſynam petenti nummum dari fecit: qui indignatus eo q̃ maiorẽ ſibi elemoſynam non dediſſet: in contumeliã eius p̃ rupit: famuloſq̃ uindicare uolentes eos p̃ hibuit: ſaccũ quoq̃ pecunia̅ coram illo effudit: dicẽs ut inde acciperet quot uellet. ¶ Cõſuetudinẽ fecerat populus ut lecto euangelio eccleſiam exirent: & uerbis ociofis uacarent. Quidã uice lecto euangelio cũ eis eos exiit: & inter eos ſtare cepit: dicẽs q̃ ubi oues ibi paſtor eẽ debebat. Quod cũ bis iterã feciſſet: populũ in eccleſia ſtare docuit. ¶ Iuuenis quidã qui ſanctimonialẽ rapuerat a familiaribus ſuis exprobrabatur: dicentibus q̃ erat dignus morte. Quos ille redarguit: dicẽs eos magis delinquere: qui proximum iudicabant: qui forte amplius nõ peccabat. Cũ autem febre correptus uicinus eſſet morti deo gratias egit: qui unicum ſibi ſolũ nummum dimiſerat: quem & pauperibus dari fecit. Cũ autem defunctus eẽt & corpus eius in ſepulchro ubi erant duo̅ epo̅ corpora deponere uellent: corpora illa in latera ſecedentia mirabiliter beato ioanni ceſſerunt: & locũ ſibi mediũ uacuũ dimiſeruntẽ. ¶ Ante dies paucos obitus ſui mulier q̃dã ſibi cõfeſſa peccatum unũ enorme ex uerecũdia omiſit: quod tamẽ in ſchedula ſcripſit: & ſigillauit: & ioãni tradidit ut pro ſe dominũ exoraret. Audiẽs autem ipſum defunctũ: & ſe confuſam reputans: ſi forte ſcriptũ ſuum ad manus cuiuſpiã deueniſſet ad tumulũ ſancti ioãnis duriſſime flere cepit. Cui ille pontificalibus indutus apparuit duobus ſecundum quieſcentibus epiſcopis hinc inde uallatus: qui ſcriptũ ſigillatũ mulieri tradidit. Quod illa aperiens peccatũ ſuum deletũ inuenit ſcriptũ tamen ibidem repperit: propter ioannem ſeruũ meum deletum eſt peccatum tuum. Illaq̃ deo gratias egit. Quieuit autem ſanctus ioannes in chriſto. iii. noñ februarii circa annum domini. ccccccv.

¶ De ſancto Gaudentio ep̃o. Cap. LXXVIII.

GAudentius epiſcopus nouarieñ fuit. Qui de hyporia oriũdus ſancti martini turoñ ep̃i notarius & diſcipulus extitit. Cui multo tempore adheſit. Et poſtmodũ mediolañ ueniẽs cum ſancto euſebio uercelleñ epiſcopo exilium ſubſtinuit. Indeq̃ reuocatus a ſancto ſimplicio mediolañ archiepiſcopo: primus nouarieñ ep̃s ordinatus fuit. Qui & epiſcopatum ſuum ſtrenue gubernauit: & inter cetera corpus ſancti laurentii preſbyteri & martyris apud nouariam cum multis quos baptizauerat paſſi dudum latens inuenit: & digna ueneratione exaltauit. Dum autem mortuus eſſet: & ſibi precioſum ſepulchrũ pararetur: a menſe februario uſq̃ ad auguſtum inhumatus: & omnino in corruptus corpore permanſit: quo tempore & capilli & ungues eidem creſcebant: uti eo tempore quo uiuebat. Hic etiam inter cetera miracula: mulierem uexatam a diabolo liberauit. Quieuit in pace. iii. noñ februarii.

¶ De ſcis Celerino & ſociis mr̃ibus. Cap. LXXIX.

CElerinus diaconus & cõfeſſor: & auia eius celerina: laurentius eius patruus & ignatius auunculus martyres: apud aphricam claruerunt. De quo̅ omnium glorioſis laudibus memorat beati cypriani epiſtola ad matres ſcripta. Nam ut ibidem dicit celerina glorioſa anus martyrio coronata eſt. Patruus uero celerini laurentius & auunculus eius ignatius in caſtris ſecularibus militantes palmas domini illuſtri paſſiõe meruerũt Celerinus autem diu adherentibus penis afflictus p̃. xiii. dies in carceris cuſtodia ſeptus in neruo ac ferro fame cruciatus: inde tandem eductus: & diuina prouidentia dimiſſus: ad diaconatus ordinem promotus ſanctitate pollens quieuit in pace. Horum omniũ feſtum recolitur. iii. noñ februarii.

¶ De ſcõ Symeone p̃pheta. Cap. LXXX.

SYmeon ſenex & propheta noui teſtamenti: de quo in euangelio luce. ii. multa preconia predicantur: q̃ uidelicet fuit homo iuſtus & timoratus & expectans conſolationem iſrael: & q̃ ſpiritus ſanctus erat in eo. Et q̃ reſponſum acceperat a ſpiritu ſancto non uiſurum ſe mortem: niſi uideret chriſtum deum. Qui cum ſpiritu ſibi diuino reuelante: puerum ieſum natum & ad templum a parentibus deferendum didiciſſet: uenit in ſpiritu in templum die dominice purificationis. Et cum inducerent puerum ieſum parentes eius: ſeſtinauit Symeon ad portam templi & adorauit ieſum: & oſculans plantas eius accepit eũ in ulnis ſuis.

Et benedixit deū dicēs. Nūc dimittis ſeruum tuum domine &c. Et cū eſſet annoꝝ. cxii. & uix poſſet ſeipſum regere: portauit pueꝝ uſq; ad altare: iuxta illud. Senex puerū portabat puer autē ſenem regebat. Et tūc tradidit puerum matri domino offerēdū. Et benedixit parentibus ieſu: & prophetiam illam matri ieſu predixit: que ſcribitur: ubi ſupra. Et qualiter gladius mortis filii animam genitricis per tranſire debebat: perfectis autem omnibus ſecundum legem redeuntibus parentibus ieſu ad domum ſuam: & Symeon ad propria rediuit. Et quia promiſſionem diuinam obtinuerat: tertio die in domino obdormiuit: & ſepultus eſt i Hieruſalem. iii. noñ februarii. Hec in libro de infantia ſaluatoris.

¶ De ſanctis Phyllea & Phylloronio & ſociis martyribus. Cap. LXXXI.

PHylleas & phylloronius in ciuitate egypti que appellatur tamnes paſſi ſunt. Qui phylleas ut octauo eccleſiaſtice hiſtorie habetur: & ut dicit hieronymus de prefata urbe nobili proſapia ortus. Primo quidem honoribus in ſeculo fulgens liberalibus ſcientiis eruditus fuit: deinde ad epiſcopatum ipſius urbis proiectus de martyrum laude uolumen inſigne compoſuit. Qui tempore perſecutionis cum multos de ſuo grege diuerſi ſexus ordinis & etatis quaſi innumere multitudinis ad martyrium premiſiſſet: a preſide ciuitatis tentus & carceri mancipatus eſt. Qui cum a propinquis & dilectis blandis & lachrymoſis ſermonibus induceretur: ut chriſtum negaret: & ipſe econtra conſtantior permaneret: ex ſententia preſidis cū phylloronio eius diacono decollatur ſecundo noñ. februarii.

¶ De ſanctis Aqlino & ſociis mar. Ca. LXXXII.

AQuilinus: geminus: galeſius: magnus: & donatus martyres rome foro ſymphronii paſſi ſunt. Quos omnes pro confeſſione nominis chriſti iuſſit urbis prefectus capitali ſententia uitam finire. ii. noñ febr. ut dicit ado.

¶ De ſancto Giliberto cōfeſſore. Cap. LXXXIII.

GIlibertus cōfeſſor gemmaleñ cenobii fundator anno. xxv. othonis imperatoris primi claruit: qui apud gorziam chriſto potius q̄ ſeculo militabat: & in ipſo loco monaſterio ab eo fabricato & copioſe dotato ꝑ̄ter amoꝛ ē ſancte religionis in pace dormiuit. ii. noñ. februaꝛ ii. Cuius corpus relatum eſt ad gorziam urbem.

¶ De ſcā Agatha uirgine & mar. Cap. LXXXIIII.

AGatha uirgo & martyr apud ciuitatē cathaniñ tempore decii paſſa eſt ſub quintiano ſicilie cōſolari. Qui cū eſſet ignorabilis: libidinoſus: auarus: & idolis deditus beatam agatham comprehendere nitebatur: ut quia erat ignobilis tenendo nobilem timeretur: quia libidinoſus eius pulchritudine frueret: quia auarus eius diuitias raperet: quia idolatra diis eam immolare cō pelleret. Ipſamq; detentam tradidit cuidam meretrici nomine aphrodiſie nouem filias turpiſſimas habēti: ut per dies. xxx. ſuaderēt ei: quo modo eius animū immutaret: modo leta promittendo: modo per aſpera deterrendo: que cum uti ſupra firmam petrā chriſtum immobiliter fundata: omnia ſibi promiſſa uel comminata contempſiſſet: & aphrodiſia hec quintiano rettuliſſet: ipſe uirginem ad ſe adductam cuius eſſet conditionis interrogauit. Cui uirgo ſe ingenuam & genere ſpectabili progenitā eſſe reſpondit: addēſq; q; ancilla chriſti eſſet: hoc quod magis eam ingenuā redderet. Nam ſumma ingenuitas eſt: in qua chriſti ſeruitus comprobatur. Cui cum quintianus optionē dediſſet: aut diis ſacrificandi: aut diuerſa ſupplicia ſuſtinendi. Virgo reſpondit: q; utinam uxor illius eſſet talis ut uenus: & ipſe talis qualis iuppiter deus ſuus. Tunc quintianus iuſſit eam alapis cedi. Et cum diuerſa ſibi tormenta comminaretur. Et illa econtra feras ignem & plagas & quaſcunq; penas ſe uolūtario animo paſſuram offerret: iuſſit eam in carcerem trahi: ad quem letiſſime & glorianter ibat: & quaſi ad epulas inuitata agonem ſuum domino precibus cōmendabat. Sequenti die inde educitur: & ſacrificare conténens in equuleo ſuſpenditur: & torquetur. Et cum in his penis delectari ſe diceret: iuſſit conſularis mammillam eius diutius torqueri: & tortā abſcindi. Que cum illum redargueret dicens: q; confundi debuerat amputare in femina: quod ipſe in matre ſuxiſſet iuſſit eam iterum ad carcerem reduci: prohibens medicum quēcunq; ad eam ingredi: & panē ſibi uel aquā ab aliquo miniſtrari. Verum circa noctis medium uenit ad eam ſenior: quem antecedebat puer luminis portitor: dixitq; uirgini: q; cum paſſa fuerat: ibi erat: & conſiderauerat mammillam eius ſalutem ſuſcipere. Illa uero omnem carnalem medicinam reſpuebat ſed ſolum dominū ieſum habere ſe dicebat: qui uerbo curat omnia: & ſolo ſermone reſtaurat uniuerſa. Tunc ſenior ſubridens dixit: ſe a chriſto domino miſſum eiuſq; eſſe apoſtolum petrū. Et continuo ab oculis eius diſparuit: uirgoq; ſancta ſe perfecte ſanatam mammillamq; ſibi reſtitutam inuenit: & deo gratias infinitas egit. Cum ergo ex immēſo lumine cuſtodes territi fugiſſent: & carceré apertum reliquiſſent: rogauerunt eam quidam ex uinctis ut abiret: que omnino recuſauit: dicens q; nolebat amittere coronam ſibi a domino preparatam. ¶ Poſt quattuor dies reducta eſt ad quintianum: qui eam ſanatam conſpiciens: & qualiter eam chriſtus ſanaſſet audiens: iratus teſtas acutas iuſſit ſpargi: & carbones ignitos ſubterponi: & illam nudo corpore deſuper uolutari. Statīq; facto terremotu ciuitas tota cōcutitur: & cadēte pariete ſiluinus & falconius conſiliarii iudicis opprimuntur: concurrente populo aduerſus quintianum

& clamãte q̃ propter iniuſtum agathe cruciatũ talia paterentur. Tũc conſolaris ex una parte terremotum metuens: & ex alia populi ſeditionem non ferens per puſterulã auffugit: & uirginem in carcerẽ reponi mã dauit: quo cũ introiſſet: orauit ad dominum: ut ſuſci peret in pace ſpiritũ eius. Finitaq̃ oõne cũ ingẽti uo ce expirauit. ¶ Cũ autem fideles corpus eius cũ aro matibus cõdirent: & in nouo ſarcophago collocarẽt: apparuit iuuenis ſericis amictus cũ pluſq̃ centũ aliis albis indutis alias nunq̃ uiſus: qui ad corpus uenies tabulã marmoream ad caput eius appoſuit: & clauſo tumulo cũ omnibus ceteris ab omniũ oculis euanuit In tabula aũt ſcriptũ erat ſic. Mentẽ ſanctã ſpõtaneã: honorẽ deo: & patrie liberationẽ. Quo miraculo di uulgato: nõ ſolum xp̃iani ſed etiã gentiles & iudei ſe pulchrũ uirginis uenerari cepunt. Quintianus uero dũ ad inueſtigandas eius diuitias p̃geret: & flumẽ in naui cũ equis trãſiret: duo equi fremẽtes: calceſq̃ ia ctãtes: unus cũ morſu appetiit alter calce percuſſum in flumine p̃iecit & necauit. ¶ Reuoluto anno circa diẽ natalis eius mons etna ciuitati p̃ximus ructauit incendiũ: qui q̃ſi torrens de mõte deſcendẽs & oĩa cõ burẽs: ad urbẽ cũ ĩpetu ueniebat. Tũc paganoꝝ mul titudo: uelũ quo ſepulchrũ eius erat opertũ ãripuit: & cõtra ignem oppoſuit. Statimq̃ in die natalis eius ignis ceſſit & ulterius non proceſſit: paſſa eſt autem nonũ februarii circa annum domini. cclii.

¶ De ſancto Ingenuino ep̃o. Cap. LXXXV.

INgenuinus ſecũdus ep̃s ſabioneñ fuit: ut ſcribit paulus in geſtis lõgobardoꝝ: quẽ preceſſerat ſcũs caſſianus: q̃ imole immo latus martyriũ conſumauit. Sabiona enĩ fuit olĩ epiſcopalis ciuitas metropolis aquileieñ: nunc uero ſedes trãſlata eſt ĩ brixinã: & ſub eſt ſalzburgeñ. Huius tp̃e longobardi italiã occuparũt regnãte eoꝝ rege auſterich. Seuerus ep̃s in patriarchatu aquileieñ helie ſucceſſerat. Quẽ ſmaragdus patricius compu lit cũ quibuſdã aliis epiſcopis: cõicare ioãni heretico archiepiſcopo rauẽnati: qui romanã eccleſiã conteñe bat. Scũs uero ingenuinus cũ ſancto agnello tridẽtiñ: petro altiñ: iuniore ueroneñ: hoſentio uincẽtiñ. Ru ſtico taruiſiñ fonteio feltrineñ: agnello eqliñ: laurẽtio bellũneñ: maxẽtio iulieñ: & hadriãno poleñ epiſcopis. Huic ſchiſmati nõ conſenſerũt. Propter q̃d omnes p̃ nominati ſancti multas iniurias ppeſſi ſunt. Scũs ue ro ĩgenuinus actus in exiliũ: in pace q̃euit nonĩ februa rii. Cui ſcũs cõſtãtinus ſucceſſit. Corpuſq̃ ipſius poſt multos annos brixinã tranſlatũ eſt. Et ſcũs albuinus ep̃s brixineñ die quo'm igrauerat. ſ. nonĩ febr̃ miracu lis clarus eidem aſſociat. Hec frater bartholomeus.

¶ De ſancto Adiuto ep̃o. Cap. LXXXVI.

ADiutus ep̃s uineñ eximie ſanctitatis fuit. Cuius fide & induſtria atq̃ doctrina mi rabili ab infeſtatione arriane hereſeos gal lie defenſe ſunt tp̃e gũdobardi regis fran coꝝ. Qui & uirtutibus inſignis nonĩ februarii apud uienam in pace dormiuit: ut dicit ado.

¶ De quinquageſima. Cap. LXXXVII.

QVinquageſima ſignificat tẽpus remiſſiõis Et incohat̃ in dominica qua cantat̃. Eſto mihi ĩ deũ: & terminat̃ in ipſo die paſche. Inſtituta eſt aũt p̃pter ſupplectionem: & propter ſignificationem: & propter repreſentationẽ. ¶ Primo p̃pter ſupplectionem: quoniam cum debea mus quadrageſimo diebus ieiunare ad ſimilitudinẽ chriſti: & non ſint in quadrageſimo niſi trigeſimo ſexto diebus ieiunabiles: quia in dominicis non ieiu natur propter letitiam & reuerentiam dominice re ſurrectionis. eo pro ſupplectione dominicarum ad diti ſunt quattuor dies. Iterum clerici uidentes q̃ ſi cut precedunt populum ordine ſic debent precedere ſanctitate per duos dies ante illos quattuor ieiunare & abſtinere ceperunt. Et ſic ſeptimana una addita eſt: que & quinquageſima uocatur. ¶ Secundo pro pter ſignificationem: quoniam quinquageſima ſi gnificat tempus remiſſionis ideſt penitentie in qua omnia remittuntur. Quinquageſimus enim an nus erat iubileus: qui erat annus remiſſionis quia tunc debita remittebantur: ſerui liberabantur & omnes ad ſuas poſſeſſiones reuertebantur. Per quod ſignatur q̃ per penitentiã dimittuntur debita pecca torum. liberãtur oẽs a ſeruitute demonum: & reuer tuntur ad poſſeſſiões celeſtiũ manſionũ. ¶ Tertio p̃ pter repreſentationem. Nã qnquageſima non ſolum tẽpus remiſſionis ſignificat: ſed etiã ſtatum beatitudi nis repreſentat. Nam in. l. anno ſerui efficiebantur li beri: in. l. die data eſt lex in monte ſina: & in. l. die da tus eſt ſpiritus ſanctus apoſtolis. Et ideo hic numerus beatitudinem repreſentat: ubi erit adeptio libertatis: q̃d oſtenditur per ſeruitutis liberationẽ: cognitio ue ritatis q̃d per legis dationẽ: & perfectio charitatis q̃d per ſpiritus ſancti infuſionẽ. ¶ Numerus etiã quinq̃ genarius eſt denarius qncuplatus. Denarius uero ſi gnificat beatitudinẽ ſanctis in fine mundi cõferendã. unde & paterfamilias ſuis operariis in uinea laboran tibus: ſero contulit denarios ſingulos pro mercede. Hic aũt denarius ideo quinculpatur: quia. v. corporis ſenſus tunc beatificant̃. Hic enim per qnq̃ prudẽtes uirgines deſignant̃: que fatuis excluſis ad nuptias cũ ſponſo chriſto ingrediuntur. Ideoq̃ denarius retri butionis in. v. ſenſibus quincuplandus ad quinquage num iubilei multiplicatus aſcendit. ¶ Tria aũt ſunt neceſſaria in epiſtola & euangelio dominicali p̃poſi ta: ad hoc ut opera penitentie ſint perfecta ſcilicet cha ritas que p̃ponit̃ in epiſtola: memoria dominice paſ ſionis: & fides que ſumit̃ per illuminationẽ ceci: que duo ponunt̃ in euãgelio. Nam fides ipſa opa facit ac ceptabilia: ſine qua ĩpoſibile eſt deo placere: memo ria paſſionis facilia gregorius. Si paſſio chriſti in ani mũ ducitur: nihil eſt tã arduum q̃d nõ equo aĩo tole reṫ: charitas autem facit eſſe continua: qa ut idẽ dicit amor dei nunq̃ eſt ocioſus. Operatur enim magna ſi eſt. Si autẽ operari negligit: amor dei non eſt. ¶ Vn de ſicut in principio eccleſia quaſi deſperans clamaue rat Circundederunt me &c. Et poſtmodum ad ſe re diens & adiuuari petebat dicens Exurge domine &c. Ita iam hic ex ſpe uenie fiducia concepta propter pe nitentiam orat & dicit Eſto mihi in deum protecto rem: ubi quattuor petit. ſ. protectionẽ: firmamentũ: refugiũ: & ducatum. Oẽs enĩ filii ſui: aut ſunt in gra tia: aut in culpa: aut in aduerſis: aut in proſperis. Illis qui ſunt in gratia: petit firmamentũ: ut in ipſa gratia confirmentur. Illis qui ſunt in culpa: petit refugiũ: ut conuertantur. Illis qui ſunt in aduerſis: petit pro

tectionē:ut in ipſis tribulationibus ꝓteganť.Illis qui ſūt in ꝓſperis:petit ducatū ut in ipſis ꝓſperitatibus a deo innocenter ducanť.Terminať aūt quinq̄geſima in die paſche:quia penitentia ad nouitatem uite facit reſurgere.Et quia in hebdomada quinquageſime tē pora tertie etatis recoluntur: merito ſanctoꝝ patrū tertie etatis īmediate geſta ſubſcribūť:quoꝝ dies obi tus ignoranť.Quāuis enī de ſolo ſcō Abrahā beatus hieronymus diē dormitiōis in ſuo calēdario ſcribat: uidelicet.viii.idus octobr̄:quia tamē de nullo alio ip ſius etatis certa dies feſtiuitatis repiť:ne ipm Abrahā primū & ſolū etatis tertie ab aliis ſepemus cōgruen tius uiſum ē:ut de ipſo una cū aliis acta ſubiiciamus.

¶De ſcō Abrahā patriarcha. Cap. LXXXVIII.

ABram quē deus ꝓpter eius fidem addita ſibi una lſa quam nomini uxoris detraxe rat:uocauit poſtmodū abrahā patriarcha ſanctiſſimus:non ſolū in ſanctoꝝ catalo go eccleſia ſtici.xliiii.& primo matthei.ii.cap̄.ſpeciali ter nominať:ſed etiā ex textu ſacre ſcripture in locis pluribus de fide:iuſtitia:& obediētia commendatur. Hic cū patre thare habitans in arā cum eſſet annoꝝ .lxxv.ad imperiū domini relictis patre & fratre Na chor:egreſſus inde cū uxore ſara ſterile & Loth filio fratris Arā:quē in filiū adoptauerat:& cū omni eius familia & ſupellectile:uenit ad terrā chanaā habitatu rus quā deus eius ſemini ꝓmiſerat ſe datuꝝ:ueniēſq̄ ad ſichem iuxta uallē illuſtrem:que pentapolis dice batur a qnq̄ urbibus ſodomoꝝ:edificauit ibi altare domino.Exinde ut dicit ioſephus primus p̄ſumpſit ꝓnunciare unum deum creatorē cunctoꝝ.Inde trāſ grediens inter bethel & ai aliud edificauit altare:& ul tra progrediens habitauit in damaſco. Annus uero ſubſequēs qui eſt.lxxvi.etatis abrahā. Primus annus eſt repromiſſionis dei facte ad eū:a quouſq̄ ad egreſ ſum filioꝝ iſrael de egypto ſupputanť anni.cccc.xxx. poſt quos apoſtolus ad gala.iii.dicit factā fuiſſe legē. ¶Verum ꝓpter famē que facta eſt:deſcendit abrahā in egyptum:timenſq̄ libidinem egyptiorum: ne eū propter uxoris pulchritudinem occiderent:dixt eam ſororem ſuam eſſe:ſicut & erat re uera quia filia fra tris.Et quia laudata eſt pulchritudo eius apud regē egypti: in domum eius ſublata eſt.Sed deus regis de ſiderium impediuit:ne tāgeret eam in egritudine & tumultu cauſarum:ut dicit ioſephus.Cūq̄ pro ſalu te regis ſacrificarent ſacerdotes:per iram dei hoc ac cidiſſe ſignificauerunt:eo q̄ uxori peregrini iniuriā inferre uoluiſſet.Sicq̄ rex egypti uxorem ſuam inta ctam abrahe reſtituit:& de commiſſo ueniam poſtu lauit. ¶Sane abraham eo tempore arithmeticam & aſtrologiam egyptiis primus tradidit:a quibus poſt modum peruenerunt ad grecos.Reuerſus autē abra ham ex egypto habitauit in loco:ubi fixerat taberna culum inter bethel & ai.Et cum eſſet diues ualde in auro & argento familia & iumentis & paſtores eius cum paſtoribus loth pro paſcuis rixarentur: diuiſus eſt a loth nepote ſuo:& dedit ei optionem eundi quo uellet.Loth elegit regionem circa iordanē fertilem & amenam:& moratus eſt in oppidis ſodomoꝝ.Abra ham uero deſcendit ad conuallem mambre iuxta he bron:& habitans ibi iuxta quercū uel terebinthū edi ficauit altare domino.Mābre uero eſchol & anel fra tres erant:& federati ſunt abrahe:a quoꝝ primogeni to uallis cognominabatur.Ibi promiſit deus abrahe omnem circūſtantem terram per quattuor partes da re ſibi & ſemini eius. ¶Poſt hec chodorlaomor rex helamitarum cum aliis tribus regibus quinq̄ reges ſodomoꝝ uicit in bello:& tulit omnē ſubſtantiā eo rū:cū loth & omni ſubſtantia eius.Quo audito abra ham cū.cccxviii.uernaculis ſuis & tribus predictis fra tribus mambre:eſchol:& anel perſecutus eſt eos uſq̄ ad dan: & plurimis trucidatis uictoriam obtinuit: & loth nepotem mulieres & populū omnēq̄ ſubſta tiam reduxit.Cui melchiſedech rex ſalē & ſacerdos occurrit:& ſacrificium panis & uini primus obtulit: cuiq̄ abraham decimas perſoluit:ut infra de melchi ſedech dicetur.Ab hac uictoria pro remiſſione capti uorum dicunt quidam initiū habuiſſe iubileum:qđ remiſſio interpretatur.Et inſtitutus eſt anno quin quageſimo:quia tunc erat Loth quinq̄ginta annoꝝ. ¶Poſt que abraham per inflammationem ſacrificii diuinitus illapſam:accepit ſignū de promiſſione ſo bolis in ſtellarum numerum multiplicande.Quod quia uti naturaliter impoſſibile deo credidit: de fide merito commendatur.Tunc q̄ primum ſuſcepit fili um ex agar ancilla cui nomen iſmahel:a quo iſmahe litaꝝ gens:qui & agareni ab agar dicti ſunt:q & poſt modū uti ſare filii ſaracenoꝝ falſum nomē uſurpaue runt. ¶Deīde Abrahā qui primo dicebať abrā a deo uocatus eſt abrahā:uxorq̄ ipſius que ſarai dicebať a deo ſara uocata fuit. Preceptumq̄ accepit diuinitus abraham ut ſe cum ſua ſobole circūcideret:ut iter cū ctas nationes tali ſignaculo corporis electoꝝ uirorū ſoboles naſcerenť.Et cū eſſet annoꝝ .xcix. circūcidit ſe & iſmahelē filium ſuū annoꝝ .xiii.ac omnē familiā ſuam ſexus maſculini. ¶Iteꝝ quoq̄ dominus abra he:per ſubiectā angelicā creaturā apparuit: filiūq̄ de ſara repromiſit:eāq̄ heſitantem redarguit:& abrahe ſodomorum interitum nunciauit. Tunc ſanctus pa triarcha beate trinitatis prius myſterium intellexit. Cum tres uiros uidit & unum adorauit:quos & ho ſpitio ſuſceptos fertili conuiuio refecit:ubi trinitatis expreſſe myſterium ponitur.Cum abraham nūc ad unum nunc ad tres loquitur.Ipſeq̄ deus in tribus ap parentibus angelis:nunc ſingulariter nunc pluraliter uirum ſanctum affatur.Abraham poſt hec peregri natus in geraris ſa.iam uxorem ut fecerat in egypto ſororem eſſe dixit:& ſimile necis periculū ſimili mo do per dei prouidentiam euaſit.Cum uero eſſet an norum.c.corpuſq̄ iam haberet mortuum naturali ter ad generandum:ſara uero ſterilis & nonagenaria eſſet.iuxta repromiſſionem dei ad eos factam natus

est isaac:qui & octauo die iuxta diuinum mandatum circũcisus est anno:ab institutione circũcisionis secũ/do:ab ortu uero ismahelis.xiiii.Ablactato uero isaac: & aliquantulum excrescente dum cum ismahele lu/deret & eum ille uti maior in ludo lesisset:cum etiam ut dicũt hebrei ismahel aliqua idola de terra finxisset: & isaac ad ea colenda inducere uellet ad instantiam sa/re:abraham ismahelẽ cũ matre simul eiecit:sed domi/nus ismahelẽ custodiens.xii.duces tribuum suarum ex eo multiplicãdos procreauit.¶Deinde abimelech rex geraris timens abraham ditatum & multiplicatũ cum fichol principe exercitus sui ad eum uenit & cũ illo ad puteum fedus iniit:ubi & abraham nemus plã/tauit.¶Cum autem abrahã adhuc habitaret in ber/sabe & isaac esset annoꝝ.xxv.uel ut quidã asserunt.xl. dominus fidem & obedientiam sancti patriarche ten/tare uolens:nõ quia nesciret:sed ut nobis exemplum innotesceret:precepit ĩmolare filium suũ isaac in mõ/te moria:in quo postea templũ domini a salomone edificatũ est.Quod quidem ille creatori suo amplius quã suo affectui cupiens deseruire adimplere curauit. Et dum cũ assumptis duobus pueris & filio sine uicti/ma pergeret:& dimissis famulis natus parentem ubi esset uictima quereret:adhuc abraham eidem diuinũ mandatũ noluit reuelare:dicens q̃ deus sibi de uicti/ma,puideret.Cum aũt ad montẽ puenissent:refert io/sephus uerba patris ad filiũ dicentis:quia sicut ex uo/luntate dei ĩgressus fuerat mundũ mirabiliter:sic dei uoluntate necesse erat ei egredi inusitanter:quẽ domi/nus quidẽ iudicasset non egritudine non bello nõ ali/qua passione humana uitã finire:sed cũ orationibus & sacrificiis aĩam ipsius ad se reuocare:& q̃ non dubi/taret quia infallibiliter deus eũ suscitaret:ob ꝓmissio/nes ĩplendas.Et sic isaac ĩmolandus libens accessit ad arã.Sed nunq̃ credẽtibus dura diuinitas permãlit.Nã & deus angelica uoce suspẽdit abrahã a filii nece ostẽ/dens ei quẽ ĩmolaret pro filio arietẽ:ut absq̃ pietatis dispendio tantũ sacrificiũ consumaret:In hoc mortẽ xp̃i p̃figurans:ut sicuti reseruato isaac aries ĩmolatur: sic diuinitate in xp̃o seruata humanitas in cruce pati/tur.Ex hoc forte quidam codices autumant sacrifici/um abrahe eodẽ anni die cũ xp̃i passione concurrisse scilicet.viii.cal.aprilis:quo etiam die tradũt melchise/dech,primũ sacerdotem & regẽ:panis & uini deo pri/mitus mysteriũ obtulisse.¶Reuerso aũt abrahã ad cõuallẽ mãbre:mortuaq̃ sara eius uxore misit seruũ suum eliezer ad mesopotamiã syrie ad nepotẽ suum bathuelẽ filiũ nachor:adiurans eum ut filiã nepotis sui de cognatione suo filio suo uxorẽ assumeret.Qui recto gradu pueniens ad domũ bathuelis:cũ esset ad/huc in agro & expectaret diuinitus inspiratus uxorẽ isaac predestinatã rebecha bathuelis filii nachor filiã nunq̃ sibi uisam cognouit.Cogitans ut quecũq̃ puel/la ad hauriendam aquã pgens sibi potum petẽti quin etiam camelis aquã preberet:ipsa futura isaac coniũx esset.Que oĩa cum in rebecha cõtigissent:seruusq̃ cũ/cta patri narrasset:dedit pater puellã in uxorẽ isaac de/sponsandam.Quam secum adductã:isaac despõsauit cum esset annoꝝ.xl.uel secundũ quosdã.l.& in tantũ eam dilexit:ut doloré qui sibi ex matris morte accide/rat temperaret.¶Abraham uero aliã duxit uxorem nomine cethuram quam quidam dicunt agar ancil/lam eius fuisse:& ex ea plures genuit filios quibus & munera dedit & eos ab isaac separauit.Illi uero ut he/redi omnem possessionem suam tribuit.Et postq̃ ge/nuerat isaac supuixit annis.lxxv.uidelicet usq̃ ad.xv. annum natiuitatis iacob & esau.Sicq̃ cum esset anno/rum.clxxv.in senectute bõa mortuus est.Et sepultus est in spelunca duplici quam emit ab effron in sepul/turã generis sui:ubi & sara eius uxor ab eo fuerat tu/mulata.Dies autem dormitionis abrahe secundũ hie/ronymum fuit.viii.idus octobris:hec ex libro geneseos a.c.xii.usq̃ ad.xxv.icluſiue:& ex dictis iosephi hierõy/mi & historie scholastice:atq̃ ex chronicis guilelmi.

¶De sancta Sara matre. Cap. LXXXIX.

SArai quam ꝓpter eius ĩcredulitatem de/tracta una lr̃a eius nomini & addita no/mini abrahe deus sarã nomiauit:filia fuit arã fratris abrahe:& ipsius abrahe conso/brina,i.neptis ex fratre.Nam eo tpe ad augendum & multiplicandũ genus humanũ cuiuscunq̃ gradus p̃/ter sororem coniugem accipe licebat.Hec cũ sterilis esset:agar egyptiã ancillam suam abrahe dedit uxorẽ ex qua suscepit filiũ ismahelẽ.Deinde ꝓmissione sibi a deo fcã cũ esset annoꝝ.lxxxx.ex abrahã cẽtenario fi/lium cõcepit.& pepit:quẽ uocauit isaac.Et cũ aliquã/tulũ creuisset puer:& cũ ismahele luderet:ꝓpendit sa/ra:q̃ ismahel de luto idola finxerat:& isaac ad ea colẽ/da,ꝓuocabat:unde & uiro ĩstitit:ut ancillã cũ filio a se eiiceret:ne filius innocẽs ismahelis malitia fedaretur. Supuixit autem sara nato isaac annis.xxxvii.Et cũ es/set.ãnoꝝ.cxxvii.mortua est:& a uiro sepulta in hebrõ in spelũca duplici:quã abrahã emit imperpetuã sui & suoꝝ possessionem sepulchri.hec unde supra.

¶De scõ Melchisedech rege. Cap. XC.

MElchisedech rex salẽ:que postea dicta est hierusalẽ:cui apostolus paulus ad hebre/os.vii.sanctitatis testimoniũ phibet:ĩ ple/risq̃ sacre scripture locis sanctissimus no/minat.Cuius tamẽ genealogia secũdũ apostolũ subti/cet xp̃m in hoc p̃figurãs:q̃ secũdũ humanitatem p̃re/caruit:& cuius secũdũ diuinitatẽ generatio narratio narrari nequit.Hũc tamẽ hebrei autumãt sem filium noe fuisse:& usq̃ ad isaac tẽpora uixisse:& oẽs primo genitos a noe usq̃ ad aaron sacerdotes extitisse:qui in cõuiuiis & oblationibus populo benedicebãt:& pri/mogenita recipiebant.Siue aũt melchisedech idẽ q̃ & sem fuerit:siue alter extiterit:hoc ex diuina pagina ex/pressum habemus:q̃ rex & sacerdos fuit q̃ & primũ & aliis inusitatũ sacrificiũ deo in pane & uino obtu/lit:cui etiã abrahã uti uero dei omnipotẽtis sacerdoti decimas exoluit.In qbus oĩbus xp̃m exp̃ssius designa/uit:q̃ & rex iudeoꝝ & hierusalẽ ex regis dauid carne ꝓgenitus fuit:quẽ & magi ab oriẽte uenientes: ut re/gem iudeoꝝ adorãt:& pilatus impii romani uicari/us in titulo cruci suppositio regem iudeoꝝ affirmat. Hic etiã sacerdos uerus extitit sacrificiũ sui corporis & sanguinis ĩmaculatũ sub speciebus pãis & uini deo offerens:oblationẽq̃ & melchisedech p̃figuratã adim/plens.De quo pater eius secundũ carnẽ dauid ꝓpheta uerat dicens.Tu es sacerdos in eternũ secundum ordi/nem melchisedech.Ablato enim sacerdotio aaron qã fuit ad tempus:sacerdotium melchisedech in christo innouatũ eternaliter confirmatur.Cui etiã uti uero

& legitimo ſacerdoti omnis laicoꝝ decimatio perſoluẽda debeꝫ: & per conſequens eius uicariis in eccleſie regimine ſubſtitutis:qꝫ & eius eidem ſacrificiũ adminiſtrant. Quõ aũt melchiſedech:aut qua morte: uel ubi:ſeu quo tpe uita exceſſerit:ignoraꝫ imo qꝫ aliquãdo mortuus ſit omnino ſilẽtio preteriꝫ. In hoc etiam xpi ſacerdotis typũ repreſentans qui & ſi in carne aliquãdo paſſus fuit:ĩmortalis tamen ex reſurrectione ſcũs nũq̃ de cetero moriturus ab eccleſia predicatur.

¶ De ſancto Loth. Cap. XCI.

LOth filius aram fratris abrahe naturalis: abrahe uero filius adoptiuus fuit:cuius ſarai ſororẽ diem abraham in coniugũ accepit. Hic cum adoptiuo patre & naturali patruo de aram in terrã chanaam ꝓgreſſus eſt & poſt modũ ab eo diuiſus habitauit in oppidis ſodomoꝝ: ut dictũ ẽ ſupra. Hic etiã cũ ipis regibus achodor laomor helamitaꝝ rege captus ab abrahã redemptus ẽ. Cũ aũt dominus ꝓpter uitiũ abominabile ſodomiticũ quinq; ciuitates ſodomoꝝ.i.ſodomã:gomorram: adama:ſeboim:& ſegor ſubuertere decreuiſſet: que ĩ cõfinio arabie & paleſtine poſite erãt. Loth abrahe nepotẽ ꝓpter eius iuſtitiam & abrahe preces ſaluare diſpoſuit. ¶ Venientesq; duo angeli ſodomam ueſpere miſſi a deo ad eius ſententiã exequendã:apud loth hoſpitati ſunt. Quos ſodomite iuuenes putantes: & eis abuti uolentes:ad domũ loth inſultũ fecerunt: ut uiros ad ſe educeret. Quos ille defenſare ſtudens:duas filias ſuas uirgines deſponſatas qdem ſed nõdũ uiris cognitas eis illudendas tradere uoluit. Quod illi renuẽtes:& ut iuuenes ſibi daret inſtantes:ab eiſdem angelis cecitate ꝑcuſſi ſunt:ita ut ianuas uidere nõ poſſent. Tunc angeli emiſerũt loth de ciuitate cũ duabus filiabus & uxore:duobus generis ſuis exire nolẽtibus: & ꝓpter loth ꝑpercit dominus ciuitati ſegor:ne cũ aliis ſubuerteret:ad quã loth declinare ꝓpoſuit forte qa minor erat aliis quattuor ſubuertendis:uel mius peccauerat. Admonueruntq; angeli loth:ne qs eoꝝ poſt tergũ reſpiceret. ¶ Cũ aũt ſol ortus fuiſſet: & loth in ſegor itroiſſet:ſubuertit deus q̃ttuor ciuitates reliq̃s ſodomoꝝ cũ paruulis & mulieribus & pecudibus & oĩbus hoĩbus exiſtẽtibus in eis:que ſulphure & igne celico cõbuſte ſunt:& in fauillam redacte. Reſpiciẽſq; uxor loth poſt ſe:uerſa eſt in ſtatuã ſalis. Cum aũt nec etiã in ſegor loth ſe tutum reputaret:aſcendit & habitauit in mõte:ubi duabus noctibus a duabus filiabus ſucceſſiue inebriatus cũ eis concubuit:& utraq; ipſaꝝ ex eo filium genuit. Maior filium ſuũ uocauit moab: ipſe eſt pater moabitaꝝ:minor uero ſuũ natũ appellauit amon:ipſe eſt pater amonitaꝝ. Nec peccauit loth cum filiabus coeundo: quia ipſas non cognoſcebat: quamuis peccaſſet ſe inebriando:uel forte nec etiam inebrietate deliquit:quia uirtutem uini noue regionis non cognouit:ſicut nec noe quãdo inebriatus eſt. Forte etiam filie minus peccauerunt:que non concupiſcentia ducte:ſed ut ſaluarent ſemen de patre concumbendi ſecum modum inuenerunt:putantes omnes homines mundi ſicut & ſodomitas incendio periſſe & ſicut alias diluuio audierant eſſe factum. Potiſſime quia ſecũdum diluuium ignis extitiſſe putabãt: quod futurum intellexerant prophetatum. Si autem loth peccauit credendum eſt ipſum penitẽtiam egiſſe Alioquin in ſanctorum collegio nõ põereꝫ. Quod autem ſanctus nominandus ſit: non ſolum ex teſtimonio petri apoſtoli in ſecunda epiſtola.c.ii. probatur:ſed etiam ex geñ.teſtimonio ubi ſolus ipſe iuſtus inter cunctos unius ciuitatis peccatores homines nominatur. Quis autem aut quando uite ſue finis fuerit ulterius non legitur hec unde ſupra.

¶ De ſancto Iſaac patriarcha. Cap. LXXXXII.

ISaac patriarcha abrahe filius quia in ſanctorum patrum catalogo conſcribitur ecclеſiaſtici.xliiii. per repromiſſionem anno.c. patris natus octauo die circunciſus: a deo in tantum dilectus fuit:ut tentans patrem de eodem ſibi exhiberi holocauſtũ mandaſſet:& eius obedientiam propalata pro ipſo arietem commutaſſet: & eum a morte reſeruaſſet: que omnia in abrahe legenda ſuperius dicta ſunt. Cum ergo iſaac eſſet annorum.xl.& rebeccham bathuelis filiam duxiſſet uxorem ut iam pretactum eſt:in geraris peregrinatus eſt & fedus cum abimelech iuramento firmauit& dominum ſibi pollicentem que & patri ſuo promiſerat audiuit. ¶ Cum ergo rebeccha uxor eius.xx. febre annis ſterilis extitiſſet:orante pro ea uiro ſuo: ut implereꝫ promiſſio:tandem duos geminos concepit. Quorum mutua colliſione adinuicem afflictionem in utero ſubſtinuit. Conſultoq; domino & accepto de duobus populis ex eis naſcituris diuino oraculo: geminã prolem edidit anno Iſaac.lx. Primo egreſſus rufus & hiſpidus dictus eſt Eſau:qui & edom:a quo gens idumeorum. Secundo natus dictus eſt Iacob: quia plantam fratris manu tenebant:qui poſtea iſrael nominatus eſt:a quo iſraelite:qui nunc iudei deſcenderũt. Cũ ergo adoleuiſſent eſau factus eſt uenator & iacob agricola & paſtor in tabernaculis habitabat. Pater diligebat eſau quia primogenitus:& quia de uenationibus eius ueſcebatur libenter. Mater uero diligebat Iacob pro eius ſimplicitate ac etiam diuina inſpiratione. Cũ autem Iacob lẽticulam coxiſſet:& eſau laſſus de agro rediret:& de pulmento fratris peteret: Illeq; ſibi dare recuſaret:uendidit ſibi Eſau primogenita ſua:ea parui ꝑendens:& ſe moriturum putans niſi inſtãti comederet:deditq; ſibi primogenita pro edulio lentis:& iurauit talem uenditionem ſe ratum habiturũ. Et quia lẽticula fulua erat & hebraice edom fuluum dicitur: extunc eſau uocatus eſt edom. Erant autem primogenita dignitates quas habuerunt primogeniti incognationibus ſuis uſq; ad aaron: uidelicet ueſtes ſpeciales quibus induebantur tantum in ſacrificiis offerendis: & receptio finalis benedictionis a patre. Ipſe uero in

ſolennitatibus & coniugiis benedicebat minoribus: & in his duplam ciborum benedictionẽ percipiebat. Similiter & in diuiſione hereditatis. Nec peccauit Iacob fratrem eſurientem non reficiendo gratis ſecundum gregorium: quia laborabat ille uitio gule: non nature neceſſitate. ¶ Cum autem ſenuiſſet iſaac & uidere non poſſet mandauit eſau primogenito ſuo de uenatione ſibi cibos parari antequam moreretur: ut ſibi benedicere poſſet. Quo ad uenandum egreſſo iuſſit rebeccha iacob filio ſuo: ut ſibi afferet duos hedos optimos: ex quibus eſcas gratas faceret patri ſuo: ut ſibi pro eſau benedictionem daret. Et cum ille ex hoc ſe deprehendendum dubitaret: & fortaſſe maledictionem pro benedictione recepturum: proteſtata eſt mater q; talis maledictio in ſuum caput uerteretur: dum modo iuſſa per filium complerentur. Quod cum iacob perfeciſſet: paratis cibis induit iacob ueſtibus eſau ualde bonis: quibus ut dictum eſt primogeniti utebãtur. Pelliculaſq; hedorum manibus & collo circundedit: ut ſimilitudinem fratris qui piloſus erat exprimerent: iacob ergo cibis acceptis: & patri iſaac allatis cũ ipſum minime cognouiſſet de cibis comedit: & palpato illo putans eſau: iacob poſtmodũ benedixit. Egreſſo igitur iacob uenit eſau: & cibos patri intulit ac benedictionẽ petiit. Quo audito expauit iſaac uehementi ſtupore: & in hac extaſi uidit in ſpiritu ut ait comeſtor a domino hoc factum eſſe: & ſignificationem pie fraudis intellexit: & ideo non iraſcens quod fecerat cõfirmauit. In hoc autem facto ut ait Gregorius: nõ peccauit iacob nec per fraudem benedictionem primogeniture ſurripuit: ſed ſibi debitam accepit: quam alias pro lentis edulio a fratre comparauit. Nec falſo dixit patri ſe eſſe eſau: quia erat ipſe non perſona ſed primogeniture dignitate ſicut ioannes helias nõ natura ſed uirtute: Benedictus eſt autem: non ſecundum intentionem patris que ad eſau erat: ſed ſecundum uirtutem uerborum que proferebat. Sicut epiſcopus q ordinauit clericum alienum: quem credidit eſſe ſuum: & tamẽ uere eſt ordinatus. ¶ Superuixit autem iſaac poſt natos eſau & iacob annis. cxx. Et ſic annorum. clxxx. ſenex & plenus dierum mortuus eſt. Et ſepelierunt eum filii ſui in ſepulchro paterno: quod eſt in hebron in ſpelũca duplici: de q̃ dictũ eſt ſupius. Hec ex libro geñ. a cap. xxv. uſq; ad. xxviii. & ex dictis hieronymi: ioſephi: & comeſtoris: atq; ex chrõicis guilelmi.

¶ De ſancta Rebeccha. Cap. XCIII.

Rebeccha filia bathuelis filii nachor fratris abrahe & iſaac neptis ex auunculo p genita: eidem iſaac in uxorem diuina diſpenſatione queſita fuit: ut ſuperius in geſtis abrahe cõtinetur. Hec multo tempore ſterilis duos poſtmodum geminos edidit natos: eſau uidelicet & iacob. Et quia naturale eſt: ut mater ſemper prediligat: quem pater minus amat. Rebeccha iacob predilexit: quem iſaac reſpectu eſau quodammodo conteꝑſit. Et de matris conſilio ac prouidentia ſumma adhibita cautela minor maioris benedictionem accepit: ut ſuperius dictum eſt. Eadem q; circũſpectione iacob ab eſau ira ſaluauit: dum ipſum ad tempus ad laban auũculum ſuum & ipſius rebecche germanũ in meſopotamiam tranſmiſit: ut mortem euaderet: quam ſibi fuerat eſau comminatus. Quo apud laban commorante per annos. xx. ut diceť: anteq̃ inde rediret: rebeccham deceſſiſſe creditur: quo autem tempore: uel quomodo ſcripture textu ſilentio preteritur.

¶ De ſcõ Iacob ſiue iſrael patriarcha. Ca. XCIIII.



Iacob qui & iſrael patriarcha iſaac filius: & ipſe ſanctorum patrum catalogo ſcriptus eccleſiaſtici. xliiii. anno patris. lx. cum eſau congenitus eſt. Hic poſtq̃ fratris benedictionem diuina diſpenſatione ſurripuit: ut ſupra proximo dictum eſt: a fratre exoſus: de conſilio matris ad laban auunculum ſuum in meſopotamiã confugit ubi in itinere iuxta luzam dormiẽs: ſcalam e terra ad celum erectam: per quã angeli aſcendebant: & deſcendebant: uidit: & dominũ ſummitati ſcale innixum ſibi terram & benedictionem ſeminis promittẽtem audiuit. Perueniens aũt ad laban. xiiii. eidem annis pro duabus filiabus ſuis lia & rachele ſeruiuit. Cũ enim laban cum iacob pepigiſſet: ut ſibi. vii. anni pro filia ſua mĩore rachele: quam ipſe amabat ſeruiret. Et completo ſeruitio. vii. annorum: iacob uxorem ſuã expeteret: laban nuptiis celebratis noctu liam filiam ſuã maiorem in thalamo collocauit: cui ancillam zepham tradidit: cum qua iacob rachelem arbitrãs nocte dormiuit. Cum aũt maneliam cognouiſſet: & de hoc ſocero conqueſtus eſſet: excuſauit ſe laban: nõ eſſe de more patrie: ut mĩores filie ante maiores nuptui traderent. Promiſit quoq; ſibi poſt. vii. dies rachelem datur̃: & ſic iacob utrãq; ſororem habitur̃ pro ſeruitio. vii. aliorũ annorum futurorũ quo ſibi ſeruire debuiſſet: cõpletaq; hebdomoda eidem rachelem tradidit: cui ancillam balan nomine dedit: iacob quoq; ſocero. vii. aliis annis pro lia iam obtenta ſeruiuit. ¶ Genuit quoq; iacob. xii. filios ex uxoribus & earum ancillis. Ex lia habuit ruben: Symeon: leui iudam: & iſachar: & zabulon: & unam filiam nomine dinam. Ex ancilla lie zepha gad: & aſer. Ex ancilla rachelis bala dan: & neptalim. Ex rachel ioſeph: & benianimin. Finitis uero. xiiii. annis ſeruitii pro uxoribus ſuis iacob a laban diſcedere uoluit: ſed laban adhuc ipſo requirẽte pro alio ſeptẽnii ſeruitio iacob remanſit: poſtulauitq; Iacob pro precio quicquid naſceref uarii coloris ex gregibus: quos paſcebat: quod annuente laban iacob nouam nature ſtropham commentatus contra naturam arte naturali pugnauit: uirgas. ſuarias in canalibus ponens. & in feruore diei dum ad potandum auide pecora pergerent: & accenderentur ad coitum oues & capras aſcendi faciens: ut tales fetus concipe-rent: quales umbras arietum & hircorũ ſupra ſe aſcẽdentium in aquis conſpicerent. Varius enim erat color umbrarum: ſicq; multitudine agnorum & hedo-

rum uarii coloris naſcentium: iacob ultra modum di
tatus eſt. ¶ Iacob igitur ioſeph nato completis annis
xx. apud laban: nec ualens uigeſimum primum perfi
cere propter nequitiam laban: qui mercede eius plu
ries mutauerat: cum uxoribus & filiis & ſubſtãtia ſua
clam diſceſſit. Quem laban iratus perſecutus eſt cum
cognatis & amicis: ſed ipſum domino cohibente: ne
iacob noceret: initio ſecum fedĕre reuerſus eſt in pace
filiabus & nepotibus de oſculatis. ¶ Iacob uero ceptũ
iter peragens angelos dei confortantes ſe contra fra
tris ſui eſau iram: quem ualde timebat: obuios habu
it: & ante auroram cum ſibi apparẽte angelo lucta di
micauit: qui & eius femoris neruum tetigit: & ſtatim
emarcuit: & nomen iſrael impoſuit: atq; quia contra
fratrem inuictus ſtaret: eidem predixit. Iacob uero ad
placandum animum fratris munera ſibi pro nuncios
miſit: ipſe autem ſubſequens filios & uxores ac fami
liam & iumenta in duas turmas diuiſit. Cui eſau cum
quadringentis armatis occurrens: & munera eius re
cuſans: ipſum cum uxoribus & filiis ſuis amabiliter
cum amplexu & oſculo ac fletu ſuſcepit: & in ſeyr re
uerſus eſt. ¶ Tranſacto uero iordane iacob habitauit
in agro ſichem: quem emit a rege emor. Et tunc dina
filia eius egreſſa: ut mulieres regionis uideret: corru
pta eſt a ſichem filio emor. Quam poſtmodum in cõ
iugium petens: ſymeon & leui doloſe egerunt: ut fili
us emor cum patre & populo iuxta ipſorum ritũ cir
cũciderentur: aſſerentes ſe ſororẽ incircũciſo homini
copulare non poſſe: quod ſi facerent: nedum dinam fi
lio regis promiſerunt tradere: ſed etiam cum eor& po
pulo connubia confederare. Cum autem omnes ma
res circũciſi fuiſſent: & predolore inciſionis tertio die
in lectis iacerent. Symeon & leui arreptis gladiis urbẽ
aggreſſi ſunt: cunctiſq; maribus interfectis cetera di
ripuerunt. Vnde territus iacob propter incolas terre:
ſed confortatus a domino receſſit. Peruenieſq; bethel
edificauit altare: & iuxta id quod prius in itinere me
ſopotamie domino uouerat: ibidem obtulit holocau
ſtum. Egreſſus igitur iacob de bethel uenit uerno tẽ
pore ad terram que ducit effratam. i. bethleem. Ibiq;
cum rachel filium peperiſſet: & predolore partus mo
reretur: uocauit eum bennonii. i. filius doloris. Pater
uero uocauit eum beniamin. i. filius dextere. Ibiq; ra
chele ſepulta: iacob peruenit ad terram chanaam. Et
cum eſſet annorum. cxx. patrem ſuum iſaac mortu
um ſepeliuit. Erat autem iacob annorum. lxxxxi. quã
do genuit ioſeph'. Et cum eſſet ioſeph annorum. xxx
viiii. iacob deſcendit in egyptum in animabus. lxx. q
tunc erat. cxxx. annorum ut in proximo dicetur. Qui
poſtea uixit in egypto annis. xvii. Et ſic iacob anno
rum. cxlvii. uidẽs approprinquare obitum ſuum uo
cauit ioſeph filium ſuum adiurans eum ut ipſum ſe
peliret: ubi abraham ſepultus fuerat. Conuocatis au
tem omnibus filiis ſuis benedixit eis ac pphetice mul
ta uentura predixit de diuiſione terre promiſſionis
ad litteram: & de futuro ſtatu. xii. tribuum: apertiſ
ſime autem de utroq; chriſti aduentu. Et poſthec in
pace dormiuit. quem filii aſſumentes portauerunt in
hebron: & ibi eundem ſepelierunt: cum patribus ſu
is. Hoc ex geñ. a. c. xxviii. uſq; ad. xxxvii. & ex aliis li
bris quibus ſupra.

¶ De ſancta Rachel. Cap. LXXXXV.

RAchel filia laban filii bathuelis filii na
chor fratris abrahe & iacob neptis ex au
unculo procreata in uxorem iacob diui
na diſpenſatione a patre tradita eſt. Pro
qua ut ſupra proxime dictum eſt: iacob laban ſeruie
rat. vii. annis. Et uidebantur ſibi dies pauci pre amo
ris magnitudine qua ipſam adamauit. Nam ſororem
liam quaſi coactus accepit. Quia tamẽ die iuſtitia exi
git ut minus accepti in aliquo ſubleuentur: Vidẽs de
us q; iacob rachelem prediligeret eam multo tempo
re ſterilitate damnauit: liam autem multis filis fecun
dauit. Cum autem contemplatione filiorum amor
lie ſororis dilectioni adequatus eſſet in iacob: tunc &
rachel parere cepit. Peperitq; primum ioſephi iacob
iam. lxxxxi. anno etatis agente ut ſcilicet ioſephus tra
dit. Poſt quem annis. xii. genuit beniamin & in puer
perio deceſſit: quam iacob in effrata que eſt bethleem
ubi & filium peperat ſepeliuit: & titulum eius in
ſcriptionis deſuper appoſuit. Prefate tres ſanctiſſi
me matres. ſ. ſara rebeccha: & rachel in multis ſacre
ſcripture locis commemorantur: & earum celebris
ſanctitas recolitur. Specialiter autem petrus in prima
epiſtola. c. iii. de ſanctitate ſare mentionem facit: q̃uis
& ceteras commendare in genere uideatur: propter
quod merito in ſanctarum mulierũ catalogo deſcri
buntur que tantorum uirorum coniuges & facto
rum filiorum meruerunt eſſe genetrices. Ioſephus
etiam eas inter ſanctas hebreorũ matres imo pre ce
teris commemorat. Hec oĩa unde ſupra collecta ſunt.

¶ De ſanctis duodecim patriarchis filiis iacob.
Cap. LXXXXVI.

DVodecim patriarche filii iacob a quibus
xii. tribus iſrael deſcenderunt: ab eodem
ex duabus eius uxoribus: rachele & lia: &
duabus ancillis zelpha & bala progeniti
fuerunt: quorum nomina hec ſunt: ruben: ſimeon: le
ui: iudas: iſachar: zabulon: gad: aſer: dan: neptalim: io
ſeph & beniamin. Hos enim in ſanctorum numero
ponendos inducunt: non ſolum paterna ſanctiſſima
merita: quorum illi imitatores fuiſſe creduntur: ſed
etiam eorum in multitudinem filiorum iſrael innu
mera generatio diffuſa. Quod ut ipſorum ſanctitas
plenius innoteſcat ex omni tribu eorum. xii. milia ſi
gnatorum in apocalypſi deſcribuntur: ut ſic ex ele
ctis filiis parentes eorum ſancti comprobentur. Ex
cepta ſola tribu dan: que ideo in nouo teſtamento re
pellitur: non ex ulla progenitoris culpa: ſed quia ex
ea chriſto contrarius antichriſtus naſciturus dicitur.
Verum & ſi ex eiſdem patriarchis aliqui peccauerunt
in aliquo: utpote ruben qui patris concubina abuſus
eſt: uel forſitan omnes: quando ioſeph iuſtum in egy
pto uendiderũt: pie creditur eorum culpas ante mor
tem per penitentiam fuiſſe deletas: ut patrum ueſti
gia imitantes omnes ex hac luce ſine dilecto migra
rent. Confirmatur etiam hec opinio ex. xii. teſtamen
tis ipſorum: que in hebreorum codicibus reperta nu
per in latinum tranſlata ſunt: que uincentius in ſpe
culo ponit. In quibus de aduentu chriſti & articulis
humanitatis tot & tanta myſteria uaticinata conti
nentur: ut uideantur diuino afflati ſpiritu non futu
ram prophetiam predixiſſe: ſed tranſactam hiſtoriã
texuiſſe. Et potiſſime in hoc concordantes: q; chri

ſtus dominus de tribu iuda & tribu leui fuerat naſcturus:ipſas duas tribus pre ceteris extollens:& in hoc chriſto regnum & ſacerdotium attribuentes. Neque enim arbitrandum eſt tantam diuini ſpiritus affiationem in reprobatos homines eadem ſacramenta ſic unico ore prophetantes: potiſſime mortis tempore concurriſſe. ¶ Omnes autem patriarche ſicut cũ patre iacob in egypto intrauerunt:ſic ibidem uitam finierunt. Ex iſtis ut dictum eſt.xii.tribus filiorum iſrael dicte ſũt. Inter quas:quamuis tribus ruben ex eo q̃ fuerat primogenitus ceteras dignitate precellere debuiſſet:tamen tribus iuda eius locum obtinuit:& iõ merito regnum accepit:quia aperto rubro mare filiis iſrael tranſituris:cunctis intrare dubitantibus: prior tribus iuda mare tranſiuit:& ceteris tranſeuudi audaciam prebuit. Poſt hanc ſecundum tribus leui merito preficitur:quia ipſa ſola ex omnibus diuina uocatione ad ſacerdotium ſublimatur. Et quia ex omnibus fratribus ſuis leuite ſeperati fuerant:ut de ſacrifiiis & oblationibus ceterorum uitam ducentes ſortẽ hereditatis cum aliis non acciperent:ita q̃ ſolum tribus.xi.remanebant. Iccirco tribus ioſeph in duas ſub diuiditur:que ex duobus filiis effraim & manaſſe deſcenderunt:ut numerus duodenarius impleretur: & ut tribus ioſeph cuius occaſione ceteris fratribus tanta bona prouenerãt: duplici portiõe ditaretur:Ideoq̃ tribus ioſeph iter ceteras non nominaẽ:ſed loco eius due tribus uidelicet effraim & manaſſe ſurrogantur.

¶ De ſancto Ioſeph patriarcha. Cap. XCVII.

IOſeph patriarcha Iacob filius ex rachele in ſanctorum patrum catalogo eccleſiaſtici.xliiii. & primo mach.ii. ſpecialiter nominatur. Qui patri dilectiſſimus eo q̃ in ſenectute genitus cum annorum.xvi. paſceret gregẽ: inuidiam fratrum ſuorum incurrit:tum propter familiarem patris erga ſe dilectionẽ:tum propter ſomniorum narrationem. Viderat enim ſomnia:q̃ fratꝝ manipuli ſuum in agro adorarent:& q̃ ſol & luna & ſtelle.xi. ſe ſimiliter honorarent: quod pater exponẽs ioſeph a fratribus predixerat adorandum. ¶ Cũ igitur a patre in ſichem:ubi fratres paſcebãt pecora:mitteretur:ipſum tunica talari nudatum depoſuerunt in ciſternam ſiccam:& deinde conſilio iude extractum iſmahelitis.xxx.argenteis uendiderunt. Tunicam aũt ipſius in ſanguine hedi tinxezunt:ſimulanteſq̃ illum a feris occiſum eandem patri miſerunt:qui ipſum interfectum exiſtimans inconſolabiliter omni tempore deflebat. Madiante uero qui & iſmahelite ioſeph in egypto uendiderũt phutiphari eunucho magiſtro militie pharaonis. Hic habuit uxorem & liberos:nõ dum enim eunuchus factus erat. Nam & ioſeph poſt modum duxit uxorem eius filiam:qui eunuchus factus ad ſacerdotium fuit promotus. ¶ Traduntq̃ hebrei:q̃ ipſe phuthiphar uidens ioſeph elegantẽ emit eum:ut ſibi miſceretur. Dominus autem cuſtodiens ioſeph:adeo illum infrigidauit:ut deinceps tanquam eunuchus impotens ad coitum fuerit: propter quod & eunuchus dicitur. Videntes autem eum ierophanti arefactum de more ſuo ipſum pontificem heliopoleos:que poſtea fuit damiata creauerunt. Phuthiphar autem q̃uis cum ioſeph peccare non poſſet:ipſum tamen diligens in tantum honorauit: q̃ omni domui ſue illum prefecit. Cum autẽ uxor eius iniecciſſet oculos in ioſeph:quadam die dum eſſet in camera ſolus: illa ingreſſa apprehendit pallium eius:& eum ad concubitum inuitauit. Sed ioſeph iratus relicto pallio in manu eius effugit. Illa uero contemptam ſe uidens:in argumentum fidei retentum pallium oſtendit uiro redeunti:accuſans ioſeph q̃ ipſam uoluiſſet uiolare. Qui uerbis uxoris credulus:uinctum ioſeph tradidit in carcerem regis. Vbi etiam poſt dies aliquot retruſi ſunt a rege princeps pincernarum & piſtorum magiſter ex culpa ipſorum. Qui cũ ambo nocte una ſomnia uidiſſent:& ea ioſeph interroganti narraſſent:prĩcipi pincernarum qui dixerat ſe uidiſſe:q̃ ex uite triũ propaginum uuas exprimens in calicẽ pharaonis poculũ regi dabat:expoſuit ioſeph: q̃ poſt dies tres ſuo fuerat officio reponendus. Principi uero piſtorum dicenti:q̃ uiderat ſe tria caniſtra panibus referta geſtare:aueſq̃ ex eis comedere:expoſuit ipſum poſt tres dies in patibulo ſuſpendẽdum:carneſq̃ eius ab auibus lacerandas:que omnia ut predixerat:rei probauit euẽtus. ¶ Poſt duos annos uidit pharao ſomnium: q̃ ſeptem boues craſſe de fluuio aſcendebant:quas ſequebantur ſeptem alie macilente priorum pinguedinem deuorantes. Septem quoq̃ ſpice plene & uberes pullulabant:quas ſequebantur alie ſemptem tenues & arẽtes priorum pulchritudinem abſorbentes. Cumq̃ ſapientes egypti ſomnium regi interpretari neſciret:ad ſuggeſtionẽ pincerne ioſeph recordati:pharao ioſeph educto de carcere ſomnium rettulit:quod ille ſibi expoſuit:Dicens ſeptem annos fertilitatis nimie in orbe uenturos:quos ſubſequent alii ſeptem ſumme ſterilitatis. Conſuluitq̃ regi:ut prouideret uirum: qui quintam partem frugum tempore fertilitatis in horreis congregaret:& tempori future poſtmodũ famis reſeruaret. Rex ergo miratus in ioſeph ſomnii ſolutionem:& cõſilii diſcretionem commiſit ei huiuſmodi diſpenſationem:faciens eum totius egypti ducem & principem cum eſſet annorum triginta. Primo igitur & fertilitatis anno uenit ioſeph ut cõgregaret frumẽta in fines heliopoleos ideſt damiate & diuertit ad domum phuthipharis:qui ipſum emerat: & per dolum uxoris carcerauerat:qui princeps & ſacerdos regionis heliopoleos factus fuerat. Huius filiam aſenneth uirginem dedit pharao ioſeph in uxorẽ: ex qua nati ſunt ſibi duo filii manaſſes & effraim priuſq̃ anni ſterilitatis uenirent. ¶ Tranſactis igitur annis ubertatis & grano collecto:uenerunt anni inopie: & ceperunt tam egyptiorum q̃ aliarum ꝓuinciarum populi concurrere ad ioſeph pro frumentis emendis:unde

& exinde infinitam pecuniam congregauit & in arcis regis repoſuit. ¶ Inter hec uenerunt in egyptũ de terra chanaan. x. fratres ioſeph: beniamin cum patre relicto: pro frumentis emendis: qui ad ioſeph intrantes eum adorauerunt: quibus ille cognitis durius locutus eſt: dicens eos exploratores eſſe: eoſq; diebus aliquibus in uinculis mancipauit. Illi uero ſe excuſantes omnem ſuam progeniem narrauerunt: & inter alia fratrem alium beniamin domi relictum ſe habere dixerunt. Quod ioſeph audiens ſymeonem detinuit: ceteros uero cum cibis dimiſit: iurans q; fratrem illorũ nunq; dimitteret: niſi beniamin ſibi adducerent: ut ſic illos uerum dixiſſe comprobaret. Qui redeuntes omnia patri narrauerũt: & eum noua triſtitia afflixerũt. Conſumptis ergo triticis de mandato parentis iterũ pro aliis emendis in egyptum deſcendunt: & q̃uis dudum iacob recuſante beniamin ſecum adducunt: uenienteſq; ad ioſeph eum adorauerunt: & beniamĩ ſibi preſentauerũt: & munera ſecum delata obtulerũt. Quos ille ad conuiuium inuitauit & ſymeonem eductum cum fratribus diſcumbere fecit. Factoq; mane diſpenſatori ſuo mandauit: ut eis frumentum tribuat: ſcyphũq; ſuum in ſacco iunioris abſcondat. Quod cum factum eſſet: & illi de ciuitate exiſſent: fecit eos inſequi & teneri eo q; ſcyphũ principis rapuiſſent. Quod dum negarent: & apertis ſaccis omnibus granum effuſum eſſet: repertus eſt ſcyphus in ſacco beniamĩ: illiq; omnes uincti ad ioſeph reducti ſunt. Cum autem eos ioſeph de commiſſo furto durius increparet & ſolum beniamĩ uti culpabilem ceteris dimiſſis in ſeruũ retinere uellet: iudas propius accedens: eidem cum lachrymis expoſuit: qualiter puerum a patre in fidẽ ſuam ſuſceperat: & pro puero miſericordiam poſtulabat: ſupplicans illum ad patrem remittendum: & ſe loco pueri in ſeruitium detinendum. Ioſeph ergo ſe amplius cohibere nõ ualens: alienis omnibus exiectis ſe cum lachrymis fratribus innotuit: omneſq; ſibi cũ amplexibus reconciliauit: datiſq; muneribus ad patrem remiſit: eumq; cum omni familia & facultatibus ad ſe deferendum mandauit. Qui feſtinanter ad patrem redierunt: & ſibi per ordinem cuncta rettulerunt. Audiens autem iacob q; ioſeph filius eius uiueret: & totius terre egypti domĩator eſſet: quaſi de graui ſomno euigilãs deum benedixit. Quem dominus per uiſionem confortauit. Qui mox ſurgens ſecundo anno famis cum uniuerſa familia in egyptum deſcendit. Fueruntq; anime. lxx. numero ipſo & ioſeph cum duobus eius filiis computatis. ¶ Pharao igitur benigniſſime iacob ſenẽ annorum. cxxx. ſuſcepit & ab eodem benedici uoluit: deditq; ei & filiis ſuis terrã geſſen uberrimam ad habitãdum. Sicq; occaſiõe ioſeph iacob & filii eius omnibus bonis egypti locupletati ſunt. Sepeliuitq; ioſeph patrem ſuum defunctum ut ſupra dictum eſt in ſepulchro patrum ſuorum in hebron. Erat autem ioſeph annorum. xxxix. quando iacob in egyptum intrauit: ubi & annis. xxvii. ſuperuixit. Sicq; ioſeph annos etatis ſue. lvi. agebat decedente genitore. Quo mortuo ſuperuixit annis. liiii. & uidit filios effraim in tertiam generationem: filii quoq; machir filii manaſſe nati ſunt in genibus ioſeph. Oblituſq; omnium malorum que fecerant ei fratres ſui mortuo patre eos benigne pertractauit: & prediis ac poſſeſſionibus ditauit. Et ad extrema deueniens fratribus predixit: q; deus eos uiſitaret: & ad terrã pro qua patribus ſuis iurauit illos reduceret. Adiurans eos: ut oſſa ſua tunc ex egypto tranſferrent: & in paterno' tumulo ſepelirent. Mortuuſq; eſt ioſeph cum eſſet annorum. cx. & conditus aromatibus reſeruatus eſt in loculo in egypto. Hec de libro geñ. c. xxxvii. uſq; in finem & ex aliis uoluminibus quibus ſupra.

¶ De ſcis Effraim & Manaſſe. Cap. LXXXXVIII.

Effraim & manaſſes patriarche filii ioſeph fuerunt: qui tribum eius in duas ſubdiuiſerunt. Quorum primogenitus manaſſes anno. xxxii. etatis ioſeph ſecundogenitus uero effraim anno. xxxv. eiuſdem natus eſt. Effraim autem minor manaſſe maiori prelatus eſt: quia ſemen eius magis excreuit: & populorum multitudine: & regni dignitate. Nam regno iſrael in duo diuiſo: tribus effraim caput. x. tribuum fuit cuius regni ſamaria in ipſa tribu poſita ciuitas regalis multo tempore claruit: unde & cum iacob morti appropinquaret: ioſeph filius ſuus manaſſem & effraim ad eum adduxit: ut antequam decederet filiis ſuis benedictionẽ daret. Applicanſq; illos ad iacob: manaſſem primogenitum poſuit ad dexteram patris effraim uero minorem ad ſiniſtram: cupiens ut pater maiori dexteram: minori uero ſiniſtram ſuper caput poneret. Iacob uero qui iam oculis caligauerat nec luminibus corporis nepotes uidebat: ſpiritu tamen futura preuidens manus cãcellauit: & ſuper caput effraim dexteram ſuper caput nero manaſſe ſiniſtram impoſuit eiſq; bene dixit. Quod ioſeph moleſte ferẽs dexteram patris de capite effraim leuare & ſuper caput manaſſe tranſferre nitebatur. Cui iacob reſpondit ſe ſcire quid faceret nam quamuis manaſſes magnus futurus eſſet ipſum tamen effraim & ſeminis multiplicatione & honoris dignitate precelleret. Qui poſt aui & patris exceſſum in eorum ſemine mirabiliter excreuerunt: & cum ceteris patriarchis in egypto diem extremnm concluſerunt. Hec ex libro geñ. c. xlviii. & ex aliis uoluminibus quibus ſupra diſperſim collecta conſcripta ſunt.

¶ De ſancto Vedaſto epõ. Cap. LXXXXIX.

Edaſtus epiſcopus attrebatenſ fuit. Qui a beato remigio remenſ archiepiſcopo eidẽ urbi in epiſcopum ordinatus: cum uenieſſet ad portum ipius ciuitatis: & duos pauperes unum cecum & alium claudum ad elemoſynã ſedentes inueniſſet: facta oratiõe cecum illuminauit: & claudum erexit. Cum autem in quadam eccleſia derelicta uepribus operta lupus habitaret: eidem mandauit: ut inde diſcederet: nec illuc ulterius redire preſumeret: quod & factum eſt. ¶ Deniq; cum uerbo & exemplo multos conuertiſſet: quadrageſimo ſui epiſcopatus anno uidit columnam igneam a celo in eius domum deſcendentem. Finemq; ſuum poſt modicũ futurum eſſe cognouit. Et circa annũ domini. ccccc. in pace requieuit. viii. idus februarii. Cum autem corpus eius tranſferretur: audomarus quidem pre ſenio cecus dolens: q; corpus ſancti uidere nõ poterat. Mox lumine recepto corpus aſpexit: ſed poſtmodum penſans hoc forte non eſſe anime ſue perutile ad uotum lumen amiſit.

¶ De ſancto Amando epiſcopo. Cap. C.

AMandus epiſcopus nobilibus parentibus ortus mõaſterium ītroiuit. Qui die quadam maximum ſerpẽtem inuenit: quem ſtatim uirtute crucis ad foueam inde nunquã exitur⁹ ire coegit. Poſt hoc dũ romã ueniſſet: & in eccleſia ſancti petri apoſtoli ꝓnoctaret: cuſtos eccleſie ipm irreuerẽter foras proiecit. Cui poſtmodũ ante fores dormitanti beatus Petrus apparuit: & ad gallias ipſum redire mãdauit. Qui cũ ibidem regẽ dogobertũ de ſuis criminibus diuinitus admonitus ĩcreparet: rex ipſum de regno ſuo eiecit. Cũ aũt rex filiũ non haberet: & amãdus ſibi oratiõe natũ a domino ĩpetraſſet. Diſpoſuit rex: ut cũ ab amando baptizari faceret. Queſito igit̃ ſancto & ad regẽ adducto proſtratus ad pedes eius rex ueniã petiit: & ut filiũ ſuũ quem precibus ſancti dominũ ſibi cõceſſiſſe nouerat baptizaret: inſtãtius poſtulauit. Ille uero primã de uenia petitionẽ exaudiuit: ſed ſecularibus negociis implicari nolẽs ſecundam recuſauit. Tandem uictus precibus annuit uoto regis. Et cum baptizaretur infans tacentibus cunctis reſpondit amen. ¶Poſt hec ipſum rex in tra iectẽ epiſcopum ſublimari fecit. Vbi cum uerbum predicationis contemni uideret: in uaſconiam iuit. Et dum ibi predicaret: & quidam ioculator ipſum irrideret: continuo a demone arripitur: & propriis dentibus ſe diſcerpens: ꝙ uiro dei iniuriam fecerit confitetur: & tandem miſerabiliter moritur. Ibi etiam cecus quidam aqua lotionis manuum eius oculis perfuſus illuminatur. ¶Cum in quodam loco de uoluntate regis monaſterium conſtruere uellet: & epiſcopus proxime ciuitatis hoc egre ferret: miſit ad eum famulos ſuos: ut aut ſanctum inde expellerent: aut doloſe occiderent. Qui uenientes ei in dolo ſuaſerunt: ut ſecum pergeret: & ſibi locum aptum ad monaſterium conſtruendum oſtenderent. Qui malitia eorum per ſpiritum agnita: ad cacumen montis cum eis acceſſit: ubi eum occidere diſponebant: eo ꝙ & ipſe martyrium affectaret. Subitoque tanta pluuia & tempeſtate mons tetigitur: ut ſe mutuo uidere non poſſent. Qui ſe mori putantes: proſtrati ueniam poſtulabant: & ut eos uiuos abire permitteret exorabant. Ipſeque orationem fudit: & mox ſerenitas illuxit: epiſcopiq; famulos amandus in pace dimiſit. Poſt que multa alia miracula faciens in domĩo feliciter obdormiuit. viii. idus februarii circa annũ dominicccccxx. tpe heraclii imperatoris.

¶De ſcã Dorothea uirgine & martyre. Cap. Cl.

DOrothea uirgo & martyr apud ceſaream cappadocie paſſa eſt. Cuius cum due ſorores chriſta & calixta que in tormentis territe fuerant apoſtataſſent: tradita eſt Dorothea uirgo a iudice duabus ſororibus ſuis: ut ipſius animũ ad deoꝝ ſacrificia inclinarent. Quas diuino nutu ſancta uirgo uerſa uice ad fidei ueritatẽ reuocauit: & ad martyriũ animauit. Qua de re ipſe ſancte ambe in cuppã miſſe & in cõſpectu ſororis ĩcenſe xp̃o animas tradiderunt. ¶Dorothea uero in cataſtã leuata & palmis diutiſſime ceſa tandẽ data ſentẽtia ad decollandũ ducta eſt. Que dũ ad paſſionẽ tenderet: ſcholaſticus qdã nomine theophilus uirginẽ irridendo rogauit: ut quia ad paradiſum ſponſi ſui pergere ſe dixerat: de ipſo paradiſo roſas ſibi aliquas deſtinaret. Quod & illa ſpopondit. Dum autem iugulo ferienda foret: aſtitit ei iuuenis cernentibus multis: qui eidem in ſinu ſuo tria mala & tres roſas preſentauit: quas ſibi de paradiſo ſponſi ſui attuliſſe aſſeruit. Quẽ ſancta rogauit: ut eas theophilo deferat: quod & factum eſt. Propter quod cum theophilus roſas inuiſas tempore hyemis aſpiceret: & miraculum conſideraſſet: conuerſus eſt: & poſt decollationem uirginis & ipſe tentus in equuleo leuatus ac diutius tortus: tandẽ gladio cedente martyrium conſumauit. Paſſa eſt autem uirgo chriſti. viii. idus febr̃.

¶De ſancta Dorothea uirgine. Cap. Cll.

DOrothea altera uirgo apud alexandriam tempore maxentii & maximi imperatorum paſſa eſt. Que ut octano libro eccleſiaſtice hiſtorie traditur: nobili progenie orta Chriſto domino ſeruiebat: & uotum uirginitatis emiſerat. Sed maximinus in partibus egypti exiſtens pudicitie hoſtis & fidei: xp̃ianos mares ad deoꝝ culturam: uirgines ad uoluptatẽ obſcenam: totiis niſibus ꝓuocabat. Dum igitur uirgo chriſti ab eodem pro adulterio impetit̃: accepta dilatione timenſq; uirginitatem amittere: nocturno ſilentio clam auſugit: & eremum petens orationibus & ieiuniis multo tempore uacans in pace quieuit. Cuius exemplum multe uirgines imitate ſunt. hec ibi.

¶De ſancto Moyſe abbate. Cap. Clll.

MOyſes abbas in deſerto de ſcythi penitentiam egit. Qui fratri a ſe petenti ſermonẽ dixit: ut in ſua cella ſederet: & ipſa cũ uniuerſa doceret. Cum quidam frater ſenex infirmatus in egyptũ uellet ire ne fratres nimis grauaret ꝓhibebat eum moyſes abbas ne iret: quoniã in fornicationem incideret. Qui contriſtatus eſt nimiũ: tã infirmitatem ſuã quam ſenectutem cõſideraſ. Et contra abbatis inhibitionẽ diſceſſit. Cui cum uirgo q̃dã ex deuotione ſeruiret ille conualeſcens eam uiolauit. Que concepit & peperit. Senex ꝙ infantẽ in ulnis ſuſcipiẽs: in die magno feſtiuitatis que erat in ſcythi eccleſiã cum multitudine fratrum intrauit. Et pueꝝ cũ lachrymis oĩbus ad ſui confuſionẽ & aliorꝝ exemplũ oſtendebat: & ipm filium in obedientie fore dicebat: ac ut nemo de ſenectute preſumeret admonebat: nec nõ ut pro ſe oraret oĩbus ſupplicabat. Cui moyſes abbas penitẽtiam ĩpoſuit: & ille ad cellã reuerſus ad priſtinũ ſtatum rediit. ¶Fratrem quẽdã qui peccauerat abbati moyſi miſerunt iudicandũ. Qui accepto ſacco

pleno harena uenit ad eos. Et iterrogatus ab eis quid hoc eſſet: reſpondit q̃ erãt peccata ſua poſt ſe currẽtia in ſimilitudinem harene ponderoſa: que ipſe nõ poterat uidere: qui tamen uenerat aliena iudicare. Illi autẽ hoc audientes fratri pepercerunt. Hec in uitiis patrũ. Quieuit autem abbas moyſes in domino & agit̃ eius feſtum ſeptimo idus februarii.

¶ De ſancto Moyſe abbate alio epiſcopo ſaracenorum. Cap. CIIII.

MOyſes alius abbas ethiops natione epiſcopus ſaracenorum fuit ut habetur in hiſtoria tripartita. Hic poſtmodũ ab egyptiis captus: & ſeruus effectus propter multas culpas a domino ſuo expulſus: latrociniis & homicidiis deditus eſt. Tandem exẽplo ſanctorũ anachoritarum ad penitentiam prouocatus: & xp̃ianus ac monachus effectus eſt. Fuitque diſcipulus iſidori abbatis. Cuius ſanctitatis exemplo omnia diaboli figmẽta deuicit: & demonibus admodum terribilis fuit. Deinde ad ſacerdotii ordinem aſcendit: & ſeptuagintaquinq̃ annis in eremo ſeruire ſtuduit. Cũ autem primo clericus factus eẽt: & epiſcopus ei ſuperpelliceum impoſuit: dixit ei epiſcopus: q̃ factus fuerat nimium candidatus. Ille uero queſiuit ab epiſcopo: an a foris: an ab intus: quaſi diceret: q̃ dealbatio exterior ſine iteriori nihil prodeſt. Volens autem epiſcopus eius patientiã comprobare: dixit clericis ſuis: ut quãdo ad altare accederet: eum cum iniuria expellerent. Deinde ipſum inſequentes quid loqueretur audirent. Proiicientes ergo eum foras dicebãt. Exi foras ethiops: nam ethiops niger erat: qui egreſſus inter ſe dicebat: q̃ illi optime fecerant ipſum expellendo: eo q̃ cum homo non eſſet inter homines ſtare preſumpſiſſet. Hic aũt ſex annis in cella incluſus ſtetit quibus nulla neceſſitate exiuit: panem ſolum comedens & aquam ad menſuram bibens: totaq̃ nocte ſtans apertis oculis orabat: ut tentatiões quibus in ſomnis fatigabatur deuinceret. Trã ſactis ſex annis omnibuſq̃ tentationibus ſuperatis ex charitate ductus nocturno tempore cellas monachorum circuibat: & aquã aliquãdo a decem aliquando a duodecim aliquando a. xx. deferẽs ſtadiis: oium fratrũ lagenas implebat: factoq̃ mane neſciretur q̃s eſſet ad cellã redibat. Quem nocte quã demon ut eum ab hoc opere euerteret: q̃ſi ad morte in dorſo percuſſit: q̃ mane iacẽs reptus: & q̃s eẽt agnitus ad eius tuguriũ p̃ fratres reductus fuit. Quieuit in pace in deſerto ſcythi ſeptimo idus februarii. lxxx. diſcipulis derelictis.

¶ De ſancto Augulio epiſcopo. Cap. CV.

AVgulius epiſcopus in britannia martyriũ paſſus eſt. Hic enim pontifex auguſte ciuitates britãnie etate ac uirtutibus, puectus curſum tpis p̃ martyriũ cõplẽs eterna meruit ſuſcipe p̃mia ſeptimo idus februarii: ut ait ado.

¶ De ſancta Coiuta uirgine & martyre. Ca. CVI.

COiuta uirgo & martyr apud alexandriã ſub Decio ceſare paſſa eſt agente diuino p̃ſide. Quã ut habetur ſexto eccleſiaſte hiſtorie libro: beatum metranum ſe nẽ uolentem impia uerba proferre: iuſſit omne corpus eius membratim fuſtibus collidi: uultumq̃ eius ac oculos acutis calamis terebrari. Deinde ipſum extra ciuitatẽ eiectum lapidibus mactari: ut ſuperius dictũ eſt ſecũdo calen. februarii. ¶ Poſt hec iubẽte iniquiſſimo preſide. Coiutam uirginem adorare idola recuſantẽ: pagani pedibus innectentes: & per plateas ciuitatis hinc inde trahentes horrendo ſupplicio corpore diſcerpſerũt. Sicq̃ xp̃o ſpiritum reddidit ſexto idus februarii.

¶ De ſancta Apollonia uirgine & martyre. Cap. CVII.

APollonia uirgo & martyr apud alexandriam ſub Decio ceſare paſſa eſt agente diuino preſide predicto. Quã pagani detentã ad idola perducentes iuſſu preſidis adorare cogebant. Quod cum illa execraretur perſecutores ipſius omnes primum dentes excuſſerunt. Deinde copioſo igne accenſo cum minarentur uiuam ſe eã incenſuros: niſi cum eis impia uerba proferret: paulum quidem intra ſemetipſam deliberans: repente de manibus impiorum prorupit: & in ignem quem pauerãt: proſiliuit. Sicq̃ igne combuſtam in odorem ſuauitatis ſuauiſſimum chriſto hoſtiam obtulerunt quito idus februarii. Cuius corpus una cum reliquiis coiute uirginis & metrani martyrum a chriſtianis alexandrie ſepultum eſt.

¶ De ſancto Auſberto epiſcopo. Cap. CVIII.

AVſbertus epiſcopus filius ſircanii illuſtris cum eſſet iuuenis: andragaſinam uirginẽ filiã illuſtris roberti officialis lotharii regis francorum: ſatis renitentem tandem a parentibus coactam deſponſauit uxorem. Nam cũ ab annis puerilibus deo uirginitatem uouiſſet: uirũ omnino accipere recuſabat. Cum autem deum lachrymis propulſaſſet ut eius pudicitiam conſeruaret antequam a uiro traducta eſſet: ſubito graui in faciem lepra percutitur: & a conſortio hominum ſeperatur. Sicque diſpenſante andoeuo epiſcopo a uiro repudiatur: & in cenobio uirginum iuxta monaſterium beluaci ſitum uirgo ipſa ſacro uelamine cõſecratur. Sed poſt dies modicos a lepra mũdata: priorem ſpeciem reaſſumpſit. Que & poſtmodum eiuſdem loci abbatiſſa facta laudabiliter uixit. ¶ Auſbertus uero uxoris exemplo relicta aula regia in qua iuuite morabatur: de uoluntate lotharii regis monachus effectus eſt in monaſterio fontanelle: ſub ſancto uandegiſillo abbate. Deinde ab andoeuo epiſcopo preſbyter conſecratus: theodorico regi nundum regnanti: eum ad regnum aſcenſurum predixit. Et in huius ſignum in agro ipſius theodorici tempore nyemis herbam uirentem produxit: que uſque in pre-

ſens ibidem perpetua uiriditate conſpicitur. Succeſſit autem uandegiſillo in regimine monaſterii fontanelle. Ac deinde poſt beatum Andoenum ad epiſcopatum rothomageñ electus fuit. Qui uti bonus paſtor commiſſi ſibi gregis dominici mirabilem curam egit. Sed tandẽ regi Pipino quãuis falſo tamẽ de proditione ſuſpectus ab eodem apud altum montem in exilium actus eſt. Vbi in pace uitam finiuit. v. idus februarii. Cuius corpus dum inde tranferretur: uſum eſt oculos tertio aperuiſſe. Sepultuſq; eſt ad p/ſens apud beluacum uirtutibus clarens.

¶ De ſcõ Amonio cõfeſſore & abbate. Cap. CIX.

AMonius confeſſor uir eruditiſſimus origenis didymiq; diſcipulus fuit. Qui a iuuentute uſq; ad mortem preter panem aſſum nihil unquã comedit. Nunquã uiſus eſt iraſcens: aut iurans: aut mentiens: aut uanum uel aſperum uel infirmum protuliſſe ſermonem. Cum athanaſio epiſcopo romam tendens & rediens: nullũ ciuitatis edificium uel opus ſpectabile preter apoſtolorum & lateraneñ eccleſias conſpexiſſe narrauit. Electus aliquando in epiſcopum: aurem ſibi precidit: ut ſic uti mancus & mutilatus epiſcopatu iudicaret indignus. Et dum adhuc omnino hoc non obſtãte electioni inſiſterent: proteſtans q; ſibi linguam precideret: dimiſſus eſt. Ignem de domo uicinorũ aſſumens: nec in quo deferret paratum habens prunas inuſtis ueſtibus in ſinu portauit. Quieuit ĩ pace apud cyprũ quinto idus februarii: ubi & ſepultus eſt.

¶ De ſancta Scholaſtica uirgine. Cap. CX.

SCholaſtica uirgo beati benedicti ſoror ab ipſo ĩfantie tempore domino dedicata in monaſterio fuit. Ad quam uir dei ſemel per annum uiſitandam uenire conſueuerat. Quadam die cum diſcipulis ad eã ex more deſcẽdit. Qui totum diem in ſacris colloquiis deducentes: incumbentibus iam noctis tenebris ſimul cibũ ſumpſerunt. Cum ergo adhuc ad menſam ſederẽt: & tardior ſe hora protraheret: ſanctimonialis uirgo fratrem rogauit: ut ibi ſecum eadem nocte permanens diuinis eam ſermonibus refoueret. Quod ille omni modo facere denegauit. Et cum tanta eſſet in celo ſerenitas: ut nec parua nubecula appareret. Scholaſtica inſertis digitis manus ſuper menſam poſuit: & caput in manibus dominũ rogatura declinauit. Moxq; tanta coruſcationis & tonitrui uirtus tantaque inundatio pluuie erupit: ut neq; pater ſanctus. neque qui cum eo erant fratres: extra loci limen pedem mouere potuiſſent. Sicq; ipſe exire extra tectum non ualẽs: qui remanere ſponte noluit: inuitus in loco cum ſorore permanſit. Totamq; noctem peruigilem deduxerunt & per ſacra uite colloquia ſe uicaria relatione refecerunt. Dieq; ſequenti uir dei ad monaſterium rediit. ¶ Poſt triduum uero in cella conſiſtens eleuatis oculis: uidit ſororis animam de corpore egreſſam in columbe ſpecie celi ſecreta penetrare. Quod mox fratribus nunciauit: eoſque ut corpus ad monaſterium ſuum deferrent tranſmiſit. Quod in ſepulchro quod ipſe ſibi perauerat tumulauit. Sicq; contigit: ut quorum una mens ſemper in deo fuerat: eorum quoque corpora nec ſepultura ſepararet: Quieuit in pace uirgo domini quarto idus februarii. Hec gregorius ſecundo dialogo cap. xxxiiii.

¶ De ſcã Sothera uirgine & martyre. Cap. CXI.

SOthera uirgo & martyr in orientis partibus paſſa eſt. Que grauiter & diutiſſime alapis ceſa: cum cetera quoq; penarum genera uiciſſet nouiſſime gladio martyriũ cõſumauit. iiii. idus februarii. Hec ado ĩ martylogio.

¶ De ſancta Auſtreberta uirgine. Cap. CXII.

AVſtreberta uirgo filia ſiſinnii illuſtris: & ſancti auſberti rothomageñ epiſcopi ſoror fuit. Que uoto uirginitatis emiſſo ab eodem fratre ſuo ĩ cenobio uirginũ apud ciuitatem rothomagum incluſa: poſt laudabilia ſanctitatis & uite teſtimonia. iiii. idus februarii migrauit ad dominum: ut dicit guilelmus.

¶ De ſancta Euphroſyna uirgine. Cap. CXIII.

EVphroſyna uirgo apud alexandriam claruit. Que ipſius ciuitatis nobiliſſimo patre pannutio pro genita fuit. Hic enim dum prole careret: & mõaſterium quodam monachorum ciuitati proximum frequentius uiſitaret: Eique multas elemoſynas conferret. Agabitum abbatem & monachos exorauit: ut ſibi gratam ſobolem a domino precibus impetrarent. Cui deus orationibus fratrum filiam euphroſynam conceſſit. Dum autem ad nos nubiles perueniſſet: & uirginitatem ſuam chriſto uouiſſet: eamq; pater licet inuitam cuidam nobili iuueni deſponditſſet: uirgo chriſti uotum adimplere cupiens de paterna domo latenter abſceſſit: & ſumpto uirili habitu ſeq; ſmaragdum nominans ad dictum monaſterium ſexum uirilem fingens acceſſit: ſeque monachum fieri poſtulauit. Quẽ abbas gratanter excepit: & monaſticum habitum ſibi tradidit. Que in ſancta religione ieiuniis & uigiliis pre omnibus occupabatur: & ab omnibus maſculus putabatur. Cum autem eius eleganti decore fratres aliquando tentarentur: iuſſu abbatis ſepe ratim cellulam petiit: & ſola incluſa deo ſeruiens omni tempore manſit. Verum pater & ſponſus euphroſynam ubique perquirentes: nec uſquam inueniẽtes: nimia triſtitia afflicti eam ut mortuam deflebant. Pater uero occupatus triſtitia: ſepius ad abbatem agabitum ueniebat & ſe ſuis orationibus commendabat. Ille uero cum fratribus deum exorabant: ut qui pannutio conceſſerat filiam: eandem ſibi reuelaret uel defunctam. Sed cum abbas a domino ſe exaudiri minime conſpexiſſet: & pannutius nullam conſolationem recipere poſſet: perduxit abbas pannutium ad ſmaragdum incluſum: ut eius facundo colloquio conſolaretur. Quem Euphroſyna cognoſcens: ſed ab eo minime cognita: utpote habitu uirili uultu ſqualida & afflicta: patrem ſuper amiſſione filie blandis adeo ſermonibus conſolatur: & ſacris colloquiis exhortatur q; quaſi rediuiuus effectus ex mortuo eam frequentius uiſitabat. Sicque trigeſimooctauo annis incluſa omnibus incognita manſit. Poſt hec graui ualitudine preſſa mortiq; proxima: patrem ſecretius aduocat: eiq; omnia ſua occulta referat: & q; ſit Euphroſyna ipſius filia ueris indiciis manifeſtat. Omnibuſque detectis inter eius manus ſpiritum exhalauit. Quam pater amariſſime deflens: utpote ſero cognitam: audita abbati & fratribus reuela

uit. Dum corpus lauari deberet ueritas detegitur: & uirgo domini a fratribus cum lachrymis in monaſterio ſepelitur. In cuius exequiis monachus monoculus corpus dioſculans lumen accepit. Pannutius uero omnibus uenditis pauperibus medium precii: & aliud medium monaſterio ceſſit. Vbi & ipſe monachus factus in ſancto propoſito decennio filie ſuperuixit. Quieuit in chriſto uirgo ſancta tertio februari.

¶ De ſanctis Saturnino & ſociis martyribus. Cap. CXIIII.

SAturninus preſbyter: Dauid: felix: apuleus: & plures ſocii eorūdā martyres: apud aphricam paſſi ſunt. Qui ſub anolino p conſule per diuerſa tormenta glorioſiſſime triūpharūt tertio idus februarii. Vbi ſcribit ado.

¶ De ſancto Seuerino confeſſore. Cap. CXV.

SEuerinus confeſſor claruit tempore clodouei regis frācorum. Hic abbas fuit monaſterii aganenſis multorum miraculorum gloria celeberrimus efulſit. Nam prefatum clodoueum regem dudum ualidiſſimis febribus oppreſſum quem nullus medicorum curare potuerat: ab eo accerſitus ſua confeſtim oratione ſanauit: & in ciuitate pariſienſi multos languentes a diuerſis infirmitatibus liberauit. Dum autem rex eidē pro beneficii uiciſſitudine multas pecunias obtuliſſet: nihil omnino recepit: nihilq; aliud pro munere petiit: niſi ut in toto regno quicunque in carceribus qualitercunq; detenti libere laxarentur: quod & factum eſt. Qui diebus aliquibus pariſius reſidēs: poſtquam obitum ſuū angelo nunciante cognouit: egreſſus urbe ad mortem qui caſtrum nauonis dicitur p perauit. Ibiq; in oratorio quondam inter manus ſacerdotum domino ſeruientium expirauit. Admirabili luce inſtar ſtelle in eius tranſitu eccleſia circunfuſa: ibiq; ſepultus eſt. iii. idus februarii.

¶ De ſancto Iuliano hoſpitatore confeſſore. Cap. CXVI.

IVlianus confeſſor qui a tranſeuntibus p bono hoſpitio inuocatur: qui & hoſpitator bonus dicitur: utrumque parentem ignoranter occidit. Cum enim exiſtens iuuenis uenationi inſiſtens ceruum inſequeretur: ceruus conuerſus ei miraculoſe locutus predixit: q; patrem ſuum & matrem ſuā occidere debebat. Quod iuuenis audiens timuit: & ne ſibi prophetata contingerent ad regionem longe remotam latenter abſceſſit: ubi cuidam principi adheſit: & tam ſtrenue ſecū ſe habuit: q; principem milltie eum fecit: & quādam caſtellanam uiduam in coniugem ei tradidit: & caſtellum pro dote accepit. Interea parentes iuliani pro amiſſione filii uagantes eum ubiq; ſolicite requirebant. Tandem ad caſtrum cui filius preerat deuenerunt. Caſuque iulianus abſceſſerat. Quos cum uxor iuliani uidiſſet: & qui nam eſſent inquiſiſſent: & illi cuncta que de filio contigerant enarraſſent: intellexit q; uiri ſui parentes erant: utpote que hec a uiro freq̄nter audierat. Ipſos igitur benigne ſuſcepit: & pro amore uiri ſui lectum eis dimiſit: & ipſa ſibi alibi cubile preparauit. Factoque mane ſummo diluculo caſtellana ad eccleſiam perrexit. Iulianus rediens thalamum ſuum uxorem excitaturus intrauit. Et inueniens duos pariter dormientes: uxorem cum adultero ſuſpicatus: extracto gladio ambos pariter iugulauit. Exiens autem domum obuiauit uxori ab eccleſia redeunti: & admirans interrogauit: qui nam eſſent illi: qui in ſuo lecto dormirent: que reſpondit parentes ſuos eſſe: qui ipſum dudum queſierant: quos honorifice ſuſceptos in ſuo thalamo collocauerat. Ille hoc audiens effectus exanimis amariſſime flebat: & ſe miſerum & patricidam exclamabat. Et dum coniugem uellet deſerere pro penitentia peragenda: uxor omnino eum ſequi propoſuit: ut que fuerat ſecum participes letitie: fieret & doloris. Sicque abeuntes iuxta fluuium ubi multi peribant: hoſpitale fecerunt: in quo omnes pauperes hoſpitio recipiebant: & penitentiam peragebant: omneſq; inde itinerantes iulianus tranſuadabat. Poſt multum temporis media nocte cum eēt grauiſſimum gelu: audiuit iulianus uocem lugubrem: ut ſe traduceret inuocantem. Qui concitus ſurrexit: & pauperem frigore deficientem tranſuexit: & accēſo igne in domo ſua calefacere fecit. Sed cum calefieri non poſſet: ipſum in lectulum ſuum portauit: & diligēter operuit. Poſt modicam horam qui infirmus & quaſi leproſus apparuerat: ſplendidus ad ethera conſcendit: & uale faciens hoſpiti ſuo: dixit q; ipſum ad eum deus miſerat: & peccatum ſuum ſibi dimiſſum propter hoſpitalitatem nunciabat. Sicq; ille diſparuit. Et iulianus cum uxore poſt modicum plenus ſanctis operibus uitam finiuit ſecundo idus februarii. Et quia fuit pauperum peregrinorum ſuſceptor: inde a uiatoribus pro bono inuocatus hoſpitio dicitur iulianus cognomine hoſpitator.

¶ De quadrageſima. Cap. CXVII.

QVadrageſima incipit a dominica qua cantatur Inuocauit me &c. & ſignificat tempus afflictionis: ubi eccleſia que tot tribulationibus clamauerat Circūdederūt me &c. Et poſtmodum inuocan dum adiutorium reſpirauerat dicens. Exurge domine &c. Eſto mihi in deū protectorem &c. Nunc ſe exaditam oſtendit dicens Inuocauit me &c. Notandum autem: q; quadrageſima quandoque dicitur habere quadragintaſex dies: quandoque quadraginta duos: quandoque quadraginta: quandoq; uero tantum trigintaſex ſecundum diuerſos reſpectus. ¶ Dicitur autem eſſe quadragintaſex dierum omnibus ipſius diebus computatis incipiendo uidelicet a feria quarta cinerum: & procedēdo uſq; ad diem paſche omnibus diebus tam dominicis q̄ feriis computatis. Quāuis enim diebus dominicis non ieiunemus: tamen a carnibus abſtinemus. Ratio autem huius obſeruantie eſt: quia licet ſecundum theologos corpus humanum quadraginta diebus formetur: tamen ſecundum philoſophos quod uerius reperitur: hominis corpus quadragintaquiq; diebus organizatur: & perficitur: & quadrageſimo ſexto die anima corpori infunditur. Ideoque quadraginta ſex diebus abſtinemus: ut ſicut anima corpori infuſa ex carnis commixtione quadrageſimo ſexto die maculatur: ſic in carnis afflictione quadraginta ſex diebus a macula expietur. ¶ Vel ut homo tot diebus deo perſoluat abſtinentie debitum: quot ab eius clementia ſe nouit eſſe perfectum. ¶ Dicitur etiam quadrageſima fore quadrageſimo ſecundo

dieꝝ incipiendo a prima dominica a qua mũda qua drageſima incohatur: & numerãdo omnes dies uſq; ad reſurrectioné tam dominicos q̃ feriales. Cuius obſeruãtie ratio eſt. Quoniã mattheus quadragitaduas generationes ab abraham uſq; ad chriſtũ poſuit: ex q̃bus xp̃s ſecundum carné deſcendit: Quoto ergo numero ad nos deſcendit per carnis generationem toto ad eum aſcendere debemus per carnis maceratioué. Et hec eſt ratio ambroſii. ¶ Vel quia ſicut filii iſrael ad terram promiſſionis pergentes. xlii. manſionibus per deſertum factis ad ipſam terram deuenerunt. Sic & nos ad patriam eterne ꝓmiſſionis feſtinantes. xlii. diebus per huius mundi eremum ieiuniis afflicti ad eandem patriam deuenire oportet: & hec eſt ratio auguſtini. ¶ Dicitur inſuper quadrageſima dierum incipiendo a die cinerum uſq; ad paſcha ſolis diebus ferialibus computatis & dominicis in quibus non ieiunamus deductus. Cuius obſeruantie ratio eſt: quia ut dicit Auguſtinus. Ad hoc ut habeamus quinquagenarium quadragenario denarius adiiciendus eſt. Quia ad hoc ut ueniamus ad eternã requiem: oportet nos preſentis uite tempore laborare: Vnde dominus poſt reſurrectioné. xl. diebus cum diſcipulis manſit & poſtea. x. die ſpiritũ eis paraclitum miſit. ¶ Vel ut dicit gregorius. Cur in abſtinentia quadragenarius numerus cuſtoditur: niſi quia uirtus decalogi per libros quattuor ſancti euangelii impletur. In hoc etiã mortali corpore ex quattuor elementis ſubſiſtimus: & per uoluptates eiuſdem corporis decalogi precepris contrahimus. Quia ergo per carnis deſideria decalogi mandata contempſimus: dignum eſt ut eandé carnem quater decies affligamus. ¶ Dicitur preterea quadrageſima eſſe. xxxvi. dierum incipiendo a prima dominica uſq; ad paſcha deductis diebus dominicis & ſolis feriis computatis. Cuius ratio eſt ut dicit gregorius quia dum per. cccl xv. dies annum ducimus. xxxvi. diebus ieiunantes quaſi anni noſtri ſiue temporis decimas deo damus. Non ſolum enim deo debentur decime rerum ſed etiam decime dierum. Notandum autem q̃ chriſtus poſtquã baptiſmum ſuſcepit ſtatim ſuum ieiunium icohauit. Quare autem eo tẽpore noſtrum ieiunium non obſeruamus ſed cũ paſcha potius illud continuamus: quadruplicé rationé aſſignat ioannes beleth in ſumma de officiis. ¶ Prima eſt ſi uolumus cũ chriſto reſurgere quia pro nobis paſſus eſt & nos cum eo compati debemus. ¶ Secunda cauſa eſt ut per hoc filios iſrael imitemur: qui eo tempore exierunt de egypto & ſubſequenter eodé tempore de babylonia. Quod inde probatur: quoniã tam iſti q̃ illi ſtatim egreſſi celebrauerunt paſcha: Sic & nos imitantes illos: hoc tempore ieiunamus ut de egypto & babylonia. i. hoc mundo exeuntes in terrã hereditatis eterne ingredi mereamur. ¶ Tertia eſt quoniam feruor libidinis magis accenditur tempore ueris: ut ergo refrenemus corporis eſtum hoc tempore maxime ieiunamus. ¶ Quarta é quia ſtatim poſt ieiunium debemus euchariſtiam ſumere. Sicut igit filii iſrael priuſquã agnum comederent ſe affligebãt: edentes latucas agreſtes & amaras. Ita nos debemus per penitentiã prius affligi: ut digni ad eſum agni uite ꝓuenire ualeamus: hec ioãnes beleth ubi ſupra.

¶ De ſancto Agabo propheta. Cap. CXVIII.

AGabus ꝓpheta ut abbas dorotheus ſcribit unus fuit ex. lxxii. diſcipulis xp̃i. Hic natione antiochenus ut habet actuũ. xi. tpe apoſtolorũ ex hieroſolymis antiochiã ueniens: ſignificabat per ſpũm famé in uniuerſo orbe futurã: que facta é ſub claudio ceſare. Cuius rei gra diſcipuli ꝓut quiſq; habebat ꝓpoſuerunt in miniſteriũ mittere habitãtibus in iudea fratribus: qđ & fecerũt mittẽtes & ſeniores p manus barnabe & pauli. ¶ Hic etiã cũ paulus eſſet ceſaree illuc ſupueniens tulit zonã pauli: & alligans ſibi pedes & manus dixit p ſpiritũſanctum: uiꝝ cuius erat zona illa ſic alligandum p iudeos in hieruſalem & tradendum in manus gentiũ ſicut & rei euentus probauit. Sic ergo ſub noui teſtaméti gratia iſte prophetico ſpiritu claruit. Qui & antiochie in pace quieuit idibus februarii.

¶ De ſcis fuſca uirgine & Maura mr̃i. Ca. CXIX.

TVſca uirgo & maura nutrix eius apud raué̃nam martyrium paſſe ſunt ſub preſide quintiano. Hec nobili patre eiuſdem uerbis noĩe ſyroi gentilitatis errore detẽto ꝓ genita: cũ eſſet annorum. xv. deſiderabat eſſe xp̃iana. Quod cũ maure nutrici ſue ſecreto reuelaſſet: & ipſa puelle cõſenſiſſet imo etiã ad xp̃i fidé tranſire diſponeret: uenerũt occulte noctu ad ſanctũ p̃ſbyterꝝ hermolaũ: q eas baptiſmatis unda ꝓfudit & de fide diligẽter inſtruxit. Que cũ ſyroi pr̃ eius didiciſſet: & filiã ab intentione xp̃iana reuocare nõ poſſet: eam in carcere clauſit: & cibũ omnem triduo denegauit. Quibus diebus ſyroi miſſis ad filiam matronis & coetaneis puellis ut eam ad patris uoluntaté inflecterẽt uirgini ꝓſuaderi fecit: ſed nihil oĩno ꝓfecit. Deide ipſe idẽ in carceré ꝓſonaliter acceſſit: & fuſcã blandis ſermonibus demulcẽs aĩum eius in nullo mutare preualuit. Quã ide poſtmodũ eductam gladio ꝓimere uoluit: ſed mr̃ eius ſe ĩterpoſuit ſperans ex dilatione tẽporis filiã ad patris uoluntaté blanditiis demulcendã. Tũc ad ſacrificandũ diis ſuis pater acceſſit: ut ipſi filie propoſitum commutarent. ¶ Poſt dies aliquod preſes quintianus rauennam ingreſſus hoc audiens mandauit fuſcã & maurã cũ parentibus ſuis ad ſe uictos aduci. Miniſtri uero uidentes eã oranté: & angelũ domini ſplendidũ ĩuxta eam ſtanté territi redierunt. Et dũ hec p̃ſidi renũciarent: fuſca & maura ſe ſponte ſibi p̃ſentauerunt: & chriſti anas eſſe uiua uoce ꝓnunciarunt. Dũ aũt preſes ſyroi tentũ interrogaſſet: cur filiã chriſtianam fieri permiſiſſet: illeq; e cõtra ſe excuſans

omnia geſta per ordinem rettuliſſet: quintianus quidem ſyroi dimiſit: fuſcam uero xp̃m cõfitentẽ & idola cõfutantem flagellari mandauit. Deinde in carcere una cũ maura trudi fecit. Et dũ in fide immobiliter perſeuerarent: iuſſit eas p̃ſes ex urbe educi: ibiq; illas gladio trãſuerberari. Cum aũt ad locum certaminis adducte fuiſſent: fuſca oratiõe fuſa ad dominum: ut ſuſciperet animas eaꝝ in pace: uoce celica confortat: deinde a ſpiculatore gladio per latera tranſfixa necatur. Maura uero nutrix eius tenens corpus uirginis cũ lachrymis rogauit carnifices: ut eam ſimili paſſione tranſfoderent quod & factũ eſt. Quarum corpora naute quidam chriſtiani noctu rapientes ad prouinciam tripolitanam ciuitatẽ ſabratam ea deduxerunt & ibidem honorifice condiderunt. ¶ Tranſactis uero multis annorum curriculis ciuitate illa a paganis depopulata: uitalis quidam uenetus diuinitus ad urbem ipſam deſertam nauigauit: & corpus ſancte fuſce inde ſublatum ad prouinciam uenetie tranſtulit: & in ciuitate torcellenſi cũ honore collocauit: ubi & eccleſia eius nomini fabricata eſt. Paſſa eſt autem uirgo chriſti cum eius nutrice idibus februarii.

¶ De ſancto Stephano abbate. Cap. CXX.

STephanus abbas ordinis grandi monteñ fundator claruit ãno domini. clxxxi. Hic de aluernia natus nobiliſſimi cuiuſdã ſtephani filius in annis puerilibus ab eodem beneuentũ deductus ſanctoq; miloni archiep̃o traditus ãnis. xii. ſub ipſo doctus & educatus é. A quo poſt modũ diſcedens uitãq; anachoriticã ducere cupiens: multis eremis peragratis ut locũ quietis ſueniret: tãdem deuenit aquitaniã ꝑ ciuitatẽ lemouicen̄: mõtemq; nemoroſum & aſperꝝ qui dicit muretus cõſcédit quem ſibi locũ aptum elegit: factoq; paruo tugurio monaſticam uitam ducere cepit: pane ſolo & aq̃ refectus: lectulo ex tabulis tantũ abſq; aliquibus ſtramentis decumbens: ueſtes uiles & leues induens: q̃s nullo calore minuebat: nullo frigore paugebat. Ibiq; ordinem incohauit pluribus miraculis fulgent. Interque dum quidam miles peccatum aliquod ſibi confeſſus eſſet: a quo nullatenus deſiſtere uolebat: imo etiam ne crimen deſereret: ſi forte pro ſe ſanctus oraret ualde debitabat: abbatem rogauit inſtanter: ne ꝑ ſe preces ad deum ullas effunderet. Pro eo tamen ſtephanus orauit: & antequã inde recederet: militem a peccato uoluntarie ſubtraxit. ¶ Cum quidã diues ei uictualia ſepe deferret: quadã die cibaria portans: a p̃donibus in itinere capit & ſpoliat. Quod ſanctus dei per ſpiritũ intelligens: ꝑ uiro xp̃m orauit. Et ecce nocte uir ille liber dimittitur: & cũ furibus diuinitus uinculatis mane uictualia deferens ante monaſterii ianuas reperit. Predoneſq; uiſo miraculo conuertunt: & impoſita eis per abbatẽ penitẽtia relaxant. ¶ Ipſe obitũ ſuũ ſibi reuelatum a deo lõge ante predixit: & anno etatis ſue. lxxx. ſanctitate mirificus in pace quieuit idibus fabruarii. Cũ autem fratres eius obitũ occultarẽt: ut pacifice ſine populoꝝ cõcurſu corpus ſepelire poſſent. Adeſt ſubito p̃ſbyter ciuitatis & populi multitudo eius obitũ cognouiſſe clamãtes: & eius ſepulture intereſſe ſupplicates. Et interrogati quo eius tranſitum didiciſſent. Reſpõderunt: q; puer quidam nuper migrauerat: qui biduo ante loquelam miſerat ſed dum ad ultimam deueniſſet horam locutus fuerat dicẽs: q; ſcalam lucidiſſimã uiderat cuius cacumẽ celum & infima pars montẽ muretum tenebat: per quã dominum ſtephanũ cõſcendiſſe conſpexerat: cũ quo & ipſum ſtatim abire oportebat. Et his dictis cõtinuo expirauerat. Sicq; populus eius iterfuerũt exequiis: Sepultuſq; eſt in mõaſterio ip̃o. ¶ Poſt aliquot annos ſub abbate petro eius ſucceſſore mõachi diuia reuelatiõe mõiti: cenobiũ & ordinẽ ad grãdimõtẽ trãſtulerũt: a quo & ordinis uocabulũ aſſumpſerũt: ubi & nouũ monaſterium cõſtruentes corpus ſancti ſtephani detulerunt: ubi & iacet ſignis coruſcans.

¶ De ſcõ ſtephano alio abbate. Cap. CXXI.

STephanus alius abbas monaſterii iuxta reatine ciuitatis menia cõſtituti pater fuit tẽpore gregorii pape primi. De quo idẽ doctor ſcribit: q; fuit uir ualde ſanctus patientie ſingularis. Cuius lingua licet eſſet ruſtica: docta erat eius uita. Hic pro amore celeſtis patrie cũcta deſpexerat: tumultus hoĩum deuitabat: crebris orationibus intẽtus erat: in quo uirtus patientie in tantũ excreuerat: ut eum ſibi amicum crederet: qui ſibi moleſtiã irrogaſſet. Reddebat in cõtumuliis gratias: ſiquid ſibi damni fuiſſet illatum: hoc maximũ lucrũ putabat. Hũc cum dies mortis egredi de corpore urgeret conuenerunt multi: ut tã ſancte anime de mundo recedenti ſuas animas cõmendarent. Quoꝝ alii circa eius lectulum conſiſtentes corporeis oculis angelos ingrediens uiderunt: ſed dicere quicquã nõ potuerunt: alii omnino nil uiderunt. Et hi ergo qui uiderant: & qui nil penitus cõſpexerant: uno oẽs timore percuſſi fugierunt: nulluſq; illic aſſiſtere eo moriẽte potuit: ut palã daretur intelligi: que illa egrediens ſancta anima ſuſciperet: cuius egreſſum nemo mortalium ferre potuiſſet. Hec gregorius.

¶ De ſcõ Valẽtino ep̃o & m̃re. Cap. CXXII.

VAlẽtinus ep̃s ichtyraĩ in urbe roma martyriũ paſſus eſt. Nam cũ craton qdã ciuis athenieñ orator cõſpicuus grece & latine lingue peritus. Rome clarus haberetur: treſq; haberet diſcipulos cõciues nobiles athenieñ ſcilicet proculum phebũ & apolloniũ ſecũ in urbe peorantes: contigit filiũ eius ceremonẽ tanta egritudine per trienniũ detineri: ut incuruatus dorſo caput circa genua deflexũ teneret: & niſi portaret ab aliis ſe omnino mouere non poſſet. Cum autem nullus medicorum eidẽ ſubuenire potuiſſet: extitit quidã tribunus

frontonius:qui germanã ſuam aſſeruit per quẽdam ualentinũ ichtyraũ epm̃ a ſimili paſſione liberatam. Quem craton per quoſdam nobiles amicos ſuos ad ſe romam accerſiuit:& ut filiũ ſuum ſanaret ſicut & germanam tribuni ſanauerat inſtantius ſupplicauit. Promittens ei dimidium ſuaꝝ facultatũ: ſi filiũ ſuũ redderet ſibi ſanum. Sanctus uero eius diuitias contempſit:ſed pauperibus dandas perſuaſit: nihilq; aliud ab eo petiit:niſi ut in chriſtum crederet: & filius eius ſaluẽ perciperet. Qui dũ ſe cum omni familia & tribus eius diſcipulis fidẽ chriſti percepturos ꝓmitteret:ſi filium eius curaret ingreſſus ualentinus cum filio cratonis cubiculum:tota nocte in oratione perſeuerauit. Et circa mediam noctẽ ſubito lux maxima in cubiculo effulſit:& ceremõ ſanatus cum epiſcopo ꝓſallere cepit. Et facto mane ualentinus puerum patri erectũ reſtituit atq; cratonem cum uxore & filio & omni eius familia:nec non proculum phebum & apollonium baptizauit. & in fide diligenter inſtruxit Ceremon autem diſcipulus eius effectus epm̃ predicantem ſequebat. ℂ Cum autem prefati cratonis diſcipuli chriſtum predicando multos conuerterent:& ualentinus epiſcopus plurima miraculoꝝ ſigna faceret:ſenatores romani inuidia accẽſi eo q; ꝓpter iſtos multi deoꝝ cultum deſerebant:ualentinũ epm̃ detineri fecerunt:& uirgis ceſum eo q; ſacrificare nollet placido urbis prefecto tradiderunt. Qui ipſum in arta cuſtodia recluſit:& media nocte populum timens illum in ipſo carcere decollari fecit. Cuius corpus ꝓculus phebus & apollonius noctu rapuerunt:& ad ciuitatem ichtyraneũ deferentes in ſuburbaio ciuitatis honeſte ſepulture tradiderunt:ubi cum in dei laudibus iugiter perſiſterent tenti a gentilibus traditi ſunt licentio conſulari. Qui ſciens eos a multis populoꝝ inſignibus dilectos:noctis medio iuſſit eos ſibi preſentari:& immolare diis recuſantes capitali ſententia clandeſtine puniri. Statiq; de ciuitate illa diſceſſit: & quo abiret nemini reuelauit. Quorũ corpora a quodam abundio preſbytero iuxta corpus ſancti Valentini tumulata fuerunt. Paſſio horum recolitur decimoſexto calendas martii.

ℂ De ſcõ Valẽtino p̃ſbr̃o & mr̃e. Cap. CXXIII.

VAlentinus p̃ſbyter & martyr. Rome paſſus eſt ſub claudio imperatore. Quẽ imperator de xp̃ianitate accuſatũ teneri fecit in uiculis duobus. Deide ſibi in amphitheatro preſentatum interrogauit:cur deos nõ adoraret. Sanctus uero chriſti fidem conſtanter multis rationibus ueriſſimam comprobauit & omnes deos gentiũ confutauit:in tantum ut imperator ipſum de ſapientia commendaret. Verũ dum calphurnius prefectus aſſiſtens claudio diceret imperatorem ſeductum: timens imperator populi aſtantis confuſionem animo immutatus ualentinum tradidit aſterio principi ut eum in domum ſuam adductum patienter tractaret:& ipſum ad deoꝝ ſacrificia ſuaderet. Cum autem ſanctus domũ principis introiſſet:& chriſtũ lumẽ uerum inuocaſſet:ut domum aſterii illuminaret: dixit ei aſterius:q; quia chriſtũ lumen appellauerat ſi filiã eius adoptiuam cecam illuminare in chriſti nomine poſſet:ipſe cum omni eius familia chriſto crederet. Sanctus autem preſbyter oratione facta puellam illuminauit & aſterium cum omni domo ſua & filia conuertit & baptizauit. Que cum audiſſet claudius iuſſit aſterium & puellam atq; omnem eius familiã teneri:ipſoſq; cunctos ad ciuitatem oſtiam miſſos ꝓ diuerſa tormenta uita preſente priuari. Sanctum uero ualentinum iuſſit fuſtibus cedi:& confitentẽ chriſtum uia flaminia adductum capite truncari. Cuius corpus a quadam matrona ſauinella collectum in eodem loco ſepultum eſt. xvi. calendas martii.

ℂ De ſanctis Baſſo & Antonino & ſociis martyribus. Cap. CXXIIII.

BAſſus:antoninus:protolicus:tyrion p̃ſbyter:moyſes:baſſianus agathon: dionyſius & amonius apud alexandriam paſſi ſunt. Quorum baſſus:antoninus & protolicus pro chriſti nominis confeſſiõe in mare demerſi ſunt. Tyrion uero preſbyter:moyſes baſſianus & agathon igne cõbuſti fuerunt. Dionyſius autem & amonius gladio cedente paſſionem conſumauerunt. xvi. calendas martii. Hec hieronymus in martylogio.

ℂ De ſancto Siſinnio epiſcopo. Cap. CXXV.

SIſinnius eps̃ thauſineĩ que ciuitas eſt prope epheſum & uocatur thaus apud ipam urbem claruit. Hic eutityo & eutitya nobilibus parentibus ſmyrne ciuitatis ortus eſt. quorum precibus a deo obtentus eſt: cum prius prole careret:& gratia ſuſcipiende ſobolis eccleſiam beati ioannis euangeliſte apud epheſum ſepius cum oblationibus uiſitarent. Qui dum infans adhuc ubera matris lamberet:quarta ſexta feria & ſabbato ſemel tantum in die mammillas ſuggebat. Cum autem eſſet annorum octo a patre liberalibus diſciplinis imbuendus traditur:& in eis breui tempore perfectus eruditur. ℂ Die quadam miſſus a patre ut blaba ſubiectis ſibi gentibus diſpenſaret: totum triticũ pauperibus errogauit: quod pater audiens moleſte tulit:ad ſuggeſtionem tamen filii ad horrea que prius ille uacuauerat proceſſit:& ea omnia decoro & nouo fruméto repleta diuinitus inuenit. ℂ Mortuo uero epiſcopo tauſineũ theodorus epiſcopus epheſinus metropolitanus ipſius diuina reuelatione eidem ciuitati ſiſinnium licet ſatis recuſantem cum adhuc eſſet annorum uiginti in epiſcopum prefecit. Qui gregẽ dominicum ſibi commiſſum uerbis & exemplis ſolicite paſcere curauit. ℂ Cum quidam leontius preſbyter per annos octo loquelam amiſiſſet: ſiſinnius ei in chriſti nomine mandauit: ut die natalis domini tunc de proximo futuro miſſam populo celebraret: quod & ille adimpleuit:loq̃la ſibi exinde plenius reſtituta. ℂ Poſt hec ſiſinnius filium mulieris uidue ab annis. xiiii. maligno uexatum ſpiritu: poſt triduanũ ieiunium & orationem ac uigilias tribus diebus in eccleſia celebratas a demonio liberauit. ℂ Sed dum per annos. xxxiiii. eccleſiam ſuam feliciter gubernaſſet die quadam hora ſexta eo celebrante audita eſt uox de celis eum ad celeſtia uocans. Qui omni clero & populo conuocato:& in domino confortato:ea die qua poſtmodum deceſſit ſe ad dominum migraturum predixit:& ut predixerat:ſic euenit. Quieuit nãq; in pace. xvi. cal. martii. Cuius corpus i eccleſia ſci ioãnis euãgeliſte apud epheſum ꝓut ipſe iuſſerat delatũ:ibiq; condigna ueneratione tumulatum ſeruat.

¶ De ſancto Cratone martyre. Cap. CXXVI.

CRaton martyr ciuis athenienſis orator in ſignis rome paſſus eſt. Cuius cum filium ceremonem contractum ſanctus Valentinus epiſcopus ſanaſſet: ut dictum eſt in eius paſſione. xvi. calen. martii: conuerſus eſt ad chriſtum craton cum filio & omni familia ſua: & ab eodē epiſcopo baptizati ſunt. Poſtq̄ uero ualentinus epiſcopus paſſus eſt. Craton etiam a ſenatu romano ex inuidia detentus & eorum ſententia decollatus eſt. Cuius corpus ceremon filius ſepeliuit in predio ſuo .xv. calen. martii. Qui poſt patris martyrium in ſanctis operibus chriſto deſeruiens: & ipſe poſt tempus aliquod laudabiliter ex hac uita deceſſit.

¶ De ſcis Fauſtino & Iouita mar. Cap. CXXVII.

FAuſtinus & iouita martyres apud ciuitatem brixie paſſi ſunt ſub hadriano imperatore. Quorum prior in preſbyterum: ſecundus uero in diaconum in ciuitate mediolanēſi a ſancto apollonio epiſcopo ordinati: apud brixiam chriſtum dominū predicabāt. Quos imperator hadrianus ipſam urbem ingreſſus comprehendi fecit: & ſacrificare nolentes in equuleo leuari & torqueri iuſſit. Qui cū ex equuleo ſoluti ante capitoliū ſtarent illeſi: unus de miniſtris noīe calocerus conuerſus eſt: & magnum deum chriſtianoꝝ clamare cepit. Quē hadrianus extra capitoliū eiici fecit: fauſtinum uero & iouitam in ergaſtulo cōcludi. Ad quos uiſendos xp̄s noctu ueniens cū luce nimia cōfortauit eos. Cūq̄ hec cuſtodes carceris calocero nūciaſſent uenit ille ad hoſtiū carceris: & uiſionem uidit: atq̄ a domino exhortationē accepit: ipſe uero cuſtodibus fidem xp̄i predicauit: & eos ipſa nocte conuertit. Et cū a ſanctis martyribus omnes ſtantes ante ianuam carceris baptiſmū expeterēt: angelus domini eduxit ſanctos ianuis clauſis: q̄ calocerꝰ cū militibus ad ſanctū apolloniū adduxerūt. Illeq̄ ipſos baptizauit hora q̄ſi. xii. Et cū altare nō haberent: in quo dominicū corpus cōficerēt: ſubito apparuit q̄ſi linteamen niueū extēſum habēs corpus domini inuolutū cum q̄ttuor luminaribus accenſis. Sicq̄ oēs ſacram euchariſtiam ſumpſerunt. Deinde ab angelo cōfortati ſunt. Qui & ſanctos martyres in carcerē reduxit: & cū eis calocerꝰ & eius milites clauſis ianuis & ſignatis intromiſit. Mane aūt facto cū hec hadrianus uidiſſet: & quia calocerus cū eius officio intra carcerem clauſis itroiſſet. Iratus omnes milites illos ante ſe adduci precepit: & eos omnes chriſtum confitentes decollari mandauit. Calocerū uero fauſtinum & iouitam ſecum uinctos mediolanum adduxit. Quos ſacrificare nolentes in equuleo leuatos diu mandauit torqueri: deinde lampades ardentes eorum lateribus apponi: & poſt hec ſtupa reſina & oleo adhibitis ignem copioſum ſubter eos accendi. Orantibus autem ſanctis: ignis ad ſtatuas deorum que capiti imperatoris ſupereminebant: proſiliit: & eas incendit. Imperator ue eo fugiens ſanctos dei pedibus ad poſteriora taurorum ferocium ligari fecit: & in ſilua dimitti: ut tracti poſt eos diſcerperentur. Tauri uero in ſilua uti agni ad preſepe ſteterunt. Angeli uero martyres exoluerunt: & eos tauris cum omni manſuetudine inſequentibus ad ciuitatem reduxerunt. Venienteſq̄ ad palatium coram imperatore ſteterunt illeſi: tauri uero omnes ſibi obuios cornibus uulnerabant: & ad ſanctorum pedes humiliter procumbebant. Cūq̄ hec hadrianus arti magice deputaret uoluit eos abinuicem ſeparare. Et calocerum quidem antiocho preſidi tradidit puniendum: fauſtinū uero & iouitā carceratos ſuo iudicio reſeruauit. Antiochus aūt cum alpes cotias eēt tranſiturus calocerꝰ ante ſe p̄miſit cuſtodie traditū. Cuſtodes uero calocerꝰ ad ciuitatē aſteī adductum carceri tradiderūt: expectantes aduētum antiochi. Interea imperator cū ſibi antiochus neceſſarius eſſet miſit prefectum ſapritiū ad ciuitatem aſteī: committens eidem ut calocerꝰ diris tormentis cruciaret: antiochum uero ſecum detinuit. Calocerus uero in ciuitate aſteī carceri manci patus: Secundū militem conuertit: & eum ad fauſtinum & iouitā baptizandū mediolanī tranſmiſit: ut dicetur in paſſione ſecūdi. iii. calē. aprilis. ¶ Dū aūt mediolanū ueniſſet angelus domini fauſtinū & iouitam de carcere ad ſecundū extra ciuitatem eduxit: a q̄bus baptiſma nube q̄dam quā prebente ſuſcepit. Et ecce colūba de celo uenit & ſacram hoſtiā deferens martyribus tribuit. Fauſtinus uero ſecundū cōicauit: & reſiduum euchariſtie ei dedit: ut ad martianū deferret q̄ apud tridonā uinctus detinebaī: ut in eius paſſiōe dicet. .ii. noū martii. Quo abeūte angelus domini martyres ad carceré reduxit. Poſthec hadrianus brixiā rediit & martyres xp̄i ſecū reduxit: quos ſacrificare nolētes capitali ſnīa dānauit. Quoꝝ corpa brixie a xp̄ianis ſepulta ſunt. xv. calen. martii. Calocerus uero poſt hec ſub ſapritio pro cōſule in ciuitate aſteī martyriū conſumauit: ut ſuo loco dicetur. xiiii. calen. aprilis.

¶ De ſancto Fauſto monacho & confeſſore. Cap. CXXVIII.

FAuſtus monachus beati benedicti diſcipulus fuit. Qui eiuſdē beati patris uitā cōſcripſit. A quo cum ſcō mauro abbate ad gallias miſſus eidē mauro exīde ſemp adheſit & ipſius uite ac ſanctitatis imitator effectus hortantibus eū fratribus ſuis ſuos actus & geſta memorie tradidit: & in andegaueū monaſterio laudabilē uitā duxit: & poſt magiſtri tranſitū ad caſſineī monaſteriū rediit: ubi & in pace in xp̄o q̄euit. xv. cal. martii.

¶ De ieiuniis q̄ttuor temporꝫ. Cap. CXXIX.

EIunia quattuor tēporum a calixto papa inſtituta ſunt. Circa que tria uidēda occurrunt. ſi quare ieiunamus. quattuor anni tēporibus: quare illis mēſibus. ſ. martio: iu-

nio:ſeptembri:& decembri:& non aliis:& quare tribus in ſeptimana diebus ſcilicet feria.iiii.vi.& ſabbato.¶Primo igitur uidendũ eſt quare q̃ttuor anni tẽporibus ieiunamus.ſi uere:eſtate:autũno:& hyeme. Cuius q̃ttuor aſſignant rationes.¶Prima ratio ſumit ex pte ipſoꝝ quattuor tẽporꝝ anni. Quoniã uer eſt calidum & humidũ.Eſtas calida & ſicca. Autumnus frigidus & ſiccus.Hyems frigida & humida.Ieiunamus igitur in uere ut noxium humorem luxurie tẽperemus.In eſtate ut noxium calorem auaritie extinguamus.In autumno ut caſtigemus ariditatem ſuperbie.In hyeme ut refrenemus frigiditatem accidie.¶Secunda ratio ſumitur ex parte quattuor complexionum:quoniam in uere augmentatur ſanguis: in eſtate cholera:in autumno melancholia:& in hyeme phlegma.Ieiunamus igitur in uere ut in nobis debilitetur ſanguis concupiſcentie & inepte letitie.Sanguineus enim eſt libidinoſus & letus.In eſtate ut debilitetur cholera iracũdie & fallacie. Cholericus enĩ eſt iracundus & uerſutus.In autumno ut debilitetur melancholia cupiditatis & triſtitie. Melancholicus enim é naturaliter cupidus & triſtis.In hyeme ut debilitet phlegma hebetudinis & pigritie.Nam phlegmaticus eſt hebes & piger.¶Tertia ratio ſumitur ex parte quattuor elementorum.Quoniam uer compa ratur aeri.Eſtas igni autumnus terre.Hyemes aque. Ieiunamus ergo in uere ut in nobis edometur aer elationis & ſuperbie.In eſtate ut edometur ignis cupiditatis & auaritie.In autumno ut edometur terra frigiditatis & ignorantie.In hyeme ut edometur aqua leuitatis & inconſtantie.¶Quarta ratio ſumit ex parte quattuor etatum.Quoniam uer refertur ad puericiam.Eſtas ad adoleſcentiam. Autumnus ad etatẽ uirilem.Hyems ad ſenectutem.Igitur ieiunamus in uere ut ſimus pueri per innocentiam.In eſtate ut efficiamur iuuenes per conſtantiam.In autumno ut efficiamur ſenes per prudentiam & honeſtam uitam. ¶Vel potius ut ſatiſfaciamus deo quicquid per illas etates aut per illas complexiones in quattuor anni tẽporibus uel in quattuor elementis eum offendimus. ¶Quare autem in illis potius menſibus q̃ in aliis ieiunamus duplex ratio aſſignatur. ¶Prima ratio eſt ut iudeos imitemur qui quater in anno ieiunabant: ſcilicet ante paſcha:ante pentecoſtẽ:ante ſcenephegiã .i.fixionem tabernaculi in ſeptembri: ante encenia.i. dedicationem templi in decẽbri.¶Secunda ratio eſt quoniam hec ieiunia fiunt:in martio germinante terra ut in nobis uirtutum germina oriantur: ut maio uel iunio quando ſegetes colliguntur:ut nos manipulos bonorum operũ deo noſtro reddamus. In ſeptẽbre quando uue uindemiantur:ut nos diuina charitate inebriari ualeamus.In decembre quando herbe moriũtur:ut nos uitia carnis mortificemus.¶Quare autem tribus diebus ĩ hebdomada ieiunamus duplex ſimiliter ratio redditur.¶Primo quia ſicut homo conſtat ex quattuor elementis quantum ad corpus:& tribus uirtutibus quantum ad animam uidelicet rationali:concupiſcibili:& iraſcibili: ſic per tres dies quattuor anni temporibus ieiunamus: ut quicquid in carne uel anima delinquimus: deo per ieiunium exoluamus:ſicut quaternarius ad corpus ternarius uero ad animam refertur. ¶Secundo ut per hoc ſatiſfaciamus in die quicquid peccamus in menſe.Nam ſingulis menſibus tribus diebus ieiunamus. Et fiunt hec ieiunia in quarta feria: quia dominus a iuda ea die uenditus fuit.In ſexta quia in cruce pependit.In ſabbato quia in ſepulchro iacens diſcipulis triſtitiam dereliquit.Hec ex ſumma de officio ioannis beleth:& ex dictis damaſceni & guilelmi.

¶De ſcõ Oneſimo diſcipulo. Cap. CXXX.

ONeſimus diſcipulus apoſtoli pauli ſeruus fuit philemõis nobilis coloſcenſis eiuſdem apoſtoli familiariſſimi.Hic a domĩo ſuo fugiens romam ad apoſtolum iam in carcere detentum uenit:eiq; ſedule miniſtrauit. Quem paulus ad chriſtum conuertit & baptizauit.Et ad dominum cum epiſtola que intitulatur ad philemonẽ chriſtianum & correctũ remiſit.In qua epiſtola paulus philemonem rogat:ut oneſimo delictũ ignoſcat: & ipſum ut chriſtianum & cõfratrem benigne ſuſcipiat.Quem philemon apoſtoli intuitu manumiſit: & ipſum ad eum remiſit.Apoſtolus uero ipſum epiſcopum epheſi ordinauit.Qui peracto predicationis officio poſt paſſionem pauli iterum romã rediit: ubi & pro fide chriſti lapidatus occubuit. Corpuſq; eius inde ad locum ubi fuerat epiſcopus conſtitutus: delatum eſt.Qui paſſus eſt decimoquarto calendas martii:ut dicit ado.

¶De ſcã Iuliana uirgine & martyre. Cap. CXXXI.

IVliana uirgo & martyr paſſa eſt in ciuitate nicomedia tẽpore maximiani imperatoris.Hec aphricani nobilis & gentilis filia ex eadem urbe oriunda ab annis infantilibus xp̃iana:tradita eſt in ſpõſam a pfe cuidã eleuſio p̃fecto.Quã cum ſpõſus traducere uellet & uirgo domini ſibi copulari nollet:niſi fieret xp̃ianis:fecit eã pr̃ ſuus expoliari & grauiter cedi.Sicq; flagellatãtra didit p̃fecto ſpõſo eius.Ille ergo eã ſibi p̃ſentatã & dudũ exanimatam:cũ diceret ſe nullatenus ſibi populãdã niſi fieret xp̃ianus:iratus iuſſit uirginem extẽſam a q̃ttuor ſibi inuicẽ ſuccedentibus uirgis crudeliter cedi:deinde per ſex horas capillis appẽdi: & poſt hoc plumbũ liquefactũ in caput ipſius pfundi. Quod cũ nihil ſibi nocuiſſet:eã catenis ligauit:& in carcere recluſit.Ad quã uenit belial demon in ſpecie boni angeli:eiq; dixit:q; xp̃s ip̃m ad eã miſerat:ex cuius ſibi parte mãdabat:ut diis ſacrificaret:ne in tormentis male deficeret.Iuliana uero dubitans:cum lachrymis orauit ut dominus ſibi reuelaret:qs eẽt q talia ſuaderet.

Factaq; eſt uox ad eam: ut ipſum apphenderet & quis eſſet cõfiteri cogeret. Que cũ demonem tenuiſſet: interroganſq; quis eſſet: dixit ei: q; belial demõ erat: & q; pater ſuus beelzabuth ipſum ad eã decipiendã miſerat: qui & demones facit grauiter flagellari quoties a xp̃ianis fuerint effugati. Dixitq; q; erant innumerabiles demones: q a dicto beelzabuth ad oĩa mala ppetranda mittebant. Ipſe multa ſcelera cõmitti fecerat: & nunq̃ ab aliquo xp̃iano eo modo detentus fuerat. Nam adã & euam fecerat in paradiſo preuaricare: & abel a caĩm occidi: & populũ in deſerto ad uitulũ adorandum cõuerti: & tres pueros in caminum ignis immitti: & hieruſalem inflammari: & alia multa pluribus peſſima opera perpetrari. Tunc iuliana manibus retrorſum ipſum ligauit: & cũ catena qua uincta erat diutiſſime uerberauit. Et cũ die ſequenti iuſſu prefecti de carcere educeret: demoné poſt ſe trahebat ligatũ. Qui cũ miſericordiam eius peteret: ne amplius de ſe ridiculũ faceret: per totum forũ illum traxit: & tãdem in latrinam quandam proiecit. Et cũ ante prefectum conſiſtens xp̃m confiteret: in quadam rota extenditur: intantum ut oĩa oſſa eius uſq; ad exitũ medullaq; confringerent. Angelus aũt domini rotã cõminuens uirginẽ in momento ſanauit. Quo miraculo uiſo. cxx. gentiles promiſcui ſexus ad xp̃m conuerſi ſunt: & in confeſſione noĩs xp̃i decollati. Deinde in ollã plumbo liquefacto repletam iuſſu cleuſii mittit: ſed plumbo uelut ſuaui balneo tepefacto uirgo illeſa educitur: qua educta plũbum ebuliẽs ꝓfiliit: & lxxv. gentiles ex circũſtantibus interfecit. Tunc p̃ſes gladio caput eius amputari precepit. Quã demon quem uerberauerat in ſpe iuuenis inſequi cepit: & gentiles exhortari: ne ſibi parcerent que deos uituperauerat: & ſe nocte precedente grauiter flagellauerat. Et cum ipſum uirgo reſpexiſſet: aufugit demon: dubitans ne iterum ſe capere uellet. Ducta eſt igitur extra ciuitatẽ & oratione premiſſa decollata eſt. Cuius corpus ſephonia ſenatrix accepit: & cum in naui detulit: ut romam ueniens ipſum ibidem ſepeliret. Sed orta tempeſtate nauis in fines campanie ad portum puteolanum impellitur: & ibidem uno miliario a mare corpus uirginis ſepelitur. Eleuſius uero non poſt multo tempore nauigans maris tempeſtate cum triginta quattuor uiris ſubmerſus eſt. Paſſa eſt autem uirgo chriſti. xiiii. calendas martii.

¶ De ſcõ Pollochronio epõ & mar. Cap. CXXXII.

POllochronius eps & martyr apud babyloniã ciuitatem paſſus eſt ſub decio ceſare. Qui cum aduerſus perſas congreſſus eẽt: & habita uictoria multas ciuitates obtinuiſſet: ueniens ad ciuitatẽ babylonie. Pollochroniũ epiſcopũ chriſtianoꝝ teneri iuſſit cũ preſbyteris parmenio: elimate & chryſotello: & diaconibus luca & mutio: quos fecit duci ad ſacrificandũ: & ſacrificare nolentes ac xp̃m cõfitentes in cuſtodiã recluſit multis diebus. Interimq; in ipſa urbe tẽplum ſaturno edificauit. Et ad nouũ templũ ep̃m cum eius clero duci feciſſet: & ut ſacrificia offerrẽt inſtaret: & pollochronius neq; ſacrificare neq; uerbum aliqd decio reſpondere uellet interrogauit decius ꝑmeniũ cur eps eoꝝ mutus effectus eſſet: qui reſpondit: q; nõ obmutuerat: ſed os ſanctũ inter ſtercora coinquinare nolebat. Propter qd decius linguã parmenii precidi fecit: qui tamen ut prius expedite loquebat. Tunc iratus decius iuſſit os pollochronii lapidibus contũdi. Et dum cederetur emiſit ſpiritũ. Poſt hec decius ambulans in ciuitatem cordulam: parmenium & ſocios ſecum uictos adduxit: de quibus in eorum paſſione agetur de cimo calendas maii. Corpus uero pollochronii ante templum dimiſit. Quod duo reguli abdon & ſenen chriſtiani noctu colligentes ante muros babylonie tumularunt decimotertio calendas martii.

¶ De ſcõ Sauino epõ. Cap. CXXXIII.

SAuinus eps ciuitatis canuſine claruit tpe totille regis gothoꝝ. Qui inter cetera dona ſibi a deo conceſſa: ſpũ ꝓphetico claruit. Quod totilla rex gothoꝝ audiẽs minime credidit: ſed ꝓbare ſtuduit qd audiuit. Cũ enim in eiſdẽ partibus deueniſſet: & a uiro dei inuitatus ad eius dexterã diſcubuiſſet: cũ iam eps longo ſenio lumẽ oculorum amiſiſſet: puer ex more eidẽ patri poculũ prebuit: ſed rex ſilenter manũ extendẽs calicem puero abſtulit: eũq; p ſe uice pueri epõ porrexit. Tũc ille calicẽ accipiens: ſed tamẽ miniſtrũ non uidens dixit: uiuat iſta manus uiuat talis miniſter. De quo rex letus erubuit: quia q̃is deꝑhenſus eſſet: in ſancto qd querebat inuenit. Cũ aũt ſauinus longo ſenio traheret: archidiacõus eius epatũ ambiẽs: uinifuſoris eius aĩum ꝑcio ꝑcibuſq; corrupit ut mixtũ uino ſibi uenenum ꝓpinaret. Qui refectionis hora epõ ueneni poculũ obtulit: ſed eps eidem ut illud ſtatim biberet imperauit. Tremefactus pincerna deprehẽſum ſe ſentiẽs maluit moriturus bibere: quã penas pro tanta homicidii culpa tolerare. Cũq; ad os ſibi calicem poſuiſſet: eps compeſcuit ſeq; uenenum bibituꝝ obtulit: mandans ut ad illũ qui ſibi dederat iret: eiq; diceret q; ſauinus quidem uenenũ biberet: ſed ipſe minime eps eẽt. Facto ergo ſigno crucis uenenũ epiſcopus bibit: & illeſus permãſit: eadẽq; hora archidiaconus eius alibi exiſtẽs ſubito defunctus eſt: acſi per os epi ad archidiaconi uiſcera mortiferꝝ trãſiuiſſet. Quieuit in pace uir domini. xiii. calẽ. martii. Hec gregorius. iii. dial. cap. v.

¶ De ſanctis Maximo & Claudio & ſociis martyribus. Cap. CXXXIIII.

MAximus & claudius fratres caii pape & gabini preſbyteri: & uxor claudii prepedigna & filii eius alexander & cutia preclariſſimi genere ex urbe: agente fratre eorũ bino preſbytero a ſancto caio papa baptizati ſũt. Ob hoc iuſſu diocletiani imperatoris tenti ſunt a iudice iulio. Et maximus quidem capitalem ſententiam accepit. Claudius uero cũ coniuge & filiis in exilium deportati: deinde incẽdio cõcremati odoriferꝝ martyrii ſacrificiũ domino reddiderunt. Quoꝝ corpora in mare apud oſtiã iactata fuerũt. Sed eoꝝ reliqas xp̃iani requirentes cũ corpore maximi iuxta muros oſtie urbis ſepelierunt. Qui paſſi ſunt. xii. calen. martii.

¶ De ſcõ Symeone epõ & mar. Cap. CXXXV.

SYmeon eps hieroſolymitanus & martyr: propinquus ſaluatoris ſecundũ carnẽ extitiſſe dignoſcit ac filius cleophe qui fuit frater ioſeph iuſti: ut dicit Hieronymus. Hic ut. iii. eccleſiaſtice hiſtorie habetur poſt iacobum fratrem domini hieroſolymoꝝ põtifex: ſub perſecu-

tione traiani imperatoris cũ iam eſſet decrepitus ac/cuſatus eſt attico conſulari tãquam chriſtianus. Qui ab eo tentus multiſq; ſuppliciis affectus tandem cru/cis patibulo appenſus martyrio conſumatus eſt om/nibus qui aderant etiam ipſo iudice de eius patientia admirantibus: & q. cxx. annorum ſenex crucis pati/bulum pertuliſſet: qui paſſus eſt. xii. calen. martii.

¶ De ſancto Gabino preſbytero & martyre.
Cap. CXXXVI.

GAbinus preſbyter & martyr nobilis ciuis romanus ex geuere diocletiani imperato/ris & frater ſancti Caii pape fuit. Hic libe/ralibus ſtudiis dum eſſet gentilis nõ me/diocriter eruditus: factus chriſtianus & preſbyter li/bros & tractatus ad fidei eruditionem plurimos com pilabat. Hic germanos maximum & claudium cum uxore claudii & filiis ad chriſtum cõuertit: & per ma nus caii pape baptizari fecit. Filiam quoq; ſuã ſuſan/nam uirginem pulcherrimam ab infantia chriſtianã ſacris litteris erudiuit. Que cum ob eius nobilitatem & elegantiam a maximiano diocletiani filio in con/iugium peteretur: & puella conſentire nollet: dicens ſe chriſto domino deſponſatam nõ poſſe alicui uiro: & potiſſime idolorum cultori matrimonio copula/ri: & gabinus preſbyter ab imperatore requiſitus: eã ad hoc compellere nollet: in carcerem iuſſu auguſti mittitur: ibiq; fame & uinculis maceratur. Qui etiam poſt aliquod tempus ibidem expirauit. Cuius corpus caius papa germanus eius ſepeliuit. xi. calen. martii.

¶ De ſanctis innumerabilibus martyribus.
Cap. CXXXVII.

INnumerabiles ſancti martyres quorum numerum ſolius dei ſcientia colligit apud tyrum ciuitatẽ paſſi ſunt. De quibus octa/uo libro eccleſiaſtice hiſtorie ſcribitur: q. diuerſi ſexus & etatis ac ordinis ex egypto illuc adue/nientes perſecutione in chriſtianos iminẽte a paganis tenti ſunt. Et confitentes chriſtum primo quidem p omne corpus flagris laniati: deinde in harena beſtiis diuerſorum generum traditi ſunt. Cum autem a fe/ris minime leſi fuiſſent: aliiq; gentiles rei mortis beſti is ſubiecti ſubito lacerati eſſent. Iterum ſancti marty/res feris exponuntur: ut ex paganorum morſibus in/citate in ſanctos ferociores redderentur. Et cum nec ſic in eos preualuiſſent mutatis ſup eos ferocioribus animalibus omnino intacti permanſerunt. Quod dũ pagani magice aſcriberent: ad alias feritates feris im/maniores ſe conuertunt. Et alios quidem ex ſanctis gladiis trucidarunt: alios flammis incenderunt alios in mari necauerunt: alios capitibus abſciderunt: non nullos etiam inedia conſumauerunt: quoſdam uero rectos quoſdam uero deorſum uerſo uertice patibu/lis afflixerunt: qui omnes in confeſſione ueritatis co/ronas paſſionis a domino perceperunt. Horum glo/rioſam multitudinem ad uictoriam incitabant beati tyrannus ſiluanus philenus atq; linus epi nec non ce/nobius preſbyter: qui omnes una ſecum felici agone palmas adepti ſunt. Nam tyrannus & ſiluanus epiſco pi beſtiarum morſibus interierunt: philenus & linus epiſcopi ignibus conſumpti: cenobius uero preſbyter cum pluribus aliis decollatus eſt. Horum omnium paſſio recolitur. x. calen. martii.

¶ De ſcis. lxxix. martyribus. Cap. CXXXVIII.

SEptuagintanouem martyres apud ſicili/am paſſi ſunt. Qui ſub diocletiano augu/ſto per diuerſa tormenta confeſſionis ſue coronam a xpo ſibi paratam percipe me/ruerũt. ix. cal. martii. Hec hieronymus i martylogio.

¶ De ſancto Symmacho papa & confeſſore.
Cap. CXXXIX.

SYmmachus papa natione ſardus ex patre fortunato anaſtaſio ſecundo pape in pon/tificatu romano ſucceſſit: & ſedit annos. xv. menſes. vii. dies. xxviii. In cuius electio/ne tanta rome diſſenſio fuit: ut electo quodam laure/tio una cum ſymmacho: ſenatores laurentii partibus fauentes aduerſus ceteros qui ſymmacho adherebãt bellum inferrent: multaſq; cedes & homicidia facien/tes: pleroſq; ſacerdotum & clericorum ac ciuium ex/tinxerunt. Deniq; ambo uno die ordinati ſunt. Sym machus quidem in eccleſia conſtantina: laurentius ue ro in eccleſia ſancte marie. Sed cũ neutra pars alteri ce deret: cõdixerunt: ut lis incepta iudicio regis theodo/rici fineret. Qui rauẽne poſitus dũ legatos ptium au/diſſet: decreuit: ut quem maior pars cleri & populi ele giſſet: ipſe in ſede apoſtolica reſideret. Sicq; ſymma/chus in quẽ maior pars cõuenerat põtifex factus: cõſti tuit laurentium epm in nicera ciuitate intuitu miſeri cordie. In hac diſſenſione ſanctiſſimus paſchaſius ec/cleſie romane diaconus ptibus fauebat laurẽtii bona fide. ¶ Hic ſymmachus cõſtituit: ut omni die domi/nico & in natalitiis apoſtolorũ & ſcõrũ pcipuorũ Glo/ria in excelſis deo cantet. Et q̃ ſequunt poſt uerba an/geli addidit in eodẽ hymno. Poſt paucos annos crimi natur ſymmachus ex iuidia p falſos teſtes: & occulte laurẽtius reuocat: & iterato clerus diuidit quibuſdã adherentibus ſymmacho nõnullis aũt laurentio. Sed cõuocata ſynodo. ccxv. eporũ expurgat ſymmachus de crimine falſo: & cũ gloria reſtituitur. Laurẽtius ue ro depoſitus cũ ſuis cõdemnat. Poſt hec ſymmachus in pace ſedi apoſtolice preſidens: ſanctitate cõſpicuus quieuit in pace. ix. cal. martii. Sepultuſq; eſt apud ſan/ctum petrum miraculis coruſcans.

¶ De cathedra ſancti petri apoſtoli antiochie facta.
Cap. CXL.

CAthedra ſancti petri apoſtoli ab eccleſia ſe ſtiue celebratur: quia tunc beatus petrus apud antiochiã i cathedrali honore ſubli/matus fuiſſe phibet. ¶ Huius aũt ſoleni/

tatis inſtitutio triplicem cauſam uidet habere.ſ.propter hiſtoriã: ꝓpter figuram:& ꝓpter prauã cõſuetudiné abolendam. Prima cauſa eſt ꝓpter hiſtoriã. Cum enim beatus petrus antiochie predicaret theophilus princeps illius ciuitatis eo ꝙ populũ ſeduceret:apoſtolũ fecit in carcerẽ uinculari & fami diebus pluribus affligi. Qui iã pene deficiens xp̃m ne ſe deſerat deprecatur:& ab eodẽ celica uoce confortat. Audiens paulus de carceratione petri:ad theophilũ iuit: & ſe multarũ artium ſummũ opificem eſſe dixit: ꝓpter quod a prĩcipe rogatus in eius curia manſit. Et poſt dies tres ad petrum in carcerem latenter ĩtrauit: & uidens eũ pene cõſumptũ amariſſime plorãs eũ uocauit:& in eius ruens amplexus ip̃m cibo refocillauit:& multis confortatũ ſermonibus dimiſit. Deinde paulus caute reperto tẽpore theophilo ſuggerebat: ꝙ eius gloriã petri uinculatione dehoneſtauerat:qui médicus & pauper nil mali ꝓpatrauerat:ſibiq; in multis ꝓdeſſe poterat. Et cum theophilus paulum interrogaret: in quo ſibi petrus ꝓdeſſe poſſet. Paulus tanq ſe alienũ fingẽs dixit: ꝙ audiuerat petrũ oẽs egros ſanaſſe & mortuos ſuſcitaſſe. Cũ hec theophilus uti deliramenta deſpiceret:ad hoc tãdẽ deuẽit:ut ſi petrus filiũ ſuũ.xiii.annos ante defunctũ ſuſcitaret.ip̃e eũ ĩ pace dimitteret:& fidẽ eius cũ oĩ populo ſuo ſuſciperet. ĩgreſſus ergo paulus ad petrũ eidẽ narrauit:q̃liter theophilo filiũ ſuſcitãdũ ꝓmiſit. Eductus ergo petrus de carcere ad ſepulchr̃ accеſſit:& cũ oronẽ fudiſſet cõtinuo iuuẽis reſurrexit. Tũc theophilus eſt uniuerſo populo credidit:& glorioſam eccleſiã ad nutum apoſtoli fabricauit. In cuius medio populi cathedram locauerunt:& in ip̃a petrum exaltauerunt. In qua ſedit annis.vii. Deinde romã ueniens in cathedra romana p̃fuit annis.xxv. Cũ aũt petrus ex antiochia ad tẽpus diſceſſiſſet. Simõ magus illuc acceſſit:& predicãs figmẽta multa atq; ſigna fallacia oſtendẽs populũ oẽm a fidei ueritate puertit: & contra petr̃ ip̃m terribiliter concitauit. Petrus uero rediẽs & p̃dicta reperiens:Simoniſq; fallacias detegẽs:uexatos ab omni langore curauit: & oppreſſos a demonibus liberauit. Sicq; populũ ad ueritatem fidei reuocauit:& ĩfra dies.vii.pluſq̃ decem milia hominũ baptizauit. Tunc q; populus nudis pedibus ad petrũ acceſſit:agens penitentiam ꝙ ſimoni mago cõſenſit: & ip̃m una cũ prĩcipe theophilo iter̃ ĩ cathedra ſublimauit. Ideo eccleſia de ipſius prima cathedratione feſtum agit:q̃is ſecunda qua rome ſedit principalior fuerit ut dictũ eſt ſupra in alia cathedra petri.xv. calẽ. februarii. ¶ Secunda ratio eſt ꝓpter figurã. Nam petrus in triplici eccleſia exaltatus fuit.ſ.in eccleſia militantium:malignantiũ & triũphãtium: & hoc ſecundum triplicem feſtiuitatem quã de ipſo eccleſia celebrat. Eſt enim exaltatus in eccleſia militantium ei p̃ſidendo:& eam in fide laudabiliter regendo. Et hoc quantum ad preſentem ſolemnitatem que dicitur cathedra.quia tunc ſuper eccleſiam antiochenam pontificatum accepit:& eam ſeptennio gubernauit. ¶ Eſt etiam exaltatus in eccleſia malignantium ipſam diſſipando & ad dominum conuertendo. Et hoc quantum ad ſecundam feſtiuitatem que dicitur ad uincula:tunc enim malignantium iudeorum eccleſiam diſſipauit:& multos conuertit. ¶ Extitit inſuper exaltatus in eccleſia triumphantium in ipſam.ſ.feliciter inuroeundo & Chriſto domino conregnando. Et hoc quantum ad tertiam feſtiuitatem que eſt paſſionis ipſius: quia tunc in eccleſia triumphantium introiuit. Celebratur autem & feſtum eius ter in anno:propter priuilegium:propter officium:& beneficium. ¶ Propter priuilegium quod habuit triplex. Fuit enim prec ceteris dignior auctoritate: quia claues regni celorũ accepit. Fuit & feruentior in amore:quia cum maiori feruore Chriſtum dilexit quam alii apoſtoli. Fuit etiam efficacior in uirtute:quia ad umbram petri ſanabantur infirmi. Ideoque feſtum eius tertio celebratur. ¶ Propter officium: quia officium prelationis habuit ſuper uniuerſam eccleſiam: que diffuſa eſt in aſia: aphrica & europa:ideo eccleſia ter in anno celebrat feſtum eius. ¶ Propter beneficium quia abſoluit nos a tribus generibus peccatorum ſcilicet cogitationis locutionis & operationis:uel quod homo facit in deum: in proximum: & in ſeipſum. ¶ Tertia cauſa huius feſti eſt propter prauam cõſuetudinẽ tollendam. Conſuetudo enim fuit gentilibus ut ait Ioã. beleth ſingulis annis circa dies iſtos epulas offerre ſuper tumulos parentum ſuorum: quas nocte demones conſumebant:Ipſi autem eas ab animabus circa ſepulchra errantibus quas umbras uocabant eas putabant abſumi. Que conſuetudo epularum cum a chriſtianis extirpari non poſſet:ſtatuerunt ſancti patres feſtum cathedre ſancti petri tum de illa que fuit rome:tum de illa que fuit antioche:ut eo die quo talia per paganos fiebant:in reuerentia demonum: eodem die chriſtiani charitatiue epularẽtur adinuicem in ſubſidium pauperum:& honore principis apoſtolorum. Ideoque tali die in aliquibus locis celebrantur conuiuia: & uocatur feſtum epularum ſancti petri .ſ.viii.calend. martii hec Ioan. beleth. ¶ Poſt cathedrationem autem ſuam beatus apoſtolus ſcripſit duas epiſtolas que canonice nominatur: quarum ſecunda propter ſtili diſſonantiam a pleriſq; non illius fuiſſe narratur:marci euangelium dictaſſe dicit. hec hieronymus de uiris illuſtribus.

¶ De ſancto Papia epiſcopo hieropolitano. Cap. CXLI.

PApias hieropolitanus epiſcopus Ioannis apoſtoli auditor policarpi quoque condiſcipulus & conſodalis fuit. Hic ab eodem apoſtolo apud hieropolim predicante: ordinatus epiſcopus eiuſdem ciuitatis: poſtquam gregi dominico pluribus annis laudabiliter prefuit: beato fine in Chriſto quieuit.viii.calend.martii. Hic .v.libros de uerbis domini compoſuit. hec hieronymus de illuſtribus uiris.

¶ De ſcõ Ariſtione diſcipulo. Cap. CXLII.

ARiſtion diſcipulus unus de.lxxii.fuit: qui bini ab eo miſſi ſunt ad predicandum. De quo in paſſione barnabe apoſtoli mentio habetur. Qui poſt peractum predicatiõis officium apud ſalaminam in cypro inſula in domino requieuit.viii.calen.martii.ut dicit ado.

¶ De ſancto Abilio epiſcopo. Cap. CXLIII.

ABilius eps alexãdrius fuit. Qui poſt beatũ marcũ ſecũdus põtifex ibidẽ cõſtitutus ſiqdẽ poſt ip̃m marcũ primus extiterat anianus:annos.xiii.eidẽ ſedi p̃ſidẽs ſacerdotiũ

uita conſpicuus miniſtrauit:&.viii.cal.martii in chriſto quieuit.ut dicit ado.

¶De ſancto Policarpo preſbytero. Cap. CXLIIII.

POlicarpus preſbyter & confeſſor xp̃i tpe diocletiái & maximiái ĩperatorũ claruit. De quo in beati ſebaſtiani paſſiõe ſupra. xiii.cal.februarii mẽtio facta eſt: & dicet infra in paſſione tyburtii.iii.idus auguſti. Hic una cũ beato ſebaſtiano multos ad xp̃m conuertit: & pluri/mos baptizauit. Nã cũ beatus ſebaſtianus zoe uxori nicoſtrati primiſcrinii:que dudũ muta extiterat loq̃lam reſtituiſſet:& ipſam una cum uiro ſuo & familia nec nõ tranquillinum & martiam parentes marci & marcelliani cõuertiſſet:ipſos oẽs policarpus ſacri fontis unda pfudit. Et cũ nicoſtratus a fratre ſuo claudio cõmentarienſe obtinuiſſet: oẽs carceratos ad domũ ſuam adduci:eos oẽs ad xp̃m per ſebaſtianũ conuerſos idem preſbyter baptizauit. Cũq; eidem claudio nicoſtratus rettulit:qualiter uxori ſue loquelam ſebaſtianus recupaſſet:obtulit claudius ſebaſtiano duos filios:quoꝝ unus hydropicus:alter uulneribus obſeſſus erat:quos ſanctus ſebaſtianus ſimiliter ſanos effecit. Claudium quoq; una cum ipſis cõuerſos:policarpus predictus diuino fonte regenerauit. Deinde cum chromatius urbis prefectus graui morbo langues de cũberet:& tranquillinus ad eũ policarpũ & ſebaſtianum adduxiſſet:illeq; ab eis cõuerſus oĩa idola in domo ſua exiſtentia deſtrui permiſiſſet:ſanatus eſt mox chromatius cum tyburtio eius filio ad fidem xp̃i reductus:quos policarpus p̃ſbyter cũ familia ſua q erãt ultra.Mcccc.pmiſcui ſexus ſimiliter baptizauit. Poſt hec aũt cũ iuſſu diocletiani chromatius p̃fectus in exiliũ apud cãpaniã cũ multis xp̃ianis mitteret: policarpus p̃ſbyter ſponte ſecũ exilium ſubiit:ut xp̃ianos exiſtentes ibidem exhortaret:ubi multo tempore fideliter deo ſeruiens:orationibus & predicationi inſiſtẽs: in pace uitam finiuit.vii.calen.martii.

¶De ſcõ Gerardo ep̃o & martyre. Cap. CXLV.

GErardus ep̃s & martyr uenetiarum ciuitate oriundus:á pueritia deo deuotus eccleſie ſancti marci canonicus fuit. Sed ad uitam artiorem anhelans religionis habitu ſuſcepto:dum ad ſepulchrum dominicum pergeret uiſitandum:pannoniam deuenit:ubi a ſancto ſtephano chriſtianiſſimo ungarie rege: qui eum ſeruũ chriſti eſſe cognouit retentus eſt: dimiſſiſq; ſociis cũ quibus pergebat ibidem manſit. Et in quodam eremo qui bel uocatur per annos ſeptem ſolitariam uitã duxit. Poſt hec a rege quamuis ſatis renitẽs ad epiſcopatum promotus eſt. Qui per ciuitates & caſtella pãnonie circuiens uerbum domini predicabat. Sedem autem ſuam iuxta flumen moriſii fluminis ſtatuit: quam & moriſenã appellauit. Vbi & eccleſiam ſancti martyris georgii conſtruxit:in qua & altare dei genitricis erexit:ante quod argenteum thuribulum cũ thymiamate perpetuo collocauit: & ibidem ſemper conſeruari decreuit. Beatam enim dei genitricem deuotius coluit. Vnde & ſingulis ſabbati diebus officiũ eius cum nouem lectionibus ibidem conſtituit celebrandum:quod uſq; in preſens ſeruatur. Epiſcopatũ quoq; ſtrenue gubernabat: ſepius ad eremũ aliquot diebus diuertebat. Deinde ad ſedem ſuam rediens officium ſibi iniunctum adminiſtrabat: & iugiter predicationi uacabat. Defuncto ergo ſtephano rege ſucceſſit ei rex petrus. Cuius regnum cum unus ex principibus inuaſiſſet:& plurimos nobiles occidiſſet: uenit moriſenam ut ab epiſcopo gerardo die paſche coronaretur. Cuius coronationem nedum ſanctus facere recuſauit.ſed nec ipſi intereſſe uoluit: quin potius eidem ut regni inuaſori & proditori interfectionem ipſius poſt triennium futuram predixit. Quod ut p̃dixerat euenit. Deinde poſt annos quinq; cum ad albam ciuitatem pergeret:hoſpitatus apud eccleſiã ſancte ſauine:martyrium ſuum in craſtinum futurum p̃nunciauit. Sequenti die miſſarum ſoléniis celebratis cum eſſet iuxta flumen danubium ab infidelibus captus lapidari cepit. Dumq; lapides in ipſum iacti in aera penderent: lancea tranſuerberatus cum pluribus aliis chriſtianis gladio ceſis ibidem occubuit:ubi & ſepultus fuit. Sed proceſſu tẽporis inclytus rex andreas corpus martyris trãſtulit moriſenam:ubi & miraculis claret. Paſſus eſt aũt.vii.cal.martii. Hic ſanctis plures omelias & ſermones preclaros per ſolennitates p̃ anni circulum edidit:in quibus eius doctrina & ſapiẽtia liqdo demonſtrat:& p̃cipue q̃ deuotus beatiſſime uirginis fieret in cuius laudẽ multa p̃clare dictauit.

¶De ſcõ Gerardo ep̃o & cõfeſſore. Ca. CXLVI.

GErardus ep̃s leucorum ſanctitate uite mirabilis extitit. Qui.xiii.anno henrici imperatoris tertii miraculis clarens ad xp̃m migrauit. Et a leone papa chalcidonẽſi ſynodo quarta celebrata canonizatus fuit: & intra ſanctorum confeſſorum numerum in eccleſia honorandus cenſitus eſt:ut dicit fratrer uincentius in ſpeculo.

¶De ſcõ Sereno martyre. Cap. CXLVII.

SErenus monachus & martyr ſub maximiano imperatore apud ſyrinium paſſus eſt. Nã cum ipſe ſibi hortum excoleret: & unus ex domeſticis ĩperatoris amicus intimus eſſet:quadã die uxorẽ illius in horto ſuo hora ĩcongrua de ambulãte repperit:eãq; acriter de ĩhoneſtate ĩcrepauit:q; ſola hora inepta monachi pomeriũ introiſſet:eam quoq; cum indignatione eiecit. Que uiro ſuo de ſereno conquerit:& q; eam turpiter eiecerit lamentatur. Qui uerbis coniugis ad iracundiam motus:quem dudum ut amicũ celauerat: maximiano uti chriſtianum accuſat. Sicq; ſerenus iubente imperatore tentus & ſe chriſtianum confeſſus capite ceſus eſt.vii.calen.martii.

¶De sancto Sereno abbate. Cap. CXLVIII.

SErenus abbas summe cõtinẽtie fuit. Que nõ solũ in eius actibus: sed etiã in aspectu cõspici poterat. Quã a deo in tãtũ crebris orationibus ipetrauit: ut nec etiã se naturalibus ícẽtiuis inqetari uel in sopore sentiret. Quod adhuc fortioribus ieiunis & assiduis orationibus exestuãs: ad tãtã métis & corporis puritatẽ deueít: ut uix in se motũ naturalem sentiret ac si paruulus & lactés sentire dignoscít. Et dũ huiusmodi gratie perseueran tiã lachrymis flagitaret: angelus eidẽ in somniis astitit & eum p uentrẽ nouacula secuit: & iecore ac ítestinis eductis & extricatis: omnibusq; mũdissime lotis: cuncta interiora suo loco reposuit: sibiq; dixit omnia ícẽtiua carnis in eo abinde fore precisa: perpetuãq; in posterum mentis & corporis ipm obtinuisse: uti pertierat a domino: puritatẽ. Hec in uitis patrum.

¶De sancto Matthia apostolo. Cap. CXLIX.

MAtthias apostolus in loco iude proditoris substitutus est. Cũ enim inter ascẽsionem & pentecostẽ apostoli in cenaculo simul essent. Videns petrus q; numerus apostolox erat iminutus: quos dominus tamẽ in numero duodenario elegerat: ut fidẽ trinitatis: in quattuor mũdi partibus predicarẽt: cum essent oés discipuli in cenaculo syon numero. cxx. exurgens in medio eox eos allocutus est: ostendens ex textu diuine scripture in psalmo pphetatũ: q; iudas pditor piturus erat: cuius apostolatum aliis accipe debebat. Exhortãs fratres ut aliquẽ ex ipsis eligerent: quẽ in locum iude surrogarẽt. Quod cũ oĩbus placuisset: elegerunt duos inter ceteros sanctiores. s. ioseph iustum: q uocabat barsabas: filiũ cleophe & fratrẽ iacobi minoris: & matthiã: & oratione pmissa dederunt sortes eis. Et cecidit sors super matthiã: & annumeratus est cũ. xi. apostolis. Et nota q; hoc exẽplo non est sortibus utendũ ut dicit hieronymus: quia priuilegia paucox nõ faciunt legem cõmunẽ. Hec que dicta sunt habent act. primo. Cum ergo apostoli ad predicandũ essent diuisi: matthias apostolus iudeã in sortem predicatiõis accepit. Qui tamẽ ut alibi repit prius in macedonia predicauit. Gẽtiles uero eius fidem & sanctitatẽ pbare uolentes: quãdam potionẽ tossicatã que cũctos bibẽtes uisu priuabat: sibi dederũt. Quã in nomine xpi bibit: & nullã lesionẽ ícurrit. Et cũ illa potio plusq; cc. l. excecasset: ille singulis manus ponens oés illuminauit. Diabolus uero in similitudinẽ ifantis cani eis appuit: suadẽs ut matthiã occiderent qui cultũ eox euacuabat. Quẽ p triduum quesierunt & in eox medio cõsistentẽ minime uiderũt. Tertia uero die se eis sponte manifestatum uinctũ in carcerẽ recluserunt: ubi demones sibi apparẽtes in eũ dentibus fremebãt: sed appropinquare nõ poterãt. Dominus aũt cũ multo lumine sibi assistens eũ confortauit: & hostio aperto libex abire permisit. Et dũ itex predicaret: & qdam obstinati psisterent: mox terra se aperuit & cunctos illos deglutiuit. Reliqui uero ad xpm cõuersi sũt. ¶Post hec reuersus apostolus ad iudeã uerbum domini predicabat: multosq; in signis & prodigiis cõuertebat. Cuiinuidẽtes iudei eũ in concilio statuerunt. Duosq; testes qui illũ accusauerãt primo in ipm lapides miserũt. Quos lapides in testimoniũ secũ petiit sepeliri. Qui dũ lapidaret: securi in capite pcussus spiritũ deo reddidit. Cuius corpus in iudea sepultũ: deinde romã translatũ in ecclesia sancte marie maioris esse dicitur & ibidem caput eius populo demõstrat. Qui passus est. vi. calen. martii.

¶De scis. lxxii. martyribus. Cap. CL.

SEptuaginta duo martyres sub maximiano iperatore apud ciuitatem syriniũ passi sunt. Qui martyrii certamẽ in prefata urbe cõsumãtes regna mãsura pceperũt. vi. calen. martii: ut dicit hieronymus in martylogio suo.

¶De sanctis uictorino & uictore & sociis martyribus. Cap. CLI.

MIctorinus: uictor: nicophorus: claudiãus: dioscorus: serapiõ & papias apud egyptũ sub numeriano iperatore martyriũ passi sunt agẽte iudice sabino. Quox primus in pilam undiq; circũforatã missus: & p singula foramina diutissime cultris trãspũctus est. Et deinde capite truncatus. Secundus amputatis manibus & pedibus in eadẽ pisla missus: & sicuti prior transpũctus & postmodũ decollatus est. Tertius cũ in pilã ipsam spõte fuisset igressus: iudex indignatus illũ inde educi: & dudũ super craticulã fecit assari. Et cum tali supplicio non moreret: ipm minutatim gladiis iussit concidi. Claudianus & dioscorus flãmis incensi fuerunt. Serapion & papias gladio cesi: omnes celebre martyrium dedicauerunt. v. calen. martii.

¶De scõ Nestore epõ & martyre. Cap. CLII.

NEstor eps & martyr in ciuitate pgen pãphylie passus est sub persecutione decii. Qui cũ die noctuq; orationi insisteret postulans ut grex xpi custodiret: cõprehensus est a quodam principe curie hyrenarcho: qui eum obtulit presidi pollioni: quem ille nomen domini mira libertate & alacritate confitentem in equuleo leuatũ: & crudelissime tortum: nolẽtem xpm negare: cruci configi mandauit. In qua dum orasset emisit spiritum. A fidelibusq; sepultus est. iiii. calen. martii.

¶De scõ Alexandro epõ & confessore. Cap. CLIII.

ALexander eps alexandrinus gl orioso senio uenerandus extitit. Hic post beatum petrum alexandrinum epm & martyrẽ ad eundem pmotus episcopatum nõ immediate sed post achilã: qui eidem petro immediate successerat sicut & ipse beatus petrus eisdem duobus tunc suis discipulis predixerat sibi domino reuelatũ: arrium pbytex suum heretica prauitate corruptum

Hyeronimus.

& diuina ueritate conuictum de eccleſia alexandrina eiecit: & poſtea inter.cccxviii.patres in niceno cõcilio dãnauit. Qui in reuerẽda ſenectute annoꝝ.lxxxxviii. apud eandẽ urbẽ laudabili fine quieuit.iiii.cal.martii.

¶ De ſanctis Iuliano & Eanio eius miniſtro martyribus. Cap. CLIIII.

IVlianus & quidam eius miniſter nomine eanius martyres apud alexandriam paſſi ſunt. Cum enim chriſtianorum perſecutio deſeuiret:& Iulianus ita podagra conſtrictus eſſet: ut neq; incedere: neq; ſtare poſſet cum duobus miniſtris chriſtianis eum geſtantibus in ſella iudici affertur:ex quibus miniſtris unus timore tormentorum que uidebat chriſtianis inferri:confeſtim negauit:alter uero eanius nomĩe cum iuliano domino ſuo in confeſſione perſtitit. Quos iudex camelis ĩpoſitos per totam iuſſit urbem circunduci: & flagris hincinde inſpectante populo tandiu laniari uſq; quo finem ipſis uerberibus ſortirentur. Qui paſſi ſunt.iii. calen.martii.

¶ De ſancto Leandro ep̃o. Cap. CLV.

LEander epiſcopus in hiſpaniarum prouincia hiſpaleñ eccleſiam feliciter paſtorali cura gubernauit. Hic eſt ad quẽ beatus gregorius moralium libros ſcripſit. Cuius p̃dicatione & iduſtria tota gothorum gens per regem recarendum deprauata ab arriana prauitate conuerſa eſt. Qui etiam fratrem eiuſdem recaredi herminigildum regem uiuente adhuc patre heretico ab eadem hereſi conuerſum ad martyrii paſſionem exhortando perduxit:ut ponit gregorius.iii.dial.cap̃.xxx. & dicetur in paſſione herminigildi idibus aprilis. Qui & officio predicationis fideliter peracto: quieuit in domino.iii.calen.martii.

¶ De ſancto Ioanne monacho. Cap. CLVI.

IOannes monachus filius eutropii magiſtri militum urbis rome & theodore xp̃ianorum cum eſſet annorum.xii. a parente liberalibus ſtudiis traditus eſt. Cum autẽ pater in domo ſua abbatem monaſterii acimiteñ hieroſolymã pergentem hoſpitio ſuſcepiſſet:iuuenis ad uitam monaſticam animatus:ab eodem regularibus diſciplinis imbuitur:promiſſione ſibi facta q̃ regrediens domum illuc diuerteret:eo q̃ ſe cum ire & monachus fieri diſponeret. Interea Ioannes a patre euangeliũ ſibi ſcribi petiit:in quo ſtudere cupiebat:qđ mater gemmis & auro ad filii allectionẽ ornauit. In quo quotidie Ioãnes legebat:& ad uite perfectioris cumulum anhelabat. Reuerſus igitur abbas in domo ioannis recipitur:cum quo habito colloquio de fuga petẽda:quia parentes timebat:nauem reperiunt iuxta litus: a quibus dum naute multum pro naulo exigerent:& pecunia carerent:abbaſq; ad repatriandum ſeſtinaret. Iuuenis patrem rogat:ut det ſibi centum aureos pro conuiuio conſodalibus celebrando. Quibus acceptis ioannes quaſi neceſſaria empturus abiit: urbem exiuit:& ad abbatem ſe iuxta mare preſtolãtem concitus uenit:datoq; naulo nauem ſecum aſcendit. Quem parentes dudum perquirentes & minime inuenientes ad mortem affligebantur. Ille igitur ad monaſterium peruenies factus eſt monachus:ubi in omni uite ſanctitate & ſumma obedientia ſeptennium peregit. Poſt hec cum de uiſione parentum nimium tentaretur:obtenta abbatis & monachorum licentia: relicto cenobio romam uenit:mutatoq; habitu conſciſſis ueſtibus indutus:facie pre ieiuniis tabefacta: in domo parentũ incognitus hoſpitatur: minime ſe reuelans. Cui mane pater domum egrediens:ut pauperi peregrino compatiens:tugurium ſibi iuxta domũ ſuam conſtruxit:eumq; de menſa propria uti pauperem aluit. Qui multis ieiuniis affectus continue orationibus inſiſtebat. Sed tãdem infirmitate correptus: mortiq; uicinus:matrem uocauit.eiq; pſalterium gẽmis & auro ornatũ exhibuit. Que libro cognitio uiroq; uocato ioannem interrogat:quo pſalterium illud habuiſſet: & ſi qua de eorum genito audiuiſſet. Qui cuncta per ordinem narrans:ſe ioannem eorum filium patefit:moxq; in eorum brachiis expirauit. Cuius corpus cum multarum effuſione lachrymarum parentes in nouo edificato oratorio ſepelierunt:& eidem pro peregrinorum ſuſceptione cenobium addiderunt:ibiq; domino ſeruientes preter quotidianum uictum omnem ſubſtantiã ſuã pauperibus miniſtrabant. Quieuit aũt in pace uir domini.iii.cal.martii.

¶ De ſancto Ioanne abbate. Cap. CLVII.

IOannes abbas in ſcythi claruit. Ad quem cum quidam anachorita nomine epiſius uiſitandum ueniſſet: qui per annos.xl.in eremo habitauerat:interrogatus eſt a Ioanne quantum exinde profeciſſet:qui reſpondit:q; ex quo ceperat ſolitarius eſſe:nunquam ſol eum uiderat manducantem. Cui ioannes inquit:nec me iraſcentẽ. ¶ Dum autem ioannes uellet ad ſimilitudinem angelorum nihil operari:ſed domino ſine intermiſſiõe uacare:ſeipſum expoliauit:& hebdomadam in eremo p̃fecit. Cum autem fame periclitaretur: & aculeis muſcarum & ueſparum totus uulneratus eſſet reuerſus ad hoſtium fratris ſui pulſauit:dicens ſe eſſe ioannẽ: qui reſpondit:q; hoc eſſe non poterat:quia ioãnes angelus factus erat:& inter homines amplius nõ habitabat. Sicq; dimiſit eũ affligi uſq; mane. Poſtea eidẽ apparuit & iꝑm de p̃ſumptiõe redarguit:dicens q; ſi homo erat iterꝝ eum ut paſceret:inter homines operari oportebat. Si aũt angelus eſſet:intrare cellã non quereret:ioãneſq; cõpunctus ueniã poſtulauit. Cũ aũt morere rogauerunt eũ fratres ut aliquod uerbũ ſalutare cõpẽdioſum loco hereditatis ſibi relinqueret. Qui eis dixit:q; ex quo fuerat mõachus nũquã ꝓpriã fecerat uolũtatẽ:nec aliqd docuerat qđ nõ prius ipſe feciſſet. hec in uitis patrꝝ.qeuit in domino.iii.cal.martii.

¶ De ſancto Ioanne alio abbate. Cap. CLVIII.

IOannes abbas alius in eremo ſupioris thebaidis etate ꝓfectus uita moribus & abſtinẽtia p̃cellens claruit. Hic primũ ſecedens ad eremũ tribus annis cõtinuis ſub quadã rupe ſtãdo ſemp orauit. Ita ut nunq; ſederet neq; iaceret. Sõni aũt tantũ ceperit:q̃tum quis ſtans rapere poterit. Cibum uero niſi die dominico ſumpſit. Preſbyter enim tunc ad eũ ueniens pro eo ſacrificiũ offerebat:& ipſum ſacra hoſtia cõicabat:idq; ei erat ſacramentũ & uictus. Huic die quadã diabolus ſe in p̃ſbyterꝝ trãſfigurans ut iꝑm decipet:horã ſolitã p̃uenit: ſimulans ſe ſacramentorꝝ gr̃a aduenire. Qđ ſanctus ꝓpter intẽpeſtiuã horã demonem ſuſpicatus: iꝑm redarguit:

moxq; diabolus confuſus abſceſſit. Pedes aũt eius ex nimia īmobilitate dirumpebant: adeo ut ſanie effluerent. Sed cõpletis tribus annis: angelus ſibi apparuit eiuſq; pedum uulnera ſanauit: & celeſti cibo refecit: ac diuina repletũ ſapientia ad alios edocendos ire mãdauit. Qui iuſſa cõplens: dominica ſemper die ad eundẽ locũ redibat: & ipſum angelus reficiebat ceteris uero diebus ioannes ex palmaꝝ foliis manibus opabatur. Cũ qdam claudus ad ipm curationis gra ire diſponeret: aſinũ aſcẽdit: qui cingulo manibus ſancti uiri operato: ſella cõſtrictus erat: moxq; ut pedes claudi cingulum tetigerunt: ſanatus eſt. Secreta etiã hominũ agnoſcebat: ita ut monachis uicinoꝝ locorum eoꝝ pecca/ta occulta conſcriberet: & eoꝝ patribus ut tales uel ta les fratres de tali uel tali culpa corrigerent. Eoꝝ etiã merita eiſdẽ p litteras inſinuabat: admonens ut in eis pſeuerarẽt. Similiter & patribus cenobioꝝ ſcribebat in qbus eos p ſpiritum deliquiſſe cognouerat ita ut illi conſcientie remorſu conuicti: negare non poſſent multis quoq; aliis uirtutibus & miraculis admodũ effulſit. hec omnia appelles hieronymus narrauit ut idem refert in uitis patrum.

¶ De ſcõ Ioanne uiro dei confeſſore. Cap. CLIX.

IOannes uir ſanctus anachorita in deſerto futrie claruit: qui totius gre homo fuit: in quo ut dicit hierõymus ubi ſupra tãta cõſolationũ gra refulſit: ut quacũq; meſtitia quocũq; tedio quis oppreſſus fuiſſet: paucis eius ſermonibus alacritate & letitia repleretur: ſed & ſanitatũ gra plurima ſibi a deo dõata eſt. Hec in uitis patrꝝ.

¶ De ſancto Romano abbate. Cap. CLX.

ROmanus abbas in territorio lugdunen̄ in locis uirentibus claruit. Qui primus in eo dẽ loco uitã eremiticã duxit: & multis uirtutibus & miraculis inſigniter effulſit: ac plurimorum poſtmodum pater extitit monachorũ. Qui & in eodem loco ſanctitate famoſus in Chriſto quieuit pridie calen. martii. hec uſuardus.

¶ De tranſlatione ſancti auguſtini epi. Ca. CLXI.

TRanſlatio corporis ſancti auguſtini facta eſt anno domini. cccccccxviii. tranſactis ab obitu ſancti annis. cclxxx. tẽpore luprandi regis longobardoꝝ. Nã cum beatus doctor apud hipponen̄ ciuitatem aphrice cuius epꝰ fuit in domino qnieuiſſet ibique ſepultus fuiſſet. Poſt aliquod tẽpus barbari terram illã occupauerunt: & loca ſancta pphanauerunt: ppter quod fideles corpus ſancti auguſtini inde tulerunt: & ipſum in ſardiniam trã ſtulerunt. Tempore igit premiſſo luprandus pdictus lõgobardoꝝ rex audiens ſardiniam a ſaracenis depopulatam: ſolẽnes illuc nuncios miſit: ut doctoris ſancti reliquias papiam deferrent. Qui magno precio dato corpus ſancti auguſtini tulerunt: & ipſum uſq; ianuam nauigio adduxerunt. Quod deuotus rex audiens uſq; ad dictam ciuitatem eidem obuiauit: & reuerenter illud excepit. Cum autem mane corpus uellent educere: nullo modo inde moueri potuit: donec rex uotum emiſit: q; ſi ſe inde deduci permitteret: ibidem in nomine eius eccleſiam fabricaret. Statimque corpus ſine ulla difficultate inde motum eſt: & rex qd uouerat adimpleuit. Idem miraculum die ſequenti in uilla epiſcopatus condenenſis que dicitur caſſelle contigit: & eodem modo ibidem in honore ſancti rex aliam eccleſiam conſtruxit. Et quia uideret ſancto complacere ut in ſuo nomine eccleſie plures fierent: ubicunq; manſiſſet corpus nocte cum rege timens ne aliũ locum q̄ ubi deſiderabat ſibi eligeret: in honore eius eccleſiam incohabat. Sicq; cum gaudio papiam deducitur: & in eccleſia ſancti petri que dicitur celum aureum honorifice collocatur: predie calend. martii: ubi claris uirtutum ſignis effulget.

¶ De ſanctis ducentis & ſexagintaduobus martyribus. Cap. CLXII.

DVcẽti & ſexagintaduo martyres rome ſub claudio paſſi ſunt: quos primo pro Chriſti nomine ad harenam fodiendam damnatos iuſſit claudius ut foras muros porte ſalarie in amphitheatro mitterentur: ibiq; ſagittis militum interficerentur. Quod audiens marius cum filiis ſuis audifax & abbacuch ut in eorum paſſione habetur. xiiii. calend. februarii. illuc acceſſerunt ioanne preſbytero ſecum aſſumpto: ut ſanctorum corpora ſepelirent. Et inuenerunt ipſa igni ſuperpoſita. Tũc exuentes ſe ceperunt corpora ſubtrahere: & ſepelire: quotquot ex ipſis potuerunt: que & ibidem ſub cluuio cucumeris recondiderunt. Cetera uero igne conſumpta ſunt. Qui paſſi ſunt calen. martii.

¶ De ſancto Herculano epõ. Cap. CLXIII.

HErculanus epiſcopus ciuitatis perufine anno decimoſeptimo iuſtiniani imperatoris ſub rege gothorum totilla paſſus eſt: ut ait ſigibertus. Hic ex conuerſatione monaſterii ad ſacerdotalis ordinis gratiam deductus eſt. Totille autem regis gothorum temporibus eandem urbem annis ſeptem continuis exercitus gothorum obſedit: ex qua multi ciuium fugerunt: qui periculũ famis ferre non poterant. Anno uero ſeptimo nec dũ finito obſeſſam urbem exercitus gothorum ītrauit. Tunc comes qui exercitui preerat ad regem nuncios miſit exquirens: quid de epõ uel populo fieri iuberet. Qui mandauit: epõ primo a ceruice uſq; ad calcaneũ corrigam tolli: & tunc caput eius amputari: omnem uero populum gladio extingui. Tũc idem comes crudelitatem tantam abhorrẽs herculanum epiſcopum ſuper murum urbis capite truncauit: eiuſdemq; cutem iam mortui a uertice uſq; ad calcaneum incidit: ut ex eius corpore corriga ſubtracta uideretur: moxq; corpus extra murum proiecit. Quod quidam humanitate compulſi abſciſum caput ceruici apponentes cum corpore paruuli ifantis illic iuxta muros reperto ſepulture tradiderunt. Cumq; poſt eandem cedẽ die quadrageſimo rex totilla miſiſſet: ut ciues ubilibet diſperſi ad ipſam ciuitatem ſine trepidatione remearent. hi qui prius famem fugerant: accepta uiuendi licẽtia reuerſi ſunt. Qui corpus epiſcopi ſui perquirẽtes: effoſſa terra ubi iacebat corpus pueri pariter humati: utpote die quadrageſimo corruptum & uermibus plenum: corpus uero epiſcopi acſi die eodem eſſet ſepultum inuenerunt. Et quod mirabilius eſt: ita caput eius unitum fuerat corpori: acſi nequaquam fuiſſet abſciſum: in quo nec ſectionis ueſtigia appareret: & ſimiliter tergum eius perquirentibus ita ſanũ atq; intemeratum omne corpus iuẽtum eſt: acſi hoc nulla inciſio ferri tetigiſſet. quod intra urbem adducentes

honorifice ſepeliernnt:qui paſſus eſt calendis martii. Hec gregorius tertio dialogo capitulo.xiii.

¶De ſancto Albino epiſcopo. Cap. CLXIIII.

ALbinus epiſcopus tẽpore ſancti egidii abbatis floruit.Hic de regione uenetina que oceani britannici confinis eſt: nobilibus parentibus ortus tinilaceũ monaſterii primo monachus fuit.Qui cum aliquando ad obediẽtiam abbatis perficiendam pergeret:& ſubito tempeſtas nimia ingrueret: & domus ad quam cum aliis diuerterat ipſa tempeſtas etiam tectum cõtriuiſſet: omnibus aliis qui in eadem ſe domo reduxerunt madefactis:ipſe ſolus a pluuia immunis fuit.Deinde annorum.xxxv.exiſtens ipſius monaſterii abbas factus eſt. Qui ipſi regimini laudabiliter prefuit annis.xxv.Poſt hec annorum.lx.andegauis epiſcopus ordinatur.Cui req; paſtorali uigilanter inſedit annis.xx.diuinis operibus uacans multiſq; miraculis coruſcans. Inter que duos mortuos ſuſcitauit.In aſiaco monaſterio cecum illuminauit:& mulierem dudum ab immundo ſpiritu uexatam liberauit. ¶In andegauei ciuitate ſedis ſue:dum pro carceratis in turri detentis ad iudicem interueniſſet: nec alicuius liberationem obtinere potuiſſet:orationem fudit. Statimq; ſaxum quadrum de muro turris exiliens:incluſis exeundi aditum fecit:omneſq; continuo exierunt & deo ac ſancto gratias egerunt.Quieuit in pace calen.martii. Sepultus andegauis.In cuius exeqis paraclytici tres ſanati & duo ceci illuminati ſunt.

¶De ſancto Donato martyre. Cap. CLXV.

DOnatus martyr apud carthaginem aphrice ciuitatem paſſus eſt.Qui ſub iudice niſatio & marcellino tribuno:cum eſſet militaris:in chriſti confeſſione gladio cedente martyrii coronam percepit cal.martii.ut dicit ado.

¶De ſanctis pluribus martyribus. Cap. CLXVI.

MArtyres plurimi quorum tamen certus numerus minime reperit.Rome ſub alexandro imperatore paſſi ſunt. Quos idẽ auguſtus diu cruciatos capitali ſententia in extremo damnauit.vi.noũ martii.Hec ado in martylogio.

¶De ſanctis quadringentis martyribus. Cap. CLXVII.

QVadringenti fere martyres a longobardis paſſi ſunt.Quos cum longobardi italiam deuaſtantes cepiſſent : more ſuo immolauerunt caput capre diabolo. Hoc circũferentes per circuitum & carmine nephando dedicantes.Cumque illud ipſi prius ſubmiſſis ceruicibus adorarent:eoſq; quos ceperant hoc adorare pariter cõpellebant.Sed ex eiſdem captiuis per maxima multitudo paucis uidelicet exceptis obtemperare iuſſis ſacrilegis noluit:& ceruicem quam ſemper creatori flexerat:creature inclinare contempſit.Quapropter hoſtes qui eos ceperant graui iracundia accenſi: cunctos gladiis interfecerunt. Quos in errore ſuo participes habere nequiuerunt. hec Gregorius.iii.dial.c.xxviii. Qui paſſi ſunt.vi.noũ martii.

¶De ſanctis pluribus epiſcopis martyribus. Cap. CLXVIII.

EPiſcopi plures martyres: quorum etiam nec certus numerus ſcriptus colligitur:iuſtiniani auguſti temporibus apud aphricam paſſi ſunt.Nam cum perſecutio uandalica in partibus illis uehementer inſaniret:quidam in defenſione ueritatis epiſcopi fortiter perſiſtẽtes ad medium ſunt deducti.Quos uandalorum rex uerbis ac muneribus flectere ad perfidiam non ualens : tormentis frangere eos poſſe credidit.Nam cum eis in ipſa defenſione ueritatis ſilentium indiceret:nec tamen ipſi contra perfidiam tacerent:raptus in furorem eorum linguas abſcidi radicitus fecit. Qui ita poſt pro defenſione ueritatis etiam ſine lingua loquebantur ſicut prius loqui per linguam conſueuerant. Hos omnes iuſſit poſtmodum idem rex in exilium deportari.Qui multo poſt tempore ſuperuixerunt.Et quidã ex ipſis miraculum narrantes conſtantinopolim uenerunt:unus autem illorum ſtatim ut in luxuriã decidit loquẽdi facultatem amiſit.Hec idem qui & ubi ſupra.cap.xxxii.

¶De ſanctis louino & Baſileo martyribus. Cap. CLXIX.

LOuinus & baſileus martyres rome uia latina paſſi ſunt ſub ualeriano & galieno imperatoribus. Qui per gladium palmam martyrii perceperunt ſexto noũ martii ut ait ado.

¶De ſcõ Guilermo preſbytero. Cap. CLXX.

GVilermus angelicus ſacerdos uir charitatiuus:ſanctitate uite pollẽs ac moribus: & officii ſui proſecutor ſtrenuus tẽpore henrici.iii.imperatoris plenus ſanctitate migrauit ad chriſtũ.vi.noũ martii. Ad cuius ſepulchrũ tempore mortis eius ceci illuminati ſunt: claudi erecti:& alii plures a diuerſis infirmitatibus liberati:unde & corpus eius a multis peregrinantibus uiſitatur: pergẽtibus ad ipſum deuotiõis cauſa. Hec uincẽtius.

¶De ſanctis Marino & Aſterio martyribus. Cap. CLXXI.

MArinus milies & aſterius ſenator apud ceſaream paleſtine ſub ualeriani imperatoris perſecutione paſſi ſunt. De quibus habetur.vii.eccleſiaſtice hiſtorie libro.Quorum prior ciuis hieroſolyme clarus a commilitonibus accuſatus q; eſſet chriſtianus:datoq; ſibi a iudice ſpatio trium horarum ad deliberandum:an ſacrificare an mori eligeret. Interim quoq; a ſancto theoteno eiuſdem urbis epiſcopo confortatus:dum immolare renuiſſet pro chriſto decollatus eſt. Cuius corpus cũ aſterius truncatum ſubiectis humeris & expoliata ueſte excepiſſet:& ſepeliſſet. Honorem quem martyrii detulit continuo martyr ipſe accepit. De quo aſterio ſcribitur:ubi ſupra:q; dum eſſet apud ceſaream philippi que nunc paneas dicitur:& gẽtiles ſuo more idolis imolarent : uictima arte demonis ſubito rapiebatur : & nuſquam comparens celo delata putabatur. Quod dum ſanctus fieri cerneret : orationem fundit ad dominum.Et ecce uictima que credebatur aſſumpta:aquis ſuperferri conſpicitur: & populus ab errore conuertitur.Paſſi ſunt autem.v.noũ martii.

¶De ſanctis Emitterio & Chelidonio martyribus. Cap. CLXXII.

EMitrerius & chelidonius martyres: ut ſcribit aurelius clemens in libro coronatoꝝ: primum apud legionum gallie ciuitatem exurgente perſecutionis procella pro confeſſione nominis ieſu xp̃i plurimis tormentis afflicti: deinde calaguriũ uſq; ꝓducti: atq; ibi capite ceſi martyrio coronati ſunt. In quoꝝ decollatione anulus unius & ſtola alba alterius nube ſuſcepti: & in celũ euecti ſunt: quouſq; ab aſſiſtentibus anuli aurei fulgor & lintei candor: intentis lnminibus diſcerni potuerũt. Paſſi ſunt autem .v. noñ martii.

¶De ſancto Lucio papa & mar. Cap. CLXXIII.

LVcius papa & martyr natiõe romanus ex patre porphyrio cornelio pape ĩ eꝑatu romano ſucceſſit: & ſedit annos .iii. mẽſes .iii. dies .iii. Hic precepit ut duo preſbyteri & tres diaconi in omni loco eꝑm non deſererent: ꝓpter teſtimonium eccleſiaſticum & ſtilum erroris. Hic primum in exilium miſſus: demũ ad eccleſiã ſuam reuerſus a ualeriano capite truncatus martyrio coronatur. Et ſepultus eſt cum collegis ſuis eꝑis uia apia in cimiterio calixti .iiii. noñ martii. Et ceſſauit eꝑatus dies .v.

¶De ſcis Caio & ſociis martyribus. Ca. CLXXIIII.

GAius palatinus & alii .xxvii. martyres apd urbem romã paſſi ſunt. Qui omnes maris fluctibus immerſi uictorie coronas a domino percipere meruerũt .iiii. noñ martii: ut dicit ado.

¶De ſcis nongentis martyribus. Cap. CLXXV.

NOngẽti martyres rome uia apia paſſi ſũt. Qui omnes una die laurea martyrii coronati: poſiti ſunt in cemiterio ad ſanctã eccleſiam .iiii. noñ martii. Ibiq; tumulati digna fidelium deuotione uenerantur. hec ado.

¶De ſancto Phoca martyre. Cap. CLXXVI.

PHocas martyr apud antiochiam paſſus eſt. Qui poſt multas quas pro chriſti nomine redemptoris eſt paſſus iniurias: qualiter de illo antiquo ſerpente triumphauerit uſq; hodie populis declaratur. Nam ſi in quẽpiam in locis illis coluber uenena diffunderit: mox ut ianuam baſilice martyris credẽs attigerit euacuata uirtute ueneni ſaluat. Sed & longe ſatis ab eius templo aĩalia queq; mortifera approximare non audent. Paſſus eſt autem .iii. noñ martii. hec ado.

¶De ſancto Theophilo epiſcopo turris ſtratonẽſi. Cap. CLXXVII.

THeophilus eꝑs paleſtine ciuitatis q̃ quondam turris ſtratonis ſiue ceſarea diceba-
tur: nunc uero paneas dicitur: ſub ſeuero principe inſignis ſapientia & conſpicuus ſanctitate admodum effulſit. Qui inter cetera laudabilia cum ceteris epiſcopis ſynodicam & utilem ualde aduerſus eos qui cũ iudeis luna decimaquarta paſcha celebrabant: cõpoſuit epiſtolã. Et qeuit in domino .iii. noñ martii. hec hierõymus de uiris illuſtribus.

¶De ſancto Theophilo epiſcopo alexandrino. Cap. CLXXVIII.

THeopilus eꝑs alius ſ. alexandrinus ſtudio & doctrina clariſſimus extitit. Hic aduerſus origenem grande ſcripſit uolumen: in quo ipm & oĩa fere ſua piter dãnat: docẽs illũ a ſanctis patribus & maxime ab heracla fuiſſe aꝑſbyterio electũ: eccleſia pulſum: urbe fugatũ. Scripſit & contra antropomorphitas hereticos aſſerentes deum humana effigie & membris cõſtare humanis eos longiſſima diſputatione confutans. Tres libros ſub illius nomine inſcriptos ſe legiſſe: ſed eis non multum crediſſe propter ſtili diſſonantiam tradit gennadius: qui hec de illo.

¶De ſancto Martiano epiſcopo & martyre. Cap. CLXXIX.

MArtianus martyr & eꝑs apud terdonam paſſus eſt ſub hadriano imperatore agente prefecto ſapritio. Qui a ciuitate mediolanenſi ad partes illas ab imperatore delegatus ciuitatẽ terdonã ingreſſus: martianũ de chriſtianitate ſuſpectum in carcere recluſum ĩuenit. Ad quẽ uiſitandum ſanctus ſecundus miles iam a calocero in ciuitate aſtẽſi in fide edoctus: ſed occultus chriſtianus cum ſapritio uenerat: eumq; ſatis uidere deſiderabat. Tunc educẽte ipſum angelo martianus de carcere exiit: & ſecundum uiſitauit: atq; in domino confortauit: ut dicetur in paſſione ſecũdi .iii. calen. aprilis. Poſt hec ſecundus mediolanum iuit: & a ſanctis fauſtino & iouita baptizatus fuit ut ſuperius in eorum paſſione dictum eſt .xv. calen. martii. Corpus quoq; dominicum quod eis columba de celo detulerat: ab eiſdem ſuſcepit: partemq; ipſius martiano detulit: quem terdone in carcere reliquit. Rediẽs autem ſecundus cum iam nox eſſet: & ad ripam padi ueniſſet: angelus domini frenum equi accipiens ſuper padũ ipſum trãſuexit: & uſq; ad terdonam perducens ad martianũ in carcerẽ introduxit. Cui & ſecundus munus euchariſtie ex parte fauſtini preſentauit quo ſuſcepto: ſecũdus angelico mãdato ad ſuũ hoſpitiũ rediit. Poſt hec martiãus eductus de carcere cum latinis ferreis candentibus ſuper uerticem eius appoſitis illeſus permanſiſſet: a ſapritio capitalem ſententiam accepit. Et ſecũdus corpus eius rapiens ſepeliuit ſecundo noñ martii.

¶De ſanctis Victore & Victorino martyribus. Cap. CLXXX.

VIctor & uictorinus martyres apud nicomediã ciuitatẽ paſſionis gloriã pceperũt. Qui per triẽniũ cũ claudiano & baſſa uxore eius tormentis multi afflicti: & retruſi in carcerem. Ibidem uite ſue curſum cum palma martyrii compleruntˌ .ii. noñ martii. Hec ado.

¶De ſcõ Thoma de aqno cõfeſſore. Ca. CLXXXI.



THomas cõfeſſor ordinis predicatorꝝ ex illuſtri proſapia comitũ de aquino patre lãdulfo comite matre theodora nobili de neapoli in confinibus cãpanie & regni ſicilie exitit oriũdus. Cuius ortus & uite ꝓgreſſus anteq̃ naſceret: fuit diuinitus ꝓmõſtratus. Nã a quodam eremita re & noſe bono in partibus illis ſolitariã uitã ducente: matri eius exiſtẽti in caſtro ſuo noſe rocha ſicca: & q̃ eſſet p̃gnans adhuc ignoranti fuit ꝓpheta tũ: q̃ filium pareret Thomã nominandũ: ordinis predicatorꝝ habitum & regulã aſſumpturum & p̃claꝝ ſapientia in toto orbe futurꝝ. Que oĩa ut predixerat ſunt cõpleta. Natus ergo puerulus thomas uocatus eſt. Quẽ cum die quadã nutrix balneare ſtrictam ſcedulã uidit in manu eius: quã cum de manu ipſius uix mater auelleret: repperit in ea ſcriptã ſalutationẽ angelicã. Sed puer fletibus & ſignis ſcedulã inſtanter reperiit quã ſibi traditam ꝓtinus in ore poſitã tranſglutiuit. Et extunc in cõſuetudinẽ duxit: ut ſi quando fleret: nunq̃ deſiſteret: niſi aliq̃ ſibi charta uel liber p̃ſentaret. Et cũ adhuc uix ſciret aliqua uerba diſſerere: cũ libros uideret ad eos feſtinãter currebat: & chartas reuoluens tali ſe ludo more puerorꝝ exercebat. ¶ Cũ aũt eſſet annorum .v. traditus eſt a patre abbati monaſterii caſſineñ: ut ibi litteris erudiretur. Quẽ abbas uidẽs eſſe mirabilis ĩdolis ad patrẽ remiſit: ut ipſum ad neapolitanũ ſtudium deſtinaret: perfectus ſapientia imbuendũ. Pater ergo ipſum annorꝝ decimo neapolim deſtinauit: ubi in liberalibus ſcientiis modico tempore optime profecit. Sed cum ſepius ad locum predicatorum pergeret: & fratrum ſermones audiret: delectatus illorum ſapientia & regulari uita relicto ſeculo annorum .xiii. ordinẽ ingreſſus eſt: ubi ſanctis operibus & ſtudio ſacre ſapie uacare cepit. Quod fratres eius carnales patre iã defuncto audientes moleſte tulerunt: & primo quidem ad ipſum uenientes: eum q̃ ab ordine reuocare nitentes: nihil protinus ꝓfecerunt. Tandem ab ipſis Thomas uiolenter rapitur & quaſi per biennium turris cuſtodie mancipatur. ¶ Cũq̃ nec minis nec blanditiis poſſet a propoſito reuocari: per ſpeciem puelle impudice ad eum introducte: ſubuertere querunt animũ innocentis. Qui mox de igne titionem arripiens ſuggeſtionem ignite libidinis extra cameram effugauit. Factoq̃ ſigno crucis in oratione ſe proſtrauit: petens cũ lachrymis a domino ſibi dari perpetue continentie caſtitatẽ. Mox oranti duo angeli affuerunt dicentes ipſum a deo clementius exauditũ: qui etiã eum cingulo quodã circa rhenes ſtringentes dixerunt: quod nullatenus diſſoluet. Et extunc in uita ſua nunquã ſenſit ſtimulũ uenereo uoluptatis. ¶ Tandẽ mater ipſius dubitans diuine reſiſtere uoluntati: & recordata eorꝝ que de ipſo predicta fuerãt: ipſa permittẽte per fratres ordinis ad ordinẽ eſt reductus: & qa ſanctus dubitabat ne adhuc carnaliũ fratrum perſequeretur pertinacia: ꝓcurauit de neapoli diſcedere: miſſuſq̃ romã ad capitulũ generale: inde cũ magiſtro ioãne teutonico iuit pariſius: ibidẽ in ſacre theologie ſtudio mãcipatus. Deinde miſſus coloniã magiſtrum albertũ uirum ſapiẽtia mirabilẽ: in philoſophia & theologia habuit preceptorẽ: ubi ſtudio intẽtus ab aliis cõdiſcipulis quodãmõ deſpiciebat: eo q̃ in ſcholis nunq̃ uerbũ ꝓferret. Et qa naturali cõplexione carnoſus erat boue mutum eum appellabant. Dũ autem quidã ex fratribus de eius induſtria aliqua notabilia cõperiſſent: & hec magiſtro reuelaſſent: ex mandato ipſius quandã queſtionẽ diſputandam aſſumpſit. Ad quã dum mirabilibus argumentis reſpondiſſet: magiſter albertus ꝓphetico ſpiritu predixit ipſum eſſe futurꝝ bouem: qui talem daturus eſſet mugitũ: q̃ totus eum mũdus audiret. ¶ Poſt hec miſſus eſt bacchalarius ad ſtudiũ pariſiensi ubi poſt lecturã libri ſententiarꝝ: quam luculẽtiſſime tranſcurrit. Dũ ad magiſtratũ ꝑeteretur: ex humilitate reputans ſe indignũ: potiſſime qa annorũ .xxx. nõdum impletorꝝ omnino recuſabat. Cui apparuit ſanctus quidam ſenior: qui ſibi ex parte dei ut magiſteriũ aſſumere mandauit: & thema quod in ſui ſermone proponeret edocuit: auctoritatem uidelicet illam pſalmi. Rigans mõtes de ſuperioribus tuis &c. Sicq̃ Thomas humiliter ad magiſterium aſcendit: in quo non ſegniter maiori adhuc ſtudio intendebat: & uelut apis ſpiritualia mella colligens: ſuo tempore mellita doctrinarꝝ eloquia infundebat. ¶ Tanto etiã gaudio in contẽplatione replebatur: ut quãpluries dum in ſecreto loco oraret: uiſus fuerit ſtare totaliter eleuatus a terra: nullo prorſus innixus corporis fulcimento. ¶ Quoties autẽ diſputare: legere: uel dictare uoluit: prius ad orationis ſecretum acceſſit: & inde ſurgens inueniebat quod querebat quaſi in libro aliquo didiciſſet. Nã ut ſocio ſuo fratri reginaldo in cõfeſſione reuelauit: ſcientiã ſuam non tã humano ingenio uel ſtudio q̃ orationis diuinitus impetrauit ſuffragio Et quia cauſe per effectus cognoſcũtur: quantũ in eo diuine ſapientie gratia abũdauerint: ſiquis cognoſcere uelit ꝑ ipſius ſcripturarꝝ opera ꝓcipere põt. ¶ Hic doctor cũ quadam nocte oratiõi incũberet: uiſi ſunt apoſtoli ſancti petrus & paulus: ipſum de textu aliquo dubio ſcripture prophetice pleniſſime inſtruentes. Ex ſtudii etiã contemplatione nimia: adeo a ſenſibus abſtrahebatur: ut quaſi in extaſi raptus nullis ſenſibus uel motibus corporeis uti uideret: & quodammodo ſepius mortuus uel in ſenſibilis redderet. Nõ ſolũ enim inter homines ſtans homines nõ aduertebat: ſed nec uiſibilia uidebat: nec ad iterrogata reſpõdebat. Aliquando etiã tanto feruore mẽtis ſtudio cõtemplationis ſpiritu inherebat: ut de nocte ad libru ſedens: & candelã manu tenens: ac ipſius candele conſumpte cauteriũ non ſentiẽs: digitos multa aduſtione ledebat: & quaſi lapis eſſet uel ferꝝ nec per hoc a ſui meditatione retrahebatur: plurium aũt miraculorum gloria claruit. Nam & puerum cecum illuminauit & mulierem a demonio uexatam liberauit: & matronam ſibi deuotam in die paſche poſt predicationẽ a ſanguinis ꝓfluuio ſanã effecit: alioſq̃ plures a diuerſis lãgoribus exemit. ¶ Poſt hec uite ipſius termino ꝓximante: cũ nocte quadam apud neapolim deuotius oraret: uiſus eſt a quodã fratre quaſi duobus cubitis in aera eleuari: & audita eſt uox ab imagine crucifixi: que thomã qa de xp̃o optime ſcripſerat cõmendabat. Et quam exinde mercedem accepturus eſſet q̃rebat. Qui reſpõdebat q̃ nihil: niſi aliud ipm chriſtum recipere cupiebat. Et quia facta fuerat queſtio de mercede: dabatur intelligi de propinquo laboris ſuo terminũ imponendum. Cum enim ex manda-

to gregorii pape.x.iret romam ad concilium genera/ le tranſiens per campaniã infirmitate deprimitur: & in monaſterio foſſenoue ordinis ciſtertieñ honeſte re cipitur.Vbi langore ingraueſcente:nec ſic a doctrina fluentis ſapiẽtie ſe poterat continere.Rogatus enim a monachis expoſuit eis cantica cãticorum:ut ſic ad cã tica tenderet angelorum.Per triduum autẽ ante eius obitum ſtella cometes apparuit: que qd preſignaret doctoris obitus patefecit.Nam ſancto deficiente ſtel/ la defecit.Sicq; ad extremã horam deueniẽs anno do mini.M.cclxxiiii.etatis uero ſue qnq̃geſimo in pace quieuit noñ.martii.¶In cuius obitu frater Reginal/ dus teſtimonium perhibuit:q; ipſius ſancti ſepius & tũc confeſſionẽ audierat:& ſemper eũ uti puerꝝ qnq; annorum ſuenerat:quia nunq̃ ſue carnis contagium ſenſit:nec mortalis criminis habuit in uoluntate con ſenſum.In hora uero tranſitus ſui quidam frater ui/ dit eam in ſcholis legẽtem:& ſanctũ apoſtolum pau/ lum ad eũ intrantem.A quo dũ thomas peteret:an in epiſtolis ſuis uerum intellectum habuiſſet:reſpondit q; ſic:quantum quis uiuens in corpore poſſet habere Sed tamen eũ uolebat ducere: ubi clariorem intelle/ ctũ haberet.Videbaturq; ſibi q; ipſum per capam tra ctũ extra ſcholas educeret. Tũc frater fortiter clamãs fratres ad auxiliũ inuitabat:quia frater thomas ab eis tollebatur.Ad cuius clamorẽ excitati fratres: & uiſa audientes diẽ & horam notauerũt:& tunc ſanctum a corpore migraſſe cognouerũt.¶Verꝝ quia monachi foſſenoue timuerũt ne corpus ſancti p fratres ſui or/ dinis tolleret:ipſum de nocte clãdeſtine ad locũ aliũ tranſtulerunt.Sed beato thoma priori dicti loci appa rẽte in ſomnis:& ipſum de hoc durius increpãte:cor/ pus ad locũ priſtinum ductũ eſt totaliter integrũ: & tanto odore refragrãs:q; totum plauſtrũ ſuauitate re pletũ eſt:ibiq; conditũ requieſcit:& miraculis glorio ſis refulget.¶Scripſit autẽ hic ſanctus ſuper oĩbus li/ bris dialectice & pene totius philoſophie naturalis & moralis ſcripta elegantia & utiliſſima in multis uolu minibus.Cõpoſuit & fallacias logicales rudibus puti les.Scripſit & commentum ſuper quattuor libris ſen tentiarum.Summã theologie in libris quattuor di/ ſtinctam.Summam contra gentiles in libris quattu/ or conſpicuã. Compoſuit & ſcripta plurima ſuper li/ bris diuine ſcripture plurimis.Super quattuor euan/ geliis.Super pſalterio.Super epiſtolis pauli. Sup qnq; libris moyſi.Super canticis canticorum & ſuper aliis pluribus.Scripſit & queſtiones de malo. De ueritate De potẽtia.De ſpiritualibus creaturis.De anima. De uirtutibus.Et alia multa iſignia & notabilia opuſcu/ la que ſingula ſcribere non occurrunt.

¶De ſanctis Perpetua & Felicitate & ſociis martyri/ bus. Cap. CLXXXII.

PErpetua & felicitas martyres cũ Saturni/ no:ſatyro:reuocato:& ſecũdulo in ciuita/ te tyburbitanorum mauritania paſſi ſũt temporibus ualeriani & galieni imperato rum ſub proconſule tarnutio.Fuerunt autẽ ſaturni/ nus & ſatyrus germani.Reuocatuſq; fuit frater felici tatis.Qui oẽs ſacrificare cõtemnentes a predicto pro conſule in carcerem miſſi ſunt.Erant autẽ perpetua & felicitas ambe nobiles coniugate.Felitas quidem pre gnans erat:perpetua filium lactentem habebat.Pater autẽ perpetue ad carcerem uenit:ut filiam a propoſito reuocaret:ſed non ualuit. Vidit autẽ perpetua per ui/ ſionem ſcalã auream uſq; ad celũ erectam in dextra & leua cultris & gladiis plenã adeo anguſtã:ut nõ ni/ ſi unus & paruus per eã inter gladios aſcẽdere poſſet. Sub ea draco teterrimus & ingens iacebat: quẽ cun/ cti aſcendere uolentes formidabant.Viditq; ſatyrum per eam ſurſum aſcendentem:& conſocios ut aſcen/ derent:ſimiliter & ne draconẽ timerent exhortantẽ. Quã uiſionem cũ ſancta ceteris recitaſſet:omnes deo gratias egerunt:quia ſe uocatos ad martyrium co/ gnouerunt.Preſentati ergo iudici fuerunt uiri a mu/ lieribus ſeparati.Cũ autẽ felicitati ſuaderet:ut ſui miſe reretur:eo q; pregnans eſſet:illaq; immobilis perma/ neret:compatiens iudex ſibi quodãmodo quia pre/ gnans eam ad carcerem reduci fecit.Cũ autẽ parentes & uir perpetue cũ lachrymis eidẽ ſuaderent:ut preſi/ di conſentiret paruulũ quoq; ipſius lactentẽ ad collũ eius iactaſſent:illa fortiſſimo aĩo paruulũ abiiciens & parentes ac uirꝝ conténens in xpi confeſſione inuictiſ ſime perſtitit.Qua ꝓpter iudex ipſam cũ ſanctis diu tiſſime uerberatã itemꝝ carceri mancipauit. Sãctis autẽ p felicitate orãtibus quia.viii.menſiũ pregnans erat: ſubito in eã dolores irruerũt: peperitq; filiũ uiuum. Quod pſes audiens eos oẽs de carcere educi fecit:& li gatis poſt tergũ manibus nudatiſq; natibus per pla/ teas circũduci:deinde in amphitheatro duci & beſti/ as ſibi laxari. Ex quibus ſatyrus & perpetua a leoni/ bus deuorantur.Reuocatus & felicitas a leopardis co meduntur:ſaturninus & ſecundolus illeſi diuina uo luntate ſeruantur.Vnde poſt hec ſaturninus iuſſu ꝓ/ conſulis decollatus finem accepit. Secundolus uero ad carcerem reductus ibidem expirauit. Quoꝝ om/ nium corpora a fidelibus in eadem ſunt urbe tumu/ lata.Qui paſſi ſunt noñ.martii.

¶De ſanctis Philemone & Apollonio & ſociis mar/ tyribus. Cap. CLXXXIII.

PHilemon & apollonius hadriãus & theo/ ticus cũ aliis tribus apud egyptum in ciui tate antinoñ tempore diocletiani auguſti ſub preſide hadriano paſſi ſunt. Cũ enim poſt morte aſcle martyris:de quo dictũ eſt.x.calend. februarii.Philemon & apollonius ad eius tumulum orare reperti fuiſſent a iudice tẽti ſunt. Qui philemo nem fecit primo alapis cedi:deinde ligatum ad ſtipi/ tem ſagittari.Et cũ ſagitte in aere penderent: acceſſit hadrianus:ut uideret:quẽ una ex ſagittis percutiens oculo excecauit.ſed eum philemon admonuit: ut ſe mortuo ac ſepulto de terra illa aqua infuſa oculum iungeret:ſicq; uiſum recuperaret.At uero hadrianus fecit philemonẽ cũ apollonio decollari. Sequenti die dum quaſi tentatiue ſibi a philemone conſulta perfi/ ceret:lumen percepit & confeſtim conuerſus eſt ad chriſtum.Quod diocletianus audiens: miſit theoti/ cũ cũ aliis tribus ad ipm capiendũ.Accedẽſq; hadria/ nus ad ſepulchrũ martyrum:& eoꝝ implorãs auxi/ liũ:uoce ſanctoꝝ de ſepulchro lapſa:in domino con/ fortat.Quod q̃ttuor illi ꝓtectores audiẽtes ſtupefa/ cti ſunt.Cũ qbus hadrianus ad iperatorẽ acceſſit. Et quia per ſpiritũ ſe in mare necandũ cognouerat: ꝑce/ pit octauo ſeruis ſuis: ut ipſius corpus die octauo ad mare expectarent:quod delphinus ad terram porta/

re debebat:illudq; ſepulture traderent. Cũ autem co/ rã diocletiano xp̃m conſtãter confiteret:iuſſit eũ liga tum in foueã profundã deponi:terra que deſoſſa fue/ rat ſuperiecta. Sed cum ſero ad lectum pergeret: inue nit hadrianum in cubili ſuo iacentem incolumen: & catenas ipſius trabi appenſas. Tunc indignatus impe/ rator fecit eum in ſacco cum harena ligato: in mare mergi:una cum quattuor protectoribus predictis: q ad ipſum tenendum fuerant miſſi:quiq; tantis uiſis miraculis ad chriſtũ erant conuerſi. Die igitur octa/ ua ſerui hadriani ad littus preſtolabantur. Et ecce. v. ſanctoꝝ corpora ſuper. v. delphines ad littus allata de ducuntur. Cũ autem serui dubitarent:ne corpus do/ mini ſui ibi non eſſet:eo q; de ſe ſolo non de aliis pre/ dixerat exportando:ſubito uocem unius ex delphi/ nis loquentẽ humanitus audierunt:& q; domini ſui corpus ibi eſſet cũ aliis quattuor una ſecũ paſſis intel lexerunt. Sicq; omniũ predictoꝝ corpora iuxta cor/ pus aſde martyris ſepelierũt:ubi & philemon & apol lonius tumulati quieſcunt. Horum omnium paſſio recolitur octauo idus martii.

¶ De ſcõ Põtio diacono & mr̃e. Ca. CLXXXIIII.



Ontius diaconus cypriãi carthaginenſi epi & martyris:uſq; ad diẽ paſſionis eius cũ eo exiliũ ducẽs egregiũ uolumen de uita & paſſione eius reliquit:& in ſuis ſemper paſſionibus xp̃m glorificans coronã uite promeruit. Qui apud carthaginẽ ſub galieno imperatore in do/ mino feliciter quieuit. viii. idus martii ut dicit hiero/ nymus de uiris illuſtribus.

¶ De ſanctis. xl. martyribus. Cap. CLXXXV.

Vadraginta milites in ciuitate ſabaſteñ ar menie minoris paſſi ſunt tpe licinii ipera/ toris ſub agricolao preſide & lyſia duce. Quoꝝ noia hec ſunt. Eunoicus:ſiſinnius domitianus:heraclius:alexander: ioannes: claudius: athanaſius:ualens:helianus:melition:editius:achati/ us:iulianus:helius:theodolus:cyrillus:flauius: ſeue/ rianus:quirion: ualerius:thudion:ſacerdon:priſcus: eutityus:ſmaragdus:philoturion:actius:lyſimachus dõnus:theophilus:euſtothius: ſanctis:agius: leonti/ nus:iſitius:gagius:gorgonius: candidus: michalius. Qui primo ab agricolao preſide in carcerem diebus plurimis detenti:expectante lyſie ducis aduentũ. De/ inde ipſo lyſia ad eandem ciuitatem ueniente:coram utroq; conſtituti:dũ chriſtum dominũ confiterẽtur: lapidibus in facies cedi iuſſi ſunt. Sed diuino nutu miniſtri alterutrum lapidibus ſe feriebant. Dux autẽ leuans lapidem ut eoꝝ aliquem percuteret:lapide re torto faciem preſidis contuſit. Sicq; ſancti carcerem reducti diuina uiſitatione conſolantur. Mane uero ante preſidẽ & ducem iterum conſtituti:cũ chriſtum uiua uoce confiterentur in ſtagnũ gelidiſſimum miſ ſi ſunt:ut gelu conſtricti corpora eoꝝ nocte ſuperue/ niente dirũperetur:cuſtodibus ſibi adhibitis: balneo quoq; iuxta poſito:ut ſiquis uellet tranſgredi fidem ſuam ad balneũ confugere poſſet: unus uero de nu/ mero. xl. effectus puſilanimis: refugit ad balneũ:mox q; ut attigit calorem reſolutum reddidit ſpiritũ. Ce/ teri uero confortati in laudes domini eruperunt. Cir ca hore noctis tertiam reſplenduit uelut ſol lumem ſuper eos: & glacies diſſoluta eſt. Cuſtodibus quoq; cunctis dormientibus ſolus clauicularius uigilabat. Qui eos orantes audiens:& in luce curioſe conſpici/ ens:uidit in luce coronas. xxxix. deſcendere ſuper eos Et cognouit q; qui ad balneum confugerat:non erat cum ceteris numeratus. Expargefaciens ergo cuſto/ des proiecit ueſtimenta ſua in facies eorum & ſe chri ſtianũ profitens exiliuit inſtagnũ & cum ceteris tota nocte pſallebat. Quod dum preſes & dux mane didi ciſſent:iuſſerunt ipſos omnes ad littus trahi:& bacu lis crura eorum confringi. Sicq; reddens chriſto ani/ mas tali crurifragio martyriũ conſumauerunt. Cor/ pora uero martyrum iuſſerunt igne conſumi: & reli quias in fluuium iactari:ne a chriſtianis ſepulta mar tyrum colerentur nominibus. Hoꝝ unus melitõ no mine cũ eſſet omniũ etate iunior:& cruribus fractis adhuc ſuperuiueret:mater que aſſiſtebat dubitans: ne in cruciatu deficeret:blãdis & ſalutiferis ipſum ſer monibus hortabatur. Cũq; ſanctorum corpora plau ſtris impoſita:ad incendium a miniſtris portarentur mater iuuenis ipſum tollens in humeris uehicula ſe/ quebat. Cũq; ferret inter maternos amplexus emiſit ſpiritũ. Cuius corpus mater in igne cum aliis proie/ cit:ut nec filius mortuus a ſodalibus eſſet diuiſus: cõ buſta ſunt igni ſanctoꝝ corpora & oſſa in fluuium diſperſa. Epiſcopus aũt ciuitatis per uiſum admoni/ tus:noctu ad flumẽ ueniens inuenit ſanctoꝝ reliqui/ as in alueo fluminis ſubtus aq̃s ſicut luminaria ſplẽ/ dentes. Quas omnes collegit & digna ueneratione re condidit. Qui paſſi ſunt. vii. idus martii.

¶ De ſcõ Gregorio epõ emeſeñ. Ca. CLXXXVI.

Regorius emeſenus epꝰ frater beati baſi/ lii ceſarieñ epi fuit. Qui habuit & alterũ fratrẽ nomine petrũ:quoꝝ alter in uerbo doctrine:alter in opere baſiliũ exequebãt. Huius extant plurima opuſcula luculenta. Nam ut ait uincentius in ſpeculo:ſcripſit librum de imagine in ſupplemẽtum exameron beati baſilii. Scripſit etiã libros contra eunomium quos beato gregorio nazã zeno & hieronymo legit. Scripſit & contra apollina/ rem librum:in quo euidẽter in chriſto oſtendit unã eſſe perſonam:ſed duas naturas & operationes. Item librum de anima obſcuꝝ ualde:quem piſanus cauſi/ dicus tẽpore ſecundi federici de greco tranſtulit in la tinũ. Item epiſtolã de trinitate fidem catholicã expli/ cantẽ. Alia quoq; multa ſcripſiſſe dr̃. De quo hierony mus ĩ lib. de uiris illuſtribus mẽtionẽ facit. Et claruit ſub ĩpatore ualẽte. Et qeuit ĩ xp̃o die. vii. idus martii.

¶De sancto Paciano epo. Cap. CLXXXVII.

PAcianus eps apud barcinonam eiusdem pontifex ecclesie claruit Vir castitate insi/gnis:uita & sermone clarus:uaria compi/lauit opuscula.E quibus est certus liber contra nouatianos:tempore aut theodosii primi ulti/ma senectute fessus fine uite sortitus est.vii.idus mar tii.Hec hieronymus de uiris illustribus.

¶De scis Alexadro & Caio mar. Ca. CLXXXVIII.

ALexander & caius martyres apud apamia passi sunt.Qui ut apollinaris scribit hie/ropolitanus episcopus in libro aduersus cathaphrigas persecutione antonini ueri glorioso martyrio coronati sunt sexto idus martii. Hec hieronymus in martylogio.

¶De scō Anatholio epo. Cap. CLXXXIX.

ANatholius alexandrinus natione laodicie syrie episcopus temporibus probi & cha/ri imperatorꝝ floruit:qui uir in artibus li beralibus & philosophorꝝ disciplinis eru ditus plurimo sermone celebrat.Hic opuscula mul/ta non solū religiosis sed philosophis ipsis admiran/da reliquit:que ad se peruenisse testatur eusebius.Cu ius ingenii magnitudo de libro quem super pascha composuit:& de libris decem arithmetice institutio/nis potest apertissime cognosci:qui etiam sanctitate sublimis in pace quieuit.vi.idus martii.

¶De sancto Attalo abbate. Cap. CXC.

ATtalus abbas monasterii luxouien̄ succes/sor fuit sancti columbani abbatis.Qui dū egregie monasterium regeret:quidam ex suis fratribus austeritate uite nō ualentes substinere:contra eius p̄ceptū apostatarunt:quorum unus subita febre correptus:cum ad sanctū attalum uenire se posse peroptaret:post modicū extinctus est. Cuius exēplo plurimi ad monasteriū redierunt: qdā uero obstinati in apostasi permāserunt: quoꝝ unus securi percussus iteriit:alter in pariss̄imo flumine ne cat:tertius de naui in mare cōcidens submergit. Cū aut bobius fluuius inundans molendinū monasterii & officinas inuaderet:mādauit sanctus p̄ sinoaldum diaconē suum fluuio:ut se retrahere deberet. Statiq; fluuius alueo naturali relicto per alios meatus adeo a loco illo discessit:ut etiā alueus siccaret. ¶Et cū quidā ex monachis laborādo in nemore casu sibi pollicē precidisset & sepelisset.Sanctus digitū defossum ma/nui applicans sputoq; liniens ad locū suum sanatum reduxit.Quieuit in domino.v.idus martii.

¶De scis Hirado & sociis mr̄ibus. Cap. CXCI.

HIradus:zozimus:alexander: candidus pi/perion:& alii eorum.xx. consocii marty/res apud carthaginem pro christi nomi/nis cōfessione passi uictorie triūphū a do/mino cōsecuti sunt quinto idus martii.hec ado.

¶De scō Gregorio papa & doctore. Cap. CXCII.

GRegorius papa primus doctor egregius ex senatoria stirpe romanorꝝ nobilissima ꝓgenitus p̄ gordiano matre Siluia Ro/mane sedis pontificatū tenuit annis.xiii. mensibus.vi.diebus.x.Qui cum summum philoso/phie apicem in annis adolescentibus attigisset:ac reꝝ & diuitiarum copia abundaret:cogitabat hec omnia deserere:& ad religionem se transferre. Sed dum sub pretoris urbani habitu mundo deseruiret:multaque sibi ex seculi cura succresceret tādem orbatus patre sex monasteria in sicilia constituit:& septimum ītra urbem in honorem sancti Andree: quibus de ꝓprio large dotatis omnibus ceteris pauperibus errogatis: in septimo se fecit monachum sub abbatis disciplina. Vbi ad tantam in breui perfectionem deuenit:ut pos set iam in perfectoꝝ numero computari.Tantaq; di/=
strictione corpus suum afflixit:ut infirmato stoma/cho subsistere uix ualeret:& infirmitatē illam quam greci syncopin uocant patiens:per horarum momen ta quasi ad exitum propinquaret.Abbate quoq; eius defuncto successit eidē in regimine abbatie. ¶Qua/=
dam die cum in studio suo scriberet:naufragus ad eū uenit:sibiq; misereri cū lachrymis postulauit. Cūq; sibi sex argenteos dari iussisset & abiisset: eadem die iterum rediit:seq; multa perdidisse & pauca accepis/se dixit.Qui cum ab eo totidem argenteos recepisset tertia die iterum reuersus: misereri sibi importunis clamoribus postulabat.Sed cum sanctus Gregorius a procuratore domus nihil dandum preter scutellā argenteam didicisset:illam statim sibi dari precepit. Quam ille accipiens letus abscessit. Postquā autem =
Gregorius ad papatum promotus fuit die quadam cancellario suo mandauit ut decimosecundo peregri nos ad conuium uocaret.Et dum omnes recumbe/rent:intuens papa decimotertio numerauit. Et cum cancellario diceret cur decimotertio contra suū man datum inuitasset:illeq; non ultra decimosecundo eē assereret.Animaduertit Gregorius unum ex illis cre bro uultum mutantem:& nunc senem nunc iuuenē similantem.Finito conuiuio illum in cameram secre to uocauit:& interrogans quis esset:audiuit:q; ange/lus ille erat qui ab eo informa naufragii existente in monasterio decimosecundo nummos & scutellam argenteam receperat:ex quo die deus ipsum romane urbis pontificem futurum destinauerat: statimq; ab eo disparuit. ¶Cum die quadam Gregorius adhuc abbas per fo/rum transiret: uidit pueros pulcherrimos uultuq; uenustos esse uenales. Et interrogans unde essent:audiuit q; erant de insula anglorum quos ille recte ait uocari anglos quasi angelos: quia angelicos uultus habent.Cū autem didicisset illos esse gentiles compatiens genti:q; princeps tenebrarum tam deco ros homines possideret:pelagiū romanum pontificē 2
obnixe rogat:ut ad conuertendas gentes illas predi/catores aliquos mittat:offerens se in tale opus esse pa/ratum.Quem papa cum quibusdam aliis ad predi/candum ad angliam destinauit. Sed postquā trium dierum iter perfecisset ad instantiā romani populi:se de ipsius absentia cōquerentis: gregorium per nun/cios reuocauit:quē postmodū a suo mōasterio abstra xit:& ip̄m cardinalē diaconū ordinauit: ip̄m quoq; successiue legatū ad cōstātinopolī pro cāis ecclesie de/stinauit:ubi existens gregorius.Eutycetis heresim de resurrectione corporū male sentientis confutauit: li/brosq; ipsius cōburi fecit:& gratiā ip̄atoris mauritii plurimā acq̄siuit:unde & filiū eius de sacro fōte leua/uit:ideq; ad urbē rediit. ¶Post aliqđ tp̄s fluuius tybe ris alueū suū egressus ī tantū execreuit:ut sup muros urbis īflueret & plurimas domos euerteret. Tūc etiā

per tyberim serpentium multitudo cum dracone ad mare descendit:sed a fluctibus prefocati ad littusq; p iecti aerem terribiliter infecerũt.Sicq; plaga pessima quam inguinariã uocãt secuta est.Que primo oium pelagium papam percussit:deinde in populũ adeo deseuit ut domus plurime uacue remanerent.Tũc gregorius ab omni populo in pontificẽ electus est.Cum ergo consecrari deberet:& lues populum deuastaret: sermonem ad populũ fecit & ꝓcessionẽ cum letaniis instituit:& omnes diuinã misericordiam implorare monuit.In qua processione.lxxx.de populo spiritum exhalarunt.Sed nequaq; ab oratione cessandũ admonuit:finitaq; processione habitum mutauit:& ex urbe fugiens triduo latitauit.Sed dum populus ipsum ubiq; perquireret:cuidam eremite per uisum ostẽdit ubi eẽt.Nã colũna lucis super cauernã ubi latebat cõspicit.Sicq; licet renitens a populo trahit:& ad sũmũ põtificiũ sublimat.Et cũ ipatori mauritio ꝑcibus p litteras istitisset:ut electiõi ꝺ se facte nullatenus cõsentiret:prefectus urbis litteras surripuit.Sicq; cõfirmationem gratãter imperator misit.Sed quia adhuc romam pestis predicta uastabat populum more solito ꝓcessionem itez; cum letaniis urbẽ circũeundo ordinauit: & iconam beate uirginis quam lucas euangelista in propria forma pinxisse dicitur: circũferri iussit.Cui aer infectus miro modo cedebat:& post imaginẽ serenitas remanebat.Tũc audite sunt uoces angelorz in aere cõcinentiũ ante illam.Regina celi letare &.quiditq; gregorius sup castrũ crescentii angelũ: qui gladiũ cruentũ in uaginã deponebat: quo signo deũ placatũ intellexit:& sic pestis ex urbe cessauit:unde & castrũ illud deinceps sancti angeli uocatũ est:Tãdem ut dudum optauerat:augustinũ melitũ & ioannẽ cum quibusdã aliis ad angliã misit: & populũ illũ suis precibus ad fidẽ conuertit:ꝓpter qđ ab angelorz populis apostolus appellat.Tante aũt humilitatis fuit q; primus seruus seruorz dei se nominauit & alios nominari instituit.Tante largitatis & elemosynarz: ut non solũ presentibus:sed etiã longe positis : etiã in mõte synai monachis necessaria ministraret.Nã omnium pauperũ noia scripta habebat : & eis liberaliter subueniebat:monasteriũ hierosolymis instituit & illic degẽtibus necessaria ꝓcurauit.Tribus milibus antillis xp̃i pro quotidianis stipendiis.lxxx.liberas auri annuas offerebat:quotidie quoq; ad mẽsam suam peregrinos & pauperes inuitabat.¶Cũ die pasche in ecclesia sancte marie maioris celebraret:& pax domini sit semp uobiscũ dixisset.Angelus domini alta uoce respondit.Et cũ spiritu tuo:ꝓpter quod pape ipa die ibidẽ celebranti:& pax domini dicẽti:nihil respõdet. ¶Die quadam per forz traiani transiens: recordatus uirtutũ que de traiano ĩperatore legerat:& q̃liter iustitiã summopere coluerat:& ex sola ignorãtia : cum maxima tamẽ moderatione xp̃ianos p̃secutus fuerat ad sancti petri basilicã deuenit:& ibidẽ pro eo amarissime fleuit.Cuius lachrymis deus placatus mirabili dispositiõe traianũ reuocauit ad uitam: ubi suscepto baptismate:gratiã consecutus ueniã meruit:& sic iterũ obdormiens gloriã obtinuit.Nec enĩ eius aĩa erat in iferno finaliter deputata sed ad tẽpus non sententia diffinitiua damnata.Huius autem rei ecclesie oriẽtalis & occidentalis credulitas testis est.Post hec angelus sibi apparuit:& quia pro damnato orauerat:duarum sibi penarz opinionem dedit:aut biduo in purgatorio cruciari:aut in uita sua infirmitatibus fatigari.Qui primo spreto secundũ elegit . Vnde deinceps semper:aut febribus:aut podogra : aut stomachi occupatione:aut uariis mẽbrorz doloribus pressus fuit ¶Matrona quedã singulis diebus dominicis beato uiro panes offerebat.Qui cũ sibi post missam corpus domini offerret:illa subrisit:eo q; panẽ quem ꝓpriis manibus illa fecerat:gregorius corpus dominicũ appellabat.Qui ꝓ incredulitate mulieris se in orationẽ ꝓstrauit:& partẽ illã dominici corporis ad instar digiti cõuersam inuenit.Et sic matronã conuertit.Orauit iterum:& carnẽ in formã panis conuersam uidit: & matrone sumendũ tradidit.¶Cũ quendam romanorum principẽ ꝓpter culpã adulterii excõicasset:ille uindictã expetẽs magorz suffragia reqsiuit.Qui demonẽ in equũ pontificis ĩmiserunt.Cũ aũtẽ gregorius equo insideret:illeq; uexatus nequaq̃ teneri posset gregorius p spiritum sanctũ intelligens:signo crucis edito demonẽ ab equo eiecit:q egressus maleficũ perpetua cecitate dãnauit:quẽ tamẽ sanctus ecclesie subsidio nutriri mandauit.¶Cũ apud mauritiũ imperatorẽ de morte cuiusdã epi falso accusaret:& mauritius ex hoc ipsum & ecclesiã persequeret:quidã monastico habitu gladiũ tenẽs imperatori astitit & gladiũ uibrans:illũ ꝓpter persecutionẽ pape gladio moritu rũ predixit.Qui territus a psecutione destitit:& ut p se oraret pape per lras supplicauit.¶Hic cõstituit et in singulis ecclesiis urbis rome in diebus aduentus & q̃dragesime fieri statiões deuotiõe fideliũ celebrãdas. Et ne errores antiqui semẽ de cetero pullularet: fecit generaliter amputari imaginibus demonũ capita: ut p hoc extirpata gentilis prauitatis facultas: ecclesiastice ueritatis palma plenius exaltaret.Addidit in canone misse.Diesq; nostros in tua pace dispone &c.Et ꝑcepit:ut super corpora apostolorz a papa siue cardinalibus celebraretur missã.¶Officium misse per introitum &.ix.kirieleison & alia que in antiphonario continentur celebrari instituit.Letanias maiores iter pascha & pentecosten ordinauit.Anno quoq; imperatoris mauritii.xiiii.synodum ad ecclesiam sancti petri .cxxiiii.episcoporz celebrauit.In qua plurima de necessariis ecclesie prouidit.Alia quoq; multa insignia & laudabilia opera tã in urbe q̃ in urbe perfecit.Et plenus sanctis uirtutibus a corpore migrauit circa annũ domini.ccccccvi.die quarto idus martii.Et sepultus est in ecclesia sancti petri iuxta secretariũ . Et cessauit episcopatus mẽsus.v.& dies.xvi. ¶Hic eximius doctor librũ cõposuit pastoralẽ:in quo ostẽdit q̃lis esse debeat:qui ad ecclesie curã debet assumi.Librũ sacramentorz per totum anni circulũ.Euangeliorz homelias.xxxx.Dialogorum libros.iiii. Super iob libros .xxxv.Primam & ultimã ezechielis partẽ que obscuriores uidebantẽ per homelias.xxii.quantũ lucis habeant ostendit.Antiphonarium nocturnũ & diurnũ suaui modulatione formauit . Epistolarum suarum registrũ ad diuersos missarum in.xii.uoluminibus ordinate digessit.Super canticis canticorũ.Et in omnes prophetas.Et libros regum.Iosue . Et iudicum multa scripsisse dicitur.Aliaq; plurima que ab inuidis combusta fuisse traduntur.

¶De scō Petro diacono & cōfessore. Cap. CXCIII.

PEtrus sancte romane ecclesie diaconus & beati gregorii discipulus fuit. Ad cuius instantiā ipse doctor librū dialogoꝝ compposuit:& utriusq; mutuas collocutiones in eo inseruit. Hic sanctitate conspicuus bonus magistri imitator extitit. Hic aliquando beato gregorio p̄dicante uel dictante spiritūsanctum uidit in colūbe specie super caput doctoris uerba in eius auribus īserenté. Qui cum beato gregorio uisa narrasset:admonuit eum doctor:ut uisa silētio tegeret:quia quacūq; hora uisum referret: confestim spiritum exhalaret.

¶Mortuo igit̄ gregorio cū quidā eius emuli sibi detraherent:q; prodigus thesauros ecclesia consumpsisset:& in uindictam libros eius cōburerent: opposuit se petrus diaconus dicens tāti uiri opera perutilia nō fore delenda. Tandem morte preeligens q̄ sancti doctoris infamiam:ad hanc eos sententiā deduxit:ut secretum quod de gregorio uiderat reuelaret:& iureiurando firmaret:quo dicto si statim ipse decederet a librorꝝ combustione cessarent. Sinautē superstes existeret:ipsum:cū libris insimul incēdio cōcremarēt. Itaq; cū apparatu diaconi librū euangeliorꝝ gestas uenerabilis petrus coram populo reuelauit:q; pluries super caput gregorii spiritūsanctū in specie colūbe cōspexit quod mox ut tactis euangeliis iuramēto asseruit a dolore mortis extraneus inter uerba uere cōfessionis spiritū efflauit. Statimq; inuidi a librorꝝ exustione destiterunt:& corpus petri iuxta magistri tumulū sepeliētes:ipsum uti sanctū uenerari ceperunt.

¶De scō Petro martyre. Cap. CXCIIII.

PEtrus martyr apud nicomediā passus est sub persecutione diocletiani. Hic cū esset cubicularius imperatoris diocletiani p̄sati:& cū ipso in thalamo fiducia accepta cesarem de immensis martyrꝝ suppliciis liberius causaretur:q; esset christianus deprehensus est. Et eodem imperatore iubēte in mediū ducitur:ac primo suspēsus diutissime flagris torquetur:deinde aceto & sale uulneribus perfundit̄:ad ultimū in craticula assatur. Sicq; uere petri apostoli extitit fidei heres & nominis Passus est autem quarto idus martii. Hec hieronymus in martyrologio.

¶De sancto Paulo ep̄o. Cap. CXCV.

PAulus leonen̄ ep̄s:a beato elduco a pueritia nutritus & doctus simul cum beato sampsone ep̄o & aliis pluribus tēpore iustini iunioris claruit in britānia cismarina. Cū autem sanctus elducus in planicie triticū semi nasset:ne uastaret̄ ab alitibus marinis:paulum adhuc iuuenculū custodem adhibuit. Quo nocte dormitāte ager uastat̄. Sed excitatus mane damnū segetis aduertit:oratione fusa agrum ambiuit:aueq; se mouere non ualentes alaꝝ uirtute depositā:ut oues ad claustrum abegit. Quod cernens abbas:& quid sibi hoc uellet interrogans:respōdit paulus illos eē segetis hostes:quos captos ad ipsum duxerat puniēdos. Quod pater uidens & miraculum stupens aues abire precepit. ¶Rogatus a sorore ut alueus eius iuxta mare positus dilateretur:ad mare accessit:undaq; sibi cedentes usq; ad certum locū sibi uisum insequi cepit: ubi lapillis modicis iactatis:mari mādauit ne lapillos trā sire presumeret. Quod usq; hodie factum est. Nam & eo redeunte lapilli in columnaꝝ magnitudinē excreuerunt. ¶Temporis ꝓcessu abbas factus est. Qui die quodam discipulis per aridas siluas uagātibus & siti deficientibus:solo percusso:humoq; in triplici loco defossa tres fontes de terra ꝓduxit:usq; in presenti tempore permanentes. Sed & draconē infestū qui etiam armatos plurimos inuadebat:stola sacerdotali collū eius cōstringens:sicut agnū ad mare usq; deduxit:& in profundum equoris demersit. Postmodū autem electus episcopus leoneū quis dudum renitēs: clarus sanctitate in pace quieuit. iiii. idus martii.

¶De sanctis Egduno presbytero & sociis martyribus. Cap. CXCVI.

EGdunus p̄sbyter & alii. vii. martyres apud ciuitatem nicomedie sub diocletiani persecutione passi sunt. Qui diebus singulis singuli eorū suffocati sunt: ut ceteris metus incuteret̄. Quorum passio recolitur quarto idus martii:ut ado in martylogio scribit.

¶De scā Euphrasia uirgine. Cap. CXCVII.

EVphrasia uirgo filia antigoni senatoris & euphrasie nobilissime de ciuitate constantinopolitana tempore theodosii imperatoris originem duxit. Cuius pater augusto amicissimus & ꝓpinquus totius lycie negocia gu beruabat. Post cuius ortum parentes eius celibē uitā duxerunt. Antigonus uero anno integro elemosynis & sanctis operibus intentus:post annum diem clausit extremū. Mater uero adhuc iuuenis que per triennium cū uiro uixerat:in sancta uiduitate deo seruire studens apud imperatorē cum filia degebat. Qui filiā eius euphrasiam annoꝝ. v. cuidā magno principi despondit:donec perfectē etatis existens eidem matrimonio iūgeretur. Cum autem post aliquod tempus euphrasia antigoni relicta ab augusta suaderetur: ut alteri eam petenti nuberet senatori: euphrasia molēste ferens & ne ad hoc compelleretur timens: cum filia sua euphrasia ex urbe latēter discessit:& ad possessiones suas in egyptum accessit:ubi consistens ecclesias & monasteria seruoꝝ dei sapius uisitabat & multas elemosynas faciebat. ¶Erat aūt in thebaide monasterium dominarum habēs uirgines. cxxx. in summa uite sanctitate domino seruientes ubi cōtinue ieiuniū arduum seruabāt:& una queq; manibus operabatur. Dū autem euphrasia cū infantula locū illū frequentius uisitaret:cepit infantula in uita uirginū delectari:& audiens que ab eis de xp̄o dicebant̄ ad ingressum monasterii quotidie ardētius animari. Quadā uero die cū matre ad cenobiū accedens oīno ibidē remanere cū abbatissa uoluit:nec ullis p̄cibus aut minis:uel impositis pauoribus inde abstrahi potuit:sed matrē ad ciuitatē uenire permisit. Et cū diebus pluribus ibidē fuisset:& in sancto proposito perseueraret: dicens se xp̄m in sponsum elegisse:cōsentiente matre ab abbatissa cilicino habitu monasterii induitur:& in cenobiū monialis effecta introducitur. Quā mater domino cōmendauit & filiam annoꝝ. vii. in monasterio dimisit. Que summa humilitate & sancta cōuersatiōe pollere cepit. Dataq; sibi magistra iulia psalterium breui tempore didicit:& mira obedientia in cunctis ministeriis pre cūctis ꝓfecit. Post modicū tē-

poris euphraſia mater uirginis moritur:& in mona/ ſterio ſepelitur. Euphraſia uero iunior oẽs facultates paternas pauperibus errogauit. Cũ aũté ad perfectã ueniſſet etatem ſponſus ſuus per litteras imperatoris eam ad coniugium requiſiuit:ſed ipa ĩperatori reſcri bens:utpote xp̃o iam nupta téporale cõnubium de/ negauit:unde & in mõaſterio ſumma abſtinẽtia deo ſeruentius famulari cepit. Multaſq; diaboli tentatio/ nes pertulit ꝓpter q̃s ſuperandas penitentia mirabili ſe afflixit. Nam & lapidẽ capiti ſuppoſuit & cineré ſu per ſtratũ cõſperſit. Aliquãdo per tres uel q̃ttuor dies aliquãdo hebdomata ĩtegra ſe inedia macerauit. Cu/ ius patientiã abbatiſſa tẽtare uolens:lapidẽ magnum uix a duabus feminis baiulandũ diebus ſingulis de horto ad furnũ & inde ad hortum per dies. xx. ipſam portare iuſſit:quẽ illa cũ omni humilitate detulit:nõ murmurans neq; de labore importabili:neq; de ina/ nitate ꝓcepti. Et cũ iterum diabolus eã tentaret: q; ſe/ natoris filia ad aliaz miniſteriũ eſſet ſubmiſſa : cepit adhuc uilioribus officiis ſe occupare:& in coquina ol las abluere:& immunditias exportare:nec ꝓpter hec ab abſtinẽtia ſe ſolita ſubtrahebat nec officiũ in eccle/ ſia dimittebat. Cũ aũt eidem q̃dã germana noĩe ĩpro peraret:q; talia opa ꝓtextu hypocriſis oſtẽderet:& ob hoc abbatiſſa illã punire uellet:euphraſia nedum ad pedes ſororis ſibi cõuiciantis ueniã petens ꝓcidit:ſed etiã ꝓ ea ab abbatiſſa ueniã impetrauit. ¶ Cum aũt diabolus eã animo ſuperare nõ poſſet:cepit ipſam p/ ſequi prelio corporali. Nam cum ex puteo aquã hau/ riret:capite deorſus deiicit:ſed a ſororibus illeſa edu/ citur. Ipſe uero ubi quotidie portabat ſingulas : cepit exĩde deferre hydrias aque binas. Alia quoq; uice dũ ligna precideret:ſecuri calcaneum ſibi uſq; ad tibiam ſcidit:& colligata a ſororibus propter hoc non deſti/ tit:quin ligna inciſa deferre uoluerit. Sed cum ſcalam aſcenderet:ſummitate tunice calcans:ſuper ligna ce/ cidit:quorum unum fere oculum eius effoſſum gra/ uiter uulnerauit. Sed dei miſericordia diebus modi/ cis ex utraq; plaga conualuit. ¶ Poſt hec eam diabo/ lus de tertio ſolario precipitauit:que tamen ſine ulla leſione ad terram deſcendit. Deinde ollam cum aqua feruente portans cecidit:aquaq; bulienti facie perfu/ ſa omnino intacta permanſit. Multis aũt ſignoz mi/ raculis claruit. ¶ Mulier quedam ĩfanté annoz octo ex paralyſi effectũ ſurdum & mutum ad monaſteriũ detulerat:ut ipſum ſoroz orationibus cõmendaret. Quẽ mox ut ſancta uirgo ad abbatiſſam deferendũ in brachiis ſumpſit:puer loqui & audire cepit : & ad matré ad ianuã expectantem incolumis ꝓpriis pedi/ bus cucurrit. ¶ Quedã ex ſororibus antiquis ab im/ mũdo ſpiritu dudũ uexata fuerat:quã nulle ancillaz xp̃i preces liberare potuerãt. Que etiã catenis uincta tenebat:cibuſq; ei cũ cauco ligneo porrigebat : eo q; nulla ad eam appropinquare p̃ſumebat : quia ueſtes & carnes ſoroz dentibus lacerabat. Et quia abbatiſſa ſanctitatem euphraſie nouerat:eiuſq; miraculum in puero uiderat:eidem licet ex humilitate ſatis recuſan ti:per obediendiã ſororis illius liberationẽ impoſuit. Pro qua euphraſia dudũ ſe ieiuniis afflixit : & ad do/ minum diebus pluribus exorauit. Et tandẽ in xp̃i no mine demonem ab illa effugauit:& cũ maximo ſtre/ pitu i abyſſum ire p̃cepit. Ex iſtis tamẽ in nullo extol lebat:ſed ampliori hũilitate ꝓficere uidebat. ¶ Poſt hec abbatiſſa p uiſionẽ comſpexit:q; duo uiri uenera biles ad monaſterium uenientes:euphraſiã rapiebãt: & ipſam in aureũ palatium gẽmis ornatum introdu cebant:que ibidem ab angelis cõcinentibus ſumeba/ tur:& ad chriſti pedes ꝓcidens a genitrice domini co rona aurea decorabat. Intellexit ergo abbatiſſa uirgi/ né q̃tocius ad celeſtem thalamum deducendã. Que cum ſororibus intimaſſet:& ille obitum dilecte ſoro ris deflerent:euphraſia ſubita febre corripitur:& uite termino proxima in oratorium deducitur : uerũ ex profunda eius humilitate orabat ad dominum:ut eã adhuc per annũ in carne dimitteret : eo q; penitentiã cõdignã ſuo arbitrio nõ perfeciſſet. E cũ abbatiſſa & eius magiſtra iulia uirginem exorarent:ut ipſam ſe/ qui ſine dilatione liceret:promiſit eis orare dominũ: ut ipſarum deſiderium adimpleret. Sicq; inter ſoro/ rũ manus migrauit ad chriſtũ. iii. idus martii. ¶ Poſt cuius obitũ die tertio iulia obiit. Abbatiſſa uero ſub/ ſtituta quadam eugenia in matrem filiarum ipſa die .xxx. ex hac uita deceſſit. Que ambe in eodem ſepul/ chro cum euphraſia uirgine condite ſunt.

¶ De ſanctis Macedonio preſbytero & ſociis marty/ ribus. Cap. CXCVIII.

MAcedõius p̃ſbyter:patricia:modeſta:theo dota:ores:theodora:impondera: martia: & trabia apud nicomediã ciuitatem mar/ tyrium paſſi ſunt. Qui oẽs per igné cõfla/ grati acceptabile ſacrificiũ xp̃o domino reddiderunt .iii. idus martii:ut in martylogio adonis habetur.

¶ De ſcĩs. xlix. militibus martyribus. Ca. CXCIX.

VAdragintanouem milites rome ſub ne/ rone ceſare paſſi ſunt. Hos omnes una cũ ſanctis proceſſo & martiniano beatus pe/ trus apoſtolus cõuertit ad chriſtum:cum teneretur in cuſtodia mamertina una cum coapoſto lo ſuo paulo:ubi nouem menſes detenti fuerunt. Et cum milites predicatione apoſtoloz conuerſi eſſent: & aquam pro iplis baptizandis non haberent : orãte apoſtolorum principe de ſilice ſaxei mõtis fons aque prorupit:ex cuius unda ipſe apoſtolus baptizauit : & fons ibidem in teſtimonium miraculi ꝑmanet uſq; in preſens in loco qui dicit carcer petri ſub colle tar/ peio. Deinde predicti glorioſi. xlix. milites ſub deuo/ tiſſima fidei confeſſione neroniano gladio conſum/ pti ſunt pridie idus martii.

¶ De ſcõ Petro abbate clarevallen. Cap. CC.

PEtrus abbas clareuallen. cum eſſet nobili exortus proſapia factus monachus ignia/ci monaſterii nobilitatē ſuam ſumma ui/litate occultabat: uilibus īdutus: uilia of/ficia exercendo. Tamen ob uite nimiam ſanctitatem a multis reuerentie habebatur. Adhuc nouus in ordi ne dum in matutinis aliquando dormitaret: ſeq; pul ſari ſentiret: apertiſq; mox oculis nullum conſpiceret orauit dominum: ut excitantem ipſum ſibi oſtende/ret. Et dū iterum dormitaſſet: pulſatus citius aperiēs oculos: uidit iuuenē ſplendidum ſibi aſſiſtere: indeq; moroſe per chorū tranſire: q demū diſpuit: & petrus eum eſſe angelū intellexit media nocte cū fratribus pſallens ſubito dolore capitis premit: & recedere de eccleſia cogitans audiuit uocē dicentem uerſ. illū: lau dans inuocabo dominū &c. ſtatim dolor ceſſauit. Et dū mane iterū cum dolore eōdē capitis perſeuerante: ad cōionē acceſſiſſet: uiſum eſt ſibi q; lapis pondero/ſus de capite eius egreſſus eſſet: & exinde a tali dolore liberatus perfecte fuit. Poſt hec factus eſt prior ignia/ci. Deinde abbas uallis regis aſſumptus eſt. Quod ab bas eius igniaceū tali uiſione pſciuit. Videbat enim ſi bi candelabrū lucens ante altare: per maioré feneſtrā exire: Nec multo poſt petrus prior in abbaté electus eſt. ¶ Cū aliquando abbas egrotaret: & mercenarius quidā a cellario opis mercedē exigeret: illeq; dare re/cuſaret: indignatus mercenarius prunas ardentes ad unam ex monaſterii grangiis in cacabo deferebat: ut eā incenderet. Tunc affuit abbas: & eū de mala uolun tate redarguit: & ut ad ſe mane & ad infirmariam ue niret mercedem ſuam recepturus admonuit. Quod & factū eſt mercenarius quoq; eſt miratus eo q; abba té de infirmaria utpote languentem minime receſſiſ ſe cognouit: & penitētiam egit. ¶ Vocatus ad electio/nem abbatis igniaceū oīone p̄miſſa ut deus ſibi ido/neū inſpiraret: audiuit uocē q; illuc ueniens audiret quis idoneus eſſet. Cunq; ad locū ueniens pro eodem oraſſet: iuſſus eſt ſocios itineris ſui de hoc interroga/re. A qbus cū quereret qs utilis eligendus foret: reſpō derūt q; ipſe. Sicq; oīum conſenſu electus eſt. ¶ Cum henricus comes cāpanie ſe ipſius orationibus comen daſſet: & ipſe pro eo celebraſſet: poſt ultimā collectā uidit comité tunc abſcentem ſignū crucis in ueſte ha bentem. Et diem ac horā notans cōperit poſtmodū ipſum eodem tpe cruce fuiſſe ſignatū. Oranti ſibi ali/quādo apparuerunt ſancti bernardus abbas & mala/chias ep̄s: q eū abbaté clareuallen. futurū predixerunt. Non multo poſt gerardus clareuallen. abbas a fratre hugone de baſochiis q grauiter in ordine deliq̄rat & abbatis punitionē timebat īterfectus eſt. Cui ſucceſſit henricus. Quo poſt modicū in p̄ſbyterū cardinalē aſ/ſumpto: petrus ad electionē uocatus affugit: eo q; eli/gi formidaret: q tamē abſens electus eſt. Et cū diu re/cuſaret: tandē uiſionis memor cōſenſit. ¶ Romanus pōtifex eius famā audiēs: eū ad ſe accerſiuit: cui & pec cata ſua ex deuotiōe cōfiteri & ab eodē cōicari uoluit Cū aūt eēt in ualle regis: īfirmitate graui unū ex ocu/lis amiſit: ex hoc gaudens & deū laudās: qa unū ex ho ſtibus ſuis capitalibus ſibi abſtulerat. Et dū eſſet cum fratribus in meſſibus operās tres pulcherrimas mu/lieres in medio fratrū uidit: q̄s de nimia p̄ſumptione redarguens: audiuit ab illa que erat formoſior: q; erat maria mater xp̄i: alie due maria magdalena & maria egyptiaca: que fratres in ſuo labore cōſolare curabāt. Quieuit āt ſanctus petrus in dño pridie idus martii.

¶ De ſancto Longino martyre. Cap. CCI.

LOnginus fuit quidā centurio de prouicia hiſaurie: qui cū aliis militibus cruci domi ni aſtans: latus eius lancea perforauit. Et uidens ſigna que fiebant: ſolē. ſ. obſcuratū & terremotū in chriſto credidit: maxime ex eo ut q/dam dicunt: q; cū ex infirmitate eius oculi caligaſſent de ſanguine xp̄i per lanceā decurrente caſu oculos te/tigit: & protinus clare uidit: unde renuncians militie & ab apoſtolis iſtructus: in ceſarea cappadocie. xxviii. annis monaſticā uitam duxit: & plurimos ad chriſtū cōuertit. ¶ Cū aūté ab octauiano p̄ſide tentus ſacrifi/care nollet: iuſſit preſes oēs dentes eius excuti & lin/guā abſcidi. Et hoc tamē loquelam non amiſit: ſed ac cepta ſecuri oīa idola confregit. Demones aūt de ido/lis exeuntes: & in aerē ululantes in p̄ſidē & in eius ſo/cios īrauerūt. Qui inſaniētes longini ſe pedibus pro ſtrauerūt. Quos oēs longinus in xp̄i nomine ab op/preſſione demonū liberauit: & demones in deſertum miſit. Quo miraculo qdā aphrodiſius cōmentarieū: cū multis aliis ad xp̄m cōuerſus eſt: Poſt dies aliquot cū octauianus longinū tentū ad ſe adduci iuſſiſſet: ut eū penis afficeret: & ipſum ex hoc aphrodiſius repre/henderet eo q; de ſuſcepto ab eo beneficio īgratus eſ/ſet: iuſſit p̄ſes aphrodiſio linguā p̄cidi: ſed ipſe nihilo minus loquebatur. Preſes uero cōfeſtim excecatus é. Cui lōginus ſuaſit: q; liberari nō poſſet: niſi ipſum oc cideret. Nā martyr effectus pro p̄ſidie oraret & ipſe lu mé recuperaret. Statimq; p̄ſes longinū decollari fecit Poſt hec ad corpus eius adiit: & pſtratus cū lachry/mis péitētiā egit: & cōtinuo uiſum recepit. Corpuſq; martyris honorabiliter tumulauit: & ī bonis opibus perſeuerauit. Paſſus eſt aūt martyr xp̄i idus martii.

¶ De ſancta Matrona martyre. Cap. CCII.

MAtrona martyr apud theſſalonicam paſſa eſt. Hec rēligione xp̄iana cum eſſet ancilla plautille uidue gentilis: xp̄m occulte ado/rabat. Et cū a domina ſua deprehēſa eſſet in eccleſia chriſtianorū: ab eadē in ſcāno ligat: & cru/deliter flagellatur: dieq; & nocte integra incluſa & ui cta dimittit. Sed dum noctu diuinitus ſoluta & clau ſis ianuis educta eſſet: ad eccleſiam rediit & deo gr̄as egit. Quam iterū ibidem repertā domina ſua: iterū ip ſam in ſcamno uinxit: & crudelius flagellauit: triduo quoq; ſine cibo recluſam dimiſit. Illa uero iterū diui/nitus ſoluta educitur: & in eccleſia orās a domina ſua tertio reperitur. Que tertio ab eadem ligatur: & lo/ris duriſſimis tādiu ceditur: donec ſpiritum exhala/uit. Que paſſa eſt idibus martii. Hec ado.

¶ De ſanctis Ilario epiſcopo & Tatiano martyre. Cap. CCIII.

HIlarus epiſcopus & tatianus diacōus apud aquileiā paſſi ſunt tēpore numeriani im/peratoris. Beatus enim ilarus ab infantia chriſtianus ſacris litteris eruditus ad dia/conatus ordinem deinde ad pontificatum aquileieū eccleſie a populo promotus eſt. Qui eius diſcipulum nomine tatianum ſibi archidiaconem conſtituit: cū quo in chriſti fide populum admonebat. Cum aūté

ab imperatore numeriano chriſtianorum perſecutio excitata fuiſſet: & quidam beronius preſes aquileie chriſtianos ad ſacrificia coartaret:ad ſuggeſtionẽ cuiuſdam ſacerdotis idolorum nomine monophanti fecit ilarum epiſcopum chriſtiianorum detineri: & ad templum idolorum adduci:ut ibi diis thura imponeret. Quem ſacrificare nolentem iuſſit nudatum uirgis duriſſime cedi. Deinde in equuleo leuari & unguliis radi:adeo ut eius intranea nudarentur. Deinde depoſitum ex equuleo mandauit dorſum eius carbonibus aduri:& poſt hec acetum ſale permixtũ eius uulneribus infundi:ipſaſq; plagas ex camelorum cilicio confricari. Et cum hec omnia pro chriſti nomine patientiſſime toleraſſet:oratione premiſſa exulflauit in ſimulacra & mox cũcta in puluerem redacta ſunt. Clamante quoq; aduerſus illum omni populo paganorum fecit eum preſes in carcerem recludi. Et cum audiſſet:q; haberet diaconum tatianũ:qui ſimiliter populum a deorum cultura ſubtrahebat: fecit eum teneri:& deos gentium confutantem extendi: & uirgis diutius flagellari:ceſum quoq; una cum ilaro epiſcopo eodem carcere detineri. Orantibus autem ſanctis nocte illa factum eſt tonitruum magnum:ita ut fundamenta urbis commota fuiſſent:& multi paganoꝝ interirent. Templum etiam herculis funditus euerſum eſt. Quod audiens beronius preſes miſſis ſpiculatoribus fecit gladios in pectora ipſorum in ipſo carcere trãſſigi. Cum quibus & aliis tres chriſtiani in eadem cuſtodia uincti ſcilicet felix largus & dionyſius eodem martyrio necati ſunt. Quorum corpore nocte a chriſtianis de carcere rapta iuxta muros aquileie ciuitatis ſepulta ſunt. xvii. calen. aprilis.

¶ De ſancto Patricio epo. Cap. CCIIII.

PAtricius eps apud ſcotiam primus Chriſtum predicauit. Qui cum die quadã ſcothorum regi de paſſione domini aliqua narraret:& ille deuote intenderet: appodians ſe ſuper ferulam quam manu tenebat:caſu pedi regis ſuperpoſuit:& cuſpide ferule ipſum perforauit. Rex uero credens epm hoc ex induſtria facere: & ſe aliter fidem nõ poſſe ſuſcipere:niſi talia pro chriſto pateretur:patienter pertulit. Sanctus uero hoc intelligens obſtupuit:& regis pedem ſanauit. Hic precibus ſuis toti illi iſule obtinuit:q; nullum uenenoſum aĩal ibidem uiuere poſſit. Et quod plus eſt etiam ligna & coria illius regionis contraria ſunt ueneno. ¶ Quidã conuicini ſui ouem furatus fuerat: & comederat. Et cum eps pluries furem quicunq; ille eſſet:exhortatus eſſet:ut furtum redderet:& nullus appareret: conueniente omni populo ad eccleſiam orauit dominũ: ut in cuius uentrem ouis intraſſet: coram omnibus balatum daret:quod & factum eſt. Et reus penitentiam egit. ¶ Erat aũt eius conſuetudo omnes cruces quas uidebat adorare. Cum autem quandam crucem inuiſam preteriſſet:& a ſuis admonitus cur non uidiſſet: audiuit uocem de ſub terra cuiuſdam ibidem ſepulti: dicentis ſe fuiſſe paganum:& ſigno crucis indignũ:& ideo ipſam non uiderat:unde fecit ipſam abinde tolli. ¶ Cum autem patricius per hiberniam predicaret: & fructum ibi modicum faceret:rogauit deũ: ut ibi aliquod ſignum oſtenderet:per quod territi penitentiam facerent. Iuſſu igitur domini in quodam loco circulum magnum cum baculo deſignauit:intra quod ſe terra ſtatim aperuit:& puteus profundiſſimus ibidem apparuit. Reuelatum quoq; fuit ſancto:q; ibi quidã purgatorii locus eſſet:in quem quiſquis uellet deſcendere:alia ſibi penitentia non reſtaret:nec aliud pro peccatis purgatorium ſubſtineret. Plerique autem non redirent:& qui redirẽt die naturali integro ibidem moram facerent. Multi igitur ingrediebantur:qui de cetero non reuertebant. ¶ Poſt longum tẽpus mortuo patricio:quidam nobilis nomine nicolaus qui peccata multa commiſerat:ad penitentiam deuenit: & locum ipſum intrare uolens diebus octo precedẽtibus: ut omnes faciebant:ſe ieiuniis macerauit:& ſic in puteum deſcendit & hoſtium quod a latere inuenit: introiuit:ubi monaſterium inuenit:& a quibuſdam albatis in oratoriũ introducit:officioq; per acto:ut conſtans eſſet admonet: quia multa diaboli tẽtamẽta cũ percurrere oporteret. Et cum ſe penis afdigi ſentiret: protinus diceret. Ieſu xp̃e fili dei uiui miſeriaris mihi peccatori. Quibus abeuntibus ad ſunt demões: & ut ſibi obediat:primo eũ blandis ſermonibus pſuadent: aſſerentes q; ipſum cuſtodient: & ad propria incolumen deducẽt. Et cum eis obedire nollet: diuerſarum ferarum terribiles audiuit uoces. Ad que pauefactus uerba inuocationis protulit: & omnis ille tumultus conquieuit. Vlterius procedens & demonibus conſentire nolẽs in ignem maximum proiicitur: ſed uerbis expreſſis ignis extinguitur. Ad locum alterum ueniẽs uidit homines uiuos igne aſſari:& carbõibus uſq; ad effuſionem uiſcerum concremari. Et dum nec ſic cõſenſiſſet demoniis ab eiſdem ſimili pena torretur:ſed uerba proferens continuo liberatur. ¶ Inde procedẽs in puteum profundum obſcurum & fetitum deiicit: dicentibus ſibi demonibus q; ille erat infernus:ſed dũ uerba repetiſſet ide illeſus educitur. ¶ Poſt hec ad põtem arduum & lubricum deuenit:ſubter quẽ igneus fluuius rapiduſq; currebat. Et dum põtẽ tranſire deſperaret:unum pedem ponẽs:uerba que didicerat dixit:deinde alium pedem ponens ipſa repetiuit: & ad quãlibet pedis mutationem eadem iterauit:& ſic illeſus tranſiuit. Et in quẽdam pratum amenis & odoriferis floribus cõſertum deuenit. ¶ Vbi a duobus ſpecioſis iuuenibus ad quãdam ciuitatẽ auro & gemmis fulgentem adducitur:& q; illa eſſet paradiſus ſibi reuelatur. In qua dum ſe admitti oraret:audiuit q; primo ad ſuos rediret & poſt dies. xxx. in pace quieſceret & ſic illuc intraret. Tunc Nicolaus inde aſcendẽs ſu-

pra puteum ſe reſtitutũ altero mane repperit: & que uiderat cnarrauit:ac poſt dies.xxx.in pace quieuit. Dies autem depoſitionis ſancti Patricii.xvi.calen.aprilis celebratur.

¶De ſcã Gertrude uirgine. CCV.

GErtrudis uirgo obiit anno conſtantis imperatoris.xxi.ut dicit Sigibertus. Hec oriunda fuit de ciuitate nigelenſi: ubi & monaſterium dominarum conſtruxit: & ipſum ſub regulari diſciplina laudabiliter rexit maxima ſanctitate pollẽs. Que die obitus ſui apparuit modeſte abbatiſſe monaſterii treuereñ ſibi in amicitia cõiuncte ante altare beate uirginis tunc in oratione proſtrate: eiq; ipſa hora ad Chriſtum migraſſe: & celeſtẽ patriam introiſſe nũciauit. ¶Poſt annos uero.x.ignis exiens monaſterium ſancte cõſumere uidebatur. Sed tũc ſancta ſupra tectum apparuit & uelum ſuum flãmis obiiciens: ignem excuſſit: ſtatimq; extinctus focus monaſterium omnino indẽnem reliquit. ¶Puer quoq; in fonte necatus: ipſius meritis ſuſcitat': & alia multa miracula ad eius tumulum demonſtrantur: ubi in ipſo monaſterio ſepulta ueneratur. Quieuit autem in pace.xvi.cal.aprilis.

¶De ſancto Alexandro epõ & mart. Ca. CCVI.

ALexãder epiſcopus & martyr apud ceſareã paſſus eſt. De quo in.vi.libro eccleſiaſtice hiſtorie ſcribitur q; de cappadocia & propria ciuitate ſanctorum locorum uiſendorum cauſa hieroſolymam ueniens: diuina reuelatione eiuſdem loci gubernacula ſuſcepit. Nam cum narciſſus hieroſolymorum epiſcopus eſſet annorũ.cxvi. & propter nimiam ſenectutem cure paſtorali intendere nõ poſſet:uoce de celo pro lapſa: ut omnes ciues eidem hieruſalem uenienti occurrerent: & ipſum ſuum una cum narciſſo epiſcopum ordinarent: a populo honorifice ſuſceptus: & factus eſt narciſſo coadiutor:& eiuſdem poſt obitum ipſi ſucceſſor. Poſt hec romam uenit ad apoſtolorum limina uiſitanda. Reuerſus autem hieroſolymam ſub perſecutione decii ductus eſt ceſaream. Et dum diebus multis: multo ferri pondere uinctus:de carcere ad tribunalia iudicis:& inde ad carcerem duceretur: inter ipſa ſibi uiciſſim ſuccedentia tormenta defecit: Atq; ob cõfeſſionem Chriſti martyrium compleuit.xv.cal.aprilis. ¶Hic ad eccleſiam antiochenam: cuius regimini primo prefuerat ſuper pacem eccleſie unam ſcripſit epiſtolam. Adaronitas uero aliam per clementem preſbyterum alexandrinum. Item ad origenem & pro origene:contra demetrium aliam. Sed alie eiuſdem ad diuerſos feruntur epiſtole: ut dicit Hieronymus libro de illuſtribus.

¶De ſancto Ioanne abbate. Cap. CCVII.

IOannes abbas magne ſanctitatis uir de ſyria oriũdus peruenit italiam. Suſceptuſq; hoſpitio a deuota matrona apud urbem pennacenſem reſedit. Et ab angelo monitus:locum ſue habitationis ſub quadam arbore prope eandem ciuitatem elegit. Sub qua dum menſe decembrio quieſcere cepiſſet:arbor repente inuſitato ĩbris tempore flores protulit & frondes. Quod ubi a uenatoribus illac tranſitantibus compertum eſt: uiſoq; miraculo: & cognito q; ſeruus dei eſſet fama ipſius circũquaq; delata eſt:unde a ioanne ſpoletano epiſcopo uiſitatur:& ab eodem ſibi iuxta dictam arborem cenobium fabricatur: ubi per annos.xliiii. congregationi ſanctorum multorum monachorum prefuit:multiſq; clarus uirtutibus poſt uitam laudabilẽ in pace quieuit.xiiii:calen.aprilis ibiq; ſepultus iacet.

¶De ſancto Calocero martyre. Cap. CCVIII.

CAlocerus martyr de cuius triũpho in paſſione fauſtini & iouite ex parte dictum eſt ſupra.xv.calen.martii:uiſis miraculorum in ſigniis que deus in tormentis predictorum ſanctorum exhibebat: ad Chriſtum conuerſus eſt:& cum eiſdem martyribus plurimis ſuppliciis cruciatus:tandem ab alexandro auguſto mediolani exiſtente:traditus eſt ſapritio prefecto puniendus: qui ad alpes cotias ab imperatore mittebatur. Quem ſapritius ante ſe premiſit ſub cuſtodia:in ciuitate aſteñ carceri mancipandum: ubi dum ſapritius cum ſecũdo milite aduenifſet: & ſecundus calocerum ſepius in carcere uiſitaſſet:ab eodẽ in chriſti fide doctus eſt: & miſſus mediolanum a ſanctis fauſtino & iouita baptizandus. Qui baptizatus terdonã rediit: & martianum epm in carcere uiſitauit:ipſumq; a ſapritio martyrizatũ ſepeliuit: ppter qđ plurimis afflictus tormẽtis a ſapritio in carcerẽ miſſus fuit: ut in eius paſſione dicet'.iii.cal.aprilis. Cum aũt ſapritius ad carcerem mittens ſecundũ nõ inueniſſet:& ad ciuitatẽ aſteñ rediiſſet:ut uel calocer mori faceret: repperit ſecundũ in eodem carcere cum calocero exiſtentẽ. Et ſecundũ quidem in cuſtodia reſeruari iuſſit. Calocer uero albiganum mitti:& ibidem capite cedi. Cuius corpus a fidelibus iuxta ipſam ciuitatem cum honore humatum eſt decimoquarto calend.aprilis.

¶De ſancto Ioſeph ſponſo domine noſtre. Cap. CCIX.

IOſeph ſanctiſſimus domine noſtre ſponſus de ciuitate bethleẽ oriundus:de domo ſcilicet & familia dauid regia ſtirpe progetus:per miraculũ aride uirge florentis: & ſpũſſancti in columbe ſpecie in eius cacumẽ deſcendẽtis:cũ iam ſenex eſſet:& filios ex uxore premortua haberet:inter omnes.ſuos contribules ſolus deo placẽs ad deſponſandam uirginem electus eſt: eiuſq; ad cuſtodiam deputatus:ut in hiſtoria natiuitatis uirginis dicetur.vi.idus ſeptembris. Hic enim uirginem deſpõſatã in nazareth in domo paterna dimiſit:& in bethleem ad preparandas nuptias acceſſit: ubi dũ moram

traheret:angelus ad uirginem mittitur:ipſaque ope/rante ſpirituſancto impregnatur. Cum autem io/ſeph poſt ſeptem menſes rediens pregnantem reppe/riſſet:cum iuſtus eſſet:uoluit occulte dimittere eam. Sed admonitus ab angelo ut dicitur matthei primo. Eam accepit:quia ipſam de ſancto ſpiritu concepiſſe cognouit. Poſt modum cum deſcriberetur orbis illā ſecum bethleem pro facienda profeſſiõe deduxit:ubi & filium dei natum de uirgine primus in ulnis ſuſce/pit:& ipſum uti bonus nutricius ſumma diligentia educauit:& omnibus uerbi dei infantie geſtis inter/fuit. Nam & eidem circũciſo aſtitit:& magos ad eum adorandum uenientes conſpexit: & ipſum una cum matre ad templum preſentauit:ipſumq; metu hero/dis ab angelo monitus in egyptum cum matre ſu/gauit:& per ſeptennium ibi manens:mortuo herode eundem & genitricem ad patriam rettulit. In medio doctorum etiam ipſum duodenem una cum maria triduo ante amiſſum inuenit. Ideoq; uirginitatis ſpõ/ſe ſue & omnium infantilium chriſti actuum ueridi/cus teſtis fuit. ¶Hic ioſeph ut in libro de infantia xpi dicitur:uxorem alteram prius habuit:ex qua plures filios procreauit:qui etiam ex euangelio ioannis ſex/to capitulo fratres ieſu dicuntur:quia ex ieſu patre pu tatiuo ꝓgeniti:unde & quibuſdam placet: ꝙ iacobus minor apoſtolus ideo frater domini dicatur quia io/ſeph filius fuerit ex alia coniuge:ut hieronymus libro de illuſtribus ponit:quamuis ab eodem talis opinio reprobetur. Eodem etiam infantie chriſti libello tra/ditur:ꝙ ioſeph faber lignarius fuit:unde & ibidẽ fer/tur:ꝙ cum ioſeph grabatum faceret:& omnes tabu/las ſecuiſſet:una ipſarum ex errore menſure minor ce teris reperta eſt. Et cũ ioſeph ex hoc triſtaretur: puer ieſus tabulam breuem aliis appoſuit:& ipſam uti eét cera mollis protrahens ad ceterarum longitudinẽ di/uina uirtute protendit:propter hoc in euangelio ioã/nis ieſus a iudeis fabri filius appellatur. Hec ex textu euangeliorum:& libro de infantia predicto: & ex cõ/pilatione fratris bartholomei colliguntur. ¶Quãto uero tempore ioſeph ſupuixerit:uel ubi:aut quo mo do humanitatis debitum ſoluerit:expreſſum non ha bemus. Tamen ꝙ uſq; ad duodecim annos etatis chri ſti ſuperſtes extiterit ex textu luce ſecũdo capitulo di/dicimus. In quodam tamen antiquiſſimo calendario in cuius exordio rubrica ponebatur:quod ex uetuſtis euſebii ceſarieñ exemplaribus ſumptum fuerat: ſcri/ptum repperi: feſtũ ioſeph ſpõſi domine noſtre. xiiii. calen. aprilis. Cui ex antiquitate & exemplaris origine ſatis fidem adhibui.

¶De ſancto Theodoro epõ. Cap. CCX.

THeodorus heraclienſis epiſcopus tempo/re conſtantini magni imperatoris in thra cia claruit. Qui in mattheum:ioannẽ:pau lum:& pſalterium elegantis apertiq; ſer/monis commentarios edidit:& ſermonibus atq; mo ribus admodum effulſit. Diem quoq; extremũ. xiiii. cal. aprilis concluſit. Hec hieronymus de illuſtribus.

¶De ſancto Archypo diſcipulo. Cap. CCXI.

ARchypus diſcipulus apoſtoli pauli fuit. Cuius commilitonis ſui idem apoſtolus meminit ſcribens coloſcenſibus ad col. quarto. Qui ab eodem apoſtolo ibidem predicationis gratia dimiſſus: poſt completum eius miniſterium perrexit ad dominum. xiii. cal. aprilis: ut hieronymus in martylogio teſtatur.

¶De ſancto cudberto epõ. Cap. CCXII.

CVdbertus epiſcopus: ut dicit beda quarto libro hiſtorie anglorum uir ſanctus & ue nerabilis in inſula modica que appellatur pharnes:& ab eccleſia lyndifarciẽſium no uem milibus paſſuum diſtat in oceano uitam ſolita/riam pluribus annis duxit. Fuit autem primo mona/chus monaſterii melros:quod in ripa nudi fluminis poſitum eſt:ſub abbate etha:cuius & poſt mortẽ ſuc/ceſſit extitit. Inde ad curiam lyndifartienſis monaſte/rii uocatus ibidem diutius manſit. Deuenit poſt hec ad inſulam pharnenſem omni cultu & habitatore de ſertam cupiens ſolitariam ducere uitam. A qua & plu res infeſtationes demonum expulit:& fontem uiuũ fratribus ſuis de terra produxit:qui ibi uſq; in pſens ſcaturit:ibiq; edificato nouo cenobio congregationi anachoritarum pluribus annis prefuit. Deinde poſt mortem theodori lyndifarcienſis archiepiſcopi quã/uis ſatis reſtitiſſet:archiepiſcopus ordinat. In qua ſe/de uerbo ſemper & exemplo populum inſtanter do/cuit: & miraculorum ſignis uitam inclitam duxit. ¶Poſt hec autem quia obitum ſuum de proximo fu turum diuina reuelatione prenouerat:ad monaſteri/um ſuum rediit:uite reſiduum ibidem cõſumare de/ſiderans. Vbi dum quidam ſanctus preſbyter herber tus eius intimus ipſum uiſitaſſet. Cudbertuſq; ei ſu/um tranſitum predixiſſet:rogauit eum inſtantius p/ſbyter:ut una ſecum ſibi occumbere liceret. Qui ora/tione facta ſibi a domino quod popoſcerat: impetra/tum nunciauit. Reuerſus itaq; ad eccleſiam ſuam her bertus anno integro ante obitum ſancti uiri langore detentus die & hora qua ille obiit:& hic ex hoc ſeculo tranſmigrauit:ſcilicet decimotertio calendas aprilis. Cuius corpus ad eccleſiam lyndifarcienſem delatum: & in ſolo ſepultum eſt. Cum autem poſt annos unde cim leuaretur:ut ſupra pauimẽtum honorabilius lo/caretur: integrum & omnino incorruptum repertũ eſt:& ueſtes quibus indutus fuerat: illibate nulla ue/tuſtate conſumpte. Cui ſucceſſit ſanctus eadebertus ſanctitate clarus:qui decedens in eodem tumulo cum ſancto Cudberto poſitus eſt: ubi ambo requieſcunt miraculis prepollentes.

¶De ſancto Vulphranio epiſcopo. Cap. CCXII.

VVlphranius ſenoneñ epiſcopus ſucceſſor lamberti ex territorio uaſtineũ iclytus fu/it in aula regis dagoberti & filii eius ludo/uici patre milite nolberto ꝓgenitus. Qui primus a Chriſto admonitus aſſumptis ſecum a ſan/cto auſberto tunc rothomageñ epiſcopo quibuſdam ſociis de monaſterio fontanelle genti frixonum chri/ſti euangelium predicauit. ¶Cum autem per mare nauigãs in naui celebraret:& patenam offerre uellet: de manu diaconi caſu patena prolabitur: & in mare demergitur. Sed orante ſancto patena in manu diaco ni diuinitus reponitur. ¶Dum autem ſaxonibus pre dicaret:die quadam iuuenem laqueo appenſum rep/perit: quem illi ſorte elegerant: & more ſue gentili/tatis ſuſpenſum demoniis immolare uolebant. Quẽ

ſillico ſanctus ſola oratione dirupto laqueo: & ipſo illeſo cadente a morte eripuit: & tali miraculi multos ad fidem cõuertit. ¶ Cum autem filium ducis rathboldi baptizaſſet: & albis indiuiſſet: ille ſubito expirauit: quod epiſcopus iccirco a deo obtinuit: ne iuuenis a patre gentili ad culturam idolorum reduceret. Completa uero predicatione ſua poſt annos. v. reuerſus ad eccleſiam ſuam epiſcopatui reſignauit. Et ordinato ſibi ſucceſſore gerico: in monaſterio fontanelle monachus factus: uitam in ſanctis operibus cõſumauit anno domini. ccccccc.xl.xiii. cal. aprilis. Sepultuſq; eſt iuxta ſanctum uandegiſilum.

¶ De ſancto Benedicto abbate & confeſſore.

Cap. CCXIIII.

BEnedictus abbas cuius uitam gregorius. ii. dialo. ſcribit ex nurſia prouincia: claris parentibus ortus. Cum rome liberalibus ſtudiis traditus eſſet: in ipſa infantia mundum deſeruit & deſertum petere decreuit. Quem nutrix eius ipſum tenere diligens uſq; ad locum qui effide dicitur ſecuta eſt: ubi dum ad purgandum triticũ capiſterium mutuo accepiſſet: Illud cadens in terram fractum fuiſſet. Benedictus nutrici flenti compaſſus capiſterii partes accepit: & oratione fuſa ipſum reinte grauit. Poſt hec nutricem fugiens in locum qui ſublacus dicitur deuenit: ubi triennio hominibus cõctis excepto romano monacho icognitus mãſit: qui ei ne ceſſaria miniſtrabat. Et cum ad ſpecum ipſius iter nõ eſſet: panem in funem ligatum ei deponebat. In quo & tintinabulum ligauerat: ut ad eius ſonitum benedictus panem ſibi delatum audiret. Sed diabolus ex inuidia proiecto lapide tintinabulum fregit: nihilominus tamen romanus ſancto miniſtrare aliter non deſiit. ¶ Poſt hec dominus cuidam preſbytero qui die paſche ſibi refectionẽ parauerat: apparuit: & ut cibos uiro dei tali in loco ferre deberet: admonuit. Qui cũ multo labore ad eum ueniens: inuitauit patres ut cibos ſumeret: quia eo die paſcha eſſet: qui reſpondit: q; uere paſcha eſſet: ex quo illum uidere meruiſſe: longe quippe ab hominibus poſitus: q; die eadem paſchalis foret ſolennitas ignorabat. Sicq; benedicentes dominum ambo refecti ſunt. ¶ Quadã die auicula merula circa faciem eius uolitante: ſignoq; crucis effugata tanta libidinis tentatione accenſus eſt: quantam nunquam expertus fuiſſet. Qui ĩ ſpinis & uepribus adeo ſe uolutauit q; exinde totus cruentus & laceratus exiuit. Et ſic per cutis uulnera mentis uulnus eduxit. Ab illo ergo die talis nunquam tentatio in eius corpore pullulauit. ¶ Fama igitur eius creſcente uenerunt ad eum monachi cuiuſdam monaſterii abbate uacantis: & ipſum in patre elegerunt. Qui ſatis recuſabat: eo q; ſe eorum moribus minime conuenire dicebat: tandẽ inſtantibus acquieuit. Cumq; ille diſtrictius eos regulam ſeruare compelleret: illiq; illicita ſibi non licere conſpicerent: penitentes q; eum elegerant: uenenum uino miſcuerunt: & ei in poculum porrexerunt: ſed ſigno crucis edito: ſic uitreum uas quod uinum tenebat: confregit: acſi pro ſigno lapidem dediſſet. Moxq; intelligens: q; illi fecerant: ab eis diſceſſit: & ad locum dilecte ſolitudinis remeauit. Vbi multis ad eum diſcipulis conuenientibus duodecim monaſteria conſtruxit. ¶ In uno quorum monachus erat: qui ceteris in eccleſia orantibus mox foras exibat: & aliqua temporalia peragebat. Quod dum benedictus per abbatem illius loci didicit: illuc iuit: uiditque puerum nigrum monachum illum ceteris orantibus extra eccleſiam per ueſtimenta trahentem: Quod etiam maurum monachum uidere orationem impetrauit. Egrediens ergo ſanctus monachum uirga percuſſit: & tunc immobilis in oratiõe perſeuerauit: acſi malignus ſpiritus eius uerbere percuſſns fuiſſet. ¶ Et ipſis monaſteriis tria in cacumine montis erant: que deorſum aquas cum nimio labore hauriebant. Vbi ſanctus pater aſcendens cum puero: nocte tres lapides pro ſigno poſuit: reuerſuſq ue domum fratribus illis mandauit: ut in locis ubi lapides erant: foderent: & aquã inuenirent: Quod & factum eſt: in illis locis aqua uſque in preſens largiflue inundante. ¶ Cum quidã frater circa monaſterium uepres ſecuri abſcideret: ferrum de manubrio proſiliit: & in lacum proximum ſe demerſit: uir autem domini manubrium in aquã poſuit & ferrum ad ſuum locum enatauit. Placidus puer & monachus cum ad aquam hauriendam deſcendiſſet: ipſum mox unda rapuit: & in momento ĩtrorſus a terra ſubtraxit. Quod dum ſanctus in cella per ſpiritum cognouiſſet: maurum uocauit: & quod acciderat enarrauit: atq; ut ad eripiendum puerum pergeret imperauit. Tunc ille concitus cucurrit: & per terram ſe ire exiſtimãs: ad puerum ſuper aquas uenit: eumq; ad terram per capillos adduxit: & deinde q; ſuper undas ambulaſſet aduertit. Ad uirum dei ergo ueniens quod acciderat enarrauit. quod abbas non ſuis meritis ſed eius obedientie deputauit. Cumque exinde inter eos pia contentio oriretur: dũ alter alterius meritus miraculum aſcribebat: Placidus puer ex aqua liberatus arbiter acceſſit: qui dum eſſet in periculum melotem abbatis ſuper ſe exiſtentem: ſeque protegentem uidiſſe narrauit. ¶ Preſbyter florentius ſancto inuidens: panem ueneno infectum quaſi pro benedictione miſit: quem ille gratãter accepit. Coruo quoq; qui de manibus eius quotidie panem accipiebat mandauit: ut panem illum in loco deferret: ubi a nullo hominũ ſumi ualeret. Coruus ergo patris mãdatum impleuit: & poſt triduum reuerſus ſolitam ab eo eſcã accepit. Quod preſbyter ſentiens ſeptem puellas nudas in horto monaſterii ludentes & canentes immiſit: ut ſic uel fratres eius ad libidinem inflãmaret. Quod ſanctus proſpiciens emulationi ceſſit: & quibuſdam fratribus ſecum aſſumptis habitationẽ mutauit. Statimq; ſolariũ domus in

qua erat florentius corruit & malignantem oppreſ/ ſit. ¶Benedictus autem locum non hoſtem muta/ uit. Nam ad montem caſſinum ueniens: templũ apol linis ibi ſitum in ſancti Ioannis baptiſte eccleſiam cõ/ mutauit: & circum adiacentes homines ab idolatria cõuertit. Quod diabolus moleſte ferens: eidem teter/ rimus appari ebat: & in eum ignem uiſibiliter emitte/ bat multaq; eidem cõuitia inferebat. ¶Quadam die lapidem in terra iacentem multitudo fratrum in edi/ ficium leuare non poterant: donec uir ſanctus adue/ nit: & demonem lapidi inſidentem conſpexit: ſed ſi/ gno crucis edito diabolus effugatur: & lapis faciliter a paucis fratribus ſubleuatur. ¶Alia etiam uice demõ coquinam monaſterii ut cunctis uidebatur inflam/ mauerat: fratreſq; omnes ut ignem extingueret aquã ſolicite deferebant: ubi autem abbas ſuperuenit: & ſi/ gnum crucis edidit: omne illud incendium ut phan/ taſia euanuit: & nihil combuſiſſe per effectum oſtẽ/ dit. ¶Alias etiam malignus ſpiritus parietem quem fratres edificabãt euertit: & puerum monachum rui/ na extinxit: quem uir domini mortuum & laceratũ in ſago ad ſe adduci fecit: & ipſum oratione ſuſcitauit & operi predicto eadem hora reſtituit. ¶Laicus qui/ dam ex deuotione ſemel per annum ad eum ieiunus uenire conſueuerat. Et cum ſemel ad eum uadens: al/ teriq; uiatiori ſe iungens ab eo tertio pulſatus in quo/ dam prato comedit: & ſic ad benedictum uenit. Cui ille q; comederat mox patefecit: & de guloſitate redar guit: laicuſq; penitentiam egit. ¶Totilla rex gotho/ rum audiens: q; ſpiritum propheticum haberet: eum probare uolens: quendam ſpatharium ſuis regiis ue/ ſtibus induit: & cum magno comitatu: uti regem ad benedictum miſit. Quem ille uenientem conſpiciens mox agnouit: & ut ueſtes regales ſibi non pertinen/ tes deponeret mandauit: & ſpatharius confuſus eru/ buit. ¶Clericum quendam a maligno ſpiritu uexa/ tum liberauit. ei tamen precepit ne ad ſacros ordines unquam aſcenderet: quod ſi ſecus faceret eum demõ iterato opprimeret. ¶Cum autem clericus dudum mandatis paruiſſet: poſt tempus aliquod ſe conſecra/ ri fecit: ipſumq; continuo demon uſq; ad ſpiritus ef/ fuſionem inuaſit. ¶Vir quidam duos flaſcones uini ſibi miſerat: quorum alterum portior in uia abſcon/ derat. Qui cum gratiarum actione unum accepit: ſed latorem ne de altero quem abſconderat biberet om/ nino prohibuit. Qui confuſus ab eo receſſit & in fla/ ſcone occultato ſerpentem inuenit: & de commiſſo penitentiam fecit. ¶Filius defenſoris monachus ei/ dem cenanti candelam tenebat: & ſpiritu ſuperbie in corde ſuo murmurabat indignum reputans: q; filius tanti uiri illi comedenti aſſiſteret. Quod uir dei ſta/ tim per ſpiritum agnouit: & ut cor ſuum contra ten/ tationem ſignaret admonuit: atq; de manu eius lu/ men auferri precepit. Alia quoq; multa cordium ſe/ creta cognouit: & multa que uentura erant ſpiritu prophetico predixit. ¶Cum quoſdam fratres ad lo/ cum conſtruendum miſiſſet: certo die ſe ad illos uen/ turum dixit: & qualiter operari debeat indicabit. No/ cte uero diem ſtatutam precedente: abbati & prepo/ ſito illius loci per ſomnium apparuit: & qualiter lo/ cus conſtruendus eſſet per ſingula indicauit. Cum au tem uiſioni non crederent ſed ipſum expectarent: tan dem reuerſi ſunt dicentes q; non uenerat diutius ex/ pectatus. Qui ſe ueniſſe ut promiſerat per uiſum aſ/ ſeruit: & q; ut in ſomnis moniti fuerant omnia face/ rent ordinauit. Quidam eius monachus tentatus de monaſterio abiit: ſed draconem maximum ſe deuo/ rare nitentem inuenit: perterritusq; ad clauſtrum re/ diit & in promiſſione perſeuerauit. ¶Cum fames ua lida regionem illam premeret: & quinq; ſolummo/ do panes in monaſterio ſuper eſſent: fratribus con/ querentibus diuidi iuſſit: ipſe uero nocte in oratio/ ne permanſit. Et ecce mane ducenti farine modii an te fores monaſterii iuẽti ſunt: ſed unde uel a quo miſ/ ſi fuerint ignoratur. ¶Eodem quoq; tempore cum omnia que in domo erant pauperibus diſpenſaſſet: modicũ olei quod in uitreo uaſe remanſerat: pauperi elemoſynam petenti dari iuſſit. Quod diſpẽſator obe dire contempſit: timens ne fratribus oleum deeſſet. Quod pater audiens: oleum per feneſtram abiici iuſ/ ſit ne quid ibidem per inobedientiam remaneret. Cũ autem uas ſuper ſaxa deiectum nec fractum eſſet: nec oleum effuſum: oleum cum uaſe petenti tribuit: & cũ oraſſet dolium olei quod uacuum erat uſq; ad ſum/ mum repletum oleum per pauimentũ effudit. ¶Ru ſticus quidam corpus defuncti filii in ulnis ad mona/ ſterium detulit: & ut puerum ſuſcitaret: uirum dei cum lachrymis exorauit. Quem oratione premiſſa: ipſe ſuſcitatum patri reſtituit. Multiſque aliis ſigno/ rum uirtutibus effulſit. Scripſitq; monachorum re/ gulam ſanctitate precipuam ſermone luculentã: quia uir dei non potuit aliter doceri q̃ uixit. ¶Eodem an/ no quo migraturus erat oblitum ſuum etiam abſen/ tibus fratribus nunciauit. Ante ſextum uero exitus ſui diem: aperiri ſibi ſepulturam iuſſit. Moxq; corre/ ptus febribus. vii. die in eccleſiam portari ſe fecit: ſum pto quoq; uiatico: inter diſcipulorum manus: ulti/ mum ſpiritum inter uerba orationis efflauit. Eadem hora maurus monachus longe poſitus: ipſum uerſus celos tendentem conſpexit per uiam uidelicet orien/ tis perlucidam ab eius cenobio uſque ad celos pertin/ gentem. Cuius corpus in caſſinen̄ monaſterio ſepul tum eſt. Quieuit in chriſto. xii. calend. aprilis: circa an nos domini. ccccc xviii. tempore iuſtini ſenioris.

¶De ſancto Benedicto papa primo.

Cap. CCXV.

BEnedictus papa huius nominis ſecundus natione romanus ex patre Ioanne leoni ſe condo in pontificatu romano ſucceſſit: & ſedit menſes. x. dies. xii. Hic Benedictus ex uite ſanctitate cum nomine concordauit. Et cum tã modico tempore federit: multas tamen in urbe eccle ſias reparauit. Hic ab ineunte etate eccleſie militauit. Atq; ſic ſe diuinis ſcripturis & cantilene a puero: & in preſbyteri dignitate nomine pariter & operibus ex/ hibuit: ut digne ad pontificatus honorem perueni/ ret. Paupertatis namq; fuit amator. Humilis manſue tus: & in omnibus compatientiam habens: manuq; largiſſima. Hic conſtituit ut ad tumulandum roma/ num pontificem: omnes eiuſdem eccleſie clerici con/ uenirent: ſimiliter & ipſe in eorum faceret obſequiis. Sepultuſq; eſt apud ſanctum petrum. Et ceſſauit epi/ ſcopatus menſibus. ii. diebus. xv.

¶De ſancto Benedicto monacho. Cap. CCXV.

BEnedictus monachus in campanie partibus.xl.ab urbe miliario in quodam monaſterio fuit:etate quidem iuuenis ſed moribus grandeuus & in ſancte conuerſationis regula ſe fortiter ſtringens. Quem cum tempore totille regis gothi repperiſſent: hunc incendere cum ſua cellula molti ſunt.Ignem namq; ſuppoſuerũt: & in circuitu omnia arſerunt:cellulam uero comburere nequiuerunt.Quod illi uidentes magiſq; ſeuiẽtes: ipſumq; ex ſuo habitaculo educentes proximũ accenſum clibanum pro coquendis panibus inſpexerunt: eumq; in illo proiecerunt clibanumq; clauſerunt.Sed die altero ita illeſus inuentus eſt:ut nec caro eius: nec extrema ueſtimenta ullo modo cremarẽtur. hec gregorius.iii.dialog.cap.xviii.

¶De ſancto Serapione abbate. Cap. CCXVII.

SErapion abbas ut in octauo libro hiſtorie tripartite:& in uitis patrum habetur:fuit in regione arſenoite pater decem milium monachorum:de labore manuum uictũ querentium quotidianum. Tempore autem meſſis omnes ad metendum precio conducebantur: & quic quid acquirere potuiſſent indigẽtibus regionis & alexandrie carceratis ac peregrinis in eorum neceſſitatibus expendebant.Hic tempore iuuentutis exiſtẽs monachus: poſt menſam communem panem furabatur:quem ſero latenter comedebat.Tãdem ad cor rediens: abbati peccatum confeſſus eſt: moxq; ex ore eius quaſi flãma ignis egreſſa fetorem ſulphureum exhalauit.Hic ſola unica ſindone amictus: pane tantum pro cibo & aque potu cõtentus:nihil aliud quotidie ſumebat.¶Cum autem ſemel amictum ſuum pauperi tribuiſſet:& alteri nudo obuians tunicam dediſſet euangeliumq; tenens nudus ſederet.Interrogatus quis eum expoliaſſet:reſpõdit:q; euangeliũ quod tenebat.Alias inſuper pauperem tertium uidens euãgelium ipſum uendidit:& pauperi precium dedit:dicens q; euangelium omnia precipit uendi:& pauperibus dari. Seipſum ergo euangelium uendi mandat.¶Alio tempore exiſtens in quodam oppido paganorum:ſeipſum eis uendidit:quos: poſtquam uerbo & exẽplo conuerterat:reddito precio ab eis receſſit.Hoc idem fecit in lacedemonia apud athenas: ſeipſum uẽdens uni primario ciuitatis:ut ipſum conuerteret:qđ & fecit.Dormiuitq; in pace duodecimo calen. aprilis alexandrie tumulatus.

¶De ſancto aphrodiſio epiſcopo & confeſſore. Cap. CCXVIII.

APhrodiſius genere egyptius prefectus totius egypti erat tempore quo puero ieſu in egyptum fugato : & in tẽplo deorum delato idola omnia corruerunt.Quod cũ aphrodiſius tunc prefectus audiſſet:ad phanũ in quo ſimulacra euerſa fuerant acceſſit : & uiſo puero ieſu eum adorauit:ipſumq; una cum parentibus a furore pontificum idolorum eos in deorum ſuorum ultionem occidere uolentium uiriliter defenſauit. Et extunc in chriſtum quaſi per ſomnium credidit. Sed poſt aſcenſionem dominicum predicatio euãgelii ad egyptum perueniſſet:prefecturam deſerens antiochiam uenit: & ibi baptizatus atque beati petri diſcipulus factus eſt. Cum quo poſtmodum romam iuit. A quo & directus eſt ad gallias predicandas. Qui etiã ibidem ſancto paulo ſergio epiſcopo narbonenſi ſe aſſociauit. A quo ordinatus bituricenſis epiſcopus ad ipſam ciuitatem deuenit:ubi multo tempore officio predicationis inſiſtens:& miraculorum gloria refulgens:omnem populum eiuſdem urbis chriſti nomini ſubiugauit.Et uirtutibus ac etate maturus in domino quieuit.xi.calen.aprilis. Et ſepultus eſt in eccleſia ſua ſignis clareſcens.

¶De ſancto Victoriano martyre. Cap. CCXIX.

VIctorianus adrumentine ciuitatis nobilis: ut dicit aphricanus:a quodam proconſule carthaginis quo nullus in perſecutione eccleſie durior fuit:dum idolis immolare cogeretur:& omnino renueret.primo rebus ſpoliatus:deinde tantis tormẽtorum generibus cruciatus: quantus humanus ſermo non poterit explicare:feliciter tripudians martyrium in eadem urbe conſumauit decimo calen.aprilis.hec aphricanus.

¶De ſanctis frumentio & alio frumentio martyribus. Cap. CCXX.

DErmani duo quorum uterque frumentius uocabatur aquiſregien. ciuitate oriundi apud tabadeñ oppidum paſſi ſunt.Qui ſibi inuicem iurauerunt tortores rogare: ut ſemper pari ſupplicio torquerentur.Tenti igitur a paganis cum die integro penderent ſuſpenſi molis in pedibus aligatis:unus eorum ſe deponi petiit: E inducias ſibi dari.Sed ab altero confortatus : & penitẽs tortores rogabat:ut lapides maiores adiicerent. Deinde ambo laminis ignitis eſtuati:& poſt hec unguliis exarati: multis quoque cruciatibus uexati : ab ipſis tortoribus tedio derelicti: & a facie eorum proiecti ſpiritum domino reddiderunt: decimo calend. aprilis.

¶De ſanctis duodecim in fantulis martyribus. Cap. CCXXI.

DVodecim infantuli apud aphricam ſub p ſecutione uandalica paſſi ſunt.Qui ab arrianis de numero confeſſorum chriſti ſegregati:non ſpiritu ſed corpore:ſuggerente quodam teuchario heretico:quia ipſos nouerat ad cantilenam uocales ac ſtrenuos : carthaginem dedu/cti ſunt:ubi primo quia pueruli blanditiis ſuaſi:dum arriane fidei conſentire nollent : duriſſimis uerberibus tandiu ceſi ſunt:quouſq; ſpiritum emiſerunt.Ibidemq; quaſi in numero apoſtolorum ſepulti. Quorum exemplo duo negociatores quorum uterq; frumentius dictus eſt &.v.eiuſdem monaſterii fratres.ſ. liberatus abbas bonifacius diaconus.Ruſticus ſubdiaconus:rogatus:& maximus monachi pro fide catholica martyriũ pertulerũt.Qui paſſi ſunt.x.cal. aprilis.

¶De ſanctis Liberato & ſociis martyribus. Cap. CCXXII.

LIberatus martyr cum uxore & filiis duobus & creſcentius preſbyter nec non puer quidam annorum.vii. cuius nomen non exprimitur tempore perſecutionis arriane in aphrica paſſi ſunt.Nam primo infantulus iuſſu Gyrille arrianorum epiſcopi a parentibus raptus matre poſt raptores conclamante: ut ſe quoque ducerent : dum uiua uoce ſe catholicum profitetur

in gurgitẽ demerſus eſt. Quod & de duobus filiis liberati medici factũ eſt. Poſt hec liberatus & uxor deteti ſepatim in duobus carceribus miſſi ſunt. Cũq; prius liberatũ eductũ in loco honorabili conſedere feciſſent: uxorem ſimiliter eduxerũt: ſuggerentes ei q; uir ſuus cõſenſerat arrianis. Que ubi ipm cõſpexit in loco ſublimiori conſidentẽ: ueꝝ exiſtimãs qđ audiuit: ipm de apoſtaſia duriſſime increpare cepit. Ille uero ſe catholicũ ꝓfitens hereticoꝝ fallacias detexit. Quaꝓpter ambo cõiuges gladiis trucidant. Creſcentius aũt preſbyter tarzetane ciuitatis pſecutionem fugiens in ſpeleo quintini montis incluſus inedia defecit. Horum paſſio agitur. x. calen. aprilis. Hec aphricanus.

¶ De ſancto Pygmenio preſbytero & martyre. Cap. CCXXIII

PYgmenius preſbyter & martyr rome ſub iuliãno apoſtata paſſus eſt. Hic iulianũ eundẽ una cũ ſcõ donato poſtmodũ aretino epõ & martyre a puero enutriuit: & ſacris litteris eruditum. Iuliãus aũt poſt hec factus mõachus xpi fidem apoſtatauit: & diuina permiſſione procurãte diabolo ad iperii apicẽ aſcendit: unde xpianos ultra modum pſecutus eſt. Audiẽs aũt q; pygmenius corpora martyꝝ ſepeliret miſit eum in exilium in pſidẽ: ubi quadriẽnio demoratus cecitatẽ incurrit. Poſt hec in ſomniis diuinitus admonitus uenit romam. Cum aũt una cũ puero ipm deducente ſtipẽ petens cluuiũ ſacre uie conſcenderet: offendit baculo redã ceſaris trãſeuntis. Qui pygmenium uidẽs & eius quodãmodo cecitati congaudens ait. gratias diis q; te uideo. At ille gratias inquit deo meo q; non uideo. Quem mox imperator per poteſtatem in tyberim iactari fecit. Cuius corpus a chriſtianis collectum in cemiterio pontiani ſepultum eſt: nõ longe a corporibus abdon & ſenem. viiii. calen. aprilis.

¶ De ſcõ Murita martyre. Cap. CCXXIIII.

MVrita diaconus & martyr cũ pluribus aliis apud aphricã paſſus eſt. Qui cũ quendã elpidephoꝝ baptizaſſet: illeq; poſtmodũ apoſtataſſet: & ad pſidis dignitatẽ pueniſſet: ab eodem tentus ſuaſus eſt: ut arrianorũ fidei cõſentiret. Cum autem murita non ſolum ei cõſenſum ꝑbere renueret: ſed etiã ipm de apoſtaſia increparet: & ueſtes cãdidas q̃s ei in baptiſmate dederat: reſeruatas ad eius cõfuſionẽ oſtẽderet. Elpidephorus ira accẽſus muritã cũ pluribus clericis ceſos & nudos i exiliũ relegauit: ubi fame & inedia ac frigore cõſũpti martyriũ cõpleuerũt. ix. cal. aprilis. Hec uictor aphricanus.

¶ De annunciatione beate Marie ſemper uirginis. Cap. CCXXV.

ANnũciatio dominica dicit: quia tali die ab angelo aduẽtus filii dei in carnem uirgini marie annũciatus fuit: uidelicet. viii. calẽ. aprilis. Cũ enim uirgo beata a tertio etatis ſue anno uſq; ad. xiiii. in templo cum aliis uirginibus extitiſſet: & uotum uirginitatis niſi deus aliter diſponeret emiſiſſet: eam ioſeph deſponſauit domino reuelante: & ioſeph uirga frondente: ſicut in hiſtoria natiuitatis eius dicetur. vi. idus ſeptembr. Et in bethleem unde erat ioſeph neceſſaria ꝓuiſurus iuit: ipam quoq; in nazareth in domo paterna dimiſit: ubi ad eã angelus uenit & eidem uerbi dei aduentum nunciauit.

¶ Circa hanc annunciationem ſex conſideranda occurrit uidelicet: tẽporis opportũitas: miſſi nobilitas: mittentis auctoritas: loci congruitas: nuncium ſuſcipientis ſanctitatis: & annũciationis nouitas.

¶ Primũ ergo conſiderandum occurrit tẽporis opportunitas: quod fuit in menſe. vi. a conceptiõe ioannis baptiſte: que facta eſt octauo cal. octobris: ut per hoc detur intelligi q; ioannes fuit figura ueteris teſtamenti ut dicit auguſti. Cuius aduentũ xpi aduẽtus ſequit. vi. mẽſe: quia ſexta mũdi etate dominus incarnatus eſt: &. vi. feria: & hoc.

¶ Primo pp numeri pfectionẽ quia numerus ſenarius ex ipſis ptibus ſuis cõponitur ſcilicet. iii. ii. & i. nullo ſupante uel deficiẽte: ut p hoc pfectio ipſius incarnationis denoteꝫ: in qua cõcurrunt tria. ſ. eterna diuinitas: aia de nouo creata: & caro ab adã tra ducta: & due nature. ſ. diuinitas & humanitas: & hec cõſtituunt unã pſonã xpi.

IOannes anachorita: ut ait ſigibertus & in uitis patrū habef: anno primo ĩperatoris theodoſii ſenioris ſanctitate & ſpū ꝓphetie in egypto claruit: habuitq; cellā in eremo thebaidis in rupe aſcēſus grauiſſimi & pene inacceſſibilis in qua iclusus. lxx. annis permāſit. Qui nūq; mulieri & uix rariſſimis uiris ſe loq; ꝓmittebat. Nullū tamē ad ſe intrare unq; uoluit ſed per feneſtrā ſolū mō loqbaf. Hic theodoſio ĩperatori per lras de eugenio tyrāno triumphū predixit: eidēq; pricipi ſuū obitū ſatis longe ſpiritu ꝓphetico prenūciauit. Cuidam etiam romanoꝝ duci de gente ethiopū que thebaidē ciuitatē inuaſerat: certa die uictoriā ꝓphetauit: & ut predixerat per oīa euenit. ¶ Cū quidā tribunus eum rogaret ut coniugē ſuam ad ſe uidendū ex deuotione uenire permitteret oīno denegauit promiſit: tamen eidē q; ipſa nocte illā uiſitaret. Dormiētibuſq; ipſa nocte ambobus cōiugibus per uiſum apparuit: & mulieré in domino cōfortauit. Que euigilās: & que uiderat uiro referens uultū & geſtus ac habitū uiri ſancti ꝓut erant expoſuit acſi ipſum corporaliter uidiſſet. ¶ Prepoſito etiā cuidā militū qui ad ſe de lōge uenerat: & uxorē pregnantē reliq̄rat: nūciauit cōiugē maſculū peperiſſe: & uix piclitatā in partu tādē nutu dei euaſiſſe: monens ut domū rediret & filiū. vii. dieꝝ natum inueniret: quē & ioannē uocari mandauit. Qui regreſſus oīa ut ſibi predixerat cōtigiſſe repperit: & ioannē puerum noīauit. Sex monachos cū uno diacono ad ſe ueniētes: quis eoꝝ eſſet clericus interrogauit Quibus reſpōdentibus neminē: diaconū aliis iunioré per ſpūm cognouit: & qs eſſet oſtēdit: & de mēdacio illos redarguens bene edificatos remiſit. Occulta etiam cordium pluribus: & peccata que commiſerāt reuelabat. Sicq; multos ad penitētiam inducebat. Per triduum ante obitum ſuum neminem ad ſe ingredi permiſit: ut ſic deo liberius uacare poſſet. Et poſitis genibus in oratione ſpiritū emiſit. vi. cal. aprilis.

¶ De ſcō Ioanne obediente cōfeſſore. Cap. VII.

IOannes monachus ab adoleſcētia ſua cuidā ſeniori tāta humilitate deſeruiuit: ut ipſi quoq; ſeni ſtuporē inferret. Die q̄dā iuſſus ab eo ut ſaxū immane uolueret qđ turba hoīum magna uix uoluere poſſet nunc applicata ceruice nūc pectore toto nixu uoluere cōabaf. Adeo ut ſudore mēbroꝝ totū infunderet ueſtimentū: ea uidelicet fide ac obediētia qua putabat ſenē nil poſſe ſine rōne uel incaſſum p̄cipere: mirabilis enī humilitatis & ſolicite obediētie uir fuit. lōq; cognomē ex obedientia ſortitus eſt. Abbas ſuus aliq̄do ut eū ꝓbaret lignū aridum ꝓ foco paratū: iam ꝓpe putridū uetuſtate defixit in terrā: iuſſitq; iuueni aq̄ quotidie bis rigare donec uireſceret: qđ mandatū ille uti poſſibile ſumēs aquā bis in die q̄ſi duobus miliaribus efferens lignū irrigabat ita ut nulla occupatione uel neceſſitate aut feſtiuitate aut hyemis aſperitate ītermitteret aut retardaret preceptū. Sicq; anno ītegro cōtinuauit: donec abbate iubēte lignoq; ipulſo ruente irrigare ceſſauit. Alias etiā ut ueniētes ad ſe exēplo edificaret p̄ſentibus q̄buſdā monachis iuſſit ioāni ut lenticulā olei que ſola in eremo uel ſibi uel aduenientiū uſibus neceſſaria erat deorſum abiiceret per feneſtram: quod ille nil precogitans de inepto precepto uel neceſſitate aut olei penuria mox adimplere curauit. Hec caſſianus & ex uitis patrum.

¶ De ſcō Gunterano rege & cōfeſſore. Cap. VIII.

GVnteranus rex francoꝝ tēpore mauritii ĩperatoris miraculis & ſanctitate refulſit. Qui ita ſe ſpiritualibus actionibus mācipauit: ut relictis ſeculi pompis theſauros ſuos eccleſiis & pauperibus errogaret. De hoc paulus in hiſtoria lōgobardoꝝ refert: q; dū uenatū iuiſſet in ſiluā hac illac cūctis diſcurrētibus ipſe in genibus fideliſſimi ſocii grauiter ſoporatus obdormiuit. De cuius apto oꝛ paruū ruptile egreſſum dū tenuē riuulū ibidē poſitū trāſire ſatageret: ille in cuius gremio rex qeſcebat ſpathā euaginatā ſup riuulū poſuit ꝓ quam aīal trāſiēs mōtis foramē ītrauit. Atq; poſt morulam egreſſus in os regis dormiētis ſocio ſtupēte rurſus ītroiuit. Expgefactus rex dixit ſe uidiſſe in ſomnis q; fluuiū per pōtē ferreū ptrāſibat & ſpelūcā mōtis ingrediēs auri pōdus maximū inuenerat. Rettulit ſocius q; ipſo dormiēte cōtigerant: & effoſſo loco quē ſerpens ītrauerat repti ſunt ĩfiniti theſauri ibidē dudū abſcōditi. De quo auro rex fecit ciboriū maximū ſup ſepulchrū domini deferēdū gēmis ornatū. Qđ cū illuc deferri nō poſſet poſitū eſt ſupra corpus ſancti marcelli martyris in ciuitate cabiloneī paſſi & ſepulti: cuius feſtū agitur pridie noī ſeptēbris. Quod uſq; hodie ibi manet. Reliquum uero ipius theſauri ſanctus rex pauperibus diſpēſauit: & in ciuitate cabiloī que tunc regni ſedes erat in domino quieuit. v. calē. aprilis ubi & tumulatus miraculis claret.

¶ De ſcīs Priſco Malco & Alexādro mr̄ī. Cap. IX.

PRiſcus malcus & alexāder martyres apud ceſareā paleſtine paſſi ſunt ſub p̄ſecutione ualeriāi: q; diuino fidei calore ſuccēſi ultro iudicē adeūtes: cur tātū in ſanguinē xp̄ianoꝝ deſeuiret obiurgāt. Quos ille cōtinuo ꝓ xp̄i nomine tētos beſtiis tradidit deuorandos. v. calē. aprilis.

¶ De ſanctis Armogaſte Archimino & Satyro martyribus. Cap. X.

ARmogaſtes archiminus & ſatyrus martyres apud aphricā tēpore uandalice p̄ſecutionis ſub gerſerico rege arriano cū eſſent chriſtianiſſimi & prauitatem arrianoꝝ libertate catholica frequēter arguerent martyriū paſſi ſunt. ¶ Ex quibus archiminus ductus eſt ad decollādū: mandāte rege: ut ſi expaueſceret gladiū decollaretur: ſinauté dimitteref. Sed qa conſtās ſtetit: & in nullo territus fuit: dimiſſus cōfeſſor rediit ſolo aīo martyriū patiēdo. ¶ Satyrus aūt cū eēt ꝓcurator domus hunerici edictū contra eū ꝓponit: ut ſi cōſentire nollet: rebus oībus ſpoliaref: filii in ſeruituté traderēf: uxor quoq; eius in coniugē camelario daref: datis in ductiis uxori ad ſe ducendū uiꝝ. Que cū diebus plurimis ipſum blanditiis & lachrymis auertere nō ualeret que contra eum decreta fuerant exequuntur. ¶ Armogaſtes uero poſtq̄ diu tortus: & in equuleo uno pede ſuſpenſus dudum toleraſſet: ad confuſionē ſuam a theoderico principe in bizagonā prouinciam prope carthaginē relegaf: ut paſtor eſſet uaccaꝝ: ubi in cōfeſſione chriſti perſeuerās migrauit ad dominū. Quem dum quidam felix chriſtianus iuxta ilicē ſe-

pelire uellet: put ei ſanctus p uiſionẽ mandauerat: ef/ foſſá humo ſepulchꝝ repperit p̃cioſum: in quo ip̃m ſepeliuit. Hoꝝ paſſio recolit̃. iiii. calen. aprilis.

¶ De ſancto Euſtaſio abbate. Cap. XI.

VStaſius abbas monaſterii limatieñ diſci/ pulus fuit ſancti columbani abbatis. Hic ſexcentoꝝ pater ferme extitit monachoꝝ & uita & ſanctitate conſpicuus: etiam mi/ raculis claruit: & in eodem cenobio. iiii. calend. aprilis feliciter obdormiuit.

¶ De ſancto Secundo martyre. Cap. XII.

SEcũdus miles & martyr in ciuitate aſteñ paſſus eſt tempore hadriani imperatoris ſub p̃fecto ſapritio. Qui a beato calocero q̃ ab eodem p̃fecto in ipſa urbe in carcere de tinebat fidem x̃pi edoctus eſt. Cũ aũt ſanctus martia/ nus in terdoneñ ciuitate teneret in cuſtodia Sapriti/ us illuc p̃ficiſci uoluit: ut eum faceret īmolare. Cum quo ſecundus q̃ſi cã ſolatii profectus eſt: martianũ ui dere deſiderans. Et cum extra ciuitatem aſteñ equita rent: colũba: ſuper caput ſecundi aduolans inſedit: & cũ ad flumen tanaꝝ ueniſſent: uidit ſecũdus angelum ſuper aquã ambulantẽ: & ipſum in fide confortantẽ. Sapritius uero uoces deoꝝ cum ſecundo loquentiũ eſſe putabat. Et cum pueniſſent ad flumen burbiam: angelus ſimiliter ſibi apparuit: & ip̃m ut ī x̃pm crede ret ſine ulla heſitatione cõfortauit. Sed dum terdonã appropinquarent: martianus angelo duce de carcere exiuit: & ſecundo obuiabit: & ut ad palmã obtinendã p̃geret ſuitauit. Sapritius uer ouocẽ audiens: & nullũ adeſſe uidẽs ſtupefactus ſe ſomniare putabat. ¶ Poſt hec ſecũdus mediolanũ iuit ad quẽ ãgelus fauſtinũ & iouitã de carcere eduxit: a quibus nube quadã aquã p̃bẽte baptiſma ſuſcepit. Et ecce colũba de celo uenit: & corpus domini deferens fauſtino & iouite dedit: q̃ ſecundũ cõicauerunt: & reſiduum euchariſte eidẽ ut martiano deferret tribuerunt. Rediens aũt ſecundus cum iam nox eſſet: & ad ripam padi ueniſſet angelus frenũ equi eius accipiens ſuper aquã illum trãſuexit: & uſq; ad terdonam perduxit: atq; ad martianũ ī car/ cerem ītromiſit. Qui corpus domini ei obtulit: & ad domũ ſuam angelico ductu rediit. ¶ Poſtq̃ autem martianus a ſapritio martyrizatus eſt: & ſecundus ip ſum ſepeliuit: ut ſupra dictum eſt in ligenda martiani pridie noñ martii. Sapritius hoc audiẽs ſecundũ tene/ ri feci: & x̃pm cõfitentẽ in equuleo ſuſpenſum tãdiu torqueri mandauit: donec eius brachia a ſuis cõpagi/ bus ſoluerent. Sed cũ fuiſſet ſanitati a domino reſti/ tutus in carcere illũ recluſit: ubi dũ eſſet angelus do/ mini ſibi apparuit. & ſecundũ clauſo carcere eduxit: & uſq; ad aſteñ ciuitatẽ deductum ad carcerẽ ubi erat calocerus intromiſit: quibus ſaluator apparuit: & eos benedicẽs confortauit. Cũ aũt mane ſapritius ad car/ cerem pro ſecundo miſiſſet: & carcere clauſo & ſigna to ip̃m minime repperiſſet: indignatus uenit ad urbẽ aſteñ: ut uel calocerꝝ puniret. Et cũ in eodẽ carcere ſe/ cundũ & calocerꝝ īueniſſet: calocerꝝ quidẽ albiganũ miſit: & ibidẽ illũ decollari mandauit: ut dictũ eſt ſu/ pra in paſſione caloceri. xiiii. calen. apri. Secundũ uero aliqbus diebus in carcere detentũ educi fecit: & in cõ/ feſſiõe uere fidei ipſo īmobiliter p̃ſiſtente picẽ cũ reſi/ na liquari mãdauit: & ſuper caput eius infundi: ac in os ipſius iactari. Quod cũ uiriliter toleraſſet: & iubilã do deo p̃ſalleret: ip̃m extra ciuitatẽ ductum decollari mãdauit. Cuius corpus angeli mox tulerũt: & ipſum cum laudibus ſepulture tradiderunt. iii. cal. aprilis.

¶ De ſancto Mamertino abbate. Cap. XIII.

MAmertinus abbas prius paganus cũ idola quadã uice coleret: unum oculũ p̃didit & unius manus ariditatẽ incurrit. Qui dum deos ſe offendiſſe putaret: & ad templũ ad idola colẽda p̃geret: obuiauit cuidã x̃piano nomine ſa uino. Qui cũ ab eo cãm ſue īfirmitatis didiciſſet: eidẽ x̃pm p̃dicare cepit: & ne demones quos deos putabat amplius coleret admonuit: cõſulẽs ut ad ſanctũ Ger/ manũ antiſiodoreñ ep̃m p̃geret cuius cõſilio fretus ſa nitatẽ reciperet. ¶ Mamertinus ergo iter arripiẽs ue/ nit ad ſepulchrũ ſancti amatoris ep̃i & plurium ſan/ ctoꝝ. Et p̃pter pluuiã nocte ſuper tumbã ſancti con/ cordii ſe collocauit. Cũq; obdormiſſet apparuit ei ui/ ſio mirabilis. Videbat enim uiꝝ ad cellã eius ueniẽtẽ & ſanctũ concordiũ uocantẽ ut ueniret ad feſtũ quod ſancti p̃grinus amator cũ aliis ep̃is faciebant. Cui de tumulo ſcũs reſpõdebat: q̃ tũc uenire nõ poterat: qa hoſpitẽ ſuũ cuſtodiebat: ne a ſerpẽtibus ibidẽ exiſten/ tibus occideret. Tũc ille recedẽs: poſt interuallũ redi/ bat & iteꝝ cõcordiũ aduocabat: Sãctus uero de tumu lo ſurgẽs mamertinũ p manũ apprehẽſum ducebat. Quẽ ſanctus amator: quis eẽt īterrogabat. Et cõcor/ dius hoſpitẽ ſuũ eſſe reſpõdebat. Cũq; amator ipſum tãq̃ pollutũ expelleret: & ille corã eo p̃ſtratus gr̃iam ī/ petraret: iubet ut ad ſanctũ germanũ p̃gat & quicqd ille ſibi iuſſerit adípleat. Euigilãs igit̃ ad ſanctum ger manũ uẽit: & ſibi uiſa narrãs ueniã cũ baptiſmate po/ ſtulauit: prexerũt ergo ad tumulũ ſcĩ concordii & re/ moto lapide plures inuenerũt ſerpẽtes q. x. pedũ lõgi/ tudinẽ excedebãt. Quos germanus ad talẽ locũ abire iuſſit ubi nemini nocere poſſent. Sicq; mamertinus baptizatus eſt & cõfeſtim ſanatus. Factuſq; eſt mona/ chus & deinde abbas monaſterii ſcĩ germani: ubi ſcũs alodius abbas fuit. Quadã uice monachi eius urſe la/ queũ tetẽderũt: qa ouibus ĩſidiabat: quẽ nocte irruẽs capta detinebat. Quod abbas p̃ſciẽs de lecto ſurrexit: & urſe cõpatiens ip̃am exoluit: & ne amplius ad oues redire p̃ſumeret impauit. Beſtiaq; deinde p̃ris mãda/ ta adíplere curauit: latrones qdã cũ eũ expoliaſſent ſo lũ ei palliolũ dimiſerunt: qui nũmũ in palliolo ligatũ īueniẽs latrones reuocat: ut etiã denariũ illũ ſibi forte neceſſariũ accipiãt. Qui reuerſi palliũ cũ denario ab/

ſtulerunt: & nudũ penitus dimiſerũt. Feſtinãteſq; ad ſuas latebras fugere tota nocte uagãtes mane diuinitus ad cellã eius inuẽti ſunt. Quos ille benigne ſuſcipiens ad penitentiã adduxit: & ſibi ab eis ablata recepit. Cũ aũt ad monaſteriũ de fontaneto ueniſſet ad iſtantiã fĩm die dominico palmaꝝ miſſam eis ſoleniter celebrauit. Et eodẽ ſero egrotãre ĩcipiẽs die paſcere ſpiritũ xp̃o emiſit: uidelicet. iii. cal. apri. Cuius corpus dũ antiſiodoꝝ ſepeliẽdũ portaret ueniẽtes ad q̃dam uillam nullo mõ illud ĩde mouere potuerũt donec qdã carceratus fractis uinculis liber exiliit & ad corpus ueniẽs illud cum aliis uſq; ad urbem deportauit: ubi in eccleſia ſancti germani ſepultus eſt.

¶ De ſancto Quirino martyre. Cap. XIIII.

QVirinus tribunus martyr paſſus eſt rome ꝑſecutione traiani ſub aurelião cõite utriuſq; militie. Qui tribunus cũ beatum hermetẽ urbis p̃fectũ in domo ĩcuſtodia detineret beatũ quoq; alexãdrũ papã alibi in artiſſimo carcere uinculis mancipatũ hẽret: & cũ quirino dudũ de fide nr̃a colloquiũ habuiſſet: Alexander nocturno ſilẽtio a quodã puero qui faculã ferebat ardẽtẽ e carcere p̃ feneſtrã educit: & ad domũ quirini deductus in cuſtodiã hermetis ĩtromittit. Quod quirinus cernẽs credere cepit: & alexãdro ꝓmiſit ut ſi filiã eius balbinã habentẽ in collo ſtruma liberare poſſet: ipſe una ſe cũ fidẽ xp̃i ſuſciperet. Alexãder uero filie ſue ſanitatẽ ſpopõdit eiq; mãdauit ut puellã ad ſe in carcerẽ ſuum deferret. Abeũteq; quirino alexãder ad carcerẽ ſuum a puero reductus ẽ clauſis ianuis cuſtodie utriuſq; tã alexandri uidelicet q̃ hermetis. Cũ aũt quirinus filiã ſuã alexãdro ad carcerẽ ſuum adduxiſſet & obſeratis ianuis ip̃m ibidem reperiſſet magis obſtupuit. Cuius boiã exoluẽs filie ſue ipoſuit moxq; puella ſanitatem recepit: ſicq; quirinus & filia eius balbina cum oĩbus qui in cuſtodia eius tenebant fidẽ ſuſceperunt ab alexandro papa baptizati ut in eius narrabit̃ paſſione. v. noũ maii. Quod audiens aurelianus q locũ ĩperatoris abſentis in urbe tenebat quirinũ detineri mandauit. Cui xp̃m cõfitenti linguã fecit abſcidi & in equuleo leuari. Qui cum nihilominus loquẽs in iniurias ꝓrupere iudicis p̃ciſis ſibi mãibus ac pedibus decollari eũdẽ mãdauit: & corpus canibus iactari: qđ tamẽ occulte xp̃iani rapientes uia apia ſepelierũt. iii. cal. aprilis.

¶ De ſancto Regulo epiſcopo. Cap. XV.

REgulus eps̃ natione grecus ioãnis euãgeliſte apud epheſum diſcipulus fuit. Quo in pathmos inſulã relegato athenas ueniens dionyſio adheſit cũ quo romã perrexit: & una ſecũ & cũ ſanctis ruſtico & eleutherio a btõ papa clemente ad gallias p̃dicationis gr̃a deſtinat̃: qui primum arelatum deuenit: ubi a ſancto dionyſio xp̃i nomine ĩuocato idolum martis deſtruitur & multis cõuerſis templum illud in honorem apoſtoloꝝ petri & pauli conſecratur; miſſis ergo ſociis ſuis ad diuerſas urbes ip̃e dionyſius ſancto regulo arelatẽſi ciuitati ordinato epiſcopo piſius acceſſit: ubi cũ ruſtico & eleutherio martyrii palmam ſuſcepit. Eodẽ aũtẽ die quo paſſi ſunt dum miſſam regulus in arelato celebraret & nomina iſtorum martyrum inaduertenter in cano ne cum aliis ſanctis recitaſſet miratus qd dixerat uidit in altari. iii. colũbas ipſorum martyꝝ nomina cõſcripta in roſtris habentes. Qua uiſione cognoſcens ſcõs ꝑ martyriũ migraſſe cõmiſſo populo cuidã felici epõ piſius acceſſit: & a xp̃iana matrona olim dionyſii diſcipula catulla nomine hoſpitio ſuſceptus: mr̃es xp̃i eadẽ die qua uiſionẽ uiderat paſſos fuiſſe cõparuit: & ſup eoꝝ corpa baſilicã edificauit. Inde ſiluanectẽſem ciuitatẽ ire diſponẽs in uilla lauria idolũ mercurii baculo cõminuens: populũ cõuertit: & baſilicã dei genitricis ibidẽ cõſtruxit. ¶ Poſt hec in ciuitate ſiluanectẽſiũ a filio cilicie cõſanguinee catulle ꝑdicte a demone obſeſſo ĩmundũ ſpiritũ in ſp̃e ueſptilionis eiecit: q cũ aſinũ ſancti ĩtrare uellet: aſinus miraculoſe pede crucẽ in terra ſignauit: & de mõ euanuit. In ĩtroitu etiã ipſius urbis hoſtia carceris leui baculi ictu feriens reſeruit: & xp̃ianos detẽtos abſoluit. Quẽ dũ p̃fectus quereret puniẽdũ: a ſcõ diõyſio & ſociis noctu in ſomnis morte ſibi cõminata territ̃: & ne regulo noceat admonet̃. Qui cũ mane pro eo mitteret: ut doctrinã ſalutis ſuſcipet: audiens q regulo ingrediẽte templũ oĩa idola corruiſſent: & q ex hoc ip̃m pontifex occidere uellet ep̃m quidẽ ab eoꝝ furore defendit: & fide ꝓcepta templũ illud in honore beate uirginis dedicãdũ obtinuit: oẽmq; populũ baptizari fecit. ¶ Poſt hec cũ die q̃dã ſanctus in uilla ruliaco p̃dicaret: multitudinis ranaꝝ garulitate ꝓpeditus: ranis illis uni excepte ꝓpetuum ſilẽtiũ impoſuit: quod uſq; in p̃ſenti in ipſo loco miraculoſe permanſit. Quieuit in pace anno. lx. etatis ſue. iii. cal. aprilis. ſepultus in urbe arelatẽſi. in eccleſia apoſtolorum quam ibidem conſecrauit.

¶ De ſancto Amos ꝓpheta. Cap. XVI.

AMos ꝓpheta non fuit pater iſaie: ut plures putãt. Nã iſaias nobili genere nobili patre exortus eſt: hic aũt paſtor & ruſticus fuit: aliiſq; lr̃is q̃ ille apud hebreos ſcribit̃: ut hieronymus tradit que lr̃aꝝ differentia apud latinos nõ habet̃. Fuit aũt cognatio huius ex oppido thecua: qđ ſex milibus a bethleẽ diſtat: cũrãq; gerẽs pecoꝝ in latitudine cãpoꝝ qui ꝓximi ſunt oppido thecue: in q bus humi arido atq; harenoſo nihil oĩno frugũ gignitur: ſed uberrimis paſcuis abũdãt: & iõ cũcta ſunt paſtoribus plena: & ſterilitatis terre cõpenſat̃ pecorum multitudie. Ex numero iſto paſtoꝝ fuit amos impius ſermõe ſed plenus ſcia. Prophetauit aũt iiſdẽ tpibus qbus ioel: naũ: ionas: oſee: iſaias: ſed aliquãtulum exorſus eſt ꝓphetare ante iſaiã: uidelicet tpibus hieroboã filii ioas regis iſrael & amaſie regis iuda. Miſſuſq; eſt ut cõtra gẽtes illas que eius lectiõe cõprehendunt irã dei uẽturã denũciaret: & maxie cõtra. x. tribus iſrael: ut euerſionẽ domus hieroboã & calamitatẽ populi prediceret. Quod cum ſignificaſſet amaſias ſacerdos

bethel hieroboã regi ex mãdato ipſius,phibuit amos ne ultra in regno.x.tribuum,pphetaret.Cũ aũt amos ceſſare nollet:dicens ſe nõ eſſe,pphetã ſed paſtorẽ miſ ſum a domino frequenter illũ amaſias plagis afflixit. Tandẽ filius eius ozias frequẽter eũ ĩcrepãs:uecte p tẽ pora tráſſixit:& ſemiuiuus in terrã ſuã deductus poſt dies aliquot dolore uulneris expirauit pridie cal.apri/ lis.Sepultus eſt cũ pribus ſuis.Hec hieronymus & io ſephus,hic,ppheta ex numero.xii.,pphetarũ eſt qui in ſanctorũ patrum catalogo ecc.l.xlviiii.c.conſcribunt.

¶De ſancto Amos abbate. Cap. XVII.

AMos abbas in deſerto ſcythi pater fuit q̃ſi. M.cccc.mõachorũ cenobii qđ dicebat̃ te/ barnẽſe:q erãt ingẽtis abſtinẽtie uiri habẽ tes uſui indui collobiis q̃ſi ſaccis lineis & pelle cõfecta a collo poſt tergũ & latus deſcendẽte cõ/ tegi:cucullis etiã caput opiri maxime cũ ad ſumendũ cibũ ueniebat̃:eiſq; facié uelare:ne alius aliũ ptius eſcã ſummenſẽ dephenderet:habẽtes ſummũ ſilentiũ:ita ut nec putaret̃ eé in illo loco quiſq̃ hominũ ubi ſede/ bat̃ ad mẽſas.Et oĩs eorũ cõgregatio ſic erat poſita in multitudine acſi eorum quiſq; fuiſſet in ſolitudíe dũ ita lateret uniuſcuiuſq; abſtinentia:ut ab alio cogno/ ſci nõ poſſet.Sedebãt ad menſas cõtinentes magis q̃ ci bos ſumẽtes:ut nec defuiſſe mẽſis nec uentri ſatiſſeciſ ſe uiderent̃:qa maior uirtus eſt his abſtinere q̃ in ocu lis habent̃.& manibus.¶Poſt gubernatã uero & re/ gulatã cõgregationé ad deſertũ nitrie acceſſit: ubi dũ eſſet:rogauit duos ad ſe ueniẽtes:ut ſibi doliũ a ciuita te deferrẽt neceſſariũ ad aquã colligendã.Illiq; ꝓmiſe rũt.Recedentes aũt alterũ eorũ penituit:& deferre re/ cuſauit:eo q; p deuexa & ꝓrupta mõtiũ nollet came/ lũ longo itinere:& piculo exponere.Alter uero nõ ha bẽs camelum cũ deuotiõe portauit aſino:quod ita le/ uiter aſinus tulit:acſi nullo põdere oneratus incedẽs. Qui dum ad cellam deuenit amos illũ gratanter ex/ cepit:eiq; camelum comitis ſui mortuũ eſſe nuncia/ uit:eo q; promiſſum attendere noluit.Illeq; reuerſus ita cueniſſe comperuit.Quieuit in domĩo uir dei pri/ die calen.aprilis,hec in uitis patrum.

¶De ſancto Amonio abbate. Cap. XVIII.

AMonius abbas in deſerto interiori nitrie plenus charitate habitauit cũ duobus:qui ſibi carne & ſpiritu fratres erãt.Quorũ al/ ter euſebius alter eutimus uocabat̃:tertiũ quoq; germanum dioſcorũ nomine habuit:qui eps fuit.hic aũt fratres ſuos põdictos & alios mõachos acſi nutrix filios confouebat:qui & monaſterium muro uallatum cõſtruxerat in quo & puteum foderat om/ nibuſq; neceſſariis inſtruxerat.Et dũ quidã frater ſal/ uari uolẽs ad eũ ueniſſet querẽs cellulã uacãtẽ in qua habitare poſſet:ĩpoſuit ei ut ſe in ſuo cenobio expecta ret:donec ad requirendũ accederet.Abienſq; ꝓcul ab eo loco ſibi cellulam paruiſſimam fecit:in qua habi/ tare cepit:& fratri qui aduenerat monaſteriũ cũ om/ nibus que in eo fuerant reliquit.Sed ſi plures fuiſſent qui ad eũ ueniſſent ſaluari cupientes:uir ſanctus om/ nibus fratribus cõgregatis & cũ alacritate eũ iuuanti/ bus locellũ una die cõſtruebat.Et dũ aduene qui uene rant ad eccleſiã uel ad refectionẽ inuitati eſſent unuſ/ quiſq; de fratribus amonii de ſuis cellulis neceſſaria ꝓ ferebãt:& nouas cellulas cõſtruebant:ita ut nihil utẽ/ ſilium que requirunt̃ deeſſet:nec tamen cuiuſquã col latio nota foret.Regreſſi ergo hi quibus cellule fue/ rant preparate:eas introgreſſi omnia inueniebãt que ad uſum neceſſaria erant.Et hec ipſa amonius ſepius ſumma charitate iterauit.hec in uitis patrum.

¶De ſancta Balbina uirgine. Cap. XIX.

BAlbina uirgo fuit filia quirini tribuni ma tris de quo ſupra dictũ eſt.iii.calen.aprilis. Que ut ibidẽ dictum habet̃ cũ eſſet ſtru/ moſa a ſancto alexandro papa liberata eſt. Nã cũ pater eius boiã de collo alexãdri tuliſſet & pge/ ret ut filie collo ĩponeret,put ſibi ſanctus papa mãda/ uerat apparuit puer faculã deferens & puelle aſiſtẽs: q eã in amorẽ xp̃i & uirginitatis ꝓfeuerãtiã cõfortauit eiq; ſponſum celeſtẽ,pmiſit.Mox aũt ut boia circa col lũ uirginis cingitur:puella a ſtruma liberat̃:& ab ale/ xãdro papa babtizat̃.Que ĩ uirginitatis,ꝓpoſito uſq; ad uite finẽ pmanſit.Et cũ ex deuotione boiã alexan/ dri pape oſcularet̃ admonita ab ipſo catenã beati pe/ tri apoſtoli reqſiuit & obtinuit:& moriẽs ſancte theo dore ſorori hermetis prefecti & matris commenda/ uit.Sepultaq; eſt uia apia in cemiterio pretextati iux/ ta patrem ſuum pridie calen.aprilis.

¶De ſcã Theodora uirgine & martyre. Cap. XX.

THeodora uirgo & martyr ſub aureliano ĩ peratore rome paſſa eſt:hec fuit ſoror her metis matris & prefecti urbis q̃ a ſancto alexãdro papa in fide docta & baptizata é. Cũ aũté beatus hermes ab aureliano paſſus fuiſſet: & ipſum ſoror theodora ſepeliſſet ab eodẽ imperatore & ipſa dudum in uinculis detenta: tandẽ capitis ob/ truncatione paſſa martyrium ſepulta eſt iuxta fratrẽ ſuum uia ſalaria non longe ab urbe roma calẽ.aprilis.

¶De ſancto Valerico abbate. Cap. XXI.

VAlericus abbas aluernia natus cum patris oues adhuc puer paſceret ſcholas puerorũ frequentans:occulte litteras didicit.Dein/ de relicto ſeculo ſecutus eſt auũculũ abba tẽ monaſterii auturienſi:ubi ſatis renitente patre mõa/ chus effectus eſt.Et poſt alicuius tpis lapſum artiori uite & ꝓfeſſioni ſe tradẽs a ſcõ macario abbate in mo naſterio antiſiodorẽſi ciuitatis receptus eſt: ubi dudũ manẽs adhuc ad pfectiora ĩtendens quẽdã nobilẽ no/ mine bobiũ cõuertit:& cũ ipſo monacho ſcõ luxouiũ iuit.Ibiq; ambo diſcipuli ſci ſunt columbani abbatis. ¶Poſt hec ualericus de ſui abbati licentia cũ alio fra/ tre ad põdicandũ gentibus acceſſit.Et ueniens neuſtriã remotũ ſolitudinis locũ a rege clotario ĩpetrauit: ubi cũ eodem cõſocio in uite ſanctitate pmanſit: & mul/ tis uirtutum ſignis effulſit.Nã in uico ambianẽſium gualunago reũ quendã dudũ patibulo appenſum de/ poſuit & ſuſcitauit.¶Matrona quedã p̃ pueꝝ ſuum panes & duos uini flaſcões uiro dei miſit:ſed puer par tẽ panũ & uinũ ex flaſconibus in uia abſcõdit: & reli/ quũ utriuſq; ad ſanctum portauit:quẽ ille monuit ne de uino aut pane in uia dimiſſis guſtaret: eo q; ſerpẽs eſſet in flaſcone & uenenũ in pane.Cõfuſus puer redi/ it:& ſerpẽté in flaſcone uidẽs extimuit: & penitentiã egit.¶Cũ tpe hyemis ad domum p̃ſbyteri cum ſo/ ciis ad ignem pro ſe calefaciendo declinaſſet: & p̃ſby/ ter cum quodã iudice ciuitatis ad focum ſedẽtes ina/ nia & laſciua uerba proferrent:ab eo admoniti ut ſi/

lirent cum adhuc in deteriora ꝓrumperent inde diſceſſit. Et ſtatim preſbyter excecatus eſt: & iudicis uirilia marcuerunt. Quieuit in chriſto cal. aprilis. Sepultus ambianis in monaſterio leucaẽ.

¶ De ſancto Hugone epiſcopo ordinis cartuſieñ. Cap. XXII.

HVgo eps gratiopolitẽus fundator fuit ordinis cartuſieñ. Cuius mater cũ ipſum geſtare in utero uidit in ſomnis ſe parere filiũ: qui a beato petro apoſtolo & aliis multis ſanctis in celũ ferebatur. Et ꝑcognoſcẽs eum aliqd magni futuꝝ natũ pueꝝ & educatũ tradidit litteris ĩbuendũ. Qui ſatis iuuenis mõachus effectus cartuſiẽ ſiũ ordiné ĩcohauit. Cũ enim eſſet in ſolitudine cartuſie uidit ꝑ ſõniũ. vii. ſtellas ſibi ducatũ ad habitaculũ uſq; ad ꝑſtãtes. Mane aũt fcõ ecce. vii. uiri quoꝝ unus fuit magiſter bruno. iiii. alii litterati &. ii. laici ad eum uenerunt uitã ſolitariã exqrẽtes. Quos ſcũs. vii. ſtellas uiſas eẽ ĩtelligẽs: eiſdẽ uiſa narrauit: & cũ eis in ipſo loco mõaſteriũ & ordiné ĩchoauit. ¶ Deĩde diſponé te deo ſcũs eſt abbas caleſieñ. Deinde eps miſerenus ſiue gratiopolitanus. Factus aũt eps quieté mentis deſiderans abſolutionẽ ab eẽpatu ꝑ nũciũ deinde ꝑ ſeiꝑm ab honorio ſecũdo & ĩnocẽtio ſecũdo romanis põtificibus obtinere neqt: eo q; ipm putilé eccleſie cognoſcebãt: multaſq; ꝑſecutiões a petro leonis eccleſie dei aduerſario pro libertate eccleſie paſſus eſt: eo q; ĩnocentio pape cui ille inimicabaẽ cõſtãter iſte faueret. Quieuit in pace anno gratie. M. cxxxii. etatis ſue anno. lxxx. in ſenectute bona calend. aprilis.

¶ De ſancto Hugone abbate boneuallis. Ca. XXIII.

HVgo abbas boneuallis ordinis ciſtertieñ floruit tpe federici primi. Qui dũ iuuenis ordiné eſſet ĩgreſſus: & de redeũdo ad ſeculũ grauiter tentaret: oro̅ne in eccleſia facta beata uirgo ſibi ꝑ uiſum apparuit: eiq; natiuitatẽ: cõuerſationẽ: paſſionẽ: re urrectionem: & aſcenſionẽ xꝑi oſtendit. Ex qua uiſiõe cõfortatus in nimia ſancti tate ꝑſeuerauit: quẽ ſcũs bernardus abbaté boneuallis cõſtituit. ¶ Sub hoc nouitius qdã in ſuo principio tẽtatus de redeũdo ad ſeculũ cõfeſſus abbati: & ab eo cõfortatus ꝑſtitit. Et ꝑ bienniũ ante eius obitũ grauẽ ĩfirmitatẽ ĩcurrit: ſed a btõ iob ei apparẽte cõfortatus die ſequenti expirauit. Ac poſtmodũ abbati apparuit gr̃as ei agens: q; eius hortatu in ordine pmãſit: ſeq; in gloria eſſe dixit. ¶ Alii quoq; duo nouitii de receſſu tẽtabanẽ: quoꝝ unus q miles puerſus fuerat: in ſõnis uidit ſe cadente in puteũ tãte ꝓfunditatis: q; tres dies trãſibãt donec ad ꝓfundũ ꝑueniret. Quod cũ abbati rettuliſſet: expoſuiſſet hũc eſſe abyſſi puteũ in quẽ caſurus erat: ſi ab ordíe diſcederet. Ille uero nihilomĩus abiit: & poſt triduũ ab hoſtibus occiſus fuit. Alius uero q clericus erat: ab eo monitus pmãſit: eo q; ſibi abbas uitã eternã ꝓmiſit. Cui pridie q̃ moreret: domina nr̃a apparuit: & in craſtinũ ei gloriã a ſuo abbate promiſſam obtinendã incunctãter aſſeruit: q die ſequẽti expirauit. ¶ Cũ ſepius diabolũ ĩ choro ĩter fratres uidiſſet: dixit aliqué ex fratribus graui peccato detineri: nec talis uiſio reſtitit: donec unus ex fratribus peccatũ quod cõmiſerat cõfeſſus fuit. ¶ Ioãnis eius miniſtri & fratris unius paralytici egrotantiũ diẽ & horã trãſitus ꝑdixit: & ut ꝑdixerat ſic euẽit. ¶ Famulus cellari ĩfirmatus peccatũ graue uni fratrũ cõfeſſus abeo mõitus é: ut abbati illud cõfiteret: qd̃ ille ſe facturꝝ ꝓmiſit: ſi abbas tũc abſens anteq̃ obiret reuerti cõtingeret. Sed anteq̃ abbas uẽiſſet expirauit. Poſtea uero frater ille abbati in dormitorio apparuit: eiq; peccatũ ut ꝓmiſerat cõfeſſus fuit addẽs ex hoc magnas luere penas: quẽ abbas abſoluit: Ac poſtea cõfeſſoré ſuũ ĩterrogans de eodé peccato & ꝓmiſſione ſibi facta certificatus extitit. Pro cuius aĩa dũ oraſſet: uidit cũ poſtmodũ cum magna luce de ſua liberatione ſibi gratias referẽtem. Poſt multa uero ſanctitatis eius inſignia ſanctus abbas hugo in monaſterio boneuallis humanitatis debitum ſoluit: ibidem ſepultus.

¶ De ſancta Maria egyptiaca. Cap. XXIIII.

MAria egyptiaca que peccatrix appellabaẽ ĩ egypto nata parẽtes annoꝝ. xii. deſerẽs alexandriã fugit: ibiq;. xvii. annis publice ſelibidini ſubiecit: & nulli hominũ ſe petenti denegauit: quinimo multos ad luxuriã obſcenis actibus inſeruiens ꝓuocauit. Cũ aũt homines regiõis illius ad adorãdã ſanctã crucé hieroſolymã aſcenderent: qbuſdã iuuenibus ſociata cũ eis nauẽ aſcendit: & hieroſolymã nauigauit: & nauigando oĩbus indifferẽter ſe expoſuit: & plurimos ſecũ cõcumbere fecit. Cũ uero naute ab ea naulũ requirerent: corpus ſuũ eis pro naulo ꝓſtituit. ¶ Et cũ hieruſalẽ aduenĩſſet: & p adoranda cruce uſq; ad fores eccleſie cũ aliis acceſſiſſet: ſubito & inuiſibiliter repulſam patiebaẽ: & intrare nullatenus ꝑmittebaẽ. Ceteris quoq; cũctis intrãtibus ipſa tertio ad limen ꝑueniẽs repulſa eſt. Ad ſe igiẽ reuerſa & hoc ꝓp eius enormia flagitia euenire cognoſcẽs: pectus tundere cepit: & lachrymabiliter a cordis intimo peccata ſua defleuit. Et corã imagine dei genitricis ꝓſtrata orare cẽpit: ut peccatoꝝ ſibi ueniã ꝑpetraret: & ſanctam crucem adorare ꝑmitteret: ꝑmittẽs ſe ſeculo abrenũciaturã: & de cetero caſte manſurã. Receptaq; aliqua fiducia ſine repulſa eccleſiã intrauit: & crucé domini cũ ceteris adorauit. Cui qdã pro elemoſyna tres nummos tribuit: de quibus tres pães emit. Audiuitq; uocé ſibi dicentẽ: q; ſi iordané trãſiret: ſalua eſſet. Iordané ergo trãſiuit: & in deſertũ acceſſit: & xlvii. annis ibidẽ manens: nec hominé: nec quodcũq; aĩal uidit. Tres aũt panes quos ſecũ tulerat: ad iſtar lapidis ĩdurauerũt: &. xvii. ãnis ei ad cibũ ſuffecerũt: ueſtimentis aũt eius putrefactis nuda remãſit: eſtu pariterq; gelu cute ethiopis inſtar denigrata: capilli uero cani effecti cutis nigredinem operiebant. Annis auté

xvii. diuerſis tentationibus moleſtata: ipſas tandẽ dei gratia oẽs deuicit: & deinceps annis. xxx. celeſti lumine ſup eam diebus ſingulis radiante ſine cibo pmanſit. ¶ Eodẽ tpe abbas zozimas in cenobio ſcõrũ monachorũ iuxta iordanem morabat: q diuina iſpiratione cõmotus: eremũ illã ingreſſus eſt: ut ut aliquẽ ſeruum dei ibidẽ latitantẽ inueniret. Qui cũ iter. xx. dierũ pambulaſſet: uidit quãdã nudo nigroq; corpe perambulatẽ incendio ſolis exuſtã: canis comiſq; reſperſam: que uidens eũ fugã arripuit: & abbas poſt eã currere cepit. Tũc eum ex nomine uocãs: cur ſe pſequeretur iterrogat: & quia nuda erat palliũ ſuum ſibi tradi petiit: ut ſic opta eũ alloqui poſſit. Qui ſe nominari audiens ſtupefactus: palliũ ei proiecit: & in terra pſtratus ut ſe benediceret exorauit: illa uero ad eũ benedictioné ſpectare dicebat: eo q pſbyter erat. Cũ aũt nomen & officiũ ſuũ audiſſet: magis extimuit: & iſtãter ab ea benedictioné obtinuit. Cũq; ipſa extenſis manibus oraret: uidit ipſam menſura unius cubiti a terra in aere eleuatam. Et cogitare cepit: ne forte ſpũs eſſet: qui ſe orare ſic fingeret. Cui mox ſancta eius cogitationé apuit: & quia uere eſſet mulier & nõ ſpũs affirmauit. Et adiurante ſene cũ eo ſedit: & omnẽ uite ſue ordinẽ ut pmiſſum eſt enarrauit: rogãs ſenẽ ut ad monaſteriũ redeat: & poſt annũ die dominice cene ad iordanem ueniat: & corpus domini ſecũ ferat: pmittẽs q; tunc ad ipm locum ueniet: & de manu illius ſacramẽta dominica ſumet. ¶ Rediens igit abbas ad monaſteriũ reuoluto anno die cene domini tulit corpus dominicũ & uſq; ad iordanẽ pueniẽs ex alia parte fluminis mulierẽ ſtantẽ aſpexit: & cogitans qũo ad eum ſine nauicula pertrãſiret: ſubito uidit eã ſigno crucis edito ſup aquas ad ſe uenientẽ. Cũq; ſtupens ad pedes eius ſe pſtrare uellet: illa phibuit eo q; domini corpus ferret & ſacerdotii dignitate pemineret. Súptoq; ſacro abbatẽ rogauit ut ſequenti ad ſe anno ad eremũ redire uellet. Et ſup aquas itergz iordanis ambulãs rediit: & ſolitudinẽ petiit. Zozimas uero ad ſuũ monaſteriũ regreſſus dolere cepit q; eã de nomine ſuo interroga re nõ meminit. Sequenti uero anno ad locũ ubi eam prius uiderat uẽit: & ibidẽ eam defunctã reppit. Qui lachrymãs eãq; tãgere nõ audens timens ne forte ſibi diſpliceret: ad caput eius litteras in terra deſcriptas legit ita cõtinentes. Sepeli zozima marie corpuſculum redde terre puluerem ſuum: & ora pro me ad deũ: cuius pcepto die ſecũdo aprilis reliq hoc ſeculũ. Tũc ille pro certo cognouit & mox ut ſacramentũ domini accepit & ad deſertũ rediit uitã finiuit: & q; ſpatiũ itineris: diergz. xx. illa una hora pambulauit. Cũq; terrã quo foderet nõ haberet: leoni ad ſe uenienti mãſuetiſſime iuſſit effodere terrã. Qui iuſſa humiliter adipleuit: & ad deſertũ ut agnus acceſſit. Senex quoq; corpe hũato ad mõaſteriũ ſuũ glorificans deũ uenit. Quieuit in domino ſancta dei maria peccatrix. iiii. noñ. aprilis.

¶ De ſancta Theodoſia uirgine & martyre. Cap. XXV.

THeodoſia uirgo tpe diocletiani apud ceſaream paleſtine paſſa eſt anno etatis ſue. xviii. Que nobili eiuſdẽ ciuitatis exorta proſapia elegantis pulchritudinis exiſtẽs dum ad ſanctos martyres in carceribus detẽtos cõfugiſſet: ut eorũ ſe orationibus cõmendaret: facta eſt ei uox de celo: q; eam xps oleo athlete perungeret ad paſſiones tolerandas. Hec a preſide urbano cõprehẽſa: dũ xpm cõfiteret: nudata ad ſtipitẽ p capillos ſuſpẽdit: ſed nube ſuperueniente ptegit. Deinde ferro onuſta in carcerat: ſed diuintus a xpo domino liberat. Poſt hec ligato ad collũ eius ĩgenti ſaxo in mare pcipitat: ſed ab angelis ſoluta ad litus reducit. Subſequenter leopardis exponit a quibus oĩo intacta cuſtodit. Nouiſſime uero capite ceſa eſt: uiſaq; é ab aſtãtibus colũba auro ſplẽdidior de ore eius exire & celũ aſcẽdere. Cuius corpus a fidelibus ĩ eadẽ ciuitate cõditũ é. iiii. noñ aprilis.

¶ De ſancto Nicetio epiſcopo. Cap. XXVI.

NIcetius eps lugduneñ fuit. Cuius uita uirtutibus nõ mediocriter effulſit: & precioſa mors nihilominus miraculis cõmendatur. Qui & in chriſto quieuit. iiii. noñ aprilis in ipa urbe tumulatus. Hec in martylogio adonis.

¶ De ſanctis Agape & Chionia uirginibus & martyribus. Cap. XXVII.

AGapes: Chionia & hyrenes uirgines paſſe ſunt in urbe tpe diocletiani ſub comite ſiſinnio. He fuerunt ſorores: & ancille ſancte anaſtaſie: ut in eius paſſiõe dictũ eſt ſupra. viii. cal. ianuarii. Que cũ xpiane eẽnt & pfecti monitis obedire nollent: in cubiculo eas recluſit ubi coq; ne utẽſilia ſeruabant. Et cũ in eas amoré exardeſceret: eo q; pulcherrime eſſent: ad eas nocte itrauit ut ſuam libidiné exerceret. Sed in amẽtiã uerſus putans ſe tractare uirgines: carbones patellas caldarias & ſimilia amplexãs oſculabat. & ex hoc ſatiatus & deformis ad modũ exiẽs a ſeruis putat in demonium uerſus: & uerberibus afficit. Cũq; ĩperatoré adiſſet ut de hoc cõ quereret ſuſpicãtibus cũctis: q; in furiã uerſus eẽt: uirgis pcutit facie cõſpuit luto & puluere in ipm piectis deterius fedat. Et quia oculi eis tenebant ne ſe talem ut erat aſpiceret: mirabat cur ſic oẽs eũ uituperoſe tractarẽt: uidebaturq; ſibi q; ipſe & oẽs alii albis ĩduti eſſent. Cũ aũt ſic ſe deformẽ ab aliis didiciſſet: putãs q; puelle magicis ſic eũ artibus ludificaſſent. Iuſſit eas corã ſe expoliari ut ſalté nudas aſpiceret: ueſtibus aũt eaz corporibus adherẽtibus: nullatenus ſpoliari poterũt. Ipſe uero adeo dormitauit q; a pulſantibus excitari nequibat. Hec audiẽs diocletianus uirgines tradidit ſiſinnio cõiti puniendas. Qui primo hyrené audiã uti magis iuuẽculã carcerauit. Agapé uero & chioniã ignibus ĩmiſit. Stãtq; uirgines orãtes ſpiritũ emiſerũt. Corpa uero illaz & ueſtimẽta ac capilli oĩno ĩtacta ab igne mãſerunt. Quaz corpora anaſtaſia eaz ſecundũ ſeculum domina ſepeliuit. iiii. noñ aprilis.

¶ De ſancto Euagrio pſbytero. Cap. XXVIII.

EVagrius preſbyter duoz macariorũ diſcipulus fuit. Hic a gregorio nazanzeno diaconus ordinatus: & cũ eo in egyptum deſcẽdẽs: uiros monaſticos iſpiciens relicto ſeculo uitã illoz eſt imitatus. Qui dũ ad ſacerdotium eſſet: & pulcherrimus corpe in urbe reſideret a ſenatore ppter uxoris zelotypiã nouit ſibi mortẽ parari: eo q; eidẽ familiariſſimus eſſet. Sed diuina monitus uiſione eremum petens duorum macariorũ ſucceſſiue diſcipulus factus eſt. De hoc heraclides rettulit q; xiiii. annis in abſtinentia uixit: panis & olei modicũ ſumens. Qui dum de carnis concupiſcentia tentare-

tur:tota nocte in puteo ſtabat tempore hyemali: ut carnes gelu conſtringerentur. Aliquando etiam ſpiritu blaphemie tactus. xl. diebus ſine tecto permanſit. A demonibus etiã pluries uerberatus eſt. ¶ Die quadam tres maligni ſpiritus in ſpecie clericoꝝ eidẽ aſtiterunt contra fidẽ catholicã diſputantes: quoꝝ unus ſe arrianũ: ſecundus eunomianũ: tertius apollinariũ ſe dixit. quos oẽs ipſe dei ſapientia ſuperauit. ¶ Cũ eccleſie claues deperiſſent: ipſe hoſtii partẽ illam quam claues itroibant ſignauit ſtatimq; fores apuit. Cuidã etiam diſcipulo oĩa que ſibi p annos. xviii. euenerunt: ante illud tempus ſibi futura predixit. Per annos. xvi. neq; carnes: neq; coctum: neq; pomum: neq; quicq̃ uiride comedit: nec balneo uſus fuit. Et cum anno. xvi. ꝓpter ſtomachi paſſionẽ ſibi neceſſitas eſſet coctum comedendi: panem non tetigit: ſed olera uel lenticlã biennio deguſtauit. Artes quoq; & fallacias demonũ & ſpirituum differentias ſubtiliter nouit. Appropinquans neci: ſed tantũ per duos annos antea ſe a carnali impugnatione liberatum fuiſſe dixit. Etateq; longeuus ſub imperatore ualente e ſeculo migrauit. iii. nonã aprilis. Huius diſcipulus palladius fuit. ¶ Hic ſanctus diuina & humana litteratura clarus aduerſus octo principalium uitioꝝ ſuggeſtiones: quas aut primus aduertit: aut inter primos didicit octo ex ſacraꝝ litteraꝝ teſtimoniis libros oppoſuit. Ita ut unaquaq; ſuggeſtio contra ſe habeat teſtimonium: quem librũ ex greco in latinum uertiſſe ſe tradit gẽnadius. Scripſit & anachoritis ſimpliciter uiuentibus libꝝ centũ ſniaꝝ per capitula digeſtũ. Eruditis uero & ſtudioſis quinquaginta quẽ etiã de greco idem gẽnadius tranſtulit in latinũ. Superiorem uero iam dudũ tranſlatũ correxit. Scripſit & cenobitis ſinai mõtis doctrinã uite cõis. Virgini deo ſacrate libellũ edidit religioni ſue conuenientem ac ſexui. Paucas etiam ſententiolas obſcuras ualde: & ſolis monachorum cordibus cognoſcibiles oſtendit. Quas etiam gẽnadius ex grecis latinas fecit. Scripſit & alios duos libros ualde perutiles: Quoꝝ unus de actuali uita mõachis ĩtitulatur. Alter uero cognitionalis. hec gẽnadius de uiris illuſtribus.

¶ De ſancto Euagrio eẽpo. Cap. XXIX.

EVagrius p̃ſbyter alexandrinus & poſtmodũ antiochenus eẽps uir acris & p̃ſtantis ingenii & diſcipulus athanaſii alexandrini eẽpi fuit. A quo & preſbyter ordinatus eſt. Hic uitam beati antonii ab eodem athanaſio in greco ſcriptam in latinũ conuertit ſermonem. Dum adhuc preſbyter eſſet diuerſorum tractatus beato miſit hieronymo: ut ipſe libro de uiris illuſtribus tradit. Qui etiam ſanctitate inſignis antiochie quieſcit.

¶ De ſancto Iſidoro epiſcopo & confeſſore. Cap. XXX.

ISidorus eẽps hiſpaleñ: que ciuitas eſt hiſpanie ex eiſdem hiſpaniis oriundus tpe heraclii impatoris ſanctitate claruit & doctrina: ut ait ſigibertus: Qui multa uoluminã eccleſie dei utilia cõdidit: uidelicet Soliloquioꝝ libros duos. Sententiaꝝ libros quattuor. Synonymoꝝ libros uiginti. Etymologiarum libros uiginti de officiis libros duos. Contra iudeos ad ſororẽ florentianã libros duos. De ſignificatione noui & ueteris teſtamẽti ad oroſiũ libros duos. Allegoriaꝝ in quinq; libros moyſi libros quinq;. In ioſue unum. In librum iudicũ unum. In libros regnũ librum unum. De corpore & ſanguine domini librũ unum. & plura alia. De originе officiorum libros duos. Item librũ differẽtiarum. Item de uita & obitu ſanctoꝝ qui dominum preceſſerunt. Item de natura reꝝ. Item librum artium. Itẽ librum de ſummo bono. Item extat & liber decretorum apoſtolicorum romanoꝝ pontificum canonũq; conciliorꝝ: que per ſucceſſiones temporum diuerſis locis per orbem a catholicis epiſcopis celebrata ſunt: que omnia grandi & inſigni uolumine cõpinxit. Ex quo cõſtat hiuonis prepoſiti beluacenſi & gratiani decreta ut plurimum fuiſſe decerpta: ut dicit uincentius. Quieuit hiſpali uita & doctrina prefulgidus pridie nonã aprilis: ibiq; iacet humatus.

¶ De ſancto Ambroſio confeſſore. Cap. XXXI.

AMbroſius diaconus martionis primũ labe infectus poſtmodum ab origene correptus chriſtiane fidei confeſſor euaſit. Et in eruditione uerbi dei ſtudium feruens adhibuit: atq; confeſſionis dominice gloria inſignis fuit huius ſolerti ſtudio & flagranti induſtria ui precũ & obſecrationum coactus origenes infinita ferme dictauit uolumina. Notarios nempe ſcriptores & ſcriptores puellas ſcribendi peritia apprime eruditas exhibuit: & ſumptui neceſſaria affati miniſtrauit. Ipſum etiam elegantis ingenii fuiſſe: epiſtole ipſius ad origenẽ date indices ſunt. Obiit ante mortem origenis: ut dicit hieronymus libro de illuſtribus: & de hoc euſebius. vi. eccle. hiſtorie mentionem facit. Quieuit autem in domino pridie nonã aprilis.

¶ De ſcã Hyrene uirgine & marty. Cap. XXXII.

HYrenes uirgo & martyr ſoror ſanctaꝝ agapis & chionie de qbus ſupius dictũ eſt. iii. nonã aprilis. Poſtq̃ p̃dicte ſorores ſue a comite ſiſinnio martyrizate fuerũt: cũ eſſet ceteris iunior die tertio de carcere educit: in quo recluſa detinebat. Quã comes nudatam iuſſit ad lupanar duci: ut oĩbus ꝓſtitueretur. Cũ aũt ducerẽt: apparuerunt miniſtris duo angeli duoꝝ militum quos illi cognoſcebant facies p̃tendentes: mãdantes ſatelliti/bus ex parte comitis: ut hyrenẽ ad lupanar nõ iferrẽt: ſed eã ad talis montis cacumẽ deducerent. Quod dũ illi pfeciſſent: & hec comes q nihil de hoc illis madauerat didiciſſet: iratus iſta magie deputans ad mõtẽ illũ aſcendit. Et tota die gyrans ſupciliũ & hyrenẽ quidẽ aſpiciens: ſed ad eã ptingere non ualens: arcũ tetendit & ſagitta directa ipſam in corde percuſſit. Cuius etiã corpus iuxta ſorores ſuas anaſtaſia ſepeliuit nonã apri.

¶ De ſancto Sixto primo papa & martyre. Cap. XXXIII.

SIxtus papa huius nominis primus natiõe romanus ex patre paſtore de regiõe uia latina: alexandro primo pape in epiſcopatu ſucceſſit: & ſedit annos. x. menſes. iiii. dies. xxi. Hic cõſtituit ut prefatione cõpleta chorus hymnũ angelicum decãtaret. ſ. ſanctus ſanctus ſanctus dominus deus ſabaoth &c. q; myſteria ſacra non tangerẽt niſi a miniſtris altaris. Conſtituit etiam ut corporale non fieret ex ſyrico nec panno tincto ſed de puriſſimo lino contexto: quia corpus dominicũ in ſindone alba & munda ſuolutum fuit. Et ut mulier ua-

ſa ſacrata altaris nec pallas auderet contingere. Inſuper cõſtituit ut quiſquis epiſcoporum ad ſedem apoſtolicam uocatus eſſet: rediens ad eccleſiam ſuam niſi cum litteris papalibus non ſuſciperetur. Qui etiã ſub hadriano imperatore martyrio coronatur foras muros urbis uia que apia nũcupat. viii. idus aprilis. Et ceſſauit epiſcopatus dies duos. Et ſepultus eſt prope altare beati petri in ſepulchro in quo requieſcunt linus: cletus: anacletus & euariſtus. Et licet ſic tantorũ martyrũ altare tamẽ ſolius ſixti nũcupatur. Hic enim ſeuiente ubiq; perſecutione xp̃ianis in gallia poſcẽtibus ut aliquem uirum dirigeret: qui pene iã fidei lucernã extinctam accenderet: miſit peregrinum epiſcopũ romanũ pluribus ei aſſociatis: qui multis ibidem cõuerſis martyrio coronatus eſt: ut dicetur in eius paſſiõe. xvii. calen iunii.

¶ De ſcõ Theodoro ep̃o ancyrañ. Cap. XXXIIII.

THeodorus ancyranus ep̃us galatie fuit: uir clare ſapiẽtie & ſanctitatis inſignis. Hic aduerſus neſtoriũ redargutiõis & cõfutationis edidit librum ueritatis catholice protectorẽ: arte dialectica ordinatũ: multis utens aſſertionibus anteq; ſcripturarum poneret teſtimoniũ. Quieuit autem in domino. viii. idus aprilis: ut ait gennadius libro de illuſtribus.

¶ De ſcõ theodoro p̃ſbytero & cõfeſſ. Cap. XXXV.

THeodorus anthiochene eccleſie preſbyter uir morũ honeſtate cõſpicuus ſcientia clarus: & lingua diſertus: aduerſus apollinariſtas & anomeos. xv. de incarnatione domini compoſuit libros. Claruit quoq; theodoſii primi imperatoris temporibus. Hec gẽnadius ubi ſupra.

¶ De ſancto Egeſippo cõfeſſor. Cap. XXXVI.

EGeſippus gẽte iudeus: ſed ad chriſti fidem conuerſus uir ſanctiſſimus: ſub hadriano & antonio principibus floruit: uicinuſq; apoſtolorũ temporibus fuit. Qui traditionẽ apoſtolice predicationis: & omniũ eccleſiaſticorũ actuũ a paſſione domini uſq; ad ſuam etatẽ texuit hiſtorias: ut quorũ uitam ſectabatur dicendi quoq; exprimeret characterem: multaq; ad utilitatem credentium hinc inde cõgregans. v. libros compoſuit. Iudaicam etiam hiſtoriam a mathathia ſumens exordium uſq; ad belli iudaici ſub ueſpeſiano & tito initi finem: eleganti ſermone digeſſit. Aduerſum idola diſputans quo primo errore creuiſſent hiſtoriam edidit: commentariorũ librum compoſuit. Aſſerit ſe ueniſſe ſub aniceto romam: & uſq; ad eleutherium perſeueraſſe: qui dicti aniceti fuerat diaconus: ubi & diẽ uite clauſit extremum. vii. idus aprilis. Hec hieronymus libro de illuſtribus.

¶ De ſcõ Dionyſio ep̃o corinthioꝝ. Cap. XXXVII.

DIonyſius epiſcopus corinthiorum temporibus marciantoni & lucii aurelii commodi imperatorum floruit. Cuius eruditione & gratia quam habuit in uerbo Dei: multi fruuntur uſq; hodie. Multas enim texuit epiſtolas chriſtiane fidei rudimenta continentes. Huius enim doctrina non ſolum proficiebat populis quos regendos ſuſceperat: ſed etiam procul poſitis: quibus per ſuas epiſtolas ſe preſentem reddebat. Extant nempe eius ad lacedemones ſcripta. Item ad athenienſẽ. Itẽ ad nicomedenſẽ. Item ad cortineñ: & ceteras crete eccleſias. Scribit etiã eccleſie aſmadrine ceteriſq; ponti eccleſiis. Item ad gnoſites & phinitũ eorum epiſcopum. Ad ſotherum etiam romanũ epiſcopum direxit epiſtolam. Scripſit & ad chryſophoram ſcãm feminam unam. Dormit corinthi quieſcẽs in pace. vi. idus aprilis. Hec hieronymus ubi ſupra.

¶ De ſcõ Perpetuo epiſcopo. Cap. XXXVIII.

PErpetuus ep̃s turonenſ admirande ſanctitatis uir extitit. Cuius opere templũ ſuper corpus ſancti Martini ep̃i perfectum eſt. Eiuſq; ſacra membra de loco ubi fuerant primitus tumulata ad locum ubi nunc uenerant̃ con digne tranſlata ſunt. Huius depoſitionis dies recolitur. vi. idus aprilis: ut in martylogio ſcribitur uſuardi & adonis.

¶ De ſcõ Procoro diacono & martyre. Ca. XXXIX.

PRocorus diacõus & martyr de. vii. primis qui ab apoſtolis electi ſunt: ut dicitur act. vi. uir fide & miraculis p̃clariſſimus apud antiochiam paſſus ẽ: ut dicit hieronymus in martylogio. Hic ut ipſemet de ſe ſcripſit nepos fuit ſancti ſtephani ꝓtomartyris & comes ioannis euangeliſte cũ ad predicandum miſſus fuiſſet in aſiam: cũ quo multo tempore manens factus eſt epiſcopus nicomedie bithynie: ubi poſt multorum cõuerſionem ab eodem apoſtolo miſſus eſt antiochiam ad predicãdũ: ubi martyrio coronatus uitam finiuit. v. idus aprilis: ibiq; in pace quieſcit.

¶ De ſanctis ſeptẽ uirginibus & martyribus. Ca. XL.

SEptem uirgines & martyres ſacratiſſime apud ſirinium ciuitatem martyrium paſſi ſunt. Que dato ſimul precio ſanguinis uitam mercate ſunt eternam. v. idus aprilis: ut ſcribit ado.

¶ De ſancto Ezechiele propheta. Cap. XLI.

EZechiel propheta terrius ex quattuor maioribus qui eccleſiaſtici. xlviiii. capitu. inter ſanctos priſci temporis expreſſe commemoratur: fuit oriundus de terra ciſore filius buzi: ſacerdos & ipſe ſicut hieremias de genere ſacerdotum. Hic in babylonem ductus eſt cũ ioachim rege iuda & mardocheo a nabuchodonoſor rege poſt q̃ daniel & ſocii eius tres pueri iam tranſlati fuerant. Habitauitq; Ezechiel iuxta fluuium chobar. qui in anno. xxx. etatis ſue in quinto anno tranſmigrationis ioachim in quarto mẽſe in quinta die exorſus eſt prophetare ad concaptiuos. ¶ Eodem autem tempore prophetauit quo & hieremias: licet hic poſterior: & ille in iudea: hic in chaldea. Cauſa autem eius prophe-

tie fuit hec: legerant enim iudei in epiſtola hieremie ſibi directa duraturam captiuitatem. lxx. ánis. Et ideo flebant exilii prolõgationem. Preterea murmurabãt aduerſus dominũ: ꝙ frauduléter eos de terra ſua eie/ ciſſet. Dixerat enim ꝑ os hieremie prophete remanen tes hieruſalẽ pituros: eis uero q ſe traderẽt ſeruo ſuo nabuchodonoſor bona pollicebaꝫ. Nũc in cõtrarium res relapſa erat. Florebant enim q remanſerant: & ipſi iugo ſeruitutis premebanꝫ. Erãt quoq; inter eos: qui dicerẽt: qa dũ ſeruierãt militie celi bonis oĩbus abun/ dabant: ex quo ceſſauerant pierant gladio fame & pe ſte. Adhuc ꝓphetauit ezechiel euerſionẽ urbi hieru/ ſalẽ & tẽplo domini incendium iminere: & eos qui re mãſerant in urbe fame perituros & extra urbem gla dio: eos auté qui uiui traherenꝫ grauem paſſuros ſer/ uituté: ipſos auté in pace quaſi libera ſeruitute mãſu/ ros. Vt aũt auctoritaté ꝓberet ezechieli: dominus ꝑ/ oſtẽdit ei quaſdã uiſiones ſimilitudines. ſ. hoĩs: leonis uituli: & aquile. Non ſolũ ad ꝑſignandũ euãgeliſtas: ſed ut oſtenderet deum iſrael dominũ eſſe totius crea ture per hec digniora omne animal creatũ intelligẽs. Homo enim ꝑeſt ceteris animantibus: aquila rex eſt auiũ: leo ferarũ: bos iumentorũ. Sub aĩalibus uero ui dit rotam in medio rote: ut oſtenderet circũuolutio/ nem omniũ elementorũ in domini eſſe poteſtate. Et ſup hoc uidit firmamentũ coloris ſaphirini: & ſup fir mamentũ erat ſimilitudo throni: & ſuper thronum quaſi aſpectus hoĩs &c. que in eius ꝓphetia lõga nar/ ratione & ſubtili uiſione texunꝫ. ¶ Poſtq̃ auté hieru/ ſalẽ deſtructa eſt & templum conbuſtũ: & iudei in ca ptiuitaté babylonis cũ ſedechia rege tranſlati: nũcius uenit ad ezechielẽ in babylonẽ: qui hec ei narrauit de quo nuncio uenturo ipſe ꝑdixerat ueſpere ꝓcedẽti. Et tunc iudeis lamẽtantibus q ſpes eorũ periſſet: & q oĩ no nunq̃ reſurgerẽt: prophetauit eis: q dominus eos tolleret de oĩbus gẽtibus & cõgregaret de terris: & re duceret ad terrã ſuã. Et ꝓterea in conſolationẽ gentis ſue ꝑdixit eis calamitates futuras circunſtantiũ natio nũ que eis aduerſate fuerant. i. filiorum amon: moab: edom: philiſtinorum: tyri: ſidonis: egypti: & ethiopie. ¶ Iſte ꝓpheta ſignum dedit populo in fluuio chobar ut quãdo deficeret: ſubſtinerẽt deſolationẽ terre ſue. Tũcq; ſperarẽt ad hieruſalẽ quando inũdaret. Cũ aũt cõueniret plurima multitudo captiuoꝝ ad fluuium chobar: & chaldei rebellionẽ timerẽt irruerũt ſup eos Ipſe uero ꝓpheta ꝓcibus ſuis ſiſtens aquas flumis ſup aquas ambulãs cũ oĩ multitudine ad alterã ripã ſe re/ cepit. Et quotquot eũ ꝑſumpſerũt ſequi ſubmerſi ſũt Et per oſonem ſubito largã piſciũ copiã eſurienti po/ pulo ꝑſtitit ad ueſcendum. Sepe quoq; multis deficiẽ tibus uitã reſtituit. ¶ Poſtea uero in chaldea conſtitu tus inter cõcaptiuos legis trãſgreſſores iudicauit: & ꝓ cipue quoſdã de tribu dan & gad q in deũ cõmitterẽt impia: legis pſequẽdo cuſtodes & fecit: ut dicit epipha nius cõtra eos ꝓdigiũ magnũ: qa filii eoꝝ & uniuerſa pecora a ſerpentibus pierunt. Et ꝑdixit: q tribus ille nõ reuerterenꝫ ad ꝓpria: ſed in medie regiõibus rema nerent. Ob hoc exacerbati diſtraxerũt eũ equis ꝑ crepi dines ſaxorũ: & excerebrauerunt eũ. Sepelieruntq; eũ in ſepulchro ſem & arphaſath in ſpelũca duplici. iiii. idus aprilis. Hec hieronymus & ioſephus & ex hiſto/ ria ſchola ſtica atq; ex chronica gulielmi.

¶ De ſcis pluribus martyribus. Cap. XLII.

MArtyres plurimi fuerunt illi: qui cũ ſancto alexandre papa in eodẽ carcere tenebantur incluſi ſub cuſtodia quirini tribũi: de quo ſupra actũ eſt. iii. calẽ. aprilis. Qui cũ uidiſ/ ſent qualiter ſanctus alexander papa quirini filiã a gib bo ſanaſſet: & uerba eius predicationis audiſſent: oẽs ad Xp̃m cõuerſi ſunt: & a ſanctis preſbyteris euentio & theodolo baptizati: & ab eodẽ pontifice cõfirmati Et cũ quirinus eis carceré aperuiſſet: ut abirẽt ſoluti, noluerũt abire: martyrii gloriã expectãtes. Poſtq̃ auté: aurelianus princeps qrinũ tribunũ martyrizari fecit: & hos oẽs xp̃ianos effectos cognouit: uetuſte naui im poſitos in altũ mare deduci iuſſit: & illic ligatis ad col la lapidibus in profundum demergi. Qui paſſi ſunt, iiii. idus aprilis.

¶ De ſancto Apollonio preſbytero & martyre & ſo/ ciis martyribus. Cap. XLIII.

APollonius p̃ſbyter & martyr ut ait hiero/ nymus in uitis patrũ dũ uitã magnificã ſci tatis iter monachos egiſſet: & ſacerdos or dinatus eſſet: perſecutionis tempore chri/ ſtianos circuiens hortabatur. Qui tentus apaganis & in carcerem miſſus a quodam philemõe cuſto de ma ximis conuitiis exprobrabaꝫ. Quem tandem apollo nius exẽplo ſue mirabilis patiẽtie ad Xp̃m conuertit. Dũ auté philemõ corã populo & iudice ſe xp̃ianũ eſſe clamaret: multis ab eo tormẽtis exaĩatus eſt. Cũ uero deceptoré huius apolloniũ didiciſſet: ip̃m corã ſe du/ ctũ una cũ philemõe ignibus tradi iubet. Sed flãma il los in modũ clibani circũdãte nubes rorida de celo ue niens ignẽ extinxit: & uterq; oĩno illeſus exiuit. Quo miraculo iudex cũ multis de populo crediderũt. Hoc aũt dũ alexandrie p̃fectus audiſſet apolloniũ & phile/ monẽ ac oẽs xp̃ianos effectos in ꝓfundo maris demer gi fecit: qđ ſcis illis baptiſmũ fidei reportauit. Qui paſ ſi ſunt. iiii. idus aprilis. Quorũ oĩum corpora ab un/ dis ad littus deiecta a xp̃ianis alexãdrie digno ſunt ho nore tumulata: ubi multis miraculis clarent.

¶ De ſcõ Philippo epõ creteñ. Cap. XLIIII.

PHilippus eps̃ creteñ urbis cortine. Cuius meminit dionyſius ĩ epiſtola ſua: quã ſcri pſit ad eccleſiã ip̃ius ciuitatis: iſigné aduer ſus martionẽ edidit librũ: magniſq; uirtu tibus & optimis ſtudiis p̃ditus fuit. Floruit quoq; tpi bus antonini ueri: & lucii aurelii ip̃atoꝝ. Qui uita & doctrina clarẽs ĩ ip̃a ciuitate: qeuit ĩ xp̃o. iii. idus apri.

¶ De ſcõ Euſtorgio epõ. Cap. XLV.

EVſtorgius eps̃ natiõe grecus ab ip̃atore cõ ſtãtinopolitano legatus ad mediolanẽſes miſſus é. Qui tãtũ gratus extitit ciuibus: ut ip̃o ĩde redeũte: cũ ſedes uacaſſet ip̃m ar chiepiſcopũ eligerẽt. Sed ille ĩ cõſulto p̃rincipe electiõi noluit cõſentire. Sicq; cõſtantinopoli rediit & ip̃atori qđ factũ fuerat nũciauit. Impator uero gratiſſimũ ha buit eũq; cõſecrãdũ mediolanũ remiſit. Inſup triũ ma goꝝ corpa ĩ arca maxĩa ſepulta: dudũ de pſide cõſtãti nopoli adducta euſtorgio ꝓ mũere cõceſſit q ſcũs ĩ na ui uſq; ad portũ detulit. Cũ ãt arcã cũ corpibus currui ip̃oſuiſſet: & iũctis pluribus ꝓbus boũ ea trahere nõ poſſent: diuina reuelatione due ſole iuuence pauper/ cule mulieris úeuote plauſtro appoſite leuiſſime cur

rum trahebant, quarum unam in itinere lupus occidit. Moxq; ſanctus epiſcopus lupo mandauit: ut uicẽ iuuence mediolanum uſq; ſuppleret. Statimq; lupus oĩ depoſita feritate manſuetus uehiculo ſe exhibuit & iũctus una cũ alia iuuẽca mediolanũ currũ ptraxit ubi ſcõrũ magoꝝ corpora tumulata qeuerũt uſq; ad tps federici ĩperatoris cognomine barbaroſſa. Quo tẽpore mediolano euerſo arca dimiſſa ſcõrũ corpora coloniã trãſlata ſunt: Scũs aũt euſtorgius in pontificẽ cõſecratus poſt laudabilia ſanctitatis opa in domino quieuit mediolani ſepultus. iii. idus aprilis.

¶ De ſcõ Iulio papa & confeſſore. Cap. XLVI.

IVlius papa natiõe romanus ex patre ruſtico marco ſecũdo romano põtifici in epatu ſucceſſit: & ſedit annos. xi. mẽſes. ii. dies. viii. Hic conſtituit ut nullus clericus ad cãm in publico ducat niſi in eccleſia. Huius precepto orientalis epi thronos ſuſcipere: & conſtituit ut omnia monumenta chartaꝝ eccleſiaſticaꝝ rerum p romane eccleſie fierent primiſcriniũ. Cuius tẽpore celebrata ẽ prima ſynodus nicena. cccxviii. epiſcoposꝝ in qua dãnata eſt hereſis arrii q aſſerebat filiũ minorem patre. Hoc enĩ factũ eſt adhuc uiuente cõſtantino auguſto. Quo humanis exẽpto iulius papa exiliũ. x. annoꝝ & tribulationes multas ppeſſus eſt a conſtantio auguſto heretico. Tãdẽ poſt mortẽ eius ad ſedẽ beati petri cũ gloria reuerſus eſt: fecitq; duas baſilicas unã in foro aliam ſancti ualentini uia flaminia. Quieuit in pace pridie idus aprilis. & ſepultus eſt in cemiterio calopodii miliario. iii. ab urbe. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xv. ¶ Hic unam de incarnatione domini ad Dionyſium ſcripſit epiſtolam.

¶ De ſancto Zenone abbate. Cap. XLVII.

ZEno monachus ſiluani abbati diſcipulus fuit. De quo refert heraclides inter cetera eius uirtutis & conſtantie inſignia: q; in ardentiſſimi ſolis egyptia regione ſtetit in caumate. v. diebus ſe deſiccans in ſole: ut ex hoc probaret utrum tormenta tolerare poſſet. Et poſt mire penitentie opera migrauit in xp̃o pridie idus aprilis.

¶ De ſcõ Herminigildo rege & mr̃e. Cap. XLVIII.

HErminigildus rex & martyr anno. vi. tiberii ſecũdi ĩperatoris uidelicet anno gratie. ccccccc v. martyriũ paſſus eſt. qui leuuigildi regis uiſigothorũ filius ſigiberti regis filiam duxit uxorem. Ad cuius ſuggeſtionem audita predicatione ſancti leandri hiſpalei epi ab arriana hereſi ad cathalicam fidem cõuerſus ac more catholico baptizatus eſt. Quem pater arrianus ut ad ſuam hereſim rediret: & premiis ſuaderet & minis terrere conatus eſt. Cũq; ille in ueritate fidei catholice conſtanter pſiſteret: primo quidẽ eũ pater regno priuauit rebuſq; oĩbus ſpoliauit. Deĩde collo mãibuſq; ferro uinctũ in arta cuſtodia mancipauit. Qui oĩa pro chriſti amore contẽnebat. Superueniente uero feſtiuitate paſchali miſit ad eum noctu pfidus pater ep̃m arrianũ: ut de mãu eius ſacrilegã cõionẽ acciperet. Quod uir domini nõ ſolũ facere renuit: ſed etiã arriano epo durius exprobrauit. Ob hoc pr̃ indignatus miſſis apparitoribus ip̃m in eodẽ carcere ſecuri ĩ capite eius cõfixa excerebrari fecit: ſic regnũ celeſte rex & mr̃ ĩtrauit. Ad cuius corpis tũbã nocturno tpe pſalmodie cãtus audiebant: & lãpades accenſe a pluribus uidebant. Patrẽ uero poſt filii occiſionẽ mortis eius pẽituit: & ad fidẽ catholicã deueniſſet: ſi gẽtis ſue furorẽ nõ formidaſſet: moriẽs tamẽ recharedũ filiũ ſuũ regẽ futuꝝ ſcõ leandro pdicto epo cõmẽdauit: q fratrẽ martyrẽ nõ patrẽ pfidũ ſecutus ab arriana peſte cõuerſus: ab eodẽ epo baptizatus eſt: totãq; uiſigothoꝝ gẽtẽ ad uerã pduxit fidẽ. Paſſus eſt aũt ſcũs herminigildus idibus aprilis.

¶ De ſcis Carpo epo & ſociis mr̃ibus. Cap. XLIX.

CArpus eps: papyrius diaconus: & agathonica optima femina apud pgamũ aſie urbẽ exẽplo martyris pionii martyriũ paſſi ſunt tpe antonini ueri & aurelii cõmodi imperatoꝝ ut in. iiii. libro eccleſi. hiſtorie repit. Cũ q; bus & iuſtinus uir mirabilis qui iã ſecũdũ librũ p defenſiõe religiõs nr̃e ſcriptũ iudicibus obtulerat remunerationẽ lĩgue fidelis & erudite martyrii munus accepit: quodã philoſopho creſcẽte noĩe ei iſidiãte: quẽ ſepius diſputãdo cõfuderat: q paſſi ſũt idibus aprilis.

¶ De ſcõ Iuſtino martyre. Cap. L.

IVſtinus martyr de quo ſupra p̃xim o dictũ eſt bacchiade priſci filius ex urbe neapoli paleſtine philoſophie noſtre ſectator plurima ſcripſit uolumina p religiõe xp̃iana. Nã cõtra paganos uolumẽ inſigne ptulit: in quo de demonũ natura tractat. Scripſit & aliud xp̃iane fidei defenſionẽ cõtinẽs: quẽ marcoãtonio uero & fratri direxit. Antonio pio & filiis atq; ſenatui apologeticũ p religiõe xp̃iana cõſcripſit. Itẽ librũ de monarchia dei. Dialogũ cõtra iudeos & triphonẽ eoꝝ prici pẽ doctorẽ illuſtrẽ. Itẽ cõtra martionẽ hereticum inſignia duo cudit uolumina. Itẽ cõtra oẽs hoſtes. Extat & aliud eiuſdẽ: qd̃ dr̃ cõfutatio. Itẽ aliud qd̃ intitulat pſaltis. Itẽ de aĩa in quo diuerſas qõnes ĩſeruit. Hic a creſcẽte quodã xp̃iani noĩs blaſphemo delatus: q; xp̃i fidei eẽt ſectator in pgamo aſie ciuitate martyrii palmã adeptus ẽ idibus aprilis. Hũc putãt aliq trogi fuiſſe abbreuiatorẽ. hec Hierony. lib. de uiris illuſtribus.

¶ De ſcis Tyburtio & Valeriano & Maximo martyribus. Cap. LI.

TYburtius & ualerianus & maximus martyres paſſi ſunt rome ſub almachio urbis pfecto. Cũ enĩ beata cecilia ualerianũ ſpõſum ſuũ & tyburtiũ eius fratrẽ cõuertiſſet ad xp̃m: ut in eius paſſiõe dicet infra. x. cal. decẽbr̃. Tyburtius & ualerian⁹ elemoſinis iſiſtebat & corpa martyꝝ ſepulture tradebãt. Quos almachius tẽtos ſibiq; pſentatos ĩterrogabat cur facultates ſuas uilibus pſonis exhibebãt: & p ſuis ſceleribus dãnatos ſepeliebãt.

Cui cū tyburtius reſpōderet: q optabāt illoꝝ ſeruos fieri: quos ille dānatos appellabat. Et multa alia ḋ gloria future uite dixiſſet: tyburtiū amoueri fecit: & ualerianū applicās ad ſacrificia deoꝝ ſuitauit. Ille uero ſe uni deo ſacrificaꝝ dicebat: cuius nomē exprimeꝝ nēo poterat. Iouē uero adulteꝝ & hōicidā aſſerebat: quē almachius fuſtigari iuſſit: deinde cōtra eos ſniam tulit: ut ad pagū iouis adducti: ſi ſacrificaꝝ cōtēnerēt: capite cederēt: tradēs eos maxīo corniculario ut ſniam exeq̄ret. Qui cū eos duceret: q̄ſi illis cōpatiens lamētabaꝝ: cur ambo germani uitā conténentes ad mortē q̄ſi ad epulas feſtinarēt. Tyburtius ergo & ualerianus ceperūt ei future uite penas & gloriā reſerare: pmittētes maxīo: q ſi ſe purificari pmitteret: in hora decollationis cerneret cū q̄ta gloria eoꝝ aīe uitā futurā ſuſciperēt. Maxīus ergo a carnificibus obtinuit: ut ſcī martyres ad domū ipſius in cuſtodia ducerēt & in craſtinū decolládi ſeruarēt: ubi tyburtius & ualerianus adducti maximū in fide erudierūt: & mittētes p urbāo papa & p cecilia īpm baptizari fecerūt. Totāq; nocte in fidei ſermōibus deduxerūt. Factoq; mane ſcī martyres a cecilia cōfortati extra urbē ad iouis pagū q̄rto ab urbe miliario deducūt & ſacrificare nolentes gladio feriūt. Tūc maxīus adiuratus dicebat: q uiderat angelos p ſole fulgētes aīaſq; ſcōrū de corporibus q̄ſi ſpōſas de thalamo egreſſas in gremio ſuſcipientes & ad celos cū gloria deferētes: que cū carnificibus narraſſet: plurimi crediderunt. Quod cū almachio nunciatum fuiſſet: iuſſit maximum cū omnibus qui crediderant in eodem loco tādiu plūbatis cedi quouſq; ſpiritum excuterēt. Quorum omnium corpora ſancta cecilia ſepeliuit. xviii. calendas maii.

¶ De ſancto Maximo epō. Cap. LII.

MAximus epūs conſtātinopotalitanus tpe gratiani īpatoris floruit: q uir inſignis p̄conii ſanctitatis & doctrīe. Inter cetera ipſius memorāda aduerſus arriū nobile uolumē p fide noſtra cōpoſuit: qd prefato prīcipi apud mediolanū obtulit: & clarus uirtutibus in domino quieuit. Hec hieronymus de uiris illuſtribus.

¶ De ſcīs Olympiade & Maxīo mīribus. Cap. LIII.

OLympias & maximus martyres paſſi ſūt ſub decio ceſare in cordula ciuitate perſarū. Qui cū tenuiſſet ſcōs regulos abdō & ſenen traditi ſunt eidē & iſti nobiles uiri pſaꝝ: eo q eēnt xp̄iani. Quos decius prīo ſine audiētia fuſtibus cedi iuſſit: Deīde cū eis diceret ut facultates ſuas p̄derēt: illiq; auꝝ & argentū eoꝝ xp̄m eē dixiſſent. Iteꝝ eos fuſtigari mādauit: donec uerberātes deficerēt. Et poſt hec xp̄m conſtātius cōfitētes plūbatis cedi fecit: & ſubſequēter in equuleo leuari: ac in lectis ferreis prunis ſubterſtratis extendi. Et cū hec oīa ſupaſſet tradidit eos uitellio aniſio uicario ſuo. Qui nō cōſentiētes ſacrificare diis paganoꝝ: quos demonia aſſerebāt: Iuſſit ſecuribus eoꝝ capita tādiu cōtundi: donec ſpiritū emiſerūt. Corpora uero ipſoꝝ canibus expoſita: quinq; diebus ab illis pmāſerunt īcta. Sed poſtmodū a q̄buſdā xp̄ianis de genere abdon & collecta ſunt: & in domo dictorum martyꝝ in ipſa ciuitate ſepulra. Qui paſſi ſunt. xvii. calen. maii.

¶ De ſanctis Marone eutycete & Victorino martyribus. Cap. LIIII.

MAro eutyces & uictorinus martyres ſcām uirginē flauiā domitillam neptē domitiāi auguſti: & ſpōſam aureliani filii conſulis una cū eius eunichis cubicularīis. ſ. nereo & archileo ī fide xp̄i iſtruxerūt: & ad baptiſmatis gratiā pduxerūt. Poſtq̄ ergo nereus & archileus a p̄dicto aureliano martyrizati fuerūt: ut in eoꝝ paſſione. iiii. idus maii dicet: maro eutyces & uictorinus apud eūdē aurelianū accuſati ſunt q maioꝝ cū eis familiaritate héret ipſa uirgo: q cū nereo & archileo habuiſſet eo q ipſam in xp̄m credere docuiſſent. Quapp impetrauit aurelianus ab īpatore: ut p̄dicti uiri ducerent ad exiliū in īſulā pontianā: ubi cū dudū fuiſſent cum beata flauia domitilla. Inde poſtmodū educti: aureliano comiti in ſeruituté traditi ſunt. Quos ille uti ſeruos p ſua p̄dia diuiſit ut terrā colerent. Eutycetē qdē miliario ab urbe. xvi. uia numētana: uictorinū. lx. uia ſalaria: & maronē. xxx. cadē uia. Ex qbus eutyces filiā cōductoris ſui uexatā ab īmūdo ſpū liberauit: uictorinus loci uicedominū paliticū ſanauit: maro curatorē ciuitatis ſeptēpedis ab hydropiſi eripuit. Que dū aurelianus audiſſet miſſis famulis eutycetē in media uia uſq; ad mortē cedi fecit: ubi & a xp̄ianis ſepultus ē uictorinus aūt ipſius domini ſui mādato apud cecilias ubi ſulphuree aq̄ emanāt: capite deorſum in eiſdē aqs triduo ſuſpēſus expirauit. In amiternina ciuitate ſepultus: maro uero cū ſaxū grāde qd uix ſeptuagīta hoīes pēſare potuerūt: in numeris faciliter q̄ſi paleas deportaſſet ad duo miliaria: ibidē capite ceſus ē. Et in eodē ſaxo corpus ipſius a fidelibus q uiſo miraculo crediderāt recōditū ē. Hoꝝ paſſio. xvii. cal. maii celebraē.

¶ De ſcīs calixto & cariſio & ſociis mar. Cap. LV.

CAlixtus & cariſius & alii ſeptē cōſocii eorū apud ciuitatē corinthū martyriū paſſi ſunt. Qui oēs p cōfeſſione noīs xp̄iani in pelago demerſi ppetuas triūphi palmas a domino percipere meruerūt. xvi. cal. maii. ut ait ado.

¶ De ſcīs decē & octo martyribus. Cap. LVI.

DEcē & octo martyres in ciuitate ceſar auguſtana martyriū paſſi ſunt. Quoꝝ noīa ſunt hec qntilianus: caſſianus: ſaturninus publius: urbāus: martialis: fauſtus: ſucceſſus: felix: ianuarius: primitiuus: euotus: cecilianus: optatus: fronto: lupertus: apodemus: iulius: Hi omnes ſub daciano hiſpaniarum preſide diuerſis affecti panis atq; interfecti ſunt. xvi. calen. maii.

¶ De ſcō Aniceto papa & martyre. Cap. LVII.

ANicetus papa & martyr natione ſyrus ex patre ioãne: pio romano põtifici in ẽpatu ſucceſſit: & ſedit ãnos. ix. meſes. iii. dies. iiii. Hic cõſtituit ut clericus nõ nutriat barbã nec comã: & habeat coronã ad modũ ſpirule: cõſtituit etiã q; eps nõ debeat cõſecrari niſi ad minus a tribus epis. Si aũt archiepiſcopus debeat cõſecrari oẽs p uinciales epi debeant adeſſe: ſicut oẽs tenent ei obedire. Itẽ ſtatuit: ut ſi aliqs eps haberet aliqd cõtra ſuum archiepm: nõ alio eſt deferẽdus niſi ad primatem uel ad ſedẽ apoſtolicã. Et ut nulli archiepi primates uocent: niſi illi q primatum tenent ciuitatũ: quas epos apoſtoli uel eorũ ſucceſſores regulariter patriarchas ſtatuerũt: ſed metropolitani uocent. Hic fecit ordinationes. v. per meſem decembrium: preſbyteros. xvii. diacones. iiii. epiſcopos per diuerſa loca. viiii. Qui tẽpore ſeueri & marci imperatorum martyrio coronatur. Et ſepultus eſt in cemiterio calixti uia apia. xv. calen. maii. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xv.

¶ De ſcõ Mapalico & ſociis mribus. Cap. LVIII.

MApalicus martyr cũ pluribus aliis paſſus ẽ apud aphricã ciuitatẽ tagaſtẽſ. De quo beatus cyprianus in epiſtola ad martyres & cõfeſſores multa laudabilia ſcripſit: & q; martyrium ſuum prophetica uoce predixit. Qui omnes martyrio coronati ſunt. xv. calen. maii.

¶ De ſancto Heleno abbate. Cap. LIX.

HElenus abbas dum in eremo habitaret & fratribus cibaria deferret aggrauatus põdere onagros uidens eis p̃cepit: ut in chriſti nomine unus eorum eius ſarcinã portaret. Quod & factũ eſt: uno ex illis ſarcinã ad locũ cõſtitutũ cum mãſuetudine deferẽte. Alio tẽpore inuenit fratres diẽ dominicũ minus ſolẽniter celebrantes quia ſacerdotis cõione carebãt. Et dũ iret pro ſacerdote crocodilũ in flumine repertũ aſcendit: & ſuper ipſum flumẽ tranſiens ad cellã p̃ſbyteri uenit: quẽ ſecũ adduxit: & flumen ut prius trãſiuit. Dũq; ſacerdos timore ſerpẽtis fugeret ſcũs illũ ſigno crucis diſſepſit: ſicq; de cetero p̃ſbyter ſecurus ad fratres acceſſit. ¶ Iuuenis helenũ ad eremũ ſecutus grauiter de carnis uitio tentabatur. Ille uero digitũ in harena circũ cellam iuuenis duxit: & circulum fecit: ac demonibus ne ſignũ illud p̃tergrederentur expreſſe mãdauit: moxq; frater a tentatione exinde ſecurus permanſit. Dũ autem fratres undiq; ad eũ uenirent: continue iuuenis incognitus eidẽ apparebat: & cibos pro aduenis deferebat: ac illico abibat. ¶ Dũ ſemel cum quodã hereti co diſputaret: & arguméta eius ferre non poſſet: igne accendi fecit: ut quis eoꝝ igne nõ ureretur: fidem habere ueram probaret. Quẽ helenus intrans dudũ in flãmis illeſus permanſit: & intactus exiuit. Hereticus uero intrare nolens confuſus abiit. Dormiuit in xp̃o uir ſanctus. xv. calen. maii. hec heraclides.

¶ De ſancto Paulo abbate. Cap. LX.

PAulus abbas in libya quingentos monachos habuit quos monitis ſalutaribus & exemplari uita in uiã ſalutis direxit. Qui diebus ſingulis nec cibũ ſumebat. nec manibus operabat: donec. ccc. oꝛones deo ſolueret genu flexo: q̃s numero lapidũ ponebat: & ad ſingulas oꝛones lapides ĩ ſinũ remittebat: ut dicit heraclides: & ipſe ĩ xp̃o pauſauit die quo ſupra uidelicet. xv. cal. maii.

¶ De ſcis Eleutherio ep̃o & Antia mr. Cap. LXI.

ELeutherius ep̃s & antias mater eius paſſi ſunt rome ſub hadriano ĩperatore: cuius pater nobilis ſenator dũ decederet: matri puerum commendauit. Illa uero xp̃ianiſſima filiũ ſacris litteris erudiendũ cuidam ep̃o tradidit. Qui iuuenẽ eruditum de omnibus annoꝝ. xii. in diaconẽ ordinauit: deinde annoꝝ. xviii. ad ſacerdotiũ ꝓmouit: deinde cũ multis clareret ſignis annoꝝ. xx. ad petitionem multoꝝ ipſum in apulia ep̃m cõſecrauit. Hadrianus igit̃ de partibus oriẽtis romã ueniens audiens eleutherii famã: miſſo felice comite eũ ad ſe in urbẽ adduci mandauit. Sanctus uero comitem ad chriſtum cõuertit: & ueniẽs ſecũ ad urbem in uia baptizauit. Et p̃ſentatus hadriano imperatori cũ xp̃m dominũ cõfiteret: ſuper lectũ ereum extẽſus eſt igne ſubtermiſſo: quẽ imperator mortuũ exiſtimãs deponi fecit. Et uidens ipſum cõſtantioꝛẽ effectũ: ipſum in craticula poni iuſſit carbonibus ſubſtratis ac oleo de ſuper infuſo. Statimq; ignis extinguit̃ & craticula refrigeratur. Poſt hec in ſartagineꝫ mittit̃ plenam oleo & adipe liquefactis: in qua ſicut in prato rore madefacto permanſit. Tunc hadrianus conſilio corebori p̃fecti: ipſum in furnũ accenſum ĩmitti mãdauit: in quo die integro oĩno illeſus fuit: & oĩno inuſtus inde exiuit. Quo miraculo p̃fectus cõuerſus eſt. Quẽ imperator in eodem clibano miſit: ſed & ipſe illeſus permanſit: tũc imperator p̃fectũ decollari fecit: cui unda ſanguinis pro baptiſmate fuit. Eleutherius uero poſtq̃ diebus plurimis in cuſtodia detentus fuiſſet: ĩde eductus iubente alexandro quattuor equis indomitis pedibus alligatur: qui ſtimulis ferreis ſub caudis eorũ poſitis ad curſum incitabantur: ut ſic ipſum per ĩculta & arida loca pertrahentes minutatim eius membra dirũperent. Angelus aũt domini equos mitigauit: & eleutheriũ ſolutũ ad monteꝫ excelſum duxit: ad quẽ oẽs fere ſiluaꝝ cõueniẽtes eidẽ mitiſſime famulatũ prebebãt. Que cũ a quibuſdã uenatoribus q hec in ipſo mõte feras perſequẽtes cõſpexerãt: impatori nũciata fuiſſent: miſit apparitores armatos: ut eũ cõprehenderẽt: quẽ mortuũ exiſtimabat: Quorum plurimos conuertit ad xp̃m: cũ quibus etiam uenit ante hadrianum: quem ille ĩ amphitheatrum mitti fecit: & leenã ei laxari. Illa uero ſancti pedibus ꝓuoluta eũ oĩno nõ tetigit: inde dimittit̃ eidẽ leo ferociſſimus: q ipſe mitiſſimus effectus ſanctum pedibus amplexat̃: ꝓpter quod multi gẽtiliũ in domino crediderũt. Ortaq; ſeditiõe inter paganos & cõuerſos ad xp̃m plus q̃ qngẽti de populo interfecti ſunt. Quod ĩpator uidẽs eleutheriũ decollari p̃cepit. Mater uero eius antias q̃ eũ ſecuta fuerat: dũ ſup corpus filii deflendo corruiſſet: deprehenſa ab hadriano q; xp̃iana eſſet: ab eodem & ipſa pariter decollat̃: Quorum corpora ciues apulie ad eorum ciuitatẽ tranſlata ibidem honorifice cõdiderunt. Qui paſſi ſunt. xiiii. calen. maii.

¶ De ſancto appollonio ſanatore & mr̃e. LXII.

APollonius ſanator romane urbis cõmodo impatori a ſecũdo ꝓditus q; xp̃ianus eẽt. Iuſſus quoq; ut fidei ſue rationẽ redderet: inſigne uolumen xp̃ianitatis compoſuit: quo in ſenatu recitato ſententia eorum pro chriſti fi-

de penam capitalem excepit.xiiii.calendas maii. Hec Hieronymus de illuſtribus.

¶De ſcō Apollonio abbate. Cap. LXIII.

APollonius abbas habitauit in ſpelūca in finibus hermopolis pater qngentorū monachorū:hic annorū.xv.ſeceſſit ad eremū &.xl.annis ibi cōuerſatus eſt:cui ſemel dominus apparens dixit:ut mitteret manū in ſinū ſuū & quicqd cōprehenderet cōſtringeret:& ſub harena obrueret.Ille uero puiſſimū ethyopē tenuit:q ſe demonē ſupbie ſpiritū eſſe dixit qué ille in harená demerſit.Factaq; eſt uox ad eū de celo: q; exinde queq; petita obtineret.Cum aūt die paſche paucos panes & olera ſicca ad refectioné haberet: dixit fratribus ſuis ut quiſq; quod uellet a domino poſtularet. Premiſſaq; oratione ab omnibus oīno incognitis & inuiſis poma & fructus oīum generū alias in partibus illis nunq̄ reperta miri ſaporis apportant paneſq; cādidiſſimi cū lacte & aliorū uictualiū copia miniſtrant. Latoribus uero ſubito nuſq̄ comparentibus cibaria illa fratribus uſq; ad pentecoſté ſatis fuerunt. Cuidā quoq; fratri petenti ſibi a deo dari humilitatis & mā ſuetudinis gratiam:quod petierat impetrauit.¶Orta maxīa fame:multos locorū illorū habitatores cum puulis & cōiugibus ad ſe recurrētes:tribus ſolis ſportulis panū que uix ad eſum fratrū uno die ſufficerent per q̄ttuor menſes indefinéter ſubſtentauit.¶Cū q; dā eius carnalis frater a iuliano ſperatore captus eēt: acceſſit ad conſolandum eū:& a tribuno repertus cū eodé incluſus eſt:media autem nocte angelus ianuas aperuit:& luce deſup infuſa celeſti oēs detentos liberauit.Qui poſtmodum predicans multos chriſtiānos cōfortauit & iuuené nomine philemonē ſe deridentem ad xp̄m conuertit.Et poſt multas exhortatiōes pluribus factas ad eremum rediit:& in ſancta cōuerſatione uitam finiuit.Hec heraclides.

¶De ſcō Apollonio cōfeſſore. Cap. LXIIII.

APollonius cōfeſſor cum nullā artem ſciret:cibaria & medicamina laborātibus ex ꝓpria pecunia cōparabat ſingulaq; mōaſteria uſq; ad horā nonā q̄ſi quotidie circuibat:& lāguentibus miniſtrabat.Hec heraclides.

¶De ſcō Leone papa.x.& cōfeſſore. Cap. LXV.

LEo papa huius noīs decimus natione alle mānus de lothoringia damaſo ſecūdo romano pōtifici in epiſcopatu romano ſucceſſit:& ſedit annos.v.mēſes.ii.dies.vi.romani enim ex praua conſuetudine:poſtq̄ ab imperatore henrico.ii.petiſſent ſibi pontificem dari:cū nullū teutonicorū:ut ad hoc reciperet :poſſent inducere eꝑm tulleī brunoné nomine uirum ſimplicé ad hoc inclinarunt.Qui ad urbē ueniens:& ex hoc cōſcientiam habens oīno reſignauit.Et denuo ab oībus electus q̄uis ſatis renitens tandē multa populi iſtātia acceptauit:& uocatus eſt leo ipſius nominis decimus. Hic ſanctiſſime uite uir extitit:& pauperibus largas elemoſynas p̄bens cunctis munificus admodū fuit. ¶Hic etiam ex deuotione beati marci euāgeliſte corpus eius uenetias ueniens uiſitauit anno domini.m.l. ¶Hic primus inter romanos pōtifices ad ſuggeſtionem quorūdam ſannitum contra normanos: q apuliam & terras eccleſie inuaſerant arma cepit:& cū allamanis quos ſibi imperator direxerat hoſtibus occurrit.Quod q̄uis ſancto zelo fecerit eidē tamen male ſucceſſit:eo q; multos de ſuis in bello perdidit:& ſine effectu ad urbem rediit.Quod ideo ipſi cōtingit: quia id non eius erat officii: neq; hoc illi permiſſum fuerat a domino qui ad pacem uenerat ſuoſq; magis ut ab aliis paterentur q̄ ut alios perſequerentur premonuerat.¶Sanctus uero pontifex graui lāgore detētus die tertio ante eius obitum ad ſe omnes epiſcopos & clericos conuocauit: eoſq; in ſancte fidei religione commonuit & qualiter die tertia migraturus erat prout per uiſionem a domino habuerat eiſdem prenunciauit.Altero uero die in lecto decumbens ad eccleſiam apoſtolorum principis ſe deportari iuſſit: ubi & ſepulchrum ſuum marmoreum deferri uoluit.Et de lectulo ſurgens duobus epiſcopis eum ſubſtentantibus ipſemet ad ſepulchrum acceſſit illudq; benedixit & ad lectulum rediit. Tota quoq; ipſa die & nocte populum congregatum ſalutiferis ſermonibus admonere non ceſſauit.Die uero tertia de mane conuocatis epiſcopis & clero:miſſām ſibi celebrari fecit.Dei de communiōem ſacram ſuſcepit.Et erectus in lectulo ſuo proſpiciens ad crucem diutius ꝓ ſe & omni chriſtiāo populo orationem fudit: moxq; ſupinus rediens quaſi ſuaſi ſomno ſoporatus feliciter ſpiritum emiſit.Tunc omnes campane per urbem ꝑ ſeipſas ſonare ceperūt.Eadem hora albertus &.v.alii de tuderto in ipſa ciuitate uiderunt ſtratam palliis īnumeris ornatam & coruſcam lampadibus:per quā leo papa ducebatur ad celum.Et inuenerunt eum eadem hora e corpore migrauiſſe.Et cōcurrente omni populo ipſo die ſepulture ſue:deus per eū multa miracula oſtendit.Nam demoniacus quidā qui.viiii.annis obſeſſus fuerat liberatus eſt.Alius qui erat cecus & mutus ac ſurdus uidendi & audiendi ac loquendi facultatem accepit:multi quoq; alii a diuerſis īfirmitatibus curati ſunt.Sepultuſq; eſt in eccleſia beati petri manifeſtis miraculis clarēs.Quieuit autem in domino.xiii.calen.maii.anno domini.M.liiii.

¶De ſancto Timone diacono & martyre. Cap. LXVI.

TImon diaconus & martyr de.vii.primus ab apoſtolis electus eſt:ut habetur act.vi. Qui primus apud beroā doctor reſedit. Ac deinde uerbum domini diſſeminans uenit corinthum. Ibiq; a iudeis & grecis ut traditur flammis iniectus: ſed nihil leſus eſt. Dehinc cruci

affixus martyrium ſuum impleuit.xiii.calend.maii. Hec hieronymus in martylogio.

¶De ſcõ Timone epõ & martyre. Cap. LXVII.

TImon epiſcopus & martyr apud arabiam paſſus eſt:qui eſt diacõatus ordine ad põtificatum urbis ueſegorine:que ciuitas é arabie electus eſt.Qui pro confeſſione nominis domini flãmis combuſtus martyrio extitit coronatus:& in ipſa ciuitate reconditus.

¶De ſanctis Sulpitio & Seruiliano martyribus. Cap. LXVIII.

VIpitius & ſeruilianus rome paſſi ſunt. Qui p̃dicatione & miraculis flauie domitille ad fidẽ xp̃i conuerſi ſunt:que etiã ſpõſas eor̃ theodorã & euphroſynã ad agnitionẽ xp̃iane ueritatis & perſeuerãtiã uirginitatis cõuerterat.Hi ambo ſub p̃ſecutione traiani impatoris p̃fecto urbis aniano detẽti:cum ſacrificare nollent capite plexi ſunt.Sepulti a xp̃ianis in predio eor̃ uia latina ſecundo miliario ab urbe.xii.calen.maii.

¶De ſancto Marcellino epiſcopo & confeſſore. Cap. LXIX.

MArcellinus primus eps ebreduneñ ciuitatis fuit:qui diuino iuſſu cũ ſociis ſuis domino & uincentio ex aphrica ueniens maximã partem alpiũ maritimar̃ uerbis & ſignis admirãdis:quibus uſq; hodie refulgent: ad fidem xp̃i conuertit.Hic inter cetera uirtutũ eius p̃conia a deo obtinuit:ut baptiſterium quod ipſe in eadẽ ciuitate condiderat:ſingulis annis in ſabbato ſancto aquis diuinitus & ſubito repleatur: & per ſeptẽ dies paſche aqua exuberãte plenũ pmaneat: quod uſq; in diem hodiernũ ibidem apparet.In eademq; ciuitate quieuit in pace:ubi & ſepultus eſt duodecimo calen. maii.Socii uero eius cõfeſſores chriſti ĩ domino dormierunt apud clunenſium urbem conditi.hec ado.

¶De ſancto Victore epõ. Cap. LXX.

VIctor carthagineñ epiſcopus floruit tẽpore anaſtaſii ĩperatoris:qui p̃clarus uirtutibus & doctrĩa.Aduerſum arrianos cõpoſuit librũ unũ.De pnĩa librũ unũ: in quo uiuendi regulam penitentibus iuxta ſcripturar̃ auctoritatem inſtituit.Ad baſiliũ quendã ſuper mortẽ conſolatoriũ librum unũ ſpe reſurrectionis perfectũ & iſtructione munitũ Homelias etiã:que a fratribus ſalutis ,pprie ſolicitis in libris digeſte ſeruanť: qui & .xii.calendas maii carnis debitum ſoluit.

¶De ſancto Symeõe epiſcopo & ſociis martyribus. Cap. LXXI.

SYmeon archieps ſeleucie & ctheſiphontis regalium urbiũ cum ſociis ſuis apud perſidẽ martyriũ paſſus eſt ſub rege ſapore tẽpore cõſtantini:ut dr̃ in hiſtoria tripartita:quo tẽpore armeni & indi primo ad xp̃m cõuerſi ſunt.Hic tanq̃ regni ,pditor cõprehẽſus ferroq; uinctus in perſidã ductus eſt.De quo crimine purgatus: ſed de chriſtianitate ſuſpectus cũ de domino ieſu xp̃o libera uoce & cõſtantiſſime teſtaret & nollet adorare deũ ſolẽ carcerali ergaſtulo cũ aliis centũ:e quibus alii ep̃i alii p̃ſbyteri alii diuerſor̃ ordinũ clerici erant diebus pluribus maceratur.Vbi a quodã uſtazadis ſenioꝛe eunucho regis nutritone olim amico ſuo uiſitatur:quẽ ſymeon deſpexit:nec uidere uoluit: eo q; olim chriſtianus fuiſſet:metuq; mortis ſolẽ adoraſſet.Vnde ille confuſus reſipuit:& ad regem accedens ſe chriſtianũ publice ,pfitens decollat.Die uero ſequẽti que erat paſceue: ſymeon eductus de carcere: cum nollet regi cõſentire:cum oĩbus ſuis iuſſus eſt pariter capite cedi. Inter quos martyres erant abdecalias & ananias ep̃i ſenes glorioſi:cũ quibus paſſus eſt & puſitius artifex regis eo q; unũ de ſenioribus expauentẽ gladiũ cõfortaſſet.Cui perforata ceruice lingua eius inde extracta eſt.Et cum eiſdem etiam paſſa eſt quedam filia prefati puſitii ſacra uirgo:qui paſſi ſunt undecimo calendas maii.Hec in tripartita.

¶De ſanctis Oratore preſbytero & ſociis martyribus. Cap. LXXII.

ORator preſbyter:fortunatus:felix: & ſilinus atq; uitalis martyres apud alexãdriã paſſi ſunt.Qui multo tẽpore oneroſis uiculis afflicti & duriſſima inedia macerati in carcere qeuerũt.xi.calen.maii.ut dicit ado.

¶De ſcõ Sothero papa & martyre. Cap. LXXIII.

SOther papa & martyr natiõe cãpanus ex patre cõcordio de ciuitate fundana anicẽto pape in põtificatu romano ſucceſſit:& ſedit ãnos noué mẽſes.iii.dies.xxi.Hic cõſtituit:ut nulla monacha pallas ſacratas tangeret:nec incẽſum in eccleſia poneret:& ut uelũ portaret.Cõſtituit etiã:ut legitima nõ habeať uxor:niſi p ſacerdotẽ fuerit benedicta & a parentibus ſoleñiter tradita: & a panymphis cuſtodia: cauens multis piculis que circa matrimonia cõtingere ſolent.Huius tẽporibus catafhryge heretici ſunt exorti a phrygia prouincia unde habuerunt originem denominati: qui ſpiritum ſanctum nec apoſtolis nec aliis datum aſſerũt niſi ipſis.Quorum auctores fuerunt montanus preſbyter: priſca:& maximilla.hic fecit ordinationes tres p mẽſem decembrium preſbyteros octo diacones nouem epiſcopos p diuerſa loca numero undecim. Qui ſub ſeuero principe martyrio coronatus eſt.Sepulturſque eſt in cemiterio calixti uia apia decimo calẽdas maii. Et ceſſauit epiſcopatus dies uigeſimoſecundo.

¶De ſcõ Caio papa & martyre. Cap. LXXIIII.

CAius papa & martyr natione dalmatinus de genere diocletiani ĩperatoris frater gabini preſbyteri de quo ſupra actũ eſt.xi. calen.martii ex patre gallo eutychiano pape in epiſcopatu romano ſucceſſit. Seditq; annos.xi. mẽſes.iiii.dies nono.Hic conſtituit ut oẽs ad ordines in eccleſia ſic aſcenderent:ut ſi quis dignus fuiſſet:primo hoſtiarius:lector:exorziſta:acolythus:deide ſub diaconus:& diaconus ac preſbyter.Deinde uero eps ordinaret.Hic conſtituit paganos & hereticos uel iudeos nõ poſſe chriſtianos accuſare aut uocem eis ĩfamationis ĩferre.Itẽ ſtatuit ut nemo epm aut clericos apud iudices ſeculares accuſare p̃ſumeret.Hic etiã rome regiones diuiſit diaconibus:ut geſta martyrũ per quirerent & conſcriberent ac etiam alia negocia eccleſiaſtica pertractarent.Hicq; fecit ordinationes.iiii. per menſem decembrium preſbyteros.xxv.diacones .viii.epos per diuerſa loca numero.v.Qui fugiens p̃ſecutionem diocletiani in cryptis habitando martyrio coronatur.Et ſepultus eſt in cemiterio calixti uia

apia. x. calē. maii. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xi. Hic contra hereticos epiſtolam edidit de uerbi dei incarnatione fidem catholicam continentem.

¶ De ſcō Caio p̄ſbytero & cōfeſſore. Cap. LXXV.

CAius p̄ſbyter & cōfeſſor rome claruit ſub tpe zepherini pape. Qui ſapiētia preditus aduerſus pculū mōtani ſectatorē inſignē habuit diſputationē quā in unū redegit uolumen. In qua inter cetera ſcribit epiſtolam pauli que inſcribitur ad hebreos eiuſdem nō fuiſſe: quam etiam apud romanos quaſi pro ſua non haberi uſq; ad ſua tempora beatus ſcribit hieronymus: qui eundem caium inter illuſtres ſuo libro commemorat.

¶ De ſancto Leone papa primo. Cap. LXXVI.

LEo papa huius noīs primus natione tuſcus ex p̄re q̄ntiano ſixto. iii. pape in eāpatu romano ſucceſſit & ſedit annos. xxi. menſem. i. dies. xxvii. Hic poſt cladē uādalor renouauit oīa ſacra miniſteria argētea. Cuius tpe q̄rta ſynodus chalcidoī. cccccxxx. eporum celebrata eſt īſtantia leonis pape mādante martiāo impatore. In q̄ eutyces cōſtantinopolitanus abbas & dioſcorus alexandrinus eps qui dicebāt unā uerbi dei & hoīs cē naturā damnati ſunt. Et rurſum neſtorius & eius error dānatus eſt: & diffinitū eſt p̄dicari in xp̄o duas naturas dei & hoīs & unā perſonā: Hic leo ſanctiſſimus cū contra fabianū & eutyceté epiſtolā ad dictū chalci donēſe conciliū ſcripſiſſet eandē anteq̄ mitteret epiſtolā ſuper altare ſancti petri apoſtoli ponēs: & p dies. xl. ieiuniis & oīonibus inſiſtēs rogauit apoſtolū: ut ſiqd eſſet in eadē epiſtola emēdandū ad fidei propter quā ſcripta erat: īformationē ipſe corrigere dignaret. Quod & factū eſt. Nā in fine. xl. diex. inuenit epiſtolā in oībus ad ꝓpoſitū emendatā. Hoc ipſum beato ſibi reuelāte apoſtolo. ¶ Huius pape manū cum q̄dā femina cōicando cū aliis die paſche oſculata eſſet: tantā ex hoc tētationē in carne cōcepit: ut manū que occaſio fuerat ſcādali amputaret: uex cū tumultus cōtra eū inualeſceret: eo q; nō celebraret: ipſe in anguſtia cōſtitutus beatemarie uirgini ſe cōmiſit. Cui uigiliis & oīonibus ītēdēti beata uirgo manū portans uiſibiliter apparuit: & ſibi ſuā manū appoſuit. De quo pō ſolū ſanctus pōtifex gr̄as egit: ſed etiā miraculū frequēter publice p̄dicauit. ¶ Cū aūt totilla rex uandalorū italiā uaſtaret: & per triēniū aquileiā obſidēs cepiſſet: & ferro ac igne ip̄am cum multis aliis ciuitatibus cō ſumpſiſſet: timēs leo ſcūs ne romā ueniēs idē faceret eidē occurrit: ubi circa padū morabat: & nō ſolū rome ſed etiā totius italie ſaluté reportauit. Et miranti bus barbaris cur ſic honorifice totilla papā contra cō ſuetudinem recepiſſe: & in oībus exaudiſſet: reſpōdit quendā uultu terribilē pape aſtitiſſe: & mortē ſibi cōminanté niſi ei in oībus obediſſet: unde ſtatim de italia exiens pannoniā rediit. Sāctus aūt pontifex cū eſſet apud ſenoī galliax ciuitaté in domino q̄uit. x. calē. maii. Et corpus eius romā tranſlatū ſepultū eſt in eccleſia ſancti petri apoſtoli. ¶ Hic ſcripſit epiſtolā martiano auguſto eiuſq; cōiugi pulcherrime oēm fidē exponēs. Et miſit epiſtolas ad fabrianū ep̄m conſtātino politanū. viii. Inter q̄s ſcripſit unā preclarā aduerſus eutyceté de īcarnatione domini: in q̄ eius blaſphemiā redarguit. Scripſit & aliam epiſtolā ad chalcidoneī concilium de qua ſuperius actum eſt.

¶ De ſcō Agapito papa & cōfeſſore. Cap. LXXVII.

AGapitus papa huius noīs primus natione romanus ex patre gordiano p̄ſbyter cardinalis eccleſie ſanctox ioānis & pauli ioāni pape ſecūdo in eāpatu romano ſucceſſit & ſedit annū. i. mēſes. xi. dies. xviii. Hic cōſtituit ꝓceſſiones fieri diebus dominicis. Anno uero iuſtiani impatoris. vi. theodoricus rex italie & oſtrogothox regināmalaſuntā matrē athanarici regis in exiliū duci & in balneo ſtrāgulari fecit: propter qđ timēs iram imperatoris: agapitum papā cōſtātinopolim direxit quatenus ſibi īpunitaté a principe īpetraret. Cui adhuc in uia exiſtenti in ptibus greciax oblatus eſt mutus & claudus curādus: qui nunq̄ neq; loqui neq; ambulare potuerat: ꝑ quo ſanctus pontifex oīonem fudit: & miſſax ſolēnia celebrauit: q̄ miſſa peracta claudo manū porrigens mox illū erexit: & dū in os eius credētis corpus dominicum poſuiſſet: eidem lingue uſum cōtinuo cōceſſit: ut dicit gregorius. iii. dial. cap. iii. ¶ Veniens igit ad imperatoré cū gloria ſuſceptus eſt. Cū quo collocutione habita de fidei integritate: repperit eū eutycetis errore maculatū: a quo primitus graues minas accepit: unde & eidem ſanctus antiſtes tale uerbū protulit: q; deſiderauerat uidere iuſtinianū: & inuenerat diocletianū. Diſputatione tādem habita imperatoré ad ueritatis catholice confeſſionē reuocauit: multos quoq; eadē hereſi infectos conuertit. Antoninū quoq; eiuſdem urbis regie ep̄m ipſius hereſis defenſoré publice cōuictū a cōione priuauit: quē ad eius inſtantiā imperator in exiliū miſit: menāq; uix catholicū eidē eccleſie p̄fecit. Oībus quoq; que popoſcerat plenius obtētis: beatus pōtifex langore preſſus ibidē occubuit. x. calē. maii. Cuius corpus loculo plūbeo reconditū. romāq; tranſuectum ſepultum eſt in baſilica beati petri.

¶ De ſcīs. xvi. milibus martyribus. Cap. LXXVIII.

SEdecim milia martyres: ut dicit hieronymus paſſi ſūt apud pſidā ſub ſapore rege pſax. Qui eiuſdē iuſſu in oībus ciuitatibus regni ſui eadē die q̄ paſſio domini eo dē anno occurrebat. ſ. die paſcue a paganis tēti quot quot xp̄iani inuēti ſunt per diuerſa ſupplicia uſq; ad prefatū numex trucidati fuerūt. Numerus quoq; occiſox in ſcriptis regi oblatus ad p̄dictā ſūmā deueniſſe copertus eſt. In quibus multi ex regalibus īterfecti fuerūt: inter quos fuit azarus eunuchus regi gratiſſi

naus:& quedã regina ſoror ſymeonis epi noĩe tarbua cũ quadã pediſſe qua ſua ſtipitibus affixe ſerra ſecate ſunt. Eodẽ etiã die paſſus eſt nichor epſ cũ marea diacono & clericis circa.ccl.&.l.monachis ac ſacris uirginibus plurimis:nec non mileſius olim miles perſaꝝ inclytus:q relicta militia in ciuitate perſica epſ fuerat ordinatus. Acepſima quoq; epſ & iacobus preſbyter ſuus & alii religioſi uiri ꝗplures. Qui oés eodem die per diuerſa loca:ut dictum eſt ex diuerſis ſuppliciis interierunt:uidelicet decimo calendas maii.

¶De ſanctis Parmena preſbytero & ſociis martyribus. Cap. LXXIX.

PArmenas & elimas & chryſotellus pſbyteri:& lucas ac mutius diaconi ſub decio ceſare apud cordulã perſaꝝ ciuitatẽ paſſi ſunt. Qui oés una cũ pollochronio epo tẽ ti ſunt in ciuitate perſaꝝ babylonia ab eodẽ decio & pluribus diebus in carcere detẽti. Decius quidem pollochroniũ decollari iuſſit:ut in eius paſſiõe ſuperius actũ eſt.xiii.calẽ.martii Parmene uero linguã pcidi fecit:qui nihilominus expedite ut prius loq̃batur. Poſt hec peragrans decius ad cordulã ciuitatẽ parmenã & ſocios pſbyteros ac diacones uinctos catenis ſecũ adduxit:quos ibidẽ ſibi preſentatos & diis ĩmolare libamina recuſantes in equuleo leuari fecit. Et cũ diu torti deo gratias agerent:mirabat ceſar parmenam abſciſa lingua loquentẽ artiq; magice deputabat: & fecit eos lampadibus exuri:laminaſq; ardentes eoꝝ lateribus appõi:atq; unguibus lacerari. Que oĩa ſancti martyres uoce celica confortati conſtantiſſime ſuperarunt. Tunc eos equuleo depoſitos fecit decius omnes pariter decollari. Quorum corpora ſancti abdon & ſenen ſub reguli rapuerũt:& in pdio ſuo iuxta ciuitatem cordulã ſepelierũt. Qui paſſi ſunt.x.calẽ.maii.

¶De ſancto Epipodio martyre. Cap. LXXX.

EPipodius martyr apud lugdunum gallie paſſus eſt:qui perſecutione antonini ueri imperatoris poſt glorioſos quadraginta octo martyrum agones:de quibus infra dicetur octauo calendas maii cum alexãdro chariſſimo collega ſuo detentus & in carcerem cum eodem miſſus eſt. Ipſo uero alexãdro interea in cuſtodia⁊ uinculato epipodius eductus cum chriſtum dominum cõfiteret:primo pugnorum ictibus ore ceſus:deinde in equuleo tortus nouiſſime matyrium capitis abſciſione compleuit decimo calendas maii.

¶De ſancto Georgio martyre. Cap. LXXXI.

GEorgius martyr ciuitate cappadocia oriũdus ab infantia chriſtianus tribunus militũ fuit temporibus diocletiani & maximiani imperatorum. Erat tunc temporis in prouincia libye iuxta ciuitatem lyſiam ſtagnum ad inſtar maris:in quo draco ingens latitabat:qui populũ armatũ cõtra ſe ueniẽtẽ in fugã uertebat:& ad muros urbis ueniens flatu multos perimebat. Quapropter cõpulſus populus duas oues quotidie ei dabant: & ſic eius furoré ſedabant. Cum igit oues deficerent: oué cum hoĩe adiũcto tribuebant:& ſortibus miſſis cũctoꝝ ciuiũ filios & filias ei dabãt:ſorſq; neminé excipiebat. Conſumptis igit pene oĩbus ciuiũ natis filia regis unica ſorte deprehẽſa eſt:& draconi adiudicata. Rex autem auri & argenti copiã populo offerebat ut filiã eius dimitterent:populus uero furés regi reſpondebat.q; oés filii eoꝝ extincti fuerãt & q; ipſe rex hoc edictũ poſuerat unde filiam eius ab hac lege immunẽ nullatenus eſſe uolebant. Alioquin regem cũ palatio & omni familia incenſuros comminabantur. Cũ aũt multis precibus rex ab eis ſpatium.viii.dierũ obtinuiſſet:ut interim filiã ſuam lugere poſſet:compulſus tandẽ filiã regalibus indutã eis tradidit quã populus extra muros draconi expoſuit:omni populo ſup muros ad ſpectaculũ cõcurrente. Quã cum ſanctus georgius illac tranſitũ habẽs flentẽ uidiſſet:& qd haberet iterrogaſſet. Illa fletus ſibi cãm explicauit: & ut uelociter abiret:ne una ſecũ periret admonuit:quam ſanctus miles hortari cepit eãq; in chriſti noĩe ſe iuuaturum obtulit. Illa uero ecõtra:ut abiret ſuadebat eo q; ipſum ſecũ periclitari nolebat. Dũ hec loquerẽtur ecce draco caput de lacu leuauit. Georgius uero confeſtim equũ aſcendit & cruce munitus audacter draconem impetiit:& lanceam uibrans ſeq; deo commẽdans ipſum grauiter uulnerauit:& ad terram deiecit Deinde educto enſe caput eius uno ictu amputauit: quem quattuor paria boum uix traxerunt ad ignem populus uero uiſo tanto miraculo ad predicationem beati georgii chriſto credidit:& baptizati ſunt decẽ milia uiroru m exceptis paruulis & mulieribus. Rex uero eccleſiam in honore dei genitricis mire magnitudinis conſtruxit:de cuius altare fons emanat uiuus cuius potus omnes languidos ſanat. Inſuper infinitã pecuniam ſancto obtulit quam ille accipere nolens pauperibus dari fecit:& rege ac populo diligenter admonitis inde receſſit. ¶ Cum autem beatus georgius in ciuitate militena tribunatus officio fungeretur: & dacianus quidam preſes chriſtianos ultra modum perſequeretur. Georgius omnia ſua pauperibus diſtribuit:militarem habitum depoſuit:chriſtianũ aſſumpſit:& ad preſidẽ accedens oés deos gentium demonia exclamauit. Cũ autem preſes illum in xpi fide cõſtantiſſimũ repperiſſet:eũq; ad ſe inclinare nõ poſſet:iuſſit eum primo fuſtibus cedi. Deide in equuleo leuari:& mẽbratim corpus eius ungulis laniari appoſitis in ſuper ad latera eius facibus patentibus uiſceꝝ rimis ſale plagas eius fricari fecit:& ſic in carcerẽ trudi:ubi xpo domino ſibi apparente cõfortatur eiuſq; uulnera ſolidantur. Quod cũ dacianus die ſequẽti uidiſſet:magum aduocauit qui magiã georgii ſuis artibus ſuperaret. Ille uero bis uenenum peſſimum uino miſcuit:quod ſanctus ſigno crucis edito ſine ulla

lesione tam primo q̄ secundo degustauit. Quod magus ille cernens uenia petiit: & in ip̄m credens a presi de capitale sententiam accepit. ¶ Post hec georgium fecit in rota ligari gladiis acutis undiq; circūsepta: sed statim oratione fusa rota frangitur & sanctus illesus penitus inuenitur. Quod cū quidam magister milli/tum nomine magnentius aspexisset: cū omni officio suo credidit: quos omnes similiter dacianus decolla/ri mandauit. Georgium uero iterum in custodia re/clusit. Ad quem ueniens uidua quedam filium suum cecum mutum surdum & claudum eidem obtulit: quem sanctus in christi nomine ab omni passione cu rauit & ipsum cū matre & aliis multis ad christū con uertit. Quod cum dacianus audisset ipsum eductum corā se presentari fecit & hortabatur ut sacrificaret. Cui georgius respōdit: q; si omnis populus conueni/ret ipse ad tēplum apollinis accederet: ut eius oipotē/tiam corā multitudinem cōprobaret. Iussu ergo pre/sidis conuenit omnis populus ciuitatis. Sanctus ue/ro martyr tēplum ingressus apollini mādauit: ut q̄/lis deus esset manifestius explicaret. Qui se & omnes deos gentiū demones esse asseruit: ad hoc intendēres ut animas hoīum decipiant & ad inferna demergāt. Statimq; ignis de celo cecidit: & omnia idola cum sa/cerdotibus concremauit. Tunc iratus preses iussit sar taginem pice & sulphure liquefactis plenā adduci: & georgium intus iactari. Angelus uero domini de ce/lo descendit: & igne extincto sartaginem tepefecit: & sanctus illesus permansit. Quod uidens alexandria uxor presidis christo credidit & uir; de impietate re/darguere cepit. Quam ille per capillos fecit suspendi & durissime cedi. Et dum cederetur emisit spiritum. Sequenti uero die preses iussit georgium misso fre/no in ore eius per totam ciuitatē trahi: & post hec ex/tra ciuitatem adduci & ibidem decollari. Qui oīone sua uoce sibi de celo lapsa a domino impetrauit: ut q/cunq; eius implorarent auxilium petitionis sue con/sequerentur effectū. Sicq; capitis abscisione martyriū consumauit: circa annos dominicclxxxxi. nono calē. maii. Dacianus uero de loco in quo sententiam pro/tulerat domū rediens igne celesti cum ministris con/sumptus est. ¶ Huius martyris legenda in niceno cō cilio inter apocripha cōnumeratur: eo q; in eius mar tyrio multa diuersitas inuenitur tā ex parte loci quā ex parte modi & tam ex parte temporis quam ex par te iudicis. Nam in calēdario bede dicitur q; passus est in persida ciuitate diospoli que prius lyda dicebatur. Et est iuxta ioppem. Alibi q; passus sit sub diocletia/no & maximiano imperatoribus. Alibi q; sub diocle tiano imperatore persarum presentibus sui imperii regibus. lxx. Alibi q; sub daciano p̄side in ciuitate mi/litena imperatoribus diocletiano & maxiano. Ex di/uersis igitur legendis ea que magis autentica uiden/tur: circa eius martyrium & miracula ostensa hic col lecta sunt: multis dissionis & incredibilibus omissis & diuersitatibus p posse ad cōcordantiam reductis.

¶ De sancta Malachia ꝓpheta. Cap. LXXXII.

MAlachias ꝓpheta post regressum populi iudeoꝝ de captiuitate babylonica natus est in iudea in sophim: quē quia optime uite fuit & aspectu decorus: populus ap/pellauit eum malachi. i. angelus. Quem quidē ex he/breis autumant fuisse esdram scribam: qui ex cogno mine dictus fuerit malachias: idest angelus dei. Sed hec opinio a iosepho reprobatur: eo q; ut dictum est: malachias post populi reuersionem in iudea natus est. Tradunt etiam: q; quecūq; prophetice dicebat: ea/dem die angelus dei apparens populo reiterabat. Di/rigitur autē eius ꝓphetia precipue ad sacerdotes: qui increpantur a domino per os ꝓphete: eo q; sacerdota lis muneris gratiam cōtemnētes circa sacrificioꝝ ex/hibitionē in offerendis hostiis uitiosis & maculis le/gem dei preuaricabant. Reliqua aūt que eius lectione comprehensa sunt preuaricationē populi israel in ob seruandis mādatis dei: increpationem quoq; populi qui deos alienos coluerūt: significāt: nomē quoq; do mini altissimi magnū predicatione apostolica futuꝝ in gentibus ab ortu solis usq; ad occasum manifeste prenunciat. Prophetauit aūt temporibus esdre sacer/dotis & neemie sub artaxerxe persaꝝ rege: postq̄ tem plū domini in hierusalem fuerat edificatum. Et mor tuus est: dū adhuc iuuenis esset esdra iā sacerdote hu manis exēpto neemia adhuc superstite. Sepultusq; ē in agro proprio in sophim que ciuitas est iudee dicta postmodū ramatha siue arimathia. Dormiuitq; in domino. ix. cal. maii. Hec iosephus & hieronymus & ex historia scholastica comestoris. Hic enim ꝓpheta ultimus in numero. xii. reperit: qui ecclesiastici. xlix. in sanctoꝝ patrum catalogo describuntur.

¶ De sanctis Felice presbytero & sociis martyribus. Cap. LXXXIII.

FElix p̄sbyter fortunatus & archileus dia/coni & martyres a sancto hyreneo episco/po lugdunēi ad urbē ualentiam que est ciuitas hispanie ad predicandū missi: ma/ximā partem eiusdē urbis cōuerterunt ad xp̄m. Inde a duce cornelio in carcerē missi: deinde in cōfessione noīs christi neruis durissime ac diutius uerberati: ac postmodū uinctis post terga manibus rhenibus cru/ribusq; cōfractis circa rotaꝝ uertiginē astricti: ut in ipsis rotis quasi contexti uiderētur. Successiue quoq; equulei extensione suspensi: fumoq; subterposito die & nocte integra uexati. Ad extremum gladio consu/mi sunt nono calendas maii.

¶ De sancto Alexandro martyre & sociis eius. Cap. LXXXIIII.

AExander martyr cū sociis apud lugdunī gallie passus est sub antonino uero impe ratore. Qui cū sancto martyre epipodio cōprehensus & in carcerē compeditus: ut dictū est supra. x. calē. maii die tertio a passione ipsius epipodii eductus de carcere: primo crudelitate uerbe rantiū adeo laniatus est: ut cute soluta costarum pate factisq; uesceribus interiora corporis pāderent: dein/de crucis affixus patibulo beatum spiritum exanima tus emisit. Passi sunt autem cū eo & alii. xlviii. sepulti ex utroq; altaris latere in crypta que in colle superpo sito ciuitati pulchro & antiquo opere constituta est Qui passi sunt octauo calendas maii.

¶ De sancto Melito epo. Cap. LXXXV.

MElitus asianus sardineū ecclesie episcopus ioannis euāgeliste discipulus: qui eius ge/sta conscripsit: tempore marciantonii im peratoris floruit: q; multa utilia opuscula

eccleſie dedit. Nam prefato principi pro chriſtiana religione librum apologeticum ſcripſit. Extare dicūtur & alia: uidelicet de paſcha libri duo. De optima cōuersatiōe liber unus. De prophetis liber unns. De eccleſia liber unus. De ſenſibus liber unus. De anima & corpore liber unus. De lauacro ſiue baptiſmo liber unus. De ueritate liber unus. De generatione chriſti liber unus. De prophetia eiuſdem liber unus. De hoſpitalitate liber unus. Item liber qui clauis ītitulatur. De diabolo liber unus. De apocalypſi liber unus. Eglogarū libei ſex. Huius elegans & declamatorium ingenium tertullianus cauillatur in libris ſeptem: quos p montano aduerſus eccleſiam edidit: dicens illum a pleriſque prophanum reputari. Quuieuit ī chriſto ſanctus melitus octauo calen. maii. Hec hieronymus libro de illuſtribus.

¶De ſcō Marco euangeliſta. Cap. LXXXVI.

MArcus euangeliſta diſcipulus & interpres petri apoſtoli & eiuſdem in baptiſmate filius leuiticus genere & ſacerdos legalis: diſcipulus apoſtolorum poſt paſſionem domini effectus: cum beato petro romam profectus eſt eidem fideliter adherens: Vbi cum petrus chriſti euāgelium predicaret: rogatus a fratribus qui erāt rome: beatus marcus breue euangelium ad perpetuam memoriā: prout ex ore petri audierat fideli ſtilo latinoq; ſermone conſcripſit. Quod uidēs petrus approbauit: & eccleſie legendum ſua auctoritate tradidit. Videns autem petrus marcum in fide conſtantem ipſum protoepiſcopum aquileiam deſtinauit. Quo cum ueniſſet marcus in ſuburbio ciuitatis reppit iuuenē leproſum filiū ulphi. Quē in xp̄i noīe a lepra mundauit: & ipſum cū patre & omni eius familia ad fidem xp̄i conuerſos ſacri baptiſmatis unda perfudit. Ibi quoq; ſua predicatione infinitū populum xp̄o domino acquiſiuit. Ibi etiā euāgeliū ſuum quod alias rome latinis literis cōſcripſerat: itez greco eloquio exarauit. Quod uſq; hodie in aquileieñ eccleſia cū ſede eburnea in qua ſedens illud ſcripſerat demonſtrat. ¶Cū ergo beatus marcus ad magiſtrū reuiſendum poſt aliquot annos uellet accedere. Hermagorā ciuē aquileieñ eius diſcipulū a populo in pontificē electū: romā ſecū adduxit: ipſumq; loco marci in ep̄m conſecratū: beatus petrus ad gubernandā aquileieñ eccleſiā deſtinauit: marcum uero diuina admonitiōe ad predicandum alexandriā miſit. ¶Tante aūt humilitatis euāgeliſta domini fuiſſe dicit̄: ut ſibi pollicē amputaret ne ad ſacerdotiū quaſi mancus ꝓmoueri poſſet: uez; diſpoſitio dei & auctoritas petri ꝓualuit: ut nec ſic amitteret in ope qđ meruiſſet in genere: mox aūt ut ſanctus alexādriā ueniēs de naui egreſſus eſt: calciamētū eius diruptū eſt. Quod cuidā calcifici noīe aniano iuxta portā ciuitatis habitāti tradidit reſarciēdū. At ille calceū emēdās in laborando ſubulo ſiniſtrā manum grauiter uulnerauit: & pre dolore: unus deus: uoce magna exclamauit. Cū aūt beatus euangeliſta unius dei nomē audiſſet gauiſus eſt eo q; ꝓſpez; feciſſet dominus iter: ſuū expuēſq; in terrā fecit lutū ex ſputo: & in xp̄i noīe unxit manū uiri & ſtatim ſanata eſt. Quē anianus in domū ſuā ītroduxit. Interrogās quis: uel unde eſſet illud nomē quod tātā efficaciā haberet. Cui beatus marcus xp̄m dominū predicauit & ip̄m cū omni domo ſua baptizauit. ¶Deinde ingreſſus ciuitatē euangelium predicabat & omnes infirmitates curabat ac demōes effugabat: etiā mortuos ſuſcitabat. Sicq; doctrinis & uirtutibus īfinitū xp̄o populum acqrebat. Et ut ſcribunt de eo philo iudeoz; doctor & papias ep̄s hieropolitanus ad tantam ꝓfectionē uite xp̄ianos quos cōuerterat adduxit: ut uitam apoſtolicā primitiue eccleſie ſectātes omnes cōmuniter uiuerent & nemo qcq; ꝓpriū poſſideret: monaſticū quoq; ordinem primus egyptiis tradidit: & ſacre profeſſionis regulam multis īſtituit: unde & poſtmodū in egypto monachoz; cenobia & cellule īfinite excreuerūt. Sicq; ſanctus euāgeliſta omnes pene egypti urbes luſtrauit: & in populis gētilibus uerbū domini ſeminauit. ¶Vez; cum multi de ciuitate alexandrie gentiles deoz; ſuoz; emulatiōe ei īſidias poſuiſſent: beatus marcus loco ſui animum olim calcificē epiſcopū ordinauit: tres quoq; preſbyteros ſcilicet melitum ſauinum & cerdoniū &. vii. diacones & alios. xii. clericos eidē ad eccleſie miniſteriū adiunxit: & inde occulte diſcedēs pentapolim perrexit: ubi & biēnio xp̄m euāgelizans ꝓmanſit. Et multitudinē ibidem gentiliū cōuertit: eccleſias plurimas fabricauit: & ordinatis ep̄is & p̄ſbyteris p ciuitatis illas poſt duos annos alexandriā rediit. Et cum multiplicatos fideles repperiſſet deo gr̄as egit. Pōtifices aūt idoloz; eum comprehēdere conabant. ¶Cum aūt in ſolēnitate paſchali que anno illo. 24. die apri. occurrit miſſam fidelibus celebraret: & eadem die feſtum ſerapis dei egyptioz; pagani colerent: conueniens multitudo gentilium ad eccleſiam que erat iuxta portū ubi euāgeliſta domini ſacra myſteria pagebat: miſerūt funē in collo eius & ipſum per rupes & ſaxa trahebant ad locum qui dicitur buculi dicentes: q; trahebant bubalum ad loca buculi. Carnes autem eius in terrā fluebant & ſaxa īficiebant̄ ſanguine: ueſpere aūté facto miſerunt eum in carcerem: ubi cuſtodibus appoſitis & nocte dormiētibus primo angelica uiſione cōfortatus eſt. Deinde circa noctem mediam ipſo domino xp̄o ſibi cum ingenti lumine apparente: & pacem ſibi annunciante: ad celeſtia regna inuitatur: mane autem facto funem itez; in collo eius mittunt: & iterū huc illucq; certatim pertrahunt. Qui gratias agens deo & ſpiritū ſuum domino cōmēdans beatam xp̄o animā reddidit. Cū autem genti les corpus eius uellēt comburere ſubito aer turbatur: grādo exoritur: tonitrua ītonant: fulguraq; coruſcant. Ita ut cūcti timentes corpus dimitterent. Quod xp̄iani rapuerunt & in

loco ubi eccleſiã conſtruxerat:in loco buculi tumula/
runt:ubi quieuit uſq; ad tẽpus: quo inde ipm ueneti
uenetias tranſtulerunt:ut ſupra dictũ eſt:in eius tran/
ſlatione pridie calen.februarii. Paſſus eſt autẽ beatus
euangeliſta.vii.cal.maii.Circa annos domini.lxiiii.ui/
delicet octauo neronis anno.In loco autẽ per quẽ tra/
ctus fuit:ſi qs in die paſſionis eius herbam ibi naſcen/
tem lacerauerít ſanguinem uiuum emittit.

¶ De ſcõ Adelberto epõ & mre. Cap. LXXXVII.

ADelbertus epꝰ & maꝝ de partibus ſclauo/
nie nobilibus parẽtibus natus ab archiepi
ſcopo parthenopolis noĩe adelberto ab in
fantia educatus & doctus eiuſq; noĩe uoca
tus ẽ.Qui a iuuenilibus annis elemoſynis & orationi
bus ac ieiuniis intẽtus liberalibus & catholice fidei di
ſciplinis imbutus magr̃ fuit ſcholaꝝ ipatoris othõis.
Defuncto aũt ſancto epõ adelberto: iuuenis ſub epõ
pragẽſi miles efficit tpalis qui militiam & imperato/
ris curiam ſtrenue gubernabat. Cum autem epiſco/
pus prage ciuitatis obiſſet:& populus cũ clero de ele/
gendo paſtore tractaret die quodã dominico demon
per os cuiuſdam obſeſſi ad eccleſiã delati clamare ce/
pit:ſe nullum timere niſi adelbertum militem:qui ca
thedram epiſcopalem erat aſcenſurus:& ipſe ab eodẽ
confeſtim eiiciendus.Statimq; uocato adelberto op/
preſſus liberat:& ipſe in epiſcopum ab omnibus eli/
gitur:quod dum otho imperator tunc exiſtens uero
ne audiſſet:gratiſſimum habuit:& ipm continuo cõ
ſecrari mãdauit.Qui factus epꝰ diuinis operibus ua/
cabat:& pdicationi iugiter inſiſtebat. ¶ Sed cũ popu/
lum uitiis obſtinatum corrigere nõ poſſet:relicto epi
ſcopatu romã acceſſit & diſpenſatione romani põtifi
cis obtenta peregrinari ad tempus decreuit:oĩbuſque
pauperibus errogatis peruenit ad montẽ caſſinũ:ubi
cõſilio fretus abbatis tulli quĩ ſecundũ regulã baſilii
cũ monachis ibidem deo ſeruiebat:acceptis ab eo epi
ſtolis romã rediit:& diſpenſatione papali ad abbatẽ
leonẽ acceſſit:a quo & monachus factus fuit: ubi du/
dum exiſtens quãdam illuſtrem dominam romano/
rum que nimio langore detenta per annũ panem nõ
guſtauerat:oratione ſola ſanauit.Verum cũ ab archi/
epiſcopo maguntino eius metropolitano iterum ad
ſuum epiſcopatum peteret:iuſſu ſummi pontificis li
cet ſatis renitens ad epiſcopatũ reuerſus eſt: ea tamen
cõdictione:ut ſi populum oĩno incorrigibilẽ inueni/
ret:ad monaſteriũ ſibi redire liceret. ¶ Cum aũt exi/
ſtens pragedie quadã nobilem dominã in adulterio
deprehenſam ad ſe ut patrem miſericordie cõfugien/
tem in monaſterio uirginũ incluſiſſet:eamq; ĩde uio/
lenter raptã parentes ultores ſceleris decollaſſent: tur
batus adelbertus epiſcopatui reſignauit: & romã re/
greſſus monaſteriũ ſuum repetiit:ubi poſtq; modico
tẽpore cõmoratus fuiſſet ſaluti animaꝝ intendens aſ
ſumptis ſecũ gaudẽtio eius germano & monacho ac
quodã benedicto pſbytero ad predicandũ polloniam
adiit:ſed a duce baliſtano repulſus cunctas regiones il
lius peragrauit.Et cũ iuxta uillam per planiciem quã
dam pergeret:ſociis alibi dimiſſis ab infidelibus ten/
tus lãcea tranſfixus diriſq; uulneribus cõfoſſus atq; de
mũ capite ceſus mrĩũ cõſumauit feria ſexta.7.ca.maii
Cuius corpus pragrã tranſlatũ ibidẽq; cõditũ geſcit.

¶ De ſcõ Cleto papa & mre. Cap. LXXXVIII.

CLetus papa & martyr natiõe romanus de
regione uicopatricio patre emiliano:lino
pontifici in epatu romano ſucceſſit: & ſe/
dit annos ſeptem menſem unum dies.xi.
Hic ex precepto beati petri apoſtoli.xxv. preſbyteros
ordinauit in urbe roma menſis decẽbris. Hic põtifex
primus in litteris ſuis poſuit ſaluteˊ & apoſtolicam be
nedictionẽ.Qui etiam oĩbus populis ſcribens appro/
bat & cõmendat peregrinationes ad ſanctos & maxi
me ad limina ſancti petri: aſſerens qd̃ ualidior eſt ad
ſalutã ſcĩ petri uiſitatio q̃ ieiuniũ duorũ ãnoꝝ. Et il/
los etiam anathemate ſubdit:qui uiſitationẽ apoſto/
lorum impediunt uel diſſuadent. Dicunt quidam:
quod linus & cletus petri ſucceſſores non ſederunt
ut pontifices ſed ut petri coadiutores. quibus beatus
petrus in uita ſua credidit diſpenſationem eccleſiaſti/
carum rerum.Ipſe uero tantũ predicationi & oratio/
ni uacabat: propter quod tanta auctoritate dotari
meruerunt ut in catalogo pontificum ponerentur
Clementem uero ipſe beatus petrus ſucceſſorem ſibi
conſtituit:licet autem hec ueritati nitantur:tamen ut
ait hieronymus beatus clemens ſpirituſancto plenus
timens ne apoſtolica ordinatio poſteris temporibus
tranſiret in uitium.ut quidam hereditarium manus
putantes minus de dei cogitarent electione:linum &
cletum ante ſe coegit pontificare. Et ſic clemens pri
mus fuit p petri electionẽ:tertius uero per gradũ.Bea
tus aũt cletus tpe titi & ueſpaſiãi impatoꝝ martyrio
coronatus ẽ.Sepultuſq; eſt iuxta corpus beati petri in
uaticano.vi.calẽ.maii.Et ceſſauit epatus dies.xxxv.

¶ De ſcõ Marcellino papa & mre. Ca. LXXXIX.

MArcellinus papa & martyr natione roma/
nus ex pre ꝓiecto de regione capritauri ca
io pontifici in epiſcopatu romano ſucceſ/
ſit:ſeditq; annos octo menſes.ii.dies.xxv.
Quo tẽpore fuit grauiſſima perſecutio xpianoꝝ ſub
diocletiano & maximiano ipatoribus:ita ut ifra unũ
mẽſem.xvii.milia hominũ ꝑmiſcui ſexus p diuerſa ꝑ
uincias martyrio coronareˊ xpiani. Qua de re & ipſe
marcellinus ad ſacrificiũ ductus ẽ:ut thurificaret. Et
morteˊ expauens cõpulſus a diocletiano duo grana in
cẽſi poſuit idolis.Poſtea uero penitentia ductus in cã/
pania corã.lxxxviii.epis ore ꝓprio penituit & cinere
capite aſpſus ac ſilicio indutus ſe peccaſſe cõfitẽs epis
indicãdũ ſuppoſuit dicẽs ſe paratũ ad oĩa q̃ ſibi impo/
neret.Illi uero eidẽ reſponderũt:q; ſummus pontifex
a nullo iudicãdus eſſet. Nam ſi ipſe negauit & petrus

etiã magiſter ſuus negauerat: quem tamẽ nullus apoſtolorũ iudicare ꝓſumpſerat: ſed egreſſus foras amare defluerat. Ipſe ergo ſuam cauſam colligeret: & ore proprio ſciꝑm iudicaret. Tunc marcellinus ob ſcelus idolatrie iudicauit ſe deponẽdũ: anathematizauit etiam quicũq; corpus ſuũ ſepulture traderet. Sicq; pgés ad diocletianũ ſe chriſtianũ cõfitens cũ claudio & cyrino & antonio diaconibus capitalem excepit ſententiã: ſicq; martyrio coronatus eſt. vi. cal. maii. Hic etiã fecit ordinationes duas p menſem decẽbr̃. ꝓſbyteros .iiii. diaconos .ii. epos p diuerſa loca nũero .v. ¶ Poſtq̃ autẽ decollatus fuiſſet: & corpus eius .xxx. diebus ad exemplũ xp̃ianoꝝ in platea iacuiſſet: nocte apparuit p uiſum beatus petrus apoſtolus marcello preſbytero: eidẽ marcellino in epatu ſucceſſuro interrogãs quare corpus ſuũ inhumatũ nõ ſepeliret. Et ſe petrũ apoſtolũ eſſe dixit. Qui cũ reſ põderet: q; corpus ſuũ iã dudũ ſepultũ fuerat. Apoſtolus ei dedit itelligere q; dicebat de corpe marcellini. Cũ aũt marcellus dixiſſet q; ipm ꝓpter ſententiã excõicationis ſepelire nõ auderet: audiuit ab apoſtolo q; omnis q ſe humiliauit exaltabit̃: & q; multũ ſe marcellinus humiliauerat: qui ſe indignum ſepultura iudicauerat. Admonẽs ut ipſum iuxta ſe tanq̃ martyrẽ & ueꝝ põtificẽ tumularet: ut quos iuſtificabat gr̃a nõ diuideret ſepultura. Marcellus ergo cũ lucina & preſbyteris ac diaconibus noctu corpus accepit & iuxta corpus beati petri in uaticano ſepeliuit. Ab eodẽ die ceſſauit epatus annos .vii. menſes ſex. dies .xxv. ꝓpter nimie perſecutionis ĩmanitatem.

¶ De ſcõ Ricario confeſſore. Cap. LXXXX.

Ricarius cõfeſſor natus uilla cẽtula ꝓuincie põtine monitus a quodã caldonico ſacerdote quẽ de hibernia ueniẽtẽ hoſpitio ſuſcepat: de ruſtico religioſus effectus utebatur pane hordeaceo cinere cõmixto. Aquã uero cũ lachrymis tẽperabat: & ex illa balnea faciẽs leproſos ſoluebat: & poſtmodũ ipſe eadẽ balnea ĩtroibat. Qui etiam in britãnia ꝓdicauit. Rex uero francoꝝ dagobertus eius famã audiẽs ip̃m ex deuotione uiſitãs eiuſdẽ ſe orationibus cõmendauit: ab eo quoq; inuitatus ad mẽſam magis ipe ſalutaribus monitis mẽte q̃ tẽporalibus cibis corpe refectus eſt. ¶ Deinde uir ſanctus famã mũdi fugiẽs a giſilimaro quodã uiro nobile in ſilua criſiaſſenſe cum ſigobardo diſcipulo ſuo locũ ſolitariũ deo ſeruiendi obtinuit. Ibiq; breui ſtructo tugurio uitã anachoriticã multo tpe exegit: multoſq; ad ſe ueniẽtes languidos diuerſis ab ĩfirmitatibus ſanos effecit. Et redimitus uirtutibus ĩ pace qeuit. vi. cal. maii. Sepultuſq; eſt a diſcipulo in loco ubi ipſe ſibi p̃cepat. A quo in extaſim rapto uiſus eſt in aula ſplẽdidiſſima mira fragãtia referta cõſiſtere ſplẽdore ad mirabili coruſcare. Cuius corpus ocialdus olim eius abbas cum ſuis monachis ad ſuũ monaſterium centulam tranſtulerunt: ubi multoꝝ ſignorum gloria claret.

¶ De ſancto Anaſtaſio papa primo & confeſſore. Cap. LXXXXI.

Anaſtaſius papa huius nominis primus natiõe romanus ex patre maximo ſyricio pape in põtificatu romano ſucceſſit: & ſedit annos .xiii. meſes .x. dies .xxv. Hic cõſtituit ut debiles aut mẽbris carẽtes non poſſent clerici cõſignari. Conſtituit etiã ut quãdo euãgeliũ legeret̃ preſbyteri & clerici non ſederent: ſed ſtarent. Et ſtatuit ut nullus tranſmarinus ad clericatus honorẽ ſuſciperet̃: niſi ꝓprii ep̃i chirographũ cũ ſigillo exhiberet. Et hoc p̃cipue cõſtituit ꝓpter hereticos manicheos q in ultra marinis ptibus abũdabãt. Hic in magna ſenectute annoꝝ uidelicet ultra .lxx. ſummus põtifex electus eſt ꝓpter ſuã nimiã ſanctitatẽ. Quã btũs cognoſcens hieronymus ei cõtẽporaneus ſcripſit de illo: q; eius uita diuturna mũdus in meritus eẽt frui. Floruit aũt tẽpore archadii ĩperatoris. Et qeuit in domino .v. calen. maii. Sepultuſq; eſt in cemiterio beati petri apoſtoli.

¶ De ſancto Antimo epiſcopo & ſociis martyribus. Cap. XCII.

Antimus ep̃s cũ aliis multis apud nicomediã ſub pſecutione diocletiani martyrium paſſus eſt. Qui ut tradit̃ hiſtorie eccleſi. libro .vii. cũ eſſet pontifex ipſius ciuitatis ob cõfeſſionẽ xp̃i martyrii gloriã capitis obtruncatione ſuſcepit. Quẽ tanq̃ bonũ paſtorẽ: ſecuta eſt uniuerſa pene gregis ſui multitudo per eandẽ martyrii uiam. Quoꝝ alios ꝓfatus tyrannus apud eandem tunc reſidens ciuitatem gladio obtrũcari: alios ignibus cõflagrari: alios nauiculis ĩpoſitos in pelago mergi fecit ipſis fidelium turbis ultro ſe tanto feruore neci offerentibus: ut etiam ſe interrogari non permitterent: ſed chriſtianos ſe confitentes ſponte ſuppliciis ingereret. Quorum paſſio recolitur .v. calen. maii.

¶ De ſancto Liberale confeſſore. Cap. LXXXXIII.

Liberalis de ciuitate altini natus a ſancto epiſcopo heliodoro eiuſdem urbis in eadem ciuitate nutritus & doctus fuit. Qui lectioni ſacre & orationi atq; carnis maceratiõni uacans domino ſeruiebat pauperum quoq; uſibus intentus erat: egrotantibuſq; curam ſolicitus impendebat. Corpus quoq; ieiuniis atterens ad tantam perfectionem deuenit: ut ſingulis diebus dominicis ſacram communionem percipiens: deinceps ſine ullo cibo uel potu tota hebdomada permanebat. Cum autem paganorũ perſecutione feruente heliodorus epiſcopus de altino receſſiſſet: & ad inſulas ſe maritimas contuliſſet: liberalis in eccleſia principali que erat dei genitricis orationem fudit ad dominum: ut eius in pace ſuſciperet ſpiritum. Eademq; nocte angelus domini ſibi dormienti apparuit: & orationẽ eius exauditam a domino nunciauit. Qui ſurgens a ſomno uiſitauit ſingulas eccleſias ciuitatis: peruenitq; ad inſulam que dicitur flactio caſtrorum ut ad ſanctum heliodorum accederet. Sed cum ad ipſum ꝓpter aquas interpoſitas tranſire non poſſet: in eccleſia proxima ſancti laurentii modico tempore cõmoratus eſt: ubi poſt paucos dies inter ſacerdotũ manus migrauit ad chriſtũ. v. calẽ. maii. Corpus quoq; eius ibidem ſepultum proceſſu temporis deſtructa altineũ ciuitate ad oppidum taruiſinum tranſlatum eſt.

¶ De ſancto Pulione martyre. Cap. XCIIII.

Pulio martyr in ciuitate ciuilitana prior lectorum fuit: de qua quidem urbe ualentianus imperator oriundus extitit: in qua & ipſe martyr ſub perſecutione Diocletiani & maximiani imperatorum martyrium pertulit agente preſide probo. Hic enim preſes poſtq̃ in ciuitate firmeũ ſanctum Hyreneum eiuſdẽ urbis ep̃m

cū ſancto mōtano preſbytero ſmeruleū in flumine de mergi fecerat. Sanctū quoq; demetriū ipſius eccleſie diaconē decollauerat ꝓuenit ad urbē ciuilitanā: ī qua pridē ſanctus euſebius ipſius ciuitatis pōtifex paſſus fuerat: fecitq; teneri pulionē lectorē: quē Chriſtū conſtantiſſime cōfitentē ac ſacrificare nolētem: dicentēq; ſe uelle patrū ſuorū qui ꝓ Xp̄o paſſi fuerāt imitari ue ſtigia. Flāmis iuſſit exuri: qui paſſus eſt. v. calen. maii.

¶ De ſcō Vitale martyre. Cap. XCV.

Vitalis martyr miles Xp̄i natione mediolanēſis apud rauēnā tpe neronis paſſus ē. Hic uxorē ualeriā habuit: ex q̄ gemellos gerualiū & ꝓtaſium ꝓcreauit. Qui cū paulino iudice rauēnā ingreſſus cū quēdā chriſtianū arte medicū noīe urſicinū natione ligurem decollari uideret: illeq; martyriū expauiſſet: ſanctus uitalis eum exhortari cepit: ne ipſe q alios curare cōſueuerat: ſcip̄m eterne mortis iaculo uulneraret. Quod urſicinus audiēs cōfortatus martyriū libēter excepit: quē uitalis honorifice ſepeliuit: & ad paulinū cōſularē ſuū ultra uenire cōtēpſit. Ille uero nimiū indignatus: tū qa ad ſe uenire cōtēpſit: tū quia urſicinū ſacrificare uolentē retraxit: & ſic ſe xp̄ianū oſtendit: iuſſit eū teneri: & cōfitentem Xp̄m in equuleo leuari: deinde ip̄m ad palmā duci: & ſi ſacrificare nollet: foueā ibi ꝓfundiſſimā donec puniret ad aquā fieri: & ibidē ip̄m depoſitū terra ac lapidibus obrui. Locus aūt ubi decollabant xp̄iani palma dicebat: eo q; arbor antique palme illic eēt. Beatus ergo martyr eodem adductus cū ſacrificare nollet: facta fouea ut dictū eſt: terra ac lapidibus eſt obrutus. Sacerdos aūt idolorū qui hoc cōſiliū dederat: arreptus a demonio p ſeptē dies clamabat: q; uitalis martyr eū incendebat. Die aūt ſeptimo in flumine ſe p̄cipitans miſerabiliter expirauit. Paſſus eſt autem ſanctus martyr iiii. calen. maii. circa annum domini. lvii.

¶ De ſcā Valeria martyre. Cap. XCVI.

Valeria martyr ſancti uitalis uxor: & mater ſcōrū geruaſii & protaſii cū exiſtēs mediolani uirū ſuū rauēne paſſum audiſſet: illuc cū famulis acceſſit: & corpus ſcī uitalis auferre uoluit. Verū in ſomnis admonita a beato martyre ne corpus a malo hoīe bene poſitum uiolaret: ip̄m dimiſit: & mediolanū ī curru rediēs: ruſticos deo ſuo ſiluano ſacrificantes incurrit. Qui eā de uehiculo deponētes hortabant ſecū epulari: ſed illa ſe chriſtianā eē: nec ſibi licere de īmolatis idolis māducare reſpondit. Quod illi audiētes tāta eā cede mactauerūt: ut uix eam ſeminecē ſui famuli ad mediolaneū urbē perducerent. Que infra triduū migrauit ad dominū. Recte autem eius paſſio uiri ſui legende cōtinuatur: quia dies certus eius martyrii non exprimitur.

¶ De ſancta Theodora uirgine & martyre & uno milite martyre. Cap. XCVII.

Theodora uirgo & martyr: cuius paſſionē ambroſius ſecundo libro de uirginibus ſacundo ſermone & luculento ſtilo diffuſius pertractat: cum uno milite cuius nomē ſubticet: apud anthiochiam paſſa eſt. Que cum elegātis eſſet decoris ex uirginitatis profeſſione aſpectus publicos fugiebat. Tandem puella a gentilibus detenta producitur: duplex profeſſa certamen & uirginitatis & religionis: datāq; ei optione a iudice: aut ſacrificare uirginem: aut lupanari proſtitui iubet: ut alterum ſpōte deſereret: cum ei alterū abſtuliſſent. Ipſa autem tolerabilius extimans mētem uirginē q̄ carnem habere: & q; uirginitatē mentis nemo ab inuita poteſt eripere: fleuit: & tacuit: ne eā uel loquētem adulter audiret. Ducitur ergo uirgo Xp̄i ad lupanar: ſed proſtitui poteſt: adulterari non pōt. Certātibuſq; ſingulis quis predā primus inuadat: illa introclauſa dominū exorabat: ut qui ſuſannā de ſupplicio eruerat: eā de periculo liberaret. Vix cōpleuerat orationē: & ecce uir militis ſpecie terribilis apparuit. Qui cunctis ſibi extimore cedentibus ingreſſus cellulam uirginē cōfortauit: dicens q; eā uenerat ſaluare nō perdere: ſuas: ei ueſtes offerens: & habitum uirginis poſcens: ut ſic mutatis ueſtibus illa incorrupta militis ſpecie egreſſa ſeruet: ipſe uero remanens uirginis habitu ſi neceſſe eſt martyrium quod optat patiat. Qué uirgo pſecutorē exiſtimās ceruicem eius gladio ꝓparabat. Tandē xp̄ianiſſimū cognoſcens: & ueſtes ſuas exuēs cū milite habitum cōmutauit: & habitu uirili exiēs cunctis ignota militem uirginali tunica amictū dimiſit. Poſt hec alius cubiculum ingreſſus quaſi cum puellam tractare inciperet: uirum reperiens ſtupore miratus: ſexum ſe mineum in uirilem mutatum arbitratur. Sed dubitans ne magicis artibus & ipſe ſexu forſitan mutaretur: concitus exiens uiſa narrauit populus obſtupuit: & militem pro puella deprehenſum pro eadē ad mortem damnauit. Dumq; ille gladium libens exciperet: fertur puella ad locum certaminis uirili habitu cucurriſſe: factum propalaſſe ambo de nece certaſſe ille dicebat ſe iuſſum occidi non illam. Nam eadem ſententia que eum damnauerat illam abſoluerat. Illa econtra clamabat q; non illum uadem mortis elegerat: ſed fidem pudoris optauerat. Nec interuenerat ut ſibi necem eriperet: ſed ut uirginitatem defenſaret: ꝓlixeq; orationis lepore martyrium expetebat. Dudum igitur ambo contenderunt & ambo tandem uictores extiterunt. Nec diuiſa eſt corona ſed addita. Miles enim pro uirginitatis defenſione palmam obtinuit: uirgo pro uirginitatis confeſſione coronam percepit. Sicq; ambo capitali ſentētia triumpharūt. iiii. calē. maii.

¶ De ſcō Petro martyre ordis p̄dicatorū. Ca. LCVIII.

Petrus nouus martyr de ordine predicatorum de ciuitate ueronēſi oriundus: uelut roſa de ſpinis exortus de parentibus hereticis fidei pugil egregius exurrexit. A quorum tamen errore ſe mundum ſeruauit. Cum adhuc

vii. eſſet annorum & a ſcholis rediret a patruo hereti co interrogatus quid didicerit: reſpondit ſe didiciſſe: credo in deū patrem omnipotentē creatorē celi & ter re. Ille uero ne diceret creatorem celi & terrre prohi/ bebat: eo q̄ deus uiſibilium creator non fuiſſet: ſed diabolus omnia que uidentur procreaſſet. Puer uero ſicut didicerat ſic uelle dicere ac credere affirmabat. Il le uero hec ei p̄ auctoritates ſuadere conabant. Quas oēs puer ſpiritu ſancto plenus cōtra eū conuertit: eūq̄ gladio quaſi proprio iteremit. Patruus uero indigne ferens a puero ſe cōfuſum: patri geſta rettulit: & ut pe trinum a ſcholis remoueret oīno perſuaſit. Timebat enim ut dicebat ne cū petrinus fuerit bene eruditus ad meretricē illā romanā eccleſiam ſe conferret: & ſic eor̄ fidem cōfunderet. Qui neſciēs uer̄ dixit: dū pe/ trū hereticor̄ pfidiā deſtructur̄ tanq̄ alter caiphas p̄ phetauit. Sed q̄ res a deo fiebat pater monitis fratris aſſenſum nō prebuit ſperans q̄ puer̄ ad ſuā ſectam p̄ traheret cū in grāmatica eruditus foret. ¶ Videns aūt petrus non eſſe tutū cū ſcorpionibus habitare: relicto ſeculo: fratrum predicator̄ ordinē annor̄ .x. ītroiuit. In quo .xxx. annis fere perſeuerauit: & ad cumulū to/ tius perfectionis aſcendit. Virginitatē quoq̄ mētis & corporis illibatam ſeruauit: nec alicuius mortalis cri/ minis cōtagium ſenſit: ſicut ſuor̄ cōfeſſor̄ teſtimo/ nio p̄batum eſt. Carnē quoq̄ ieiuniis aſſiduis mace/ rabat. Noctes poſt breue ſomnū ſtudio ſacre ſcīe occu pabat: dies uero aīar̄ cōmodis īpendebat predicatio/ nibus uel confeſſionibus aut hereticor̄ diſputationi bus inſiſtendo: pro fidei quoq̄ defenſione ſe totū ex/ ponebat: orationibus crebris petēs a domino: q̄ non finiret eū ex hac uita migrare niſi ſumpto calice paſ/ ſionis: multis etiā miraculis coruſcabat. ¶ Quadā die dū mediolani quendā ep̄m hereticor̄ a fidelibus ca/ ptū p̄ſente populi multitudine examinaret: & diſpu/ tatio protracta fuiſſet: & maximus ſolis eſtus cūctos affligeret hereſiarcha petro dicere cepit: q̄ ſi erat ita ſanctus ut eum ſtultus populus affirmabat: populum ipſum eſtu mori p̄mittere non debebat: & q̄ rogaret deū ut nubē aliquā ſoli opponeret: & ſic populū refri geraret. Aſſerēs q̄ ſi hoc fieret fidē catholicā reciperet maxime cū nulla uel minima nubecula in aere appa/ reret. Quod beatus petrus corā oībus ſe tactur̄ pro/ miſit. Deinde ad dominum orationē fudit. Statimq̄ ſigno crucis edito: nubes in aerem aſcendit: & ſe inter ſolē & populū īterpoſuit: atq̄ in modū papilionis cū/ ctos ab eſtu per magnā horam refrigerauit: hereticus uero in ſua duritia permanēs: ad ueritatem fidei ueni re cōtēpſit. Contractū quendā nomine aſerbum: qui per quinquenniū in ſextario trahebat ad ſe deductū mediolanū ſanauit. ¶ Nobilis quidam filiū habebat qui tumore gule horribili: nec loqui nec uix ſuſpira/ re ualebat: capā petri ex deuotiōe ſubſtulit: de qua fi/ lio gulā tetigit: illeq̄ cōtinuo ſanitatē recepit. ¶ Idem nobilis poſtmodū graui corroſione corporis torque/ batur: qui capam eandem ex deuotione reſeruatā ſuper ſe poni fecit: moxq̄ uermē piloſum duo habente ca/ pita euomuit & omnis dolor ceſſauit. ¶ Cuidam eti am iuueni muto immiſſo digito in os eius tactaq̄ lin gua beneficium loquele conceſſit. ¶ Verum cum pe/ ſtis heretica in lombardie prouincia pullularet: ſum/ mus pontifex ad peſtem diabolicam abolendā: diuer ſos inquiſitores de predicator̄ ordine in diuerſis lō/ bardie partibus delegauit. Inter quos beatum petrū in mediolano & in eius comitatu inquiſitorē prauita tis heretice auctoritate apoſtolica ordinauit. Qui ſibi iniunctū officium diligenter exercens hereticos ubiq̄ perquirens nullam eis requiem tribuebat: ſed ipos tā potentia expellebat q̄ ſapientia conuincebat. Quod il li uidentes de ipſius morte tractare ceperunt: & fauto rem quendam ipſor̄ ſicarium: ut eū occideret p̄cibus & precio induxerunt. ¶ Cū igit̄ ſanctus petrus de ci/ uitate cumana ubi fratrum ſui ordinis prior erat me diolanum pergeret pro officio inquiſitionis exequē/ do p̄dictus ſacrilegus ipſum in itinere aggreſſus edu cto enſe ſacrum eius caput crudeliter impetiit: & duo bus diris uulneribus ſauciauit. Qui nō querula uoce murmurans ſed ſufferens omnia patienter ſuum do/ mino ſpiritum cōmendabat. Symbolū ſacre fidei pro qua dimicabat deuotiſſime p̄fers: cuius nec in mor/ tis articulo deſiit eſſe preco. Sed cū adhuc martyr do/ mini palpitaret cultellum litor arripuit: & per latera eius tranſfixit. Cuius corpus fratres predicatores tule runt: & mediolanum deferentes honorifice ſepelie/ runt. Ad cuius ſepulturam lampades dependentes plu ries diuinitus & abſq̄ humano ſtudio ſunt accenſe: multis quoq̄ coruſcat & manifeſtis miraculis ibidē requieſcens: qui paſſus eſt .iii. calen. maii.

¶ De ſcō Titico diacono. Cap. XCIX.

ITicus diaconus diſcipulus ſancti pauli apo ſtoli & unus ex .vii. diſcipulis fuit: ut ſcri/ bit abbas dorotheus. Huius meminit idē apoſtolus in epiſtolis ſuis uidelicet ad col. iiii. & ſecūda timo. iiii. pronuncians eū fratrē chariſſi mū ac cōſeruum ſuum in domino. Qui etiam ab eo/ dem apoſtolo ep̄s colophonie ordinatus: poſt p̄dica/ tiōis officiū diligentius pactū apud paphum oppidū īſule cypri q̄uit in domino: ibidē ſepultus. .v. cal. maii.

¶ De ſanctis Agabo & Secundino epiſcopis & ſociis martyribus. Cap. C.

AGabus & ſecundinus ep̄i & ſocii eor̄ paſſi ſunt apud circeū coloniā: que eſt in numi/ dia. Qui perſecutione ualeriani poſt longū exilium in prefata urbe in qua tunc maxi me gētilium rabies ad tentandā iuſtor̄ fidem inhia/ bat: ex illuſtri ſacerdotio gladio cōſumati effecti ſunt martyres glorioſi. Paſſi ſunt etiam in eorum collegio emilianus miles tortula & antonia ſacre uirgines & quedam mulier cum ſuis gemellis: qui paſſi ſunt .iii. calendas maii. Hec ado.

¶ De ſancto Leone ep̄o. Cap. CI.

LEo ep̄s in greciar̄ partibus natus oīa in ſe culo abdicauit pro x̄po crucem q̄ eius tol/ lens: & ſi nō corpore martyriū paſſus eſt animo. Qui etiā in uita ſua miraculis cla/ ruit. Nam mulierem a graui corporeo langore ſana/ uit. Et in ſamo īſula in pace quieuit. Cuius corpns dū ide greci nauigio tranſferre nixi ſunt: ide ſe nunq̄ mo uere potuerunt: donec corpore quod amouerant ſuo loco repoſito abeundi facultatē obtinuerunt. ¶ Poſt multum uero tem̄poris uenetorum naues in ipſius inſule portu degentes: corpus: ſancti in eius ſolennita te que tunc uenetis ibi exiſtentibus contigit uidelicet tertio calen. maii deuotius uiſitarunt: miſſaq̄ ſolen/

niter celebrata inde diſcedere curauerunt. Exeuntes quoq; portum exorta ſubito tempeſtate redire coacti ſunt: poſt morulam uero mare ſedato iteꝝ exierũt: iterũq; aduerſantibus uentis retrocedere cõpellũtur. Tunc cõmuni conſiglio habito ſanctũ corpus inde leuantes ad nauem deduxerunt:& cõtinuo omni tempeſtate propulſa flante uento ꝓſpero deuenerunt mothonum. Vbi uox de celis inſonuit inquiens: hoc eſt corpus eꝑi leonis. Inde uenientes zacynthum uiſa eſt aquila alis extẽſis ſuper corpus excubare: que illos ad ultra cedẽdum ſigno monſtrauit alaꝝ. Dũq; alie naues tempeſtatem & naufragium ac pene precipitium paterẽtur: ſola illa in qua ſanctũ corpus quieſcebat illibata permãſit. Et quoties luminaria circa corpus accenſa flante uento extinguebanť: toties per ſeipſa diuinitus accendebanť. Venientes aũt ad portum ueſtis ab epiſcopo loci ipſius uiſitanť. Qui cum aliquid ex ſacris reliquiis obtinere precibus: aut precio minime potuiſſet: aquam tamen lotionis ſacrorum membrorum impetrauit. Celebrataq; miſſa cum corpus aqua diluiſſet:& ex ipſa cuidam languẽti preſbytero in potum dediſſet: mox ille ſanatus qui ab aliis delatus fuerat incolumis ad eccleſiam ſuam perrexit. Tandẽ uenetias naute illi applicantes leoni methamaucẽſi eꝑo corpus conceſſerunt: qui ipſum cum ſummo gaudio percipiens honorifice condidit: ubi & cecus illuminatus fuit:& eger manum habens aridam ſanitatem recepit. Proceſſu uero tẽporis methamauco a mare ſubmerſo corpus illud ad monaſteriũ ſancti ſeruuli martyris tranſlatum eſt. Cuius feſtũ agitur. iii. cal. maii.

¶ De ſcõ Roberto abbate. Cap. CII.

RObertus abbas & fundator ordinis ciſtertieñ fuit: qui dum in moliſmo mõaſterio epiſcopatus lingoneñ abbas eẽt: quod tũc cenobium erat fama celeberrimum & diuitiis opulentum: quia hec plerũq; ſolent animos ad laſciuiam prouocare: cupiens uir ſanctus artiorem uitam eligere cum .21. ex monachis eiuſdem loci uiris perfectis: poſt multos labores & itinerum difficultates ciſtertium deuenerunt: qui tunc horroris & uaſte ſolitudinis locus erat: ubi anno domini .1098. ſanctus robertus auctoritate fultus hugõis lugduñ archiepiſcopi tũc apoſtolice ſedis legati & gualterii cabiloneñ eꝑi nec non odonis burgundie ducis inclyti abbatiã conſtruxit:& ordinem qui ciſtertienſis diciť incohauit. Poſt aliquod uero tẽpus a moliſmenſibus monachis requiſitus: ipſum monaſterium ſue regule ac ordini adiecit:& ex utroq; unũ corpus effecit. Sicq; ſanctus abbas ordine initiato ſatiſq; dilatato ſanctis operibus deo ſeruiẽs laudabiliter uixit:& clarus uirtutibus ad chriſtum migrauit .3. cal. maii. Sepultuſq; eſt in abbatia ciſtertii: ubi & miraculis pollet. Anno aũt .14. poſt ordinis fundationẽ ſcũs bernardus ordiné ipm ingreſſus tã merito q̃ numero locoꝝ & fratꝝ ipm mirabiliter adauxit: ut in eius legẽda diceť .13. cal. ſeptẽbris.

¶ De ſcõ Mariano cõfeſſore. Cap. CIII.

MArianus monachus de territorio bituriceũ natus tempore ſancti alodii ſucceſſoris ſancti germãi circa annos domini .480. claruit. Qui a ſancto mamertino abbate in prefato monaſterio monachus factus eſt. Cuiq; idẽ pater officium alendoꝝ aĩalium commiſit: quod ille gratanter ſuſcepit & humiliter adiplere curauit. Die quadam aprum a canibus & uenatoribus fugatũ ad ſe fugientem benignius excepit: canibuſq; ut animal dimitterent imperauit. Qui ex eo die domeſticus effectus ſanctum uti catulus ſequebať. ¶ Die dominico ad eccleſiam pergens ut ſibi mos erat: fratrem ſecũ duxit inuitum eo q; ille debebat ipſa die fratribus miniſtrare. Et dum audientes miſſam nimis tardarent: illeq; ad horã ſe non poſſe redire putaret: finito euangelio equum ut abiret aſcendit: ſed nequaq̃ ipſum inde mouere potuit: donec ſeipſum deliquiſſe cognoſcens ad eccleſiam rediit:& uſq; ad finem miſſe cum mariano ꝑmanſit. Et ad horam reuerſus ſuum miniſteriũ adimpleuit: uir aũt domini in monaſterio ſontaneti in pace quieuit .iii. calẽ. maii corpuſq; eius inde delatum antiſiodori in ſuo monaſterio ſepultũ eſt.

¶ De ſcõ Mariano & Iacobo mribus. Cap. CIIII.

MArianus & iacobus martyres apud urbẽ lambaſitanam ſub decio paſſi ſunt. Quorum prior lector: alter uero diaconus extitit. Qui pro confeſſione nominis xp̃iani in ciuitate circeñ colonia tenti grauiſſimis ſuppliciis excruciati ſunt. Poſt que marianus per apices pollicũ ſuſpenſus graui pondere pedibus innexo crudeliter tortus eſt. Deinde cum collega dudum in carcere maceratus: ubi diuinis reuelationibus ſepius cõfortatur. Tandẽ ad prefatam urbem lambaſitanam directi & iterum diutius in ergaſtulo uincti: ſed diuina rurſum uiſitatione aleuiati. Nouiſſime cum multis aliis gladio conſumati ſunt pridie calen. maii.

¶ De ſcõ Eutropio eꝑo & martyre. Cap. CV.

EVtropius eꝑs & martyr ſancti dionyſii cõſocius fuit. Cuius paſſionẽ idem dionyſius grece ſcriptam per manus pape clementis direxit athenas. Hic fuit filius xerxis ad mirandi babylonie perſaꝝ regis & guine regine. Qui a pueritia litteris grecis & chaldeis edoctus liberalibuſq; ſcientiis imbutus: curioſitate orbẽ luſtrare deſiderans: a patre licentiã circũeundi obtinuit: a quo & nicanorem pedagogum accepit: herodemq; regẽ in galilea adiit: ut in eius curia aliquid cõſpiceret nouitatis. Auditoq; de ieſu miraculis qui eo tempore in illis partibus ꝑdicabat: ad eũ acceſſit: quẽ uidens & audiẽs licet gentilis reuereri cepit. Fuitq; preſens miraculo quãdo xp̃s ex .v. panibus quinq; milium hominum ſatiauit. Quo uiſo iam in ipſum credens eidem ut diſcipulus adheſiſſet: niſi pedagogũ timuiſſet. Sed adorato in hieroſolymis templo domini more gentiliũ ad patrem rediit & uiſa ſibi nũciauit. Rurſum quoq; amore flagrans ieſu licentia a patre petita poſt annũ in iudeam reuerſus eſt. Et cũ ieſus die palmaꝝ ueniſſet hieroſolymam ſedens ſuper aſinũ eutropius interfuit:& una cũ ceteris flores & ramos in uiam ſtrauit. Fuitq; de numero illoꝝ gentilium qui acceſſerũt ad philippum ut ieſum uiderent: ut dicitur ioannis .xii. Audito autem q; iudei eum occidere querebant: repatriauit ne tanti uiri mortẽ cerneret: uel ſi mors ipſius tardaretur ut ei cum ſuis gentibus adiutorium contra iudeos conferret: cunctaq; uiſa patri rettulit. Audiens quoq; ieſum occiſum uehementer doluit: ſed poſt ipſum reſurrexiſſe intelligens per ea que de eo uiderat credidit: & de eius reſurrectione conſola-

tionẽ nõ modicã recepit:unde & in ultionem mortis xp̃i oẽs iudeos quos in regno paterno repperit occidi mãdauit. ¶ Poſt aliqđ uero tp̃s p̃dicãtibus apoſtolis ſimone & iuda apud perſidẽ. Eutropius cũ patre & regno credẽtes ab eiſdẽ de xp̃i fide plenius edocti & baptizati ſunt:ubi & apoſtoli abdiam ep̃m & eutropiũ diaconẽ ordinarũt:ut in eoꝝ paſſione diceť. v. cal. nouẽbris. Et dũ predicti apoſtoli pro xp̃o paſſi fuiſſent: eutropius eoꝝ geſta & paſſiones cõſcripſit. Deinde patre iã ſene:ſeculo abrenuncians romã uenit:& a beato petro apoſtolo ad gallias predicandas miſſus acceſſit. Ingreſſuſq; ciuitatem ſantonas cũ xp̃m p̃dicaret ab infidelibus ceſus:& de urbe eiectus ſibi tugurium extra muros conſtruxit:ubi noctibus orationi diebus uero p̃dicationi inſiſtebat. Cũ aũt multo ibidẽ tpe cõmoratus fructũ modicũ p̃dicatiõis feciſſet:eo q; x. uiros ſolũmodo cõuertiſſet. Romã repedans beatũ petrũ apoſtolũ paſſum repperit. Et a ſancto clemente eius ſucceſſore ordinatus ſantonẽſi epiſcopus beatoq; Dionyſio ſociatus cum eodem iteꝝ ad gallias adiit. Deueniensq; ſantonũ filiã principis uirginem Euſtellã nomine cõuertit:& ſacro uelamine uirginitatis cõſecrauit: multũq; populum ſignis clarens domino acquiſiuit. Cũ aũt euſtella cũ eutropio extra urbis menia in uirginitatis propoſito deo ſeruiẽs moraretur:pater miſſis ſatellitibus ſanctum occidi mandauit. Quẽ illi primo lapidibus:deinde plũbatis cedentes nouiſſime ſecuri illiſo capite peremerũt. Cuius corpus euſtella in eius tugurio ſepeliuit:ibidem quoq; omni tẽpore in orationibus p̃mãſit. Que cũ migraſſet ad xp̃m apud magiſtrũ ſuũ ſepulta eſt:ubi & eccleſia a xp̃ianis p̃ceſſus tẽporis fabricata utriuſq; corpus qeſcit miraculis redoleꝫ. Paſſus eſt aũt ſcũs eutropius pridie cal. maii.

¶ De ſancto Zozima abbate. Cap. CVI.

Zozimas abbas in paleſtine partibus circa egyptum fuit. Qui adeo reputabatur ſanctitate pollens:ut delonginquis regionibus ad eius cellam fratres accederẽt:& ab eo edificati uite pabula reportarent. Hic annis. liii. in eremo p̃manens infeſtatus a quibuſdam cogitationibus quaſi perfectus eſſet:& nullius doctrina indigeret:a quodam ſibi ſeniore apparente moneť:ut ſe ſequať:& p̃fectiores ſe inneiret. Quẽ ſecutus ad quodã monaſteriũ iuxta iordanẽ p̃uenit:quem abbas cenobii benigne ſuſcepit:& eũ intra monaſteriũ introduxit. Ibiq; zozimas annis pluribus cõmoratus perfectiorem didicit uitã. Nam monachi illi die dominico ad eccleſiam cõueniebant:ubi miſſa celebrata cõionẽ ſumebãt:cõpletiſq; orationibus & officio duobus ex fratribus pro diuinis celebrandis p uices in monaſterio dimiſſis:ceteri modicos cibos de cenobio ſumentes aſportabant:& exeuntes ſegregatim ac ſolitarie totam hebdomadã in eremo peragebãt. Rurſumq; die ſabbati in ſero ad monaſterium cõueniebant. Vbi zozimas multis diebus deo ſeruiẽs:tandẽ egreſſus diuina diſpoſitione & itinere. xx. dieꝝ ſolitudinẽ pagrãs: mariã egyptiacã inuenit:cui & anno ſequẽti dominicũ corpus attulit:& mortuã ſepeliuit:ut ſupra in eius uita actũ eſt. iiii. noñ. aprilis. Reuerſuſq; ad monaſterium prefatũ oĩa uiſa abbati & fratribus rettulit. Et poſt tempus aliquod in ipſo loco uitam in pace finiuit pridie calen. maii.

¶ De ſcõ Philippo apoſtolo. Cap. CVII.

Philippus apoſtolus a bethſaida galilee ciuitate:andree & petri q̃uis oĩbus apoſtolis etate iunior fuerit:uocatione tamen inter primos extitit:ut de eo dr̃ loã. primo cap̃. Hic poſt domini aſcenſionem & apoſtolorum diuiſionem. xx. annis per ſcythiam inſtanter xp̃i euangelium predicauit. Sed tandem a gentilibus teneť & ad ſtatuam martis adductus imolare compellitur. Tunc draco de ſub baſe altaris exiit:qui filiũ pontificis igné ſacrificii miniſtrantem interfecit. Duos quoq; tribunos quoꝝ miniſtri Philippũ apoſtolũ in uinculis detinebant extinxit. Flatu etiam ſuo ceteros oẽs morbidos reddit. Quibus apoſtolus dixit:ut ſi ſtatuã martis deiicere uellent:& crucẽ domini ibidem erectam adorarent:mortui eoꝝ reſurgerent:& infirmi ſanitatem p̃ciperent. Illi uero qui cruciabanť:ſe ſanari petebant:& ſtatuam cõfringere p̃mittebant. Tunc philippus p̃cepit draconi:ut ſine alicuius leſione in deſertũ locum abiret:ubi neminem ledere poſſet. Qui ſtatim recedens nuſq; cõparuit. Apoſtolus uero languentes oẽs ſanauit:& illos tres mortuos ſuſcitauit. Sicq; factum eſt:ut qui eum perſequebanť:quaſi deũ adorarent. Ipſe autem per unum annũ iugiter predicauit:& multa milia hominũ ad xp̃i fidem cõuertit & baptizauit. Edificatiſq; multis eccleſiis:ep̃os : p̃ſbyteros & diacones atq; alios clericos ordinauit. Deide per reuelationem ad aſiam in ciuitatem hieropolim deuenit: ibiq; hereſim ebionitaꝝ qui xp̃m carnẽ phantaſticã aſſumpſiſſe donec:extinxit. Erant aũt ibi due ſacratiſſime uirgies eius in baptiſmate filie p̃ quas deus multitudinẽ uirginũ lucratus eſt. Apoſtolus aũt ante. vii. dies obitus ſui oẽs p̃ſbyteros & clericos ſuos ac uicinaꝝ urbium ep̃os cõuocauit:& eos de ſingulis docẽs in xp̃i fide cõfortauit:ſeq; ad deũ per martyriũ migraturum poſt. vii. dies eiſdẽ p̃dixit. Et cum eſſet annoꝝ. lxxxvii. ab infidelibus tentus: crucifixus : lapidatuſq; perrexit ad dominum:& martyriũ feliciter cõſumauit cal. maii. Et in eadẽ ciuitate corpus eius poſitũ eſt. Poſtmodũ etiam due filie eius p̃fate a dextris & a ſiniſtris eius tumulate ſunt. Proceſſu uero tẽporis corpus apoſtoli romam tranſlatum fuiſſe dicitur.

¶ De ſancto Iacobo minore apoſtolo. Ca. CVIII.

Iacobus apoſtolus qui diciť minor ſeu iacobus frater domini cognomento iuſtus: fuit filius alphei & marie ſororis matres domini:ſicq; cõſobrinus xp̃i fuit: propter

quod more iudeoꝝ & frater domini appellabat. Minor aũt dicit ad distinctionẽ alterius iacobi apostoli filii zebedei: qui maior uocat: nõ q̃ hic minor illo fuisset etate: sed posterior uocatione. De hoc aũt dicetur plenius in hystoria natiuitatis uirginis marie. vi. idus septẽbꝝ. Iustus aũt cognominatus est ꝓpter meritum excellẽtissime sanctitatis. Nam ut de eo dicit hieronymus tante reuerentie fuit in populo: ut fimbriam uestimẽti eius certatim contingere cuperent. Et ut dicit egesippus: hic ex utero matris sue sanctus fuit: uinum & siceram non bibit: carnes nunq̃ mãducauit: ferrum in capite eius non ascendit: oleo nunq̃ unctus: nec balneo usus fuit: sindone. i. ueste linea semp̃ idutus. Tot es in oꝝone genua flexerat: ut callos in genibus more camelorꝝ uideret habere. Hic solus ex apostolis propter sanctitatẽ suã ꝑmittebat intrare in sancta sanctorũ: non quidem cã immolationis sed orationis. ¶ Intantum aũt & facie & liniamentis corporeis similimus xp̃o fuisse perhibet: q̃ plerique in amborum specie fallerent: unde ut dicit hieronymus cũ iudei ad capiendũ xp̃m pergerent: ne forte iacobum in persona xp̃i caperẽt: a iuda q̃ eos optime discernebat signũ osculi acceperunt. Et nihilominus fugientibus apostolis: q̃dã ex ministris qui ꝓpter turbam xp̃o approximare nõ poterant: iacobum iustũ uice iesu tenuerunt: Qui relicta sindone qua utebat: ut dictũ est nudus ꝓfugit ab eis. ¶ Hic etiã ut idem hieronymus testatur cõtra iouinianũ perpetue uirginitatis extitit. Et ut idẽ tradi in parasceue mortuo domino iacobus uotum uouit se non comesturum donec uideret dominum a mortuis surrexisse. In ipsa aũt die resurrectionis cum usq̃ tũc nõ gustasset: dominus eidẽ appuit: & astantibus mensurã apponere iussit. Deinde panẽ accipiens benedixit & fregit & iacobo dedit hortãs eum ut comederet: eo q̃ filius hominis a mortuis surrexisset. Huic ẽt ꝓpter sue sanctitatis excellentiã apostoli in tãtũ detulerunt: ut primus iter eos missam hierosolymis post ascẽsionem domini celebrasset quã petrus postmodũ primus celebrauit ãtiochie & marcus alexãdrie. Post ascensionẽ ergo domini discipulis ad predicandũ ad diuersas partes adeũtibus: Iacobus frater domini hierosolymoꝝ eps ordinatus est: q̃ ecclesiã ipsam annis. xxx. gubernauit. Et cũ primũ concilium ab apostolis in hierusalẽ celebratũ esset propter obseruationẽ legalium. Iacobus uti ecclesie ipsius eps cõcilii diffinitor & iudex fuit: ut habet act. xv. ¶ Anno igit. vii. ep̃atus sui cũ apostoli ad diẽ pasche hierosolymis cõuenissent: & interrogante eos iacobo quanta p̃ eos dominus corã populo fecisset: ipsiq̃ oĩa seriosius explicassent: & iacobus cũ apostolis in templo corã caipha & aliquibus iudeis predicasset: iamq̃ ꝓpe esset ut baptizari uellẽt: q̃dam iudeus templũ ingressus sacerdotes redarguit q̃ se ab illis magis decipi permitterent. In tantũq̃ populũ concitauit ut apostolos lapidare uellent. Ascẽditq̃ hõ ille super gradũ ubi iacobus predicabat: & ip̃m p̃cipitauit deorsum. Qui fracto crure ex die illo plurimũ claudicauit. Hoc aũt passus est anno. vii. post domini abscẽsionem. Sed nec sic usq̃ ad annum. xxx. episcopatus sui a predicatione cessauit. ¶ Quo tpe uidẽtes iudei q̃ paulũ occidere nõ potuissent eo q̃ cesarẽ appellasset: ut dicit act. xxv. persecutionem in iacobũ conuerterunt. Conueneruntq̃ ad eum obsecrãtes: ut populũ reuocaret qui errabat in iesu putantes q̃ esset xp̃s: de quo ipse testimonium quid sibi uideretur corã populo die pasche ꝓferret: cui tanq̃ iustissimo oẽs acquiescerent. Statuẽtes igit eum die pasche supra pinam templi: illum rogabant põtifices tanq̃ uirorum iustissimum: ut enũciaret omnibus qd sibi de iesu uideret. At ille cũ ingenti uoce pronunciauit: q̃ in celis sedit ad dexteram summe uirtutis: uenturus iudicare uiuos & mortuos. Quod christiani audiẽtes gaudebant. Pontifices uero iudeoꝝ confusi stabãt. Et clamare ceperunt q̃ etiã iustus errasset. Consilio quoq̃ iter se initio de eius nece super pinã ascenderunt: & ipsum precipitauerunt. Qui deiectus non solum mori nõ potuit: sed super genua ꝓcũbens pro persecutoribus suis orauit. Cũq̃ eum orantem desup lapidibus perurgerent: unus ex sacerdotibus de filiis rechab ceteros increpabat: q̃ iustum pro eis orantem lapidarẽt. At unus ex illis ꝑticam fullõis arripuit: & ualido ictu caput eius imputens ipsum excerebrauit: taliq̃ martyrio migrauit ad dominũ. Sepultus ibidẽ iuxta templum cal. maii. In cuius sanguinis ultionẽ ut dicit iosephus subsecutũ est excidium hierusalẽ & dispersio iudeoꝝ. Quod licet re uera fuerit principaliter ꝓpter mortẽ domini. Ad hoc tamen addere potuit interfectio iacobi iusti. ¶ Hic ut ait hieronymus libro de uiris illustribus unã tantũ scripsit epistolam que de. vii. canonicis est: que tamen ab alio quodã eius nomine edita a nonnullis traditur: licet paulatim procedente tempore obtinuerit auctoritatem.

¶ De sancto Hieremia propheta. Cap. CIX.

Hieremias ꝓpheta & sacerdotes ex tribu sacerdotali ortus uico anathoth q̃ tribus milibus a hierusalem distat patre elchan sermone q̃dem apud hebreos rusticiore prophetauit: que simplicitas elloquii de loco ei in quo natus est accidit. Cuius ꝓphetia per tẽpora quattuor regnũ extenditur. Siosie: & ioachim primi: & ioachim secundi: & sedechie regum iuda: ꝓphetauit aũt in regno iuda iam. x. tribubus in assyrios translatis. Hic ex utero matris sanctificatus extitit: & etate puerili prophetare cepit. Anno uidelicet. xiii. iosie regis iude: & prophetauit usq̃ ad euersionẽ urbis hierusalem. xli. annis preter illud tempus quo in egypto prophetauit in tãnis. Et cum puer esset tetigit dominus os eius cepitq̃ prophetare & predicare: mane consurgẽs & frequenter stans in porta domus domini in atriis templi. Et ostendit ei dominus signa euersionis hierusalem quam predicabat. Primo signo significauit auctorem euersionis deum sub figura furis cum uirga uigilantisq̃ iam uigilabat ad percutiendum populum. Secundo ostẽdit ei quo ministro ad hoc uteretur per ollam succensam a facie aquilonis. i. a chaldeis qui iuxta situm hierusalem uenerunt ab aquilone. In tertia uero de lumba re putrefacto ostendit ei causam euersionis nec fuit hec uisio imaginaria sed corporalis. Quia enim filii hierusalem recesserunt a domino fornicando post deos alienos comparantur lumbari putrefacto: ut sicut lumbare adheret lumbis uiri sic primo adherebant domino. ¶ Anno autem quarto ioachim primi regis iuda cum Hieremias propheta destructionem urbis hierusalem & templi in proximo fiendam publice denunciaret a principi-

bus populi ceſus miſſus ẽ ĩ carcerẽ: ne publice predica ret. Qui uocato baruch filio nerie ſcriptore ſuo ſcribit fecit in uolumine q̃ pphetabat: & miſit populo & regi per mãus baruch. Que cũ baruch in tẽplo legiſſet populus penitens ieiuniũ p̃dicauit. Rex autem cũ hec audiſſet uolumẽ cõbuſſit. Hieremiã quoq; iã de carcere a populo dimiſſum: & baruch apphẽdere uoluit: ſed deus eos ad tempus abſcondit. ¶ Poſt hec nabuchodonoſor rex babylonis aſcendens hieroſolymam: cepit ioachim: & partem uaſorum tẽpli aſportauit: ipſumq; in babylonem ducebat. In ſtinere uero remiſit eum acceptis obſidibus: daniele cum tribus pueris & aliis nobilibus iudeorum: & impoſito ei tributo: qui ſoluit ei tributũ annis tribus. Poſtmodum uero audiens: q; rex egypti contra nabuchodonoſor bellum aſſumeret: tributum denegauit: unde & rex babylonis ueniens hieruſalem: intrauit eam ſub iure federis: ſed fide mox rupta iuuenes fortiſſimos cum ioachim rege occidit & ioachim iechoniam ioachim filium patri equiuocum regẽ conſtituit. Poſtea autẽ timens ne ioachim memor paterne iniurie adherendo egyptiis contra ſe pugnaret: rediens iterum hieruſalem obſedit. Sed de conſilio hieremie ioachim ſe cũ matre & omni familia nabuchodonoſor tradidit: q; capta ciuitate ioachim & principes & multos de populo tranſmigrauit in babylonem cum ezechiele & mardocheo. Hec autem traductio filiorũ iuda in babylonem dicitur tranſmigratio: ſed alia que facta eſt poſt euerſionem hieruſalẽ dicitur captiuitas. Conſtituit autem nabuchodonoſor regem patruum ioachim ſedechiam ſub iureiurando: q; ei ſeruiret ſub tributo. Qui duobus annis promiſſa compleuit. Cũ autem pſeudo prophete deciperent ſedechiam dicentes in proximo babylonios ab egyptiis eſſe uincẽdos. Sedechias rex iuda contra iuramentũ ſuũ regi chaldeorum denegauit tributũ. Qua de re nabuchodonoſor ueniens in iudeã obſedit hieruſalẽ. Interim uero falſi prophete nunciabant regi proſpera ſed falſa hieremias uero his cõtraria ſed uera. Qui egrediens hieruſalẽ ut ueniret ad uicũ ſuum anathoth tanq; fugeret ad hoſtes captus eſt & incarceratus: nabuchodonoſor uero & nabuzardan hieruſalẽ. xviii. menſibus obſederunt. Tunc ſedechias territus hieremiã de carcere tulit: & pphetie ueritatẽ ſecreto inquirẽs audiuit Hieremias autẽ p̃noſcens tẽplum domini euertendũ diuino oraculo admonitus: tulit arcã teſtamẽti cũ his que in ipſa erãt: & in montẽ abariã quẽ moyſes aſcenderat: ut terrã promiſſionis uideret deportauit: & p̃cibus ſuis eã abſorberi fecit in petra: digito uero nomẽ dei deſignans impreſſit: acſi ferre ſculptum eſſet. Et extunc nec locũ quis cognoſcere poteſt: nec nomẽ legere uſq; in preſens. Sepeq; nubes ut ignis fit ſuper locum illũ nocturno tempore: eo q; gloria domini ab eius lege non deſinat. Dixitq; hieremias preſentibus. Dominus de ſyon receſſit ad celos rurſus in uirtute uenturus. Eritq; ſignum preſentie eius quando uniuerſe gẽtes adorauerint lignum. ¶ Deinde cũ hieremias captiuitatem publice p̃dicaret. Sedechias rex principibus eum petentibus tradidit. Qui cum eum in lacum depoſuiſſent: ubi erat in luto uſq; ad guttur: extraxit eum inde abde melech ethiops uir eunuchus pietate commotus. Tamen in carcere detẽtus eſt uſq; ad diem quo capta eſt hieruſalẽ. Quã nabuchodonoſor. xviii. menſibus obſeſſam tandem cepit: fugientemq; regem ſedechiã comprehendit: filios eius occidit: & oculos ei eruit: ac uinctum cum principibus in babylonem adduxit. Nabuſarachim uero princeps militie regis qui remanſerat: templũ & urbem ſuccendit: murum euertit: & captiuos multos & uaſa templi in babylonem tranſtulit. Godoliam uero pauperibus in terra relictis prefecit: & hieremiam nolentem ſecum abire: ſicut a rege in mãdatis acceperat dimiſit. Sed poſtq; godolias a quodam iſmahele de ſemine regio interfectus eſt timentes ſibi reliqe iudeorum contra conſilium hieremie in egyptum deſcenderunt: & hieremiam & baruch ſecum & inuitos duxerũt & habitauerũt in magdalo tãnis & mẽphiatq; fatures. Cũq; eẽnt ibi hieremias regibus egypti ſignũ dedit: & eor̃ idola ſubuerti oporteret: cum uirgo pareret: unde ſacerdotes eor̃ in ſecreto tẽpli loco imaginẽ uirginis q; pueri ſtatuentes adorabant. Dũ uero poſt tempora ptolemeus eos interrogaſſet: cur hoc agerent: dixerunt paterne traditiõis eſſe myſterium: quod a ſancto propheta maiores eorum acceperant: & ita futurum eſſe credebant. ¶ Et cum hieremias ibidẽ populum de idolatria redargueret: inſurrexit populus iudeor̃ contra eũ: & lapidauerũt eum. Porro egyptii eum honorauerunt: ſepelientes iuxta tumulum regum ſuor̃: memores beneficior̃ que preſtiterat egyptiis. Oratione enim ſua fugauerat aſpides & beſtias aquar̃ quas greci crocodilos uocant: q̃bus prius egyptus infeſtabatur. Cuius corpus alexander macedo tranſtulit alexandriam: & ſepeliuit glorioſe. Extunc quoq; a terrã illa prohibiti ſunt crocodili & aſpides memorati. ¶ Non ſolum autem hieremias eius prophetiam ſuo libro conſcripſit: ſed etiam propter mortem ioſie regis iude elego metro trenor̃ lamentationes cõpoſuit: q̃bus in exequiis funeralibus utebãtur cantores & cãtatrices. Occubuit aũt ſanctus propheta calẽ. maii. Et hic non ſolũ eccleſiaſtici. xlix. in ſanctor̃ patrum catalogo ſcribit: ſed etiã in pleriſq; diuine ſcripture locis & a multis doctoribus ut ſanctiſſimus memoratur. Hec ioſephus: hieronymus: comeſtor & guilelmus.

¶ De ſancto Baruch propheta. Cap. CX.

BAruch ppheta & ſcriptor hieremie fuit: ac ei in carcere miniſter & in exilio ſocius uſq; ad diẽ mortis ipſius eũ non deſeruit. Multaq; ex ore ipſius cõſcripſit: ipſe quoq; ſpiritũ ppheticũ habuit & multa ac magna myſteria de ĩcarnatiõe domini pphetauit. Qui & cũ magi

ſtro ſuo a populo in egyptum deductus poſt eius interfectionem in pace dormiuit. Sed quia dies certus eius obitus non habetur ſuo recte preceptori & magiſtro ſubiicitur. Sanctitatem uero huius prophete non ſolum doctoris eius hieremie uita ſanctiſſima quam bonum diſcipulum imitatum fuiſſe credendum eſt: ſed etiam eidem a ſpirituſancto tradita indicat prophetia: prophetauit autem baruch in babylonia tempore captiuitatis iude: & uerba prophetie legit in auribus iechonie ſiue ioachim regis iuda & ceteri populi tranſmigrati: ut ex textu ipſius libri liquido patet: propter quod arguendum eſt baruch cum ceteris captiuis in babylonem adductum. Et inde forſitan obtenta a rege gratia redeundi: eo q; hieremie fuiſſet conſocius & diſcipulus taliter ad iudeā reuerſum: ut cum hieremia poſtmodū ut dictū eſt deſcenderit in egyptū. Hec notantur ſupra.

¶ De ſancto Andeolo martyre. Cap. CXI.

ANdeolus ſubdiaconus & mar̄ a ſancto policarpo epiſcopo ex oriente cum benigno & andochio preſbyteris: & thyrſo diacono ad gallias predicandas miſſus ē. Qué ſeuerus ceſar eius predicatione comperta in territorio niuarieū comprehenſum & ſpinoſis fuſtibus flagellatum: chriſtum confitentum in carcerem trudi fecit. Dieq; ſequēti facto de ligno duriſſimo enſe ad formam gladii caput eius in modum crucis ſindi p̄cepit. Et ſic eliſo cerebro martyrium conſumauit calendas maii: ut dicit ado.

¶ De ſcō Sigiſmūdo rege & martyre. Cap. CXII.

SIgiſmundus rex & martyr filius genebaudi regis burgundie & eius poſt morté in regno ſucceſſor fuit tempore anaſtaſii imperatoris ut ait ſigibertus. Qui a pueritia xp̄ianiſſimus eccleſias & monaſteria & ſanctoz̄ limina uiſitabat. Ieiuniis quoq; & orationibus ītentus aſſidue pauperibus uberes elemoſynas īpendebat. Aſſumpto uero regno cultū xp̄i ampliare curabat: eo q; adhuc burgūdieū gentilitati ſeruiebant. Dumq; loca martyrum perluſtraret uenit ad ciuitatem ſeduneū ad locum agauneī: ubi beatus mauritius cum ſancta legione thebeorum paſſi ſunt. Ibiq; diuinitus inſpiratus orabat ad dominum ut de conſortio martyrum effici mereretur. Angelus uero eidem tunc apparuit eumq; docuit: ut ſicut audiret militie celeſtis alternatim pſallentium choros: ſic in eccleſia pſalmos decantari inſtitueret. Sanctus ergo extenſis auribus choros angelicos canentes audiuit: & angelica mandata ſicut audierat adimpleuit. Nam uſq; ad illud tempus in eccleſiis gallie non alternatim: ſed inſimul ab omnibus pſallebatur. ¶ Cum igitur franci adhuc gētiles regnū burgundionum depopulaſſent: & multos ex ſuis adhuc paganis rex ſibi aduerſantes & gallias adherentes haberet: tonſa capitis coma & habitu religionis indutus ad locum predictorum agaunenſium martyrum latenter aufugit. Quo franci cum burgundionibus proditoribus peruenerunt. Tunc burgundieū regem cognitum & uinctum francis tradiderunt: una cum coniuge & duobus filiis ſigiberto & gunterāo. Quos illi ad locum qui dicitur belſa deducētes in puteo antiquo capitibus deorſum proiecerunt: taliq; martyrio ad dominum migrauerunt. calen. maii. Quorum corpora a limo contecta ibidem triennio iacuerunt. Sed cum ſepius noctu a multis uiris ſanctis ſupra locum ipſum accenſe lampades uiderentur expletis tribus annis abbas ipſius loci ab angelo monitus corpora ſanctorum de puteo leuata in eccleſia ſancti ioannis euangeliſte tumulauit: ubi eorum meritis multa miracula fiūt. Hoc autem ſpeciali priuilegio ſanctus iſte martyr effulget: quia a febricitantibus inuocatus ciuſcunq; generis febrem expellit. Hec ſigibertus.

¶ De ſancto Amatore epiſcopo. Cap. CXIII.

AMator epiſcopus antiſiodoreū in annis iuuenilibus litteris eruditus deo iam deuotiſſimus a parentibus inſignibus coactus uirginem deſponſauit. Quam tamen ut uirginitatem profiteretur induxit: & ipſe ſimili ſe uoto conſtrinxit. Cum autem uterq; uotum emiſiſſet: angelus domini eiuſdem aſtitit: duas coronas ſibi aferens: & ſingulas ſingulis imponens: eos in ſancto p̄poſito confortauit: puella igitur monaſterium uirginū ingreſſa eſt. Amator uero clericus factus poſt mortem eladii atiſiodoreū epiſcopi eodem in pontificatu ſurrogat. Qui pluribus miraculis effulſit. Inter que dum paruam haberet eccleſiā que populum omnino capere non ualebat: rogauit obnixius ciuem quendam reptilum nomine: ut domum ſuam templo dei contiguam concederet ad eccleſiam ampliandā. Qd̄ ille facere denegans: grauiter infirmatur. Sed ſancto poſtulata concedens continuo liberatur. Sanctus ergo epiſcopus domum eccleſie adiiciens eādem in honoré protomartyris ſtephani fabricauit. In qua uerbum domini predicabat. Sed cum obitum ſuum imminere conſpiceret ad eccleſiam perrexit: celebrataq; miſſa populo ſermonem fecit: & in throno ſuo reſidens expirauit. Cuius anima in columbe ſpecie celū petere uiſa fuit. Corpus quoq; eius in ipſa eccleſia tumulatum quieſcit. Aqua uero qua corpus lotum fuerat: perfuſus paralyticus curatus eſt. Quieuit in pace lendas maii.

¶ De Letaniis. Cap. CXIIII.

LEtanie bis in anno fiūt ſcilicet in feſto ſancti marci: que dicitur letania maior: & tri duo ante aſcēſionem: que dicitur minor. Et interpretat̄ letania ſupplicatio uel rogatio. ¶ Letania autem maior tripliciter nominatur ſcilicet letania maior: proceſſio ſeptiformis: & cruces nigre. Dicitur autem letania maior: ratione inſtituēntis: quia a magno Gregorio papa urbis inſtituta eſt. Ratione loci: quia rome inſtituta eſt: que caput orbis eſt. Ratione cauſe: quia pro magno morbo & grauiſſimo qui rome uiguit: ſcilicet pro epidemia inguinaria: que infinitum populum romanum extinxit: de quo dictum eſt ſupra in legenda gregorii pape quarto idus martii. ¶ Dicitur etiam proceſſio ſeptiformis: ex eo q; beatus gregorius proceſſiones ſuas per ſeptem ordines diſpoſuerat. In primo enim ordine erat clerus. In ſecūdo monachi religioſi. In tertio ſanctimoniales. In quarto infantes. In quinto laici. In ſexto uidue & continentes. In ſeptimo coniugate. Sed quod modo non poteſt in numero perſonarum: ſupletur in numero letaniarum: quia ſepties dici debent. ¶ Dicuntur & cruces nigre: quoniam in ſignū meroris ex tanta ſtrage hominum & in ſignum pe-

nitentie nigris ueſtibus iuduebantur: propter eandem etiam cauſam cruces & altaria ciliciis uelabantur. ℂ Alia uero ē letania minor: que fit tribus diebus ante aſcenſionem: quam ſanctus mamertus uiēneñ epiſcopus ante inſtitutionem prime inſtituit. Et dicitur minor ad differentiam prime: quia inſtituta eſt a minore epiſcopo: in minori loco: & pro minori morbo. ℂ Cauſa autem huius inſtitutionis fuit: quia tunc apud uiennam crebris & ualidis terremotibus domus & eccleſie ſubuertebantur: nocturni ſonitus & clamores audiebantur: & lupis etiam nimia feritate ipſas ciuitates intrantibus pueri & homines perfecti lacerabantur. Predictus ergo epiſcopus triduanum ieiunium indixit: letanias inſtituit: & ſic tribulatio conquieuit. Deinde ab eccleſia ſtatutum eſt: ut hec letania uniuerſaliter conſeruetur. ℂ Dicuntur etiam rogationes: quia tūc ſanctorum ſuffragia imploramus. Et merito talis obſeruantia his diebus obſeruanda ē multiplici ratione. Primo ut deus bella pacificet: que in uere frequentius concitantur. Secundo ut teneros adhuc fructus conſeruādo multiplicet. Tertio ut motus carnales qui hoc tēpore magis uigent in ſe unuſquiſq; mortificet. Quarto ut ad receptionem ſpiritus ſancti ſe quilibet magis habiliter. Quinto ut chriſto aſcendente & dicente: petite & accipietis: quiſq; cōfidentius poſtulet. Sexto ut eccleſia ſe carne macerans per ieiunium & plumis amplificans per orationem cum xp̄o aſcendēte liberius & facilius euolet. He due ultime rationes ſunt guilelmi antiſiodoreñ. ℂ In his ergo letaniis cruces deferuntur campane pulſantur: uexilla portantur: & omnium ſanctorum patrocinia generaliter implorantur. Ideo autē cruces deferimus, & campanas pulſamus: ut demones territi fugiant: uexilla regis eterni conſpicientes: eiuſq; tubas excitatorias audientes. Vexilla deferimus ad repreſentandū uictoriam aſcenſionis chriſti: qui cum preda celos aſcendit: unde uexillum per aerea incedēs eſt chriſtus ad celos aſcendens: populi qui ſequuntur: ſunt ſancti qui ab eo ad celeſtia ſubleuantur. ℂ Sanctorum autē omnium ſingulariter & generaliter ſuffragia imploramus. Primo propter noſtram inopiam: quam habemus in merendo: ut ubi noſtra non ſupperunt merita: patrocinentur aliena. Vel propter inopiam quā habemus in contemplando: ut qui non poſſumus ſummam in ſe lucem aſpicere ſaltem in ſanctis aſpiciamus. Vel ꝓpter inopiam: quam habemus in amando: qa plerūq; imperfectus homo magis afficitur circa aliquē ſanctum q̄ circa ipſum deum. ℂ Secundo ꝓpter ſanctorum gloriam: ut dum per eorū ſuffragia quod petimus imploramus: ipſos magnificentius collaudemus. ℂ Tertio propter dei reuerentiam: ut peccator qui deum offendit quaſi non audeat ipſum in perſonam propriam adire: ſed ſanctorum poſſit patrocinia implorare. ℂ In his autem letaniis conſueuit illud canticum angelicum frequentari. Sancte deus: ſancte fortis: ſancte & immortalis miſerere nobis. De quo refert damaſcenus libro tertio: q̄ cum apud conſtantinopolim propter epidemiam letanie cum proceſſione fierent. Puer de medio populi in celum raptus & iſtud beate trinitatis canticum ibidem edoctus rediens ad populum: illud frequentari docuit: & mox tribulatio ceſſauit. In chalcidoneñ quoque concilio fuit iſtud canticum approbatum.

ℂ De ſancto Athanaſio epiſcopo & confeſſore.

Cap. CXV.

ATHanaſius epiſcopus alexandrinus & doctor grecorū: de quo in libro decimo eccleſiaſtice hiſtorie: & ab aliis pluribus multa ſcribuntur tempore conſtantini & conſtātii eius filii arriani claruit. Qui a puerilibus ānis liberalibus diſciplinis ībutus: & ſacra philoſophia eruditus: a ſancto alexandro epiſcopo glorioſo ſene clericus factus & preſbyter ordinatus: in predicando uerbum domini eidē coadiutor effectus eſt. Et inde una ſecum niceno concilio interfuit: & arrium hereticum mirabiliter cōfutauit. Propter quod ab arrianis odio conceptus innūeras ab eiſdē perſecutiones perpeſſus eſt. Quibus ſuggerentibus concilio iterum apud laodiciam cōuocato dum omnes ſederent: & diſputatio incepta eſſet oratione tamen alexādri epiſcopi & athanaſii preſbyteri premiſſa arrius ſecreta nature compulſus expetiit: ubi inteſtinis omnibus in ſeceſſum defluentibus expirauit. Quo miraculo multi arrianorum ad fidem catholicam redeunt: ceteri uero in athanaſium amplius obſtinati deſeuiunt. Cum autem poſt mortem alexandri eidem in pontificatu ſuccеſſiſſet fidem catholicam ſcriptis & ſermonibus defenſabat: & arrianam perfidiam impugnabat. ℂ Verum ex arrianorum emulatione ac ſuſurratione conſtātio impatori arriano exoſus factus uelut hoſtis imperii cenſebatur. Delatus autem auguſto de adulterio uiolenter illato: & de dextera arſenio eius diacono preciſa apud tyrum ciuitatem imperatoris iuſſu ad concilium euocatur. Ingreſſuſq; ſynodū mulier ipſum de adulterio falſo accuſabat: que & ipſum quem accuſabat non cognoſcebat. At uero timotheus ſub nomine athanaſii ſe excuſat: mulier uero ipſum athanaſium credens obiurgat: ſicq; de falſo crimine conuicta eſt & confuſa. Deinde manus arida in loculo ꝓducit: q̄ arſenio ab epiſcopo abſciſſa fuiſſe aſſerit. Epiſcopus uero arſenium latentem qui longius eſſe putabatur ad eſſe fecit: quo ambas manus exhibente ſe innocentem probauit. Cum autem hec arriani magicis artibus deputarent: innocens athanaſius uti culpabilis iudicatur ex urbe & ſe de propellitur ab imperatore proſcribitur & per totum orbem occidendus inquiritur. Qui ubique profugus a maximino treuereñ epiſcopo benigne ſuſcipitur: ſed poſt modi-

cum metu principis inde ꝓgreditur. Deinde. vi. annis latuit in ſicca ciſterna ſola ei quadã ancilla uirgine miniſtrãte catholica:: ubi ſimbolum. Quicunq; uult ſaluus eſſe: dictauit & ſcripſit. Cum autem perſecutores ſui illuc aduenirent: & nunciante ei ancilla athanaſius aufugiſſet: illi hoc cognoſcentes uirginem ad mortem ceciderunt. Poſt hec cum ad partes imperatoris conſtantis fratris conſtantii occidentales ueniſſet: cauſamque ipſius conſtans examinaſſet ſuper epiſcopi iniuſto exilio litteras fratri direxit: conſtantinuſque ipſum ut fratri complaceret ad ſedem ſuam reuocauit. Sed modico poſt tempore ad inſtantiã arrianorum: iterum eum conſtantius eiiciens perſequitur. Iterumque conſtantis comminationibus reuocatur. ¶ Defuncto uero conſtante ſoloque regnante conſtantio cum athanaſium ſuſpectum haberet q; ſibi germanum inimicum feciſſet ſuaſu arrianorum tertio ipſum de ſede propulit: & georgium arrianum ſibi in epiſcopum ſurrogauit: miſſis per uniuerſum orbem romanum litteris ut ubicunque repertus fuerit athanaſius occidatur remuneratione taxata cuicunque: qui caput athanaſii imperatori obtuliſſet. Quo tempore ſanctus uir toto orbe hincinde profugus euagatur. Aduerſus quem reges ac principes & populi commouentur. Sed multis euaſis periculis: & perſecutionibus dei gratia reſeruatur. Mortuo uero conſtantio & iuliano apoſtata ei ſucceden/te: & humanitatem fictam pretendente: ut ex hoc in initio ſuum imperium roboraret iuſſu iuliani omnes epiſcopi exulantes ad ſuas eccleſias redire permittuntur. Sicque athanaſius alexandriam remeauit. ¶ Poſt modicum uero tempus diabolo ſuadente ad ſuggeſtionem magnorum iuliano fauentium miſit milites multos alexandriam ad athanaſium perimendum. Qui per flumen nili cum paucis catholicis nauicula fugiens: perſecutores obuios habuit. Illi uero eum preſentem cernentes non agnoſcunt: & de athanaſio uti de alio interrogantes pertranſeunt. Ipſe uero alexandriam alia uia repetens uſque ad tempus pacis ibidem latenter permanſit. Poſt mortem uero iuliani ſuccedente in imperium iouiano catholico reducitur athanaſius in propriam ſedem: & reſtitutus honorifice poſt menſes octo quieuit in pace anno epiſcopatus ſui quinquageſimoſexto ſexto nonas maii. Ibiq; clarens miraculis tumulatur. ¶ Hic gloriоſus doctor inter multa inſignia eius ſapientia opuſcula: Duos aduerſus gentes excudit uolumina: Contra urſatium & ualentem unum: De uirginitate unũ: De perſecutione arrianorum plurima: De pſalmorum titulis unum: Hiſtoram antonii monachi uitam continentem inſigni uolumine texuit. Epiſtolas inſuper & alia multa que enarrare longum eſt edidit. Hec hieronymus libro de illuſtribus.

¶ De ſancto Florentio epõ. Cap. CXVI.

Florentius & uindemialis epiſcopi tauriſii tranſlati quieſcunt. Quorum uindemialis apher natione a ſancto alpiano confeſſore doctus ad preſbyteratus ordinem inde ad epiſcopatum peruenit: ubi una cum eugenio miraculis multis oſtenſis populum copioſum conuertit. Deinde peregrinationis gratia ad inſulam corſicam uenientes in caſtris faunen & uadeñ: populum a cultura draconis eruerunt: ligato oratio ad collum ſerpentis & ipſo in mare demerſo. Sicq; conuerſum populum baptizarunt. Poſt que ſanctus eugenius ibidem in caſtro uandeñ commoratus quieuit in pace: ubi etiam extat puteus ab eodem in mare defoſſus preter naturam dulcem aquam emanans. Vindemialis uero regreſſus corſicam: ibidem in pace uitam finiuit: & ſepultus eſt ibi: ubi & olim ſanctus florentius epiſcopus quieſcebat. Vaſtata uero corſica a ſaracenis: tityanus tarniſinus epiſcopus illuc nauigio accedens: corpora ſanctorum florentii & uindemialis obtinuit: & tarniſium tranſlata in baſilica ſancti ioannis baptiſte depoſuit. Que ſucceſor eius rotharius poſtmodum in maiori eccleſia ſancti petri honorabilius tumulauit. Horum feſtum colitur. vi. noñ. maii.

¶ De Inuentione ſancte crucis Cap. CXVII.

Inuentio ſancte crucis dicitur: quia eo die a ſancta helena matre conſtantini imperatoris crux inuenta fuiſſe perhibetur: Illud enim precioſium lignum dominicum in quo chriſtus confixus fuit ducentis fere annis ſub terra iacuit. Anno autem domini ducenteſimo trigeſimotertio congregata eſt iuxta fluuium danubium multitudo innumerabilis barbarorum: uolentes fluuium tranſire: & omnes regiones uſq; ad orientẽ ſubiugare. Contra quos conſtantinus imperator caſtra mouit: & contra danubium ſe cum ſuo exercitu collocauit. Viſaque barbarorum multitudine infinita iam tranſeunte flumen extimuit: cum qua die ſequenti erat prelium commiſſurus nocte autem ab angelo excitat: & ut ſurſum reſpiciat admonetur. Qui ſignum crucis uidit in celo ex clariſſimo lumine factum: litteris habens aureis circunſcriptum. In hoc ſigno uinces. Qui confortatus licet adhuc gentilis crucis ſimilitudinem fecit: & ipſum ante exercitum portari iuſſit. Vexilla quoq; militaria & arma crucem ſignari fecit: & irruens in hoſtes: ipſos in fugam uertit: eorumq; maximam multitudinem interfecit. Reuerſus ergo ad urbem omnes idolorum pontifices conuocauit: & cuius deorum hoc eſſet ſignum diligẽtius inquiſiuit. Quibus ſe neſcire dicentibus: quidam chriſtiani eidem crucis myſterium explicarunt. Qui licet chriſtum tanq; unum deorum more gentilitatis in reuerentiam haberet: tamen nec tunc perfecte credidit: nec baptiſma ſuſcepit: donec plaga lepre eidem ſuperueniente a ſancto ſilueſtro mundatus pariter & baptizatus eſt: ut ſupra actum eſt in legenda ſancti ſilueſtri pridie calendas ianuarii. ¶ Cum autẽ poſt diſputationem quam ſilueſter cum iudeis habuerat: ut ibi

dem dictum eſt. Helena imperatrix conſtantini mater ad chriſtum conuerſa fuiſſet: ifudit ei ſpiritus: ut lignum dominice crucis requireret. Veniens igitur hieroſolymam cum exercitu maximo decima octaua die ſecundi menſis qui eſt aprilis omnes ſapientes iudeorum qui per totam regionem reperiri potuerunt: ad ſe congregari mãdauit uſq; ad numero quingentos: qui nimium formidantes inter ſeſe perquirebant: cur eos regina ſic coadunari mandauerat. Vnus ergo ex ipſis iudas nomine dicere cepit: q; dubitabat: ne ab eis diſcere uellet: ubi lignum in quo ieſus crucifixus eſt exiſteret. Admonens ut nemo hoc confiteri preſumeret: quia ſtatim ut crux illa reperiretur: lex iudeorum euacuabitur. Dicebat quoq; q; nouerat locum: ubi illud abſconditum erat lignum. Nam zacheus auus eius illud ſecreto reuelauerat patri ſuo ſimoni: & pater ipſius iude ſimon ꝓpalauerat ſibi. Addens ipſe zacheus: q; cum illud lignum contigeri reuelari: gens iudeorum de cetero nunquam regnaret: ſed illi qui crucifixum adorant: eo q; uere filius dei fuerat: prout ipſe zacheus clare didicerat. Nam in conſpiratione mortis Chriſti nunquam aſſenſerat: pater q; protomartyris ſtephani fuerat. ¶ Cum autem iudei omnes predicta ſe nunquam audiuiſſe aſſererent: iude ſub obedientia mandauerunt: ut crucis lignum nullatenus reuelaret. Et cum ante reginam ſtetiſſent: & ipſa eos de loco ubi crucifixus fuerat ieſus interrogaſſet: ipſiq; ſe illud ſcire negarent: iuſſit eos omnes igne cremari. At illi timentes tradidẽrũt iudam: uti iuſti & prophete filium: & optime legem ſcientem. Regina omnes dimittens iudam ſolum tenuit: eique mortem aut uitam propoſuit: niſi ſibi crucem dominicam demonſtrabit. Qui nec crucem nec locum ſe ſcire dicebat: eo q; anni ducenti a paſſione Chriſti iam lapſi fuerant: quo tempore ipſe minime natus erat: ipſum ergo in puteum ſiccum iuſſit mitti: & ibidem fame cruciari. Cum autem ſeptem diebus ſine cibo manſiſſet: die ſeptimo ſe extrahi petiit: & crucem dominicam indicaturum promittit. Extractus igitur concitus uenit ad locum golgotha: & cum ibidem oraſſet: locus ſubito commouetur & fumus aromatum miri odoris ſentitur: ita ut iudas miratus Chriſtum confiteretur. Erat autem in loco prout in hiſtoria eccleſiaſtica traditur templum ueneris: quod hadrianus imperator ibi conſtruxerat: ut ſiquis in ipſo loco Chriſtũ adorare uellet uenerem adorare uideretur: ob hoc locus pene obliuioni datus: regina igitur templum funditus fecit deſtrui & locum arari. ¶ Poſt hec iudas cum ſociis uiriliter fodere cepit: & uiginti paſſus fodiens tres cruces inuenit: quas regine detulit. Sed cũ chriſti crucem ad duobus latronum neſcirent diſcernere: & circa horam nonam quidam mortuus in pheretro portaretur iudas pheretrum tenuit: & prima ac ſecunda cruce appoſitis mortuus minime ſe mouit. Apponit tertiam & protinus defunctus rediit ad uitam. Quedam etiam mulier ciuitatis primaria ſemiuiua iacebat: ut dicitur in eccleſiaſtica hiſtoria. Ad quam hieroſolymitanus epiſcopus primam & ſecũdam crucem adhibuit & nihil profecit: tertia uero appoſita confeſtim mulier ſana ſurrexit. Hanc ergo crucem domini fore intellexerunt: quantum poſtmodum in lecto eius titulo quem pilatus ſuperpoſuerat: qui ex antiqtate fere deletus erat plenius cognouerunt. Diabolus autem terribiles emittens uoces cũ dictis audientibus de iuda conquerebatur: eidem quoque tormenta & perſecutiones plurimas mittabatur. ¶ Poſt hec iudas baptizatus quiriacus uocat': & hieroſolymorum epiſcopo defuncto iuſſu helene in epiſcopum ordinatur. Nam multo tempore regina ibidem fuit & cuncta ſacra loca perluſtrauit. Cum autem clauos domini habere deſideraret: rogauit epiſcopum quiriacum ut ad locum pergeret & clauos perqreret. Qui cũ ueniſſet & oronẽ ſudiſſet cõtinuo claui uelutaurũ in terra fulgẽtes apparuerunt. Quos eps regine detulit: illaq; eos reuerẽter adorauit. Crucem uero dominicam per medium ſecari fecit: & partem filio deportauit: partem uero thecis argenteis in cluſam hieroſolyme reliquit. Clauos uero dominicos ſecum adduxit. Quorum unum in galea alterũ in freno imperatoris compoſuit: ut ſic armatus armis ſecurus ad bellum procederet. Tertium uero reſeruauit uel ut quſdam aſſerunt in mare adriaticum quod tunc erat uorago nauigantium iactauit. Precipiens feſtum inuentionis ſancte crucis ſingulis annis ſolemniter celebrari per uniuerſum orbem: uidelicet quinto nonũ maii.

¶ De ſanctis Alexandro papa Euentio & Theodolo martyribus. Cap. CXVIII.

ALexander papa & martyr huius nominis primus cum duobus preſbyteris euentio & theodolo paſſus eſt rome ſub perſecutione traiani agẽte aureliano comite utriuſq; militie. Hic natione romanus ex patre Alexandro de regione capritauri: Euriſto pape in epiſcopatu romano ſucceſſit: iuuenis quidem etate: uidelicet annorum forte. xxii. ſed ſenior moribus: ſeditque annos decimo menſes. viii. dies decimo ſecũdo. Hic ſanctitate & ſcientia incomparabilis fideq; ꝑclariſſimus maximam partem ſenatorum urbis conuertit ad dominum: prefectum quoq; hermetem cum uxore & ſorore theodora & filiis baptizauit cum. M. ccl. ſeruis ſuis cum uxoribus quoq; eorum & filiis quos omnes die ſabbati paſche factos ingenuos ſacri fontis unda perfudit. Cum autem traianus imperator tũc abſens hec audiens aurelianum comitem miſiſſet ad urbem de ſeleucia hiſaurie ad perſequendos chriſtianos. Aurelianus hermetem prefectum apud quirinũ tribunum carcerauit. Alexandrum uero in alia cuſtodia in uinculis poſuit. Qui tamen ut ſupra dictum eſt in paſſione quirini martyris tertio calendas aprilis per puerum qui faculam ferebat ardentem e carcere noctu per feneſtram eductus ad domum quirini tribuni ubi hermes in cuſtodia tenebatur ipſum quirinum conuertit: & iterum eadem nocte per eundẽ puerum ad carcerem ſuum reductus filiam ipſius q; rini balbinam ſibi delatam a ſtrumate ſanauit: & quirinum cum filia & omnibus in cuſtodia ipſa detentis baptizauit. ¶ Poſtquã autem hermes & quirinus ac theodora ſoror hermetis nec non ceteri chriſtiani in cuſtodia reperti ab aureliano comite paſſi ſunt: ut in eorum ſingulis paſſi iõibus agitur: traiano iam defuncto hadriano uero in imperium ſublimato: exhibitus eſt alexander cum ſanctis theodolo & euentio

preſbyteris iam biennio in carcere detentis. Erat autem theodolus iam ſenex annorum uidelicet.lxxxi. qui annorum uigeſimo preſbyter fuerat ordinatus. Cumq; alexander confiteretur chriſtum iuſſit eum iudex in equuleo leuari & ungulis ac lapidibus attrectari. Et cum hec patientiſſime toleraſſet: fecit eum deponi & preſbyteros applicari. Cum autem & ipſi chriſtum confiterentur: iuſſit furnum incendi: & alexandrum atq; cuentium ſimul uinctos intus iactari theodolo quaſi ſeniore ſpectante. Cum eis autem & ipſe ſponte in flammas proſiliuit. Et cum illeſi eduẽti fuiſſent: fecit aurelianus ſanctum alexandrum pũctis creberrimis per tota pungi membra donec deficeret. Duos uero ſanctos preſbyteros gladio conſumari. Quorum corpora ſeuera quedam religioſa uia numentana in ſuo predio ſepeliuit quinto noñ maii.

¶ Hic in canone memoriam paſſionis domini miſcuit: a loco qui pridie quam pateret uſq; in mei memoriam facietis. Hic precepit ut aqua uino miſceretur in ſacrificio ad deſignandã chriſti & eccleſie unionem: & ut oblatio fieret ex azimo non ex fermento propter chriſti corporis puritatem: & fieret in modica quantitate dicens q; hec oblatio quanto rarior tanto potior. Conſtituit etiam aquam exorzizatam cũ ſale diebus dominicis benedici & ex ea populũ aſpergi ad effugandas contrarias ualitudines & aereas poteſtates. Qui poſtea martyrio coronatus eſt: & ceſſauit epiſcopatus dies uigintiquinq;.

¶ De ſancto Iuuenale epõ. Cap. CXIX.

IVuenalis epiſcopus narnieñ dum eſſet p̃ſbyter & medicus ex aphrica romam ueniens a matrona chriſtiana ſuſceptus eſt. Audiens autem ab ea q; narnienſis populus chriſtianitatem nunquã recipere uoluiſſet: romanum pontificem adiit: & ab ipſo predicandi ad ipſam urbem licentiam poſtulauit. Quem papa eidem ciuitati epiſcopum delegauit: ubi predicans uerbum & miraculis coruſcans multum populum conuertebat

¶ Cum quidam de templo idolorum egreſſus: de immolatis idolobolum in os epiſcopi mitteret: illeq; recipere recuſans: os dentibus obſeraret: produxit ille cultellum: ut manubrio os eius uiolenter aperiret. Sed manu eius elapſa gladium in guttur proprium intromittens continuo iugulatus expirauit. Quo miraculo uiſo ſeptem milia gẽtilium conuertuntur: inter quos baptizatur uenãtia quedam nobilis matrona cum duobus filiis que deinceps ſancto de ſuis facultatibus miniſtrauit.

¶ Dum ligures & carpi multas ciuitates italie depopulaſſent: narnium obſederent: ſed oratione ſancti epiſcopi nimia tempeſtate & tonitruis ſubito ingruentibus: pluſquã tria milia ex eis extincti ſunt. Reliqui uero territi ab oſidione diſceſſerunt.

¶ Cum die quadam de calice paruo cryſtallino quem habebat populum communicaret: nihil ſuperinfuſo de uino ſed libamine diuinitus excreſcẽte omnibus ſatiſſecit. Quieuit in domino uir ſanctus anno ſeptimo epiſcopatus ſui completo quinto noñ maii: ſepultus ad portam ſuperiorem uia flaminia miliario ab urbe roma quinquageſimoquinto. Cuius meritis naute fere trecenti in naufragio poſiti ſanctum iuuenalem uocantes: ipſoq; ſuper undas eis apparente tempeſtate ſedata ad portum incolumes peruenerunt.

¶ De ſanctis Quiriaco epiſcopo Anna & Amonio martyribus. Cap. CXX.

QViriacus epiſcopus ille iudas fuit: qui cũ helena crucem dominicam inuenit: ut ſupra actum eſt de inuentione ſancte crucis quinto nonas maii. Qui baptizatus: & q; riacus uocatus epiſcopus hieroſolymorum ordinatus eſt. ¶ Cum autem iulianus imperator apoſtata nominis chriſtiani ad perſas pergeret: ueniens hieruſalem Quiriacum epm teneri fecit: & ad deoz ſacrificia ſuitauit. Quod cũ renueret: dextera eius abſcidi fecit: eo q; manu illa multis epiſtolas ſcripſerat quos a deoz ſacrificiis reuocabat. Ille uero ſcãdalũ ſui corpis p̃ciſum gaudebat: eo q; exiſtẽs iudeus multos ne xp̃m colerent ſcribens epiſtolas confortabat. Tunc iulianus plumbum liquefactum in os eius infundi iuſſit: Deinde ſuper lectum ferreum uentre deorſum extendi: & carbones ſubterponi: ac ſalem & adipem aſpergi: dorſum quoq; eius deſuper uirgis cedi. Et cũ in omnibus immobilis permanſiſſet: iuſſit eum in carcerem trudi. Ad quem ueniens anna mater eius filium in domino hortabatur. Quod iulianus audiẽs: fecit eam teneri: & per capillos appenſam ungulari: ac lampades ardentes eius lateribus apponi: que cum ureretur emiſit ſpiritum. ¶ Poſt hec imperator quiriacum eductum ilarem uultum habentem: iuſſit in foueam profundam ſerpentibus plenam iactari eodem a uenefico immiſſis. Sed tamen ſerpentes omnes ſubito extincti ſunt. Quo uiſo miraculo amonius incantator conuerſus eſt: & in chriſti confeſſione iuſſu imperatoris decollatus. Deinde mandauit iulianus quiriacum in caldariam oleo feruẽtiſſimo plenam immergi. Quam ille ſe ſignans ſponte ingreditur: orans deum: ut iterum martyrio baptizaretur. Iratuſq; iulianus in ipſo cacabo eum gladio pectore tranſſodi mandauit. Sicq; martyrium ſuum conſummauit quarto nonas maii die ſabbati. Sepultuſq; eſt hieroſolymis cum anna matre eius & amonio martyre.

¶ De ſancto Floriano martyre. Cap. CXXI.

FOrianus martyr paſſus eſt apud lauriacũ oppidum temporibus diocletiani & maximiani imperatorum ſub preſide aquilino. Qui cum eſſet princeps officii militaris in cetia urbe audiens qualiter quadraginta martyres chriſtiani poſt diuerſa ſupplicia ab aquilino p̃ſide in carcere detenti eſſent deſiderio martyrii uale faciens militibus ſuis uerſus lariacenſem ciuitatem ire cepit. Obuiuſq; militibus qui a preſide miſſi fuerant ad perquirendos chriſtianos: ſeipſum ſponte illis obtulit uti chriſtianum. Quem illi tenentes duxerunt ad preſidem: qui florianum chriſti nomen confitentem: primo atq; iterum a militibus propriis cedi iuſſit: deinde ſcapulas eius acutis configi. Et cum eum ad omnia ſupplicia paratum uidiſſet: iuſſit illũ ad fluuium aniſi adduci: & ligato ad collum eius ſaxo ipſum de ponte precipitari. Cum autem eodem adductus orandi ſpatium a militibus impetraſſet: quidam miles ceteris crudelior ſuperueniens ceteroſq; de mora necis eius redarguens: illum in flumẽ precipitauit. Statimq; oculi illius crepuerũt. ¶ Poſtq;

uero ſanctus martyr animã chriſto redditur corpus eius ſuper undas enatans in eminẽti ſaxo ab aquis eiectum eſt. Et ſuperueniens aquila alis expanſis in modum crucis corpus feris protegebat. Tunc reuelante ſe ſancto martyre cuidã deuote matrone xp̃iane oſtẽſiſq; ei indiciis loci ubi eum inueniret & ubi eum ſepeliret: mulier iunctis bobus cum plauſtro ad locum deuenit: & corpus iuuentum uehiculo ipoſuit: ſẽtibus quoq; ſpinois timore paganoꝝ operuit. Et interrogãtibus q̃buſdam ſpinas collectas ad claudem dñ hortũ ducere ſimulauit. Deduxitq; corpus ad locũ ſibi a beato martyre demonſtratũ: ubi ip̃m ſecreto tumulauit. Sed dũ boues plauſtrum trahentes i uia ſiti deficerẽt nec aquam reperire poſſent: orante muliere & martyris auxilium poſtulante ſubito fons de terra erupit & ſatiatis animalibus uſque in preſens i ipſo loco fluere nõ deſiſtit. Paſſus eſt aũt ſanctus martir. 4. noñ. maii.

¶ De ſancta herina uirgine & mr̃e. Cap. CXXII.

HErina uirgo & martyr filia fuit licinii ip̃atoris in ciuitate magedon & licinie regine que uirgo prius penelope uocabat. Pater uero eius turrim nobiliſſimã cõſtruxit: & muro circũcinxit ac uiridariũ plantauit: ipſumq; locum cunctis delitiis repleuit: ſtatuaſq; 98. deorũ appoſuit: ubi filiam ſuam annorum. vi. propter eius elegantiã uſque ad tẽpus nuptiarũ incluſit: datis ei ancillis. xiii. ad miniſterium & apeliano magro litteras edocẽdũ. Cum autem eſſet annorum. xii. die quadam colũba per feneſtram turris orientalem ſuper mẽſam paratã tulit oliuam: & per aliam feneſtram occidentalẽ coruus in eadẽ mẽſa depoſuit uiperã. Quod cũ magiſtro rettuliſſet: expoſuit coruũ regẽ ip̃ioꝝ uiperã tribulationẽ ſibi iferendã: colũbam regẽ celoꝝ: oliuã uero pacẽ celicã ſibi dandã. Pater uero eius uolens illã nuptui tradere ip̃ius animũ requiſiuit. Puella uero dieꝝ. vii. acceptis iduciis deos patris ſuperinde cõſuluit. Sed ab eis nullo reſpõſo habito deũ xp̃ianoꝝ de quo audierat iuocauit. Cui ſtatim angelus domini apparẽs eam in fide docuit mutatoq; noñe herinã uocauit. Sequẽti uero die theotimus qdã p̃ſbyter ab angelo in turrẽ i tromiſſus eã baptizauit: moxq; illa p̃is idola de turri iecit: p̃ uero poſt dies. vii. reuerſus cũ idola confracta uidiſſet ipſamq; xp̃ianã didiciſſet eã ad ciuitatẽ duci fecit: q̃ iuxta urbis portã diabolũ ſibi apparẽtem & eidẽ cõminãtẽ crucis ſigno fugauit. ¶ Cũ aũt xp̃m cõfiteret iuſſu patris uincta ungulis indomitoꝝ equoꝝ terẽda ſubiiciẽt: ſed ipſa angelo aſſiſtente nil leſa: pater morſu unius ex eqs occidit. Quẽ uirgo a mortuis ſuſcitauit: & cõuerſum una cũ mr̃e ſua in turri recluſit donec penitẽtiã agerent. Ipſa uero in ciuitate remãſit: ubi xp̃m annũcians multos cõuertit. Quod audiẽs ſe dechias decius frater licinii rex potẽtiſſimus uenit ad ipſam ciuitatem: & herinam comprehenſam in foueam ſerpentibus plenam immitti fecit: ut ibi fame & reptilium morſibus deficeret. Que ab angelo cõfortata & ſerpentibus interfectis ibidem diebus. xiii. ſine cibo permanſit. Deinde decius pedes eius ſecari fecit. Sed continuo ab angelo ei reſtituti ſunt. Poſt hec de conſilio hipparchi comitis ſub rota molendini ligat & aqua laxat: ſed mox aque diuidunt uincula eius rũpunt: rotaq; pmanſit imobilis: & uirgo ſurrexit incolumis: unde & .vii. milia paganoꝝ cõuerſi ſunt: & lapidãtes deciũ ex urbe deicerũt: qui poſt dies modicos ꝑpter ictus lapidũ expirauit. Filius aũt noñe ſapor mortẽ p̃is uindicare cupiens cũ exercitu ciuitatẽ obſedit: ſed dũ uirgo ſtetiſſet in porta hoſtes oẽs excecãtur: & iteꝝ eius oronibus illuminant. Sapor uero urbem ingreſſus cõfixis clauis in calcaneis uirginis eidẽ ip̃oſuit maſſam quã portare fecit ad ſeptẽ miliaria. Cũq; ille ſa rediſſet. trigĩta milia hominũ conuerſi ſunt. Sapor uero a diabolo opp̃ſſus expirauit. ¶ Poſt hec ueniens theotimus p̃ſbr̃ parẽtes uirginis & populum baptizauit: & eos i fide diligẽter inſtruxit. Poſt annos uero tres ueniẽs uirgo ad ciuitatẽ calanicũ tẽta eſt a numeriãno rege pro xp̃i nominis cõfeſſione. A quo in tres boues eneos ignitos ſucceſſiue icluſa eũ pmanſiſſet illeſa: & tertius bos ac ſi uiuus caloꝝ ſentiẽs: mugiẽs diſcurreret decem milia gentilium conuertuntur. Huic mortuo rege predicto a pretore quodam in igne miſſa cũ exiſſet tam membris quam ueſtibus iniuſta pretorẽ cõuertit. ¶ Hinc ad urbẽ cõſtãtianã deueniẽs ramũq; oliue deferẽs diebus octo pmãſit ibidẽ: & multos ad fidẽ adduxit. ¶ Inde ad niceã accedẽs ſaporẽ quẽdã regẽ cũ multis de populo chriſto acquiſiuit: ubi diebus .lxxviii. pmãſit. Poſt hec ad urbẽ ꝓpriã rediẽs patrẽ de functũ repperit: & diebus aliq̃bus ibi degẽs matrẽ in domino cõfortauit. Nouiſſime uero diuĩa uirtute aſſumpta epheſum deducit: ubi multis oſtẽſis miraculis & plurimis domĩo lucratis poſt dies. xv. aſſumpto apeliãno diſcalo ſuo cũ aliis. vi. uiris urbe exiuit: ubi nouũ ſepulchꝝ reppit. In quo ſe icludi fecit: & ut poſt dies. 4. ad ſe redirẽt mãdauit. Qui ad terminũ reuerſi: amotoq; lapide ſepulchrũ uacuũ iuenerũt. Cuius feſtũ agit. 4. noñ. ma. quo uidelicet die ſepulcrũ itrauit.

¶ De ſcã Antonia uirgine & mr̃e. Cap. CXXIII.

ANtonia uirgo apud nicomediam paſſa eſt que nimium torta & uariis afflicta cruciatibus: poſt ab uno brachio tribus diebus ſuſpenſa: deinde in carcere biennio detruſa a priſcilliano preſide nouiſſime flammis exũſta eſt iiii. noñ. maii. Hec hieronymus in martylogio.

¶ De ſcis Siluãno ep̃o & ſociis marty. Cap. CXXIIII.

SIluanus ep̃s cum ſociis ſuis in paleſtina ciuitate gaza martyriũ paſſus eſt. Hic enim cũ eſſet ep̃s tyri phenicis & annis fere quadragĩta ſacerdotio functus fuiſſet ſub perſecutiõe maximiani ip̃eratoris uir mãſuetudine animi & ipſa iã ſenectute uenerabilis: cũ plurimis clericis ſuis & tribus iuuenibus xp̃ianis beſtiis ſubiecti hoſtia

xp̄i effecti ſunt:ſicq; martyrio coronati.iiii.nonī maii.

¶De ſcīs q̄draginta martyribus. Cap. CXXV.

QVadraginta martyres ſub perſecutiōe diocletiani apud caſtrum lauriacū paſſi ſunt agente preſide aquilino :de quibus ſupra in paſſione ſancti floriani maryris actum eſt.Qui ab eodem preſide poſt uaria & exquiſita eis illata ſupplicia:uinculis duris artati in carcerem miſſi ſunt. Quorum paſſionibus florianus martyr predictus ad martyrii tollerantiam animatus eſt. Qui omnes dudum recluſi & inedia afflicti: tandem in carcere ſpiritum tradiderunt.iiii.nonī maii.

¶De ſcīs aliis q̄draginta mr̄ibus. Cap. CXXVI.

QVadraginta alii ſancti martyres in metallo phanenſi paſſi ſunt:de quibus ſcribit euſebius.viii.libro eccleſiaſtice hiſtorie cap. xiiii.q; tēpore pſecutiōis diocletiāe oēs inſimul p xp̄i noīs cōfeſſiōe capite ceſi ſunt.iiii.nonī maii.

¶De ſcīs q̄dragīta ruſticis mr̄ibus. Cap. CXXVII.

QVadraginta ruſtici mr̄es tp̄ibus gregorii pape primi martyrium paſſi ſunt:q a lōgobardis capti carnes īmolatitias comedere cōpellabantur.Cūq; dudū reſiſterent poſt multas cōmīationes eiſdē a lōgobardis illatas : fideliter perſtiterūt:ac in ſua cōſtantia ſimul omnes gladiis ceſi ſunt.Hec gregorius.ii.dialo.ca.xxvii.

¶De Aſcēſione dīi nr̄i ieſu xp̄i. Cap. CXXVIII.

ASCenſio domini die q̄drageſimo a reſurrectiōe ipſius facta ē.Nā in ipa die domini diſcipulis bis apparuit:ſemel.xi.diſcipulis comedentibus in cenaculo. Omnes quidem tam apoſtoli q̄ alii diſcipuli:nec non mulieres habitabant in illa parte hieruſalem : que dicebatur mello in arce dauid:ſcilicet in monte ſyon. Et erat ibi cenaculum illud grande ſtratum : in quo dominus precepit ſibi paſcha parari : & in illo cenaculo tunc undecim apoſtoli habitabant.Ceteri autem diſcipuli & mulieres in eadem arce per diuerſa hoſpitia:ubi dum diſcipuli recumberent dominus eiſdem apparuit : & illorum incredulitatem exprobrauit:& cum comediſſet cum eis: & precepiſſet ut in montem oliueti uerſus bethaniam irent:ibidem eis iterum apparuit :ac ſpiritum ſanctum eis ſe miſſurum promiſit. Indiſcrete quoq; de tempore futuro querētibus reſpondit:q; eis datum non erat noſſe tempora uel momenta. ¶Tūc eleuatis manibus eis benedixit:& inde coram eis in celum aſcendit.In quo loco cum poſtmodum edificata fuiſſet eccleſia:locus ille in quo ſteterunt xp̄i ueſtigia nunq̄ ſterni potuit pauimento ſed reſiliebāt marmora in ora calcantiū.Calcato quoq; pulueri a domino adhuc ueſtigia īpreſſa cernunt:& eandē adhuc ſpeciē terra cuſtodit. Cum autem chriſtus propria uirtute eleuatus aliquantulum aſcendiſſet : uidelicet uſq; ad nubes : tunc nubes clara inuoluit eum : & obtexit ab oculis diſcipulorum cum qua ſimul celos aſcendit. Et intuētibus illis in aerea:poſtq̄ īpm amplius uidere nō poterāt:duo eiſdē angeli in albis aſtiterūt dicētes: q; ieſus q ab eis aſſumptus in celū fuerat:in eadē carne & eodē mō & in ipſo loco iudicaturus orbē uēturus erat.Tūc illi hieroſolymā ad locū habitationis ſue reuerſi ſunt: pmiſſum ſpiritū paclitū expectātes.Cuius aſcēſiōis feſtū ad litterā cōtigit.iii.nonī maii. ¶Et qa de more ē:ut cū aliqs magnus dominus ad aliq̄s ptes uadit:q̄ttuor inquiri ſolēt.ſ.de loco unde abiit:de tpe quādo receſſit:de mō quē tenuit:& de fine ad quē pagrauit.Iccirco circa hāc aſcenſionē p̄dicta quattuor inquirēda ſunt:uidelicet loci celſitudo:tēporis plenitudo:modi rectitudo:& finis magnitudo. ¶Circa primū uidelicet circa loci celſitudinē ſciendū eſt :q; xp̄s aſcendit ſuper oēs celos:ut dicit eph.iiii. Qui deſcendit ipſe ē:& q aſcēdit ſuper oēs celos. Eſt autē celū materiale:rōnale:intellectuale:& ſuperſubſtātiale. ¶Celū materiale triplex eſt.ſ.Aereū unde & aues celi dicūtur per aera uolitantes math.vi. Reſpicite uolatil.ca. Ethereū qđ diuiſum ē in.vii.orbes planetar̄ & firma mētū ſtellarū fixarū.eccle.xxxxiii. Spēs celi gloria ſtellarum. Et empyreum quod eſt de pura luce in quo eſt paradiſus & ſedes dei:pſalmiſ.Dominus in celo pauit ſedem ſuam. ¶Celū rationale eſt homo iuſtus ratione inhabitationis diuine : qa ſicut celum eſt ſedes dei:ſic aīa iuſti ſedes eſt ſapiētie. ¶Celū intellectuale ē angelus : angeli enim dicuntur celi per ſimilitudinem:quia ſunt altiſſimi ratione dignitatis & excellētie:pulcherrimi ratione nature & glorie : & foriſſimi rōe uirtutis & potentie iob.Celi.i.angeli nō ſunt mūdi.in cōſpectu eius. ¶Celū ſupſubſtantiale eſt ipſa diuina excellētia de quo celo xp̄s uenit:& poſtea uſq; ad illud aſcendit:pſalm.A ſummo celo egreſſio eius &c. Aſcendit ergo xp̄us ſuper oēs celos materiales : pſalmiſta.Eleuata eſt magificentia tua ſuper celos. ¶Super oēs celos rationales pſalmiſta.Ponis nubē aſcen.t. q ambu.ſuper pēnas uētorum.i.ſanctorum. ¶Super celos intellectuales pſalmiſta. Aſcēdit ſuper cherubi. ¶Et aſcendit uſq; ad celū ſuperſubſtantiale uidelicet uſq; ad dei equalitatē marc.ulti. Aſſumptus eſt in celū & ſe.a dei. ¶Circa ſecundum uidelicet circa tp̄is plenitudinem uidendum eſt quare nō ſtatim ut ſurrexit aſcendit:ſed tot diebus expectauit. Hoc autē fecit triplici ratione. ¶Primo propter reſurrectiōis certificationem:que difficilius probatur q̄ mors. Nam a prima die uſq; ad terram uere poterat probari mors & paſſio:ſed ad ueram reſurrectionem probandam plures dies requirebantur.Ieo papa.Quadragenarius ideo cōpletus ē numerus ſacratiſſima ordinatione diſpoſitus ut dū in hoc ſpatio mora penitentie corpalis extenditur:fides reſurectionis documentis neceſſariis muniretur. ¶Secundo propter apoſtolorum cōſolationē.Quia enim cōſolationes diuine tribulationibus ſuperabundant:& tempus paſſionis fuit tribula-

tionis apoſtolor̃:tempus autẽ reſurrectionis fuit cõ/ ſolationis eor̃ ideo plures debuerunt eſſe iſti q̃ illi. Et hec eſt ratio damaſceni. ℭ Tertio ꝓp myſticã ſigni ficationẽ:ut per hoc deꝫ intelligi ꝙ conſolationes di/ uine tribulationibus cõparant ſicut dies ad horã: qđ patet per hoc ꝙ dominus.xl.horas mortuus fuit: qđ erat tẽpus tribulationis:per.xl.uero dies reſurgens ap paruit:qđ erat tẽpus cõſolationis:unde glo.xl. inquit horis mortuus fuerat:ꝓper hoc.xl.diebus uiuere cõ firmabat. ℭ Circa tertiũ uidelicet circa modi rectitu/ dinẽ qualiter.ſ.aſcendit ſciendũ eſt ꝙ aſcendit. ℭ Pri/ mo potẽter:quia uiribus ꝓpriis iſa.lxvii. Quis eſt iſte qui uenit de edon & infra gradiens in multitudinem uirtutis ſue.Jo.iii. Nemo aſcendit in celum.ſ. uirtute propria niſi qui deſcendit de celo &c. licet enĩ in quo/ dam quaſi globo nubis aſcenderint. Hoc tamen non fecit quia nubis officio indigeret:ſed ut per hoc oſtẽ/ deret ꝙ oĩs creatura parata eſt obſequi creatori ſuo. Ipſe enim potentia ſue diuinitatis aſcendit. Et in hoc notaꝫ differentia ſecundũ qđ dicit in hiſtoria ſchola/ ſtica inter xp̃m enoch & heliã. Nã enoch trãſlatus eſt. Helias igneo curru ſubuectus ſed ieſus ꝓpria uirtute aſcẽdit. Primus ſecũdũ gregoriũ ꝓ coitum generatus & generans. Secundus generatus ſed non generans. Tertius nec generatus nec generans. ℭ Secũdo aſcen/ dit patenter:quia uidentibus diſcipulis act.i. uidenti/ bus illis eleuatus eſt. Ideo enim illis uidentibus aſcen/ dere uoluit ut dicit glo.ut ipſius aſcenſionis teſtes exi ſterent & naturã humanam in celum ferri gauderẽt: & ip̃m ſemper deſiderarẽt. ℭ Tertio letanter quia iu/ bilantibus angelis pſalmiſta. Aſcendit deus in iubila/ tione. Dicitur ꝙ hymnũ illũ aſcenſionis: ieſu nr̃a re/ demptio.aſcendente xp̃o angeli in perſonam huma/ ne nature cõpoſuerunt & eadem forma & eodẽ tono quo ipſum canit eccleſia ip̃m decantauerũt: quẽ apo/ ſtoli audientes ꝓ ſpiritũſanctũ mox didicerunt & ec/ cleſie canendum tradiderũt. ℭ Quarto feliciter: quia comitantibus ſanctis. Nã predã quã iſerno ſubtraxit ad celos ſecũ deducit pſalmiſta. Dominus in ſinai ſan cto aſcẽdens in altũ cap.duxit captiuitatẽ. ℭ Quinto uelociter qa uelocius q̃ uolantibus alis. pſalmiſta Vo/ lauit ſuper pẽnas uentor̃:nõ enim uenti tanta ueloci tate impellũtur pſalmiſta. Exultauit ut gigas ad cur/ uiã &c. Valde enim uelociter aſcendit quando tantũ ſpatiũ in momento ꝓcurrit.ambroſius. Saltu quodã xp̃s uenit in hunc mũdum & ſaltu uelociſſimo aſcen dit in celum. ℭ Circa quartũ autem uidelicet circa fi/ nis magnitudinẽ ſciendũ eſt ꝙ aſcenſionis xp̃i.x. fue/ runt fructus ſiue utilitates. Prima eſt iſinuatio amo/ ris diuini ioan.xvi.niſi ego abiero para. non ueni. ad uos &c. ubi dicit auguſtinus. Si carnaliter heſitaueri/ tis capaces ſpiritusſancti non eritis. ℭ Secunda maior cognitio dei loã.xiiii.ſi diligeritis me gaude. utiq; qa uado ad patrẽ:ubi auguſtinus.ideo ſubtraho formã iſtam ſerui in qua pater maior me eſt:ut deũ ſpeciali/ ter uidere poſſitis. Tertia eſt meritum fidei: leo papa in ſermone. Magnaꝫ enim hic uigor eſt mentium in cunctanter credere que corporeo nõ uidenter ĩtuitu: & ibi figere deſiderium quo nequeas inferre conſpe/ ctum. ℭ Quarta eſt noſtra ſecuritas. Ideo enim aſcen dit ut noſter ad patrem aduocatus ſit. prima Ioan.ii. Aduocatum habemus apud patrem ieſum xp̃m iu/ ſtum &c. Ber. Securum acceſſum habes ad deũ o ho/ mo: ubi mater eſt ante filium & filius ante patrem: mater oſtendit filio pectus & ubera:filius oſtendit pa tri latus & uulnera:nulla ergo poterit eſſe repulſa ubi tot concurrunt charitatis inſignia. ℭ Quinta eſt ma/ xima dignitas:magna enim dignitas eſt quando no/ ſtra natura uſq; ad dexterã dei pr̃is exaltata eſt. Hanc dignitatẽ in hominibus angeli conſiderantes: qui in lege ueteri ſe adorari pmittũt:deinceps adorare ſe ꝓ/ hibẽt apoca.xix. Cecidi ante pedes angeli: ut adorarẽ eũ:& dixit mihi:uide ne feceris &c. Leo papa. Natura hodie noſtre humilitatis ultra cunctarum altitudinẽ poteſtatũ ad dei patris eſt ꝓuecta conſeſſum. ℭ Sexta eſt ſpei nr̃e ſoliditas hebr̃.iiii. Habentes pontificẽ ma/ gnũ q penetrauit celos:ieſum filiũ dei teneamus ſpei nr̃e cõfeſſionẽ Hieronymus:Xp̃i aſcenſio nr̃a eſt ꝓue ctio:& quo ꝓceſſit gloria capitis eo ſpes tendit & cor/ poris. ℭ Septima eſt uie oſtenſio Mich.ii. Aſcendit in/ ter pandens ante eos. Auguſtinus Via tibi factus eſt ip ſe ſaluator:ſurge & ambula:habes quo:noli pigreſce re. ℭ Octaua eſt ianue celeſtis aptio. Sicut enĩ primus adã aparuit ianuas inferni:ſic & ſecũdus paradiſi: un/ de cantat eccleſia. Tu deuicto mortis acu.apui. credẽ. regna celor̃. ℭ Nona eſt loci p̃paratio. Ioan.xv. Vado pare uobis locũ. Auguſtinus Domine para:quod pa/ ras:& te nobis paras:quãdo ante locũ paras & tibi in nobis & in te nobis. ℭ Decima & ultima eſt ſpiritus/ ſancti miſſio.Ioã.xvi. Expedit uobis ut ego uadam. Si enim nõ abiero:paraclitus non ueniet ad uos. Si autẽ abiero:mittã eũ ad uos. Hoc autẽ ideo xp̃s diſpoſuit: ut ſpiritũſanctũ a p̃re & filio mitti oſtenderet:ne ſi an teq̃ xp̃s aſcenderet mitteret: a ſolo fortaſſe p̃re mitti putaret:& ꝓ conſequẽs a ſolo p̃re ꝓcedere uideret:ſe/ cundũ qđ grecus error ſuadet:cõtra quẽ eſt exp̃ſſa au ctoritas ueritatis. Ioan.xv. Cũ uenerit paraclitus: quẽ ego mittam uobis a patre &c. ubi dicit beda: ꝙ ipſa miſſio ipſa eſt & proceſſio.

ℭ De ſcõ Gotardo ep̃o & cõfeſſore. Ca. CXXIX.

Otardus ep̃s tẽpore ſancti henrici impato ris claruit: qui in alcenſi monaſterio enu/ tritus:ſub henrico duce bauarie ibidẽ ab/ bas effectus:monaſterio laudabiliter p̃fu/ it. Deinde mãdato regis ꝓ uiligiſum archiep̃m hercl. ad monaſterii uelden regimen ꝓmotus eſt: gareũ & cremeĩ monaſteriis eidẽ in cura cõmiſſis: ĩde alohen rediẽs a ſcõ impatore henrico ad himeĩ ep̃atum uo/ catus dudũ renuit. Cũ aũt domina nr̃a ei apparuiſſet: & eũ in eccleſia ductũ ut a crucifixo ueniã peteret ĩdu xiſſet:ille ꝓſtratus humi ante crucifixũ miſericordiã poſtulauit. Statimq; beata uirgo uerſiculũ illũ cõcine re cepit. Infunde unctionẽ tuam &c. Quod ille intelli gens:& diuine uoluntati reſiſtere metuẽs: epiſcopari cõſenſit. Et in ep̃atu ſuo gregem dominicũ ſolicite ꝓ curauit. ℭ Cum a quadã nobile domina nomine ſo/ phia de poſſeſſiõe eccleſie infeſtaret: die quadã ad eã acceſſit.& ipſam coram ſummo iudice ſup eã eccleſie in ꝓximo uenturo feſto purificationis citauit. Seque cum quodam eius clerico puero eadem hora migra/ turum poſt dies modicos eſſe predixit. Moxq; una cũ predicto puero langore detineri cepit. Et dum in fe/ ſto aſcenſionis quod anno illo die tranſitus eius oc/ currit hora matutinali in eccleſia cantaretur antipho

na illa. Ascendo ad patrem meum &c. Ille una cum dicto puero una & eadem hora spiritum emisit. Post cuius obitum instante purificatiõis festo: tunc subsequẽte pdicta sophia defuncta est. Quieuit in xpo sanctus Gotardus. iii. nonĩ maii. Hec frater bartholomeus.

¶ De sancto Andoeuo epo. Cap. CXXX.

ANdoeuus eps oppido suesionis noie sanciato claris parentibus ortus frater sancto rũ adonis & rhadonis sub rege francoꝝ lothario inde sub dagoberto in regali palatio regni negocia strenue ministrabat. Sed cum ado monachus factus fuisset: rhado thesaurorum regalium curam habebat. Quo tẽpore sanctus eligius nouionẽsis etiam in regis palatio clarus erat. Andoeuus uero xpo militare cupiens: a rege phibebatur: sanctitate tamẽ ppollẽs sub ueste preciosa cilicio utebatur. In pprii possessione patrimonii monasterium cõstruxit: & dotauit: eiq; sanctũ agilum columbani discipulum prefecit. ¶ Deinde consentiente rege clericus factus defuncto romano rothomagẽsi epo: andoeuus eligitur: sed anteq; cõsecrari uellet: ad hispanias predicandas accessit: ubi & miracula ostendit. Nam quẽdã die dominico in mola laborantem: cui manus arida facta mole adherat: subito penitentem sanauit. Consecratusq; est eodẽ die cũ sancto eligio nouionẽsi epo. In huius sancti cubiculo lux imensa sepius celitus infusa conspicitur: & uoces angelice secum colloquẽtes audiuntur. ¶ Dum semul pareciã suam circuiens iuxta locum qui dicit ad crucem sancti andoeui in curru sedens trãsiret: & muli currum trahentes nullo stimulo uel uerbere se ide moueri possent: eps in aere signũ crucis fulgentem pspexit: ubi & crucẽ ligneam in testimoniũ affixit: & sanctoꝝ reliquias apposuit. Ibiq; nocte sequenti colũna ignea in aere apparuit. Vbi & postmodũ monasterio fabricato: sanctus leufridus cũ monachis plurimis domino seruiuerũt. ¶ Vanuingũ quendam diuitem in extremis laborantẽ: pmissione ab eo susceptã q; in beneficii uicem cenobium cõstruret: pristine sanitati restituit: illeq; promissa complere curauit. ¶ Cuidam quoq; muto per. xi. annos loquelam amissam restituit. Et in uerduneñ urbe oppressum a diabolo liberauit. Rexit ecclesiam suam annis. xliiii. & nonagenarius ad dominũ emigrauit. iii. nonĩ maii: ibiq; sepultus est.

¶ De sancto Hilario epo. Cap. CXXXI.

HIllarius arelatẽsis eps uir in sanctis scripturis doctus & doctor inclytus fuit. Qui paupertatis amator erga inopũ puisionẽ pietatementis & corporis labore solicitus grãdi & solerti cura pauperes aluit & in docendo gratissimus extitit: multos sermones splendidos ad populũ sudit: & plurima eruditionum opuscula compilauit: uolumen grande fide. xii. libris explicitum sermone splendido exarauit. Beati quoq; honorati predecessoris sui uitam cum multorum utilitate composuit. Finem uite dedit ualentiani & martiani temporibus. iii. nonĩ maii. Hec gennadius libro de uiris illustribus.

¶ De scõ Eutimo martyre. Cap. CXXXII.

EVtimus diaconus & martyr apud alexandrie ciuitatem pro christi fide ab infidelibus christianitatem emulantibus detentus: & dudum in carcerali ergastulo uinculis artatus: & inedia maceratus in confessione emisit spiritum. iiii. nonĩ maii. ut dicit ado.

¶ De scis Hyreneo & sociis mar. Cap. CXXXIII.

HYreneus & peregrinus martyres & hyrenis uirgo apud thessalonicam ciuitatẽ dũ ueritatem sacre fidei protestari ausi fuissent: paganorum rabie detẽti atq; insimul ignibus combusti palmas martyrii perceperunt. iii. nonĩ maii. hec ado.

¶ De scõ Ioane ante portã latinã. Cap. CXXXIIII.

IOannes euangelista ideo ante portam latinam dicitur: quia in urbe roma in ipso loco in feruentis olei dolio missus diuina gratia inde exiuit illesus. Nam ut in eius legenda aliqualiter tactum est. vi. calen. ianuarii. Cũ domitianus imperator secundam post neronem in christianos persecutionem excitasset: & beatus euangelista apud ephesum predicaret a proconsule tentus iuxta edictum imperiale admonebatur christum negare & a predicatione cessare. Quod cum apostolus recusaret dicens q; obedire deo magis q̃ hoĩbus oportet: proconsul eum in custodiam misit & de eo p̃ literas imperatori suggessit. Cui domitianus rescripsit ut Ioannem catenis uinctum ab epheso secum romã adduceret. Cum ergo a proconsule ad urbem adductus esset: mandauit imperator proconsuli: ut Ioannẽ apud portam que latina dicitur in dolium feruentis olei mitteret: prius tamen ipsum more romano flagellis cederet & crines capitis eius funditus tonderet ut sic despectus & illusus omnibus appareret. Tunc p̃ consul iuxta mandatum cesaris ioannem ante portã latinam adductum prius flagellari: deinde crinibus tondi fecit: ac demum in dolium feruentis olei mergi. Qui coniectus in illud unctus non adustus de uase exiit: & tam a pena illesus fuit q̃ a corruptione carnis immunis permansit. Proconsul autem tanto miraculo stupefactus eum liberum dimisisset nisi imperatorem offendere timuisset. Sed in insulam pathmos ipsum in exilium duci fecit: & sic furorem domitiani tẽperauit. In loco autem illo ubi in oleũ missus est: christiani processu temporis ecclesiam eius nomini fabricarunt: & festum eius ipsa die celebrare ceperunt: uidelicet pridie nonĩ maii. ¶ Hic btũs apostolus & euangelista in predicta insula relegatus: apocalypsim quã ei dominus reuelauit greco sermone manu sua conscripsit: quam interpretati sunt iustinus martyr & hyreneus. Scripsit & epistolam canonicam cuius initiũ

eſt. Quod fuit ab initio &c. que a cunctis eccleſiis & uiris eruditiſſimis approbatur. Relique autem due que Ioannis ītitulantur. Alteri Ioāni preſbytero aſcribuntur. Cuius & ſepulchrum apud epheſum demonſtratur. Nouiſſimus autē omnium & finem ſcripturam ſuarum ſcripſit euangelium ab aſie epīs rogatus aduerſus cerinthū alioſq; hereticos: & precipue ebionitaꝝ tunc dogma conſurgēs: qui aſſerunt chriſtum ante mariam non fuiſſe: unde etiam compulſus eſt diuinam uerbi natiuitatem edicere. Hec hieronymus de uiris ſiluſtribus. ¶ Refert quoq; hellinādus q; euāgelium conſcripturus triduanum ieiunium omni eccleſie indixit: ut digna deo conſcribere poſſet. In loco autem ubi euangelium ſcripſerat: licet nullo ſit operimento munitus: nihil hactenus imbris aut pluuie decidit: ut per hoc appareat quantam ipſi loco elemẽta uſq; in preſens reuerentiam ſeruant.

¶ De ſcō Ioanne damaſceno p̄by. Cap. CXXXV.

IOannes preſbyter cognomīe damaſcenus apud conſtantinopolim floruit tpe theodoſii. iii. imperatoris. Hic filius meſue ſaraceni apud damaſcum exortus unde & damaſcenus dictus eſt ab annis puerilibus cultu iudeus in iudaiſmo natus & educatus liberalibus ſcientiis & philoſophicis imbutus: litteriſq; grecis hebraicis pariter & latinis eruditus libros utiles in medicinalibus utpote peritiſſimus medicus confecit. De iudaiſmo tādem adhuc iuuenis ad chriſtum conuerſus conſtantinopolim ueniens ſub anaſtaſio ſecundo imperatore monachalem habitum ſumpſit. Et uirgo permanens in amorē beate uirginis totum ſe cōtulit: pluraq; dictamīa in eius laudibus componebat: & cōpoſita ſcribebat: multiſq; nobiliū filiis multa legebat. Cum aūt die quadam poſt lectionem cum ſcholaribus iret ſpatiando: pyrate ſaracenoꝝ eum ſubito rapuerunt & ad egyptum ducentes cuidam ſaraceno diuiti uendiderunt. Qui aduertens eius peritiam filium ſuū eidem inſtruendū tradidit: & īpm honorifice tractauit. Qui pueꝝ acerrimi ingenii īfra paucos annos plenius eruditus: illeq; magiſtri modū dictandi & ſcribendi adeo didicit ut nec ſtilum nec ſcripturā alterutrius quis diſcernere poſſet. Mortuo uero anaſtaſio imperatore: theodoſius factus imperator: qui in iuuentute ei fuerat amiciſſimus: Ioanne precibus ac p̄cio multo a ſaraceno redemit: quē cōſtantinopolim deductū ſuum cancellarium fecit: eiuſq; conſilio & induſtrie curiam totā regendam cōmiſit. Filius aūt ſaraceni quē docuerat iam magnus effectus & glorie p̄ceptoris inuidens: cogitans quō honorem magiſtri cōſequi poſſet: cōſtantinopolim ueniens ſub nomine ioānis litteras cōfinxit: quas ſaracenoꝝ ſoldano dirigebat: in quibus ei ſignificabat: q; memor beneficioꝝ in partibus egypti a ſaracenis receptoꝝ libēter uellet ſoldanū grecie dominari: & q; imperator exercitum grecoꝝ ad ptes remotas cōducere debebat. Et q; ſi cum gente ſua ad urbē regiam feſtinaret: ſubito & ſine obſtaculo īperiū grecie obtineret. Has aūt litteras iuuenis ille in cōſiſtorio cauſaꝝ ex induſtria piecit: & abiit. Reperte igiē lre & imperatori theodoſio exhibite: procul dubio ioannis epiſtole ſunt iudicate attēto modo dictaminis & ſcripture. Captus ioannes impatori preſentaī: & an litteras illas ſcripſerit: ipſum auguſtinus ſanctificaī. Ioannes reſpōdet: q; ſtilum & litterarum formā ſuum eſſe negare nequit: ſed teſte deo illas epiſtolas nunq̄ ſcripſit. Cūq; ,ppter cōfuſam reſpōſionē adhuc maior ſuſpitio eſſet contra eū: & quidam īpm ut ,ditorē dicerent occidendū. Imperator fecit ei dexteram amputari: & ,ditorem ſuum & impii publice ,clamari: & ad perpetuam eius cōfuſionē manū in eccleſia ſue abbatie ſuſpendi: ipſumq; ad monaſteriū ſuū iuſſit reduci. Qui ſepius cū lachrymis uirginis ſolatiū īplorabat: & iniuriam patientiſſime tolerabat. ¶ Cū aūt quadā die ueneris nocte diei ſabbati adueniētis dudū in oratione uigilaſſet: & truncū brachium uirgini oſtendiſſet: & poſt fletū leuiter dormitaſſet: uirgo glorioſa ei apparuit: eūq; cōfortare cepit. Ille uero ecōtra ſe nimium aſſerebat dolere: quia cōfuſionē ſuam & monachoꝝ cōtinue cōpellebaī aſpicere: & quia de ea repta dictamina nō poterat: ut ſolebat cōſcribere: nec corpus dominicū de ipſa celerans amplius contrectare. Tunc beata uirgo manū appenſam: ut ſibi p ſomniū uidebaī: accepit & omni dolore remoto brachio reſtituit. Euigilans ioannes manū ſibi reſtitutā inuenit: & & que erat iam arida carne recentē cōſpexit. Ipſaq; die ſacris indutus miſſam beate uirginis cūctis ſtupentibus ſoleniter celebrauit. Imperator miraculum uidēs ioanni ueniam petiit: ipſumq; officio ſuo reſtituēs honorifice eū ptractauit. Quicuitq; ab eo: ſi aliqnē ſuum modū dictandi & ſcribendi docuerat: illeq; cūcta p ordinem ei narrat. Queſitus calūniator capiī: & peccatū confitens ſuſpendio iudicaī: ſed ioanni pro eo interueniente mors in exiliū cōmutatur. Poſt aliquot annos ſanctus uir officio renunciauit: & in monaſterio ſuo digens in ſancta religiōe uitam finiuit anno. lxxv. etatis ſue pridie noī maii: ſepultus cōſtantinopoli miraculis clarus. ¶ Hic ſanctus doctor libꝝ compoſuit orthodoxe fidei certam tradictionem continētem in quattuor libris digeſtū: quē burgredius piſanus cauſidicus eugenio pape tertio de greco tranſtulit in latinū. Librum etiā compilauit de uita & moribus & ſaluatoris: oīa xp̄i & genitricis geſta ab incarnatiōe uſq; ad aſcenſionem ſerioſe & particulariter cōtinentem. Librum de laude uirginis rhythmico ſtilo latine cōpoſitum. Scripſit etiā uitam balaā & ioſaphath eremitaꝝ. Alioſq; plures elegātes ſermones & trāctatus per utiles cōpilauit. hymnos & ſequentias & alias laudes in honorē genitricis & geniti metro dictauit: q̄ quia greco ſermone cōgeſta fuerant metro tranſferri non potuerunt. Et alia plura utilia digeſſit.

¶ De ſcō Lucio cyreneī ep̄o. Cap. CXXXVI.

LVcius ep̄s cyreneī de quo ſcūs lucas actu. xiii. mentionē facit: a ſanctis apoſtolis primus apud cyrenem pōtifex ordinatus eſt: quo officio p̄dicatiōis fideliſſime pacto ſcitate & doctrina cōſpicuus quieuit in pace pridie noī maii: ut dicit hieronymus in martylogio ſuo.

¶ De ſancto Enodio epiſcopo & martyre. Cap. CXXXVII.

ENodius ep̄s apud antiochiā martyriū paſſus eſt: de quo ſcūs ignatius ſcribit: q; primus ibidem ab apoſtolis ep̄s eſt inſtitutus. Qui apud eandem urbē ſub p̄ſecutione neronis īpatoris glorioſo martyrio coronatus uitam finiuit: ibiq; ſepultus eſt pridie calendas maii.

¶De ſancta Flauia domitilla uirgine & martyre. Cap. CXXXVIII.

FLauia domitilla uirgo apud taracinam cã/panie ciuitatem ſub domitiano paſſa eſt. Que cum eſſet flauii clementis conſulis ex ſorore neptis: Aurelio filio conſulis nepoti domitiani imperatoris in cõiugium tradita eſt: datis ſibi duobus eunuchis cubiculariis: uidelicet nereo & archileo. Cũq; puella auro & precioſis ueſtibus tegeret: nereus & archileus qui occulte xp̃iani erant: eidẽ fidem predicauerunt: & uirginitatẽ multipliciter cõmendauerunt: in tantum ut ipſa in xp̃m crederet: & uirginitatis uotum emitteret: Quam ſanctus clemens papa baptizauit: & ſacro uelamine conſecrauit. Quod audiens aurelianus ſponſus eius a domitiano impetrauit: & uirginẽ in nereo & archileo in pontiana inſulam relegauit: putans ſe per hoc propoſitũ uirginis imutare. Poſtq; aũt ſancti martyres nereus & archileus martyriũ paſſi ſunt: ut dicetur infra in eorum paſſione. iii. idus ſeptẽbris: & ubi ſancti maro eutyces & uictorinus: qui etiã domitillã in fide cõfortauerãt: agoné ſuum cõpleuerũt: ut dictũ eſt ſupra de eis. xvii. calen. maii. Aurelianus uirginem de exilio reduxit: & duas uirgines euphroſynam & theodoram collactaneas eius ut ei ſuaderent miſit: quas tamẽ domitilla ad fidẽ conuertit. Tũc aurelianus cum ſponſis dictarum puellarũ & tribus ioculatoribus & aliis ſociis ad eam acceſſit: ut ipſam ſaltem uiolenter opprimeret. Sed cũ uirgo xp̃i prefatos duos iuuenes cõuertiſſet. Aurelianus eam in thalamũ introduxit: & ibidẽ mimos canere & ceteros ſaltare ſecum fecit ut ad libidinẽ magis accenſus: ipſam poſtmodũ uiolaret. Sed cũ mimi deficerent in canendo & ceteri in ſaltando: ipſe tamen per biduũ ſaltare non ceſſauit donec in ſaltando expirauit. Luxurius uero frater eius ab imperatore obtenta licentia omnes qui per uirginem crediderant interfecit: & cubiculo ubi domitilla cũ euphroſyna & theodora morabatur ignem ſuppoſuit. Que ſimul orantes ſpiritum emiſerunt nonũ maii. Quarum corpora ſanctus ceſarius mane illeſa reperiens ſepeliuit.

¶De coniunctiõe corporum ſanctorum ſtephani & Laurentii. Cap. CXXXIX.

COniunctio corporum ſanctorum martyrum ſtephani & laurẽtii facta eſt rome ſub theodoſio iuniore. Nã cum eudoxia filia theodoſii imperatoris & uxor ualentiani apud urbem cum uiro degens a demonio uexaretur: & ualentianus illud patri conſtantinopoli exiſtenti ſignificaſſet: iubet filiam conſtantinopolim adduci: ut a reliquiis protomartyris ſtephani tãgeretur. Corpus enim ſancti ſtephani dudum cõſtantinopolim ex hieroſolymis tranſlatũ fuerat: ut dicetur infra in inuentione eius. iii. nonũ auguſti. Demon aũt in eudoxia clamabat q; inde nunq; exiret niſi ſtephanus romã ueniret: quia ſic erat uolũtas apoſtolorum. Quod iperator audiens a clero & populo cõſtantinopolitano obtinuit: ut corpus ſtephani romanis daretur: & corpus laurẽtii grecis traderetur. Hoc aũt imperator pelagio pape ſcripſit: qui de conſenſu romanoꝝ petitioni imperatoris cõſenſit: miſſi igit cõſtantinopolim cardinales corpus ſancti ſtephani romã deferunt: & greci pro accipiẽdo corpore ſancti laurentii cũ eis romã pueniũt. Capue aũt corpus ſancti ſtephani recipit: & a ciuibus illis dextrũ brachium ſummis precibus obtinetur: & metropolitana eccleſia eius nomini fabricatur. Cum autem romam ueniſſent & corpus ad eccleſiam ſancti petri ad uicula deferre diſpoſuiſſent: uectores ſubſiſtunt nec ultra procedere poſſunt. Demon autem in regina clamabat eos fruſtra fatigari: eo q; non ibi ſed in eccleſia fratris ſui laurẽtii & iuxta eum elegerat collocari. Illuc ergo corpus defertur: ad cuius tactum puella mox a demõio liberatur. Cũq; ſepulchrum adeo artum eſſet: q; utraq; corpora capere nõ potuiſſet: laurentius aduentui fratris quaſi congratulans in alterã partem ſepulchri uerſus ſuper latus ſeceſſit: & medietatem ſtephano uacuã dereliquit. Sicq; ſtephanũ ſimiliter ſuper latus uerſa facie ad conſocium collocarũt. Greci uero dum manus apponũt ut laurentium auferant ad terrã uelut exanimes corruerunt: ſed orantibus pro eis papa cum clero & populo uix ad ſe ad ueſperam redierunt. Omnes tamen infra decẽ dies mortui ſunt. Latini uero qui eis conſenſerãt in phreneſim uerſi ſanari nõ poterant: quo aduſq; amboꝝ corpa ut dictum eſt inſimul tumulata ſunt. Hec autem coniũctio facta eſt nonũ maii: ut dicit frater bartholomeus.

¶De apparitione ſancti Michaelis archangeli. Cap. CXL.

APparitio ſancti michaelis archangeli dupliciter nominatur uidelicet apparitio & uictoria. Apparitiones autem eius due ſunt principales propter quas feſtũ hoc inſtitutum eſt. ¶Prima qua in monte gargano apparuit: q; mons eſt in apulia. xl. milibus diſtans a ſiponto ciuitate. Anno autẽ domini. ccclxxxx. in p̃dicta ciuitate erat quidam uir nomine garganus: a quo ille mons nomẽ accepit: qui animaliũ multitudine pollebat. Cũ antem circa predicti montis latera paſcerentẽ: contigit tauꝝ ceteros boues relinquere & uerticẽ montis conſcẽdere. Quẽ dominus cum eium familia per deuia queq; requirens ipſum tandẽ in uertice montis iuxta hoſtium ſpelunce inuenit & mox in ipſum arcum tendens ſagittã toſſicatã direxit. Sed ſtatim illa uelut a uento retorta ipſum qui eam iecerat repercuſſit. Turbati ſuper hoc ciues ep̃m ſuperinde conſulendũ decernunt. Qui eis triduanum indixit ieiunium: & a deo monuit eſſe querendum. Quo peracto ſanctus archangelus michael p uiſionem ep̃o apparuit: eiq; reuelauit: qualiter loci illius cuſtos & inſpector erat: & quia eius uolũtate uir ille mortuus fuerat: ſeq; locum incolere tali

iudicio comprobauerat. Statimq; ep̄us & ciues cum proceſſione locum adeunt:& ingredi nō preſumētes orationibus ante fores inſiſtunt. ¶ Secūda apparitio eſt que rome tp̄e gregorii pape legitur contigiſſe. Nā ut ſupra actum eſt in legenda gregorii.iiii.idus martii. Cum idem pontifex propter peſtem inguinariam letanias maiores inſtituiſſet:& deuote pro ſalute populi exoraſſet:uidit ſuper caſtrum quod olim memoria hadriani dicebatur angelum domini: qui gladiū cruentem tenebat:& in uagina reponebat: unde gregorius intelligens preces a deo exauditas:eccleſiam in honore angelorū ibidem conſtruxit:caſtrum quoq; illud exinde ſancti angeli dictū eſt. He aūt due apparitiones ad litteram.viii.idus maii occurrerunt: ꝓpter quas hoc feſtū inſtitutum eſt. ¶ Eſt & alia apparitio que celebratur.xvii.calen.nouēbris:de qua ibidem cū quibuſdam miraculis ex ipſa ſubſequentibus agetur. ¶ Dicitur etiam hoc feſtū uictoria ꝓpter multiplicē uictoriam michaelis. Nam re uera iſte glorioſus archangelus ad omnem ſtrenuum actum triumphi ſeu uictorie in chriſtiāo populo delegatur. Vnde ſicut eo tempore quo populus iudeorum erat peculiaris populus dei:michael erat in omnibus princeps & adiutor ſynagoge ipſorū:ut habet̄ danie.x. Sic poſtq̄ populus xp̄ianus per fidem chriſti factus eſt populus dei: Michael factus eſt princeps & adiutor eccleſie chriſtianorū. Vnde cantat eccleſia:Princeps glorioſiſſime michael &c. Et iō interpretatur quis ut deus: quia ſicut nullus facere poteſt:quod facere ꝑualet deus:ſic quoties aliquid mire uirtutis agit̄:michael mitti perhibetur:ut ait gregorius. Licet aūt in aliis uictoriis mirabilior apparuerit:tamen uictoria principalis ꝓpter quā hoc feſtum denominatur:fuit illa quā ſipontinis hoc modo conceſſit. ¶ Poſt aliquod nempe tempus ab inuento loco:ut ſupra dictū eſt. Neapolitani gentiles cū ſipontinis & beneuentanis quibuſdam a ſiponto diſtant:ambobus fidelibus ordinato exercitu bellari ceperunt. Qui de epiſcopi cōſilio triduo inducias petierunt:ut ieiunio triduano uacarent:& patroni michaelis auxilium implorarent. Tertia aūt nocte michael ep̄o apparuit:preces exauditas aſſerit:uictoriam aſſuturam promittit:& quarta diei hora hoſtibus occurrendum premonuit. Quibus occurrētibus mons garganus immēſo tremore cōcutitur:fulgura crebra uolant:& caligo tenebroſa montem obtexit:ita ut ſexcēti de aduerſariis tam ex ferro hoſtiū q̄ ex ſagittis igneis interirent. Reliqui in fugam conuerſi: uirtute cōperta archangeli:continuo colla chriſtiane fidei ſubmiſerunt. Hec autem uictoria eodem die euoluto anno ab apparitione predicta:uidelicet.viii.idus maii dicitur contigiſſe. ¶ Sunt & alie plures uictorie tam michaelis q̄ angelorum:que quia diem certum non habent ſub hoc feſto comprehenduntur. ¶ Prima uictoria eſt illa:quam michael archangelus cum ſuis angelis obtinuit:quando draconem.i.luciferum cum ſuis ſequacibus de celo eiecit. De quo exponitur illud apocal.xii. Factum eſt prelium magnum in celo michael & angeli eius preliabantur cum dracone &c. Cum enī lucifer dei equalitatem appetiſſet:archangelus hic celeſtis exercitus ſignifer a deo miſſus ipſum cum ſuis ſequacibus de celo expulit:& in hunc aerem caligino ſum uſq; ad diem iudicii remiſit. ¶ Secunda eſt illa q̄ cum diabolo diſputans de moyſi corpore ipſum triūphauit. De qua habetur iude primo. Cum enī diabolus corpus moyſi prodere uellet:ut ipſum pro deo iudeorum populus adoraret. Michael non iudiciū blaſphemie improperans: ſed imperio domini ei mandans:demonem expulit:& corpus moyſi diuina prouidentia occultauit. Tertia eſt quam de antichriſto habiturus eſt:quando ipſum occidet. ¶ Tūc enī michael princeps magnus:ut dicitur danie.xii. conſurget:& pro electis contra antichriſtum fortiter aſſiſtet. Deinde antichriſtus ut dicit glo. ſuper illud apoc.xiii. Vidi unum de capitibus eius occiſum &c. mortuum ſe fingit:& per triduum latens poſtea apparebit: dicens ſe ſuſcitatum:arteq; magica ferētibus eum demonibus in aera aſcendet:& omnes populi ipſum mirātes adorabunt. Tandem ut dicit gloſa ſuper illud ſecunda timo.ii. quē dominus ieſus interficiet &c. In monte oliueti aſcēdet:& dum ſtabit in papilione & in ſolio ſuo in loco contra quem dominus aſcendit: michael adueniens ipſum interficiet. ¶ Quarta eſt quam angeli quotidie de demonibus obtinent:dum pro nobis pugnantes ab eorum tentatione nos liberant. Hoc aūt tripliciter faciunt. ¶ Primo poteſtatem demonis refrenando. Figura apocal.xx. de angelo qui demonem ligauit:& in abyſſum miſit. & thobie.viii. de diabolo in deſerto ſuperiori ligato. Huius enim religatio ipſa eſt poteſtatis eius refrenatio. ¶ Secundo concupiſcentiam refrigerando. Figura geñ.xxxii. Angelus tetigit neruum femoris iacob:& ſtatim emarcuit. ¶ Tertio memoriam paſſionis mentibus imprimendo. Figura apocal.vii. de angelo aſcendente ab ortu ſolis habē te ſignum dei uiui.i. memoriam crucis. & infra Nolite nocere terre & mari &c. quoadu ſq; ſignemus ſeruos dei noſtri in frontibus ideſt mentibus eorum.

¶ De ſcō Raphaele archangelo. Cap. CXLI.



RAphael archangelus: quia nulla ſpeciali ſolēnitate ullo tempore recolitur: ideo huic feſto apparitionis michaelis merito coniūgitur: Vt de ipſo aliqualis mentio habeatur. Interpretatur autem raphael medicina dei. Hoc autem ideo nomen angelus ille ſortitur: quia quotiens ad aliquem morbum incurabilem ſanandum angelus aliquis a deo deſtinari proponitur: tunc raphael angelus mitti creditur: unde huic angelo duplex officium attribuitur: uidelicet officium uie & officium medicine. Eſt enim hic angelus & dux itinerantibus & medicus morbo laborantibus: unde & in horum

comprobationem: non ſolum tobiam iuniorem in uia conduxit & ſanum cuſtodiuit ac coniugatum in diuitiis opulẽtum ad domum paternam reduxit: ſed etiã tobiam ſeniorem excecatum illuminauit. De quibus per ſingula agetur cum ad hiſtoriam tobie peruenietur. ¶ Quod autẽ hic angelus dux & cuſtos in uia itinerantibus exiſtat: patet in quodam miraculo: qđ legitur in libro de geſtis francoꝝ. Dum enim quidã aurelianẽſis ad ſanctum iacobum peregrinaretur: angelo Raphaeli quem in deuotione habebat: & quem ducem & cuſtodem uiatoꝝ audierat ſe ſpecialiter cõmendauit. Cũ autem in uia erraſſet: & appropinquãs ſilue predones ſuperuenientes cõſpiceret: feſtinare cepit iter ut eos euaderet. Et cũ aliquantulum proceſſiſſet: quidam ſe ſibi quaſi comitem uie cõiunxit: & cauſam tante feſtinationis queſiuit. Cui cũ cauſam expoſuiſſet & hoſtes ſe inſequentes oſtendiſſet: ille eũ hortari cepit ne timeret: quia ipſum ſine leſione ad rectã uiam reduceret. Et cum hoc loqueretur ſuperueneruntad fluuium. Cumq; ille nec pontem nec nauem ad tranſeundum conſpiceret: nec uiam tranſuadandi ſciret adhuc magis timuit: & ſe a comite deceptũ putauit. Et ecce cum predonibus irruentibus ille omni auxilio deſtitutus ſe angelo raphaeli commendaſſet: ſubito ex alia parte fluminis cum ſocio ſe tranſlatum uidit: & hoſtes citra flumen mirantes dimiſit. Subitoq; ei comes ille diſparuit. Sicq; uiam ſuam proſecutus eſt. Cũ autem iterum rediens ad locum illum appropinquans in eoſdem hoſtes irruere dubitaret: graui ſopore ſubito depꝫſſus ſub arbore dormitauit. Cui in ſomnis comes ille qui eum tranſflumen euexerat apparuit: ſeq; eſſe raphaelem archangelum cui ſe commendaret aſſeruit: qui eum in uia cuſtodierat & uſq; ad domum ſaluum ducere intendebat. Euigilans ille ſe ad unam dietam prope ciuitatem ſuam repperit: & ſaluus rediens beato archãgelo gratias egit. ¶ Quod etiam medelam infirmantibus conferat patet in hoc miraculo. Circa annum domini. M.cccxv. iuuenis robuſtus ordinem predicatoꝝ intrauit in conuentum derbeie inſule anglicane: qui morbum caducum patiebatur: ſed tamen hoc fratribus nõ reuelauit. Adeo autem ipſa egritudine opprimebatur q; ſepius cadẽs quaſi tribus horis detinebatur. Quare completo anno noluit a fratribus ad profeſſionẽ admitti. De gratia tamen manſurus ad cõuentum letiſtrie miſſus eſt: ubi dum dicto morbo multum affligeretur: frater q dam ricardus de ponte fineto pro ipſo deum orare cepit. Cui dormienti raphael angelus apparuit: eiq; dixit q; ſi frater ille uoueret ſe continenter uictuꝝ: & in uita ſua feria ſecunda in honorem angeloꝝ ieiunaturum ſanitatem perciperet: & q; ipſe ad eum ſanandũ a domino miſſus eſſet. Seq; raphaelẽ archãgelum nominauit. Quod cũ frater ille nouitio rettuliſſet: illeq; uotum emiſiſſet: eadẽ die a morbo cecidit: & per uiſum angelum raphaelem conſpexit: qui ipſum eleuauit ac perfecte ſanatum nunciauit: & ut promiſſa impleret admonuit: addens ut ſi quando contraueniret illico in morbum recideret. Statimq; ille ſanatus eſt: & ex illo die morbum minime paſſus. Qui poſt modum ad profeſſionem receptus factus eſt bonus clericus: & ordini gratioſus.

¶ De ſcõ Victore martyre. Cap. CXLII.

Victor miles & martyr apud mediolanum ſub maximiano auguſto paſſus eſt. Qui maurus genere a prima etate chriſtianus canicie uenerandus maximiano amiciſſimus fuit. Quem ut exiſtens mediolani cõparuit chriſtianum primo in carcere. vi. diebus afflictũ inde eductum flagellis cedi fecit. Et iterum per triduum in carcere compeditũ detineri. Rurſumq; de cuſtodia emiſſum chriſtumq; inuictiſſime confitentẽ fuſtibus duriſſime ceſum: tertio cuſtodie artiori mancipauit. Dũ autem ab anolino conſulari ad ſacrificandũ ſuaderet: & immolare cõtemneret: tertio pductus corpus eius plumbo & cera liquefactis perfunditur: ſed plumbo ac cera in modum aque balnearis ab angelo tepefactis uictor a cruciatu liberatur. Inde eductus extra portã uercellinam expectantibuſq; militibus iuſſionem imperatoris omnibuſq; dormitãtibus ipſe ab angelo ſolutus ipſiuſq; mandato fugiens in ſtabulo latuit. Sed poſtmodum quadam ipſum matrona iudicante producta a militibus: & ferro artatus in ſiluula que dicitur ad ultimos in uiridario iperatoris decollatus eſt: qui & mortem maximiani eodem anno ut euenit futuram predixit. Corpus autem eius. vi. diebus expoſitum ut a beſtiis uoraretur duobus leonibus eũ cuſtodientibus protectum eſt: & integrum repertum a ſancto materno epiſcopo in ipſo loco tumulatũ eſt. Qui paſſus eſt. viii. idus maii.

¶ De ſancto Cataldo epiſcopo & confeſſore. Cap. CXLIII.

Cataldus epiſcopus ex hibernie ptibus oppido quod dicitur catandus patre cucho matre atheua exortus fuit. Hic nimia cla ruit ſanctitate & inſignibus miraculis coruſcauit. Nã ſtatim' utero ut ex matris ad lucem prodiit: caputq; in marmore pcuſſit: caput eius in ipſum marmor acſi in ceram molliſſimam ĩtrauit: & ſignũ uerticis concauitatem dimiſit. Et cum mater ex dolore partus expiraſſet: infans ſine cuiuſpiã auxilio ſe erexit: & matrem brachiolis amplexus ipſam ſuo tactu dei gratia mirabiliter ſuſcitauit. Cumq; marmor in quo naſcens caput defixerat: ſub diuo poſitus eſſet & in ipſa eius concauitate pluuia caderet: omnes egri ex aqua illa ſumentes a quacunq; egritudine ſanabatur. ¶ Poſtq; autem ad preſbyteratum aſcendit: & conciues ſuos ad fabricandum eccleſiam prouocauit: dum ipſe quoq; in opere exercitaretur: quidam nobilis cadauer filii nuper defuncti lachrymabiliter ei preſentauit: ipſeq; lachrymis illius compatiens & dolori: oratione fuſa puerum continuo ſuſcitauit. Quo miraculo multos ad' deum conuertit. ¶ Creſcẽte autem eius fama filius alterius nobiliſſimi militis moritur: cuius cadauer a patre in pheretro uiro domini apportatur: & ut ipſum ſuſcitet ſicut & puerum alterum ſuſcitauit: inſtantius exoratur. Cum autem ipſe ex humilitate recuſaret: & operi eccleſie intentus terram efoderet: caſu terram abiiciens ſuper corpus iuuenis aſperſit: & ille repente uiuus ſurrexit. ¶ Rex autem iſule hec audiens: & ipſa magicis artibus attribuens: nauigio uenit ad ſanctum de ſuis finibus propellendum. Sed nocte ab angelis per uiſum territur: q; niſi reſipiſcat ſubito morietur. Eademq; nocte quidam eius dux in hoc facto cõſiliarius repẽte interiit. Quod

rex audiens & dei ultionem expauens a ſancto ueniam petiit: & ducatum ducis illius defuncti eccleſie que fabricabatur imperpetuum conceſſit. In qua eccleſia cataldus poſt breue tempus archiepiſcopus electus eſt: qui laudabiliter uiuens duodecim ſibi ſuffraganeos epiſcopos conſtituit: & totam inſulam uerbo & exemplo ad chriſti cognitionem adduxit. Omnibuſq; recte diſpoſitis in pace quieuit octauo idus maii. Cuius corpus cum multo tempore latuiſſet: a dracone archiepiſcopo domino reuelante repertum & in eccleſia tarentiñ honorabiliter tumulatum: miraculis radiare non ceſſat.

¶De tranſlatione ſancti Andree. Cap. CXLIIII.

TRanſlatio corporis beati andree apoſtoli tempore conſtantini imperatoris facta eſt. Cuius corpus de patraceñ ciuitate ubi paſſus fuerat: & a maximilla ſenatrice ſepultus cum oſſibus ſanctorum beati luce euangeliſte de bithynia ſublatis: & timothei diſcipuli ſancti pauli ab epheſo ſumptis: conſtantinopoli tranſlata ſunt: ibiq; reuerẽtia digna recondita. viii. idus maii: ut dicit ado.

¶De trãſlatione ſancti Hieronymi. Ca. CXLV.

TRanſlatio corporis ſancti hieronymi duplex eſt. Prima eſt illa de qua ſcribit cyrillus hieroſolymitanus epiſcopus in epiſtola ad auguſtinum de eius miraculis tranſmiſſa. Cum enim corpus glorioſi doctoris apud bethleem iuxta preſepe domini ut ipſe mandauerat humo obrutum fuiſſet: & ibidem inſignibus & inauditis miraculis coruſcaret. Videbatur fidelibus: q; illud corpus ſanctiſſimum iacẽs in terra indignius tractaretur. Ideoq; decoro ſepulchro marmoreo in eccleſia bethleemitica fabricato. Cyrillus hieroſolymitanus patriarcha cum clero & populo ſanctum corpus eodem tranſferendum decreuerunt: & diem dominicum poſt pentecoſten ad hoc faciendum celebrius ſtatuerunt. Et concurrente populi multitudine ex urbibus conuicinis: terram ubi iacebat corpus effodiunt & euacuata fouea illud in aere pendere conſpiciunt: ita q; nulla ſui parte humum contingens integrum & incorruptum omnino reperiunt odoriſq; fragrantiam miram cuncti ſenſerunt. Corpus autem inde leuatum & ſuper altare poſitũ eſt: ut a fidelibus uideretur. Cuius contactu die ipſo. xvi. ceci illuminati ſunt: tres quoq; demonio uexati illuc adducti liberationem perceperunt. Filius mulieris uidue populi frequentia compreſſus ſuffocatus eſt. Quem mater in foſſa ubi corpus ſanctum iacuerat: proiecit exanimem: & continuo uiuus ſurrexit. Quod cernens ruſticus: cuius filii cadauer defuncti ante tres dies ſepultum fuerat accedens ad locum corpuſq; filii exhumatum ad eccleſiam attulit & in foueã proiecit: ſtatimq; ſpiritum uite recepit. Circa ueſperas autem poſt predicta & alia multa miracula exhibita: corpus in monumento repoſitum fuit: & fouea terra repleta. Sed mane monumentum uacuum eſt inuentum: & euacuata iterum fouea corpus repertum eſt loco priſtino reſtitutum. Stupentibus cunctis ſequenti nocte cyrillo dormiẽti hierõymus glorioſus apparuit: corpuſq; de loco ubi iacebat nullatenus amouendum admonuit dicens: q; ibidem quieſcere debebat donec hierusalem ab infidelibus caperetur: & tunc ad urbem romam deportaretur. Quod cyrillus ceteris enarrauit: & unuſquiſq; deo gratias egit. Hec autem tranſlatio diem certum non habet: niſi q; cyrillus eam die octaua pentecoſtes factam fuiſſe ſcribit: que tamẽ dies neſcitur quoto die cuiuſue menſis eodem anno contigerit. ¶Secunda tranſlatio eſt que in romanis chronicis reperitur qua corpus eius de bethleem romã tranſlatum eſt: & in eccleſia ſancte marie maioris recondi/tum. Poſt multa enim annorum curricula ab obitu hieronymi glorioſi hieruſalem deſtructa & a ſaracenis occupata cum pene omnium ſanctorum eſſet orbata reliquiis: ſolo beati hieronymi corpore in partibus illis relicto: apparuit ipſe doctor uni mõacho ibi degenti mandans eidem ut corpus ſuum romam deferet & in eccleſia dei genitricis iuxta preſepe domini tumularet. Qui cum hoc facere formidaret: a ſancto doctore ſecunda uice admonetur: & iuſſa adimplere recuſans: tertio de negligentia durius increpatur. Tũc ſancti hieronymi reliquias latenter ſurripuit: & cum duobus fidelibus comitibus proſperis ſuccedentibus romam uenit. Quem ſanctus iterum iuxta urbem p uiſionem admonuit: ut ſolis canonicis eccleſie conuocatis corpus de nocte quaſi clandeſtine reconderet: ne ex ſuperuenientibus turbis diminutionem aliquam in reliquiis ſubſtineret. Itaq; prout ſanctus mandauerat iuſſa perfecit: premiſſa ſolis ipſius eccleſie canonicis nunciauit: & ipſis preſentibus in loco humili: uidelicet in terra ante preſepe domini corpus nocte deuote repoſuit: ubi a quibuſdam uoces angelice concinẽtes audite: luxq; immenſa uti ſolis radius meridianus ibidem effulſit: miraq; odoris fragrantia unumquẽq; reſperſit. Celebratur autem hec feſtiuitas die quo corpus almi doctoris ibi depoſitum eſt: uidelicet. vii. idus maii.

¶De ſcõ hermete diſcipulo. Cap. CXLVI.

HErmes diſcipulus & epiſcopus de quo apoſtolus paulus ad romanos. xvi. ſcribẽs meminit. Hic dicitur fuiſſe auctor libri qui dicitur paſtor: & apud multas grecie eccleſias publice legit: multiq; de eo libro ſcriptorum ueterum ſcripſerunt teſtimonia: ſed a latinis pene ignotus eſt. Sepultus eſt rome apud baptiſterium ex facultatibus ſancte praxedis conſtructum: ut dicit Hieronymus de uiris illuſtribus. Dorotheus abbas hunc ex numero. lxxii. diſcipulorum fuiſſe dicit: qui epiſcopus philopoleos fuit & rome quieuit. In libro etiam pontificum habetur: q; ſub epiſcopatu pii pape her/

mes librum compoſuit:in quo mandatum continetur q; ei precepit angelus domini cum ad eum in habitu paſtoris uenit:& die dominico paſcha celebrari conſtituit.Cuius feſtum agitur.vii.idus maii.

¶De ſancto Metrone confeſſore. Cap. CXLVII

METron confeſſor uerone colitur in eccleſia ſancti uitalis ſepultus. De quo fertur q; illuc peregrinus aduenerit:ſed unde uenerit aut quo loco exortus fuerit ignoratur. Ibiq; exiſtens nouum penitentie modum adinuenit. Nam lapidi magno compede in crure poſito median te ſe affixit: clauemq; compedis in flumen atheſis proiecit hoc ſibi ſignum proponens q; quandocunq; clauem reperire contingeret ab omnibus peccatis ſe abſolutum cognoſceret: poſt plures itaq; annos appropinquante die uocationis eius piſcis capitur in cuius uentre clauis illa reperitur: animam iam ſanctificatam deſignans & corporis diſſolutionem inſtantem prenuncians. Que poſt dies modicos facta eſt.vii. idus maii.

¶De ſancto Iob propheta. Cap. CXLVIII.

IOb iuſtus & propheta domini licet de gẽtibus natus fuerit: q; tamen ſanctiſſimus extiterit non ſolum in libro tobie.ii.cap.& eze.xiiii.& eius nominis per totum ſcripto uolumine expreſſe dicitur: ſed etiam ab omnibus doctoribus approbatur. Fuit autem incola terre huſque eſt in finibus idumee & arabie: ut dicit Hieronymus. Et erat ei Anna nomen.iobab genuitq; filiũ ſibi in regno ſucceſſorẽ cui nomen enon. Erat qdã ipſe filius zare de eſau filiis filius de mẽre uero boſra: ita ut ſit quitus ab Abrahã nepos Eſau:& regnauit in regione Edon rex magnus ac potens ĩter oẽs oriẽtales: & accepit uxorẽ arabiſſam: genuitq; filios.vii.& tres filias. Fuitq; poſſeſſio eius locupletiſſima in ouibus & bobus aſinis & camelis & poſſeſſionibus terrarum ac familia multa nimis. Et licet eſſet ex gentilibus patribus ortus ipſe diuino ſpiritu reuelante: non ſolum ab idolatria abſtinuit: ſed inſuper ſanctiſſime uite fuit. Nam erat uir ille rectus & ſimplex timens deum ac recedens a malo. Et cum filii eius in conuiuiis quotidie laſciuirent ipſe poſt conuiuia domino pro filiis immolabat: ut ſic que in comeſationibus per filios in deum commiſſa fuerant: ipſe ſacrificiis expiaret. Cuius ſanctitas ore dei approbatur:dum in toto orbe non habere ſimilem perhibetur. ¶Vt autem eius patientia manifeſtior fieret:deus eum a diabolo tentari permiſit: data ei primo in rebus deinde in filiis tertio in carne propria poteſtate. Demon autem accepta poteſtate a domino: primo in exterioribus eum percuſſit. Nam boues & aſinos a ſabeis auferri fecit: oues ex aere miſſo igne combuſſit: camelos a chaldeis tolli procurauit pueroſq; ac familiã gladio hoſtili & igne conſumpſit. Deinde ipſum in prole inuaſit.Nam filios omnes ac filias palatio ſuper eos corruente uno impetu interfecit. Et cum in his omnibus Iob patientem & in nullo commotum uidiſſet ad carnes eius perſequendas acceſſit. Graui enim ipſum a planta pedis uſq; ad uerticem ulcere uulnerauit.Solamq; ſibi uxorem in grauiorem afflictionẽ dimiſit: quam & in eius contumeliam incitauit. Et cum in his omnibus nõ peccaſſet Iob labiis ſuis neq; ſtultum quid contra deum locutus eſſet. Nouiſſime tres amicos eius & reges ſingulos de loco ſuo ad eum deſtinauit: qui licet ad conſolandum Iob principali intentione ueniſſent: ipſos tamen diabolica ſuggeſtione longa uerborum exacerbatione in ipſius odium & concrepationes prouocauit. Et cum ipſos Iob ſapienti diſputatione & patientii ſermone ſuperaſſet. Ad ultimum helim quendam iuuenem arrogantem contra iob in acerba conuitia & grauiſſima impropria ſuſcitauit. ¶Cumque poſt multa flagella dominus ſeruum ſuum iob manifeſtiſſime comprobaſſet: & per ſeptem annos ut dicit beatus Hieronymus ipſius patientiam dudum expertus in lucem produxiſſet: miſertus ipſius ad ſtatum illum feliciorem reduxit: omnemque facultatem eius duplicauit. Filios uero & filias totidem numero quot amiſerat: ei conceſſit: ſed eos duplici uirtute & elegantia prioribus decorauit. Vixit quoque iob poſt flagella ſua annis centum & quadraginta: & uidit filios ſuos & filiorum ſuorum uſq; ad quartam generationem. Et mortuus eſt ſenex plenus dierum: annorum uidelicet centum & octuagintatrium.Nã ut tradit Hieronymus annorum trigintaſex erat: quando a domino flagellatus eſt: & in ipſis flagellis annis ſeptem permanſit: poſt que ut ex textu libri ſui habetur annis centum & quadraginta ſuperuixit ¶Scripſit ipſe idem librum uite ſue & ſermonum ſuorum arabico ſermone: ut Hieronymus ait. Qui certe liber proſa incipit: metro labitur peſtri ſermone finitur. Nam a principio uſq; ad locum illum ubi iob dicit. Pereat dies in qua natus ſum. ſtilo proſaico incohat. Inde uſque circa finem: ubi dominus tres iob amicos redarguit: heroico metro proſequitur:Finem uero rhythmico colore concludit. Omniſque legis dialetice: propoſitione: aſſumptione: confirmatione: concluſione ſingula uerba ſua determinat. ¶Nam quattuor diſputationum genera in ipſo libro complectitur. ¶Quarum prima eſt dialetica: que procedit ex probabilibus. Et hec conſiſtit inter iob & tres amicos eius: ubi concluſionem hanc tenet: & probat: q; deus hominem iuſtum ſine ſui culpa flagellat: amici uero eius oppoſitam concluſionem affirmant: uidelicet q; deus neminem ſine culpa condemnat. ¶Secunda eſt ſophiſtica: que procedit ex apparentibus. Et hec eſt inter iob & helim:quãuis iob non reſpondeat:qui qui-

dem iuuenis preſumptuoſus & uaniloquus: conclu/ ſionem amicorum iob approbans ſophiſtice ſyllogi/ zat. ¶ Tertia eſt tentatiua inter dominum & iob: qui eum de multis queſtionibus tentat: & interrogat: ut declaret ei: q̃ nulla ſapientia eſt apud deum compa/ rata. ¶ Quarta eſt demõſtratiua: in qua pro ipſo iob dominus contra tres amicos eius queſtionem diffi/ niendo demonſtrat. Et ſic concluditur totus liber plenus myſteriis & maximis diuine fidei ſacramen/ tis. ¶ Quieuit autem ſanctus iob in pace & optima ſenectute ſexto idus maii: ut Hieronymus in ſuo ca/ lendario ponit. Sepultuſq̃ eſt in terra hus in finibus edon ſiue in boſra: ubi & ſepulchrum eius cernitur uſq̃ in preſens.

¶ De ſanctis Gordiano & Epimacho martyribus. Cap. CXLIX.

GOrdianus martyr rome paſſus eſt ſub iu/ liano apoſtata imperatore. Qui iulianus cum inter alios chriſtianum quendam ſe nem preſbyterum nomine ianuarium te nuiſſet: dedit eum in cuſtodia cuidam eius uicario Gordiano. Qui ianuarium ad domum ſuam addu/ cens: dum ipſum ad ſacrificia ſermonibus hortare/ tur: ianuarius gordiano chriſtum predicans eum cõ/ uertit: & ſtatuam iouis eream quam apud ſe habebat in igne conflauit: ac ipſum cum uxore marina & fa/ milia eius ꝓmiſcui ſexus numero quinquaginta tri/ bus cum eorum domibus baptizauit. Quod cum iulianus comperiſſet: ianuarium preſbyterum in exi lium proſcriptione damnauit. Vxorem uero Gor/ diani marinam ad aquas ſalinas manere precepit in ſeruitio ruſticorum. Gordianum autem cuidam cle/ mentiano quẽ loco eius uicarium prefecerat: punien/ dum tradidit. Qui clementianus gordianum ſibi ca/ tenis uictum preſentari fecit: & in confeſſione chriſti perſiſtentẽ: primo quidem dudum plumbatis cedi deide capite truncari precepit. Cuius corpus canibus proiectum: cum diebus ſeptem manſiſſet intactum: tandem a familia ſua rapitur: & cum beato Epima/ cho quem dudum ante predictus iulianus occidi iuſ/ ſerat ſepelitur uia latina: miliario uno longe ab urbe roma. Qui paſſus eſt circa annum domini tricenteſi/ mum & ſexageſimum ſexto idus maii.

¶ De ſanctis Calepodio preſbytero & ſociis marty/ ribus. Cap. CL.

CAlepodius preſbyter: palmatius: ſimpli/ cius: felix & blanda cum ſociis eorum ro/ me paſſi ſunt ſub alexandro imperatore. Cum enim palmatius conſul de manda/ to imperatoris ad regionem tranſtyberim acceſſiſſet ut calepodium preſbyterꝝ cum aliis chriſtianis in do mo quadam latentibus comprehenderet: decem mi/ lites qui domum intrauerunt: excecati ſunt. Quod alexander conſpiciens iuſſit omnem populum pro liberatione militum deo mercurio immolare. Tunc una ex uirginibus paganorum arrepta a demone de/ um uiuum & uerum deum chriſtianorum clama/ bat. Quod palmatius audiens conuerſus abiit ad ſan ctum papam calixtum: & ab eo baptiſmum expetiit: quẽ calixtus preſente calepodio baptizauit omnẽq̃ eius familiam cum uxore & filiis numero quadra/ ginta duobus unda ſalutari perfudit. Qui palmatius exide cepit facultates ſuas pauperibus errogare. Poſt dies plurimos Alexander hoc audiens fecit teneri pal matium eumque examinatum & chriſtum confi/ tentem tradidit ſimplicio ſenatori quatenus ei per/ ſuaderet ut ad culturam deorum accederet. Cum au tem ſimplicius ipſum plurimum honoraret: & pal/ matius omnia ſeculi blandimenta contemnens ora/ tionibus & ieiuniis inſiſteret: quidam nomine felix uenit ad palmatium deferens uxorem ſuam nomine blandã ab annis quattuor paralyticam: ut eam ſana/ ret. Quam palmatius in conſpectu ſimplicii & om/ nis eius familie fuſa oratione ſanauit. quo uiſo mira/ culo conuerſus eſt ſimplicius ſenator cum omni do/ mo ſua: felix quoq̃ cum uxore ſua blanda ſana effe/ cta: ceperuntq̃ omnes baptiſmati gratiã expetere: uo catoq̃ ſancto papa calixto cum beato calepodio: ſu/ peruenientes ad domum ſimplicii baptizauerunt eũ cum tota eius familia atq̃ felicem cum coniuge ſua blanda. Quod cum Alexander audiſſet: quia multi/ tudo hominum per beatos calixtum & calepodium in chriſto credidiſſet: miſſit exercitum militum: & te nuit omnes qui baptiſmum perceperant: quos prece pit capitalẽ ſubire ſentẽtiam: & ꝑ diuerſas portas ur/ bis rome capita eorum ſuſpendi ad exemplum chri/ ſtianorum. Tenuit etiam calepodium quem gladio fecit: occidi: & corpus eius in tyberim iactari ante in/ ſulã lycaoniam. Quod tandem a piſcatoribus reper/ tum & beato calixto pape preſentatum ab eodem in ſuo cemiterio uia apia ſepultũ eſt. Paſſi ſunt autẽ ſan/ cti martyres ſexto idus maii.

¶ De ſanctis Primo Marco iaſone & Celiano marty ribus. Cap. CLI.

PRimus: marcus: iaſon: & celianus marty/ res tergeſti ciuitate paſſi ſunt tempore ha driani imperatoris ſub Artaſio preſide. Qui primum preſbyterum & marcum diaconum fuſtibus cedi iuſſit: & ſub uentres eorum ignem accendi. Deinde ſulphur ſolutum in ora eo/ rum infundi. Et cum hec omnia ſupplicia ſine ulla eorum leſione ſuperaſſent: multique exinde conuer/ ſi fuiſſent iaſonem & celianum fuſtibus tam diu uer berari mandauit donec ceſi ſpiritum emitterent. De inde primum & marcum extra urbis menia decolla/ ri. Quorum corpora in eodem tumulo iuxta eãdem ciuitatem ſepulta ſunt quinto idus maii.

¶ De ſancto Mamerto epiſcopo & confeſſore. Cap. CLII.

MAmertus epiſcopus uiennẽſi miraculis & ſanctitate apud eandem urbem celebris habetur. Qui ob imminentem terremo/ tum & tempeſtatum cladem atque lupo/ rum rabiem ſolemnes tribus diebus ante aſcenſionẽ domini letanias iſtituit: ut habetur ſupra de letaniis. Qui etiam apud ꝑfatam ciuitatem quieuit in domi/ no quito idus maii: ubi & ſepultus uirtutibus claret.

¶ De ſancto Maiolo abbate. Cap. CLIII.

MAiolus abbas nobilibus parentibus pro/ genitus: & ſacris litteris imbutus: ac uir/ ginitatis flore decoratus: primo archidia conus eccleſie maticeñ fuit: Deinde fa/ ctus eſt monachus cluuiacenſis ſub hermoardo ab/ bate ſancti odonis ſucceſſore ſanctitate uite mira/

biliter pollens: ſummaque patientia decoratus. Qui propter grauem infirmitatem quam incurrit lumen oculorum amiſit: nec tamen exinde in aliquo unquã perturbari uiſus fuit. Sexto autem anno monachationis ipſius decedente abbate monaſterii maticenſis ad eiuſdem loci regimen licet inuitus eligitur: non obſtante q̃ lumine foret oculorum priuatus & corpore quaſi uiribus pre longa egritudine deſtitutus. In ipſa autem abbatia ſanctiſſime iubar uite fuit: & multa miracula oſtendit. Cecis uiſum: ſurdis auditum: claudis greſſum: Aliiſque diuerſorum generum langoribus detentis conferens medicinam. Plures etiam a morſibus ſerpentum uenenatos: & a periculis fluminum & ictibus fulgurum liberauit. Candele ſeu lampades in eius eccleſia ardentes ex negligentia uel aliter extincte ſepius ſine humano ſtudio ſunt diuinitus reacenſe. ¶ Quadam nocte dum in monaſterio ſancti dionyſii librum eius de principatu celi perlegeret ad lumen candele graui ſomno preſſus dormitauit: & candela de manu eius ſuper librum cecidit. Sed ſola ipſius cera conſumpta: libri pagina omnino illeſa permanſit. Soluit autem carnis debitum quinto idus maii. Et reconditus eſt in monaſterio ſuo miraculis clarens.

¶ De ſancto Antimo preſbytero & martyre. Cap. CLIIII.

ANtimus preſbyter & martyr rome uia ſalaria paſſus eſt. Qui poſt uirtutum & predicationis inſignia in tyberim precipitatus & ab angelo ſancto exinde ereptus eſt: ac proprio reſtitutus oratorio. Deinde in confeſſione nominis ieſu chriſti capite punitus uictor migrauit ad celos quinto idus maii. Hec ado.

¶ De ſanctis Nereo & Archileo martyribus. Cap. CLV.

NEreus & archileus martyres fuerunt ſerui plautille uxoris clementis conſulis germani domitiani imperatoris & ſancti clementis pape. Que plautilla exiſtens uidua eos pueros comparauit: & eunuchos fecit. Cum autem ad predicationem beati petri apoſtoli plautilla conuerſa eſſet fecit ſe ab eodem cum prefatis pueris baptizari. Et ad extrema deueniens eoſdem iuuenes cubicularios flauie domitille filie ſue dimiſit. Cum autem domitianus flauiam domitillam aureliano comiti in coniugem tradidiſſet ut ſuperius in eius paſſione actum eſt noĩ martii. Nereus & archileus eidem uirgini chriſtum annunciantes eandem conuerterunt: & uotum uirginitatis emittere ſuaſerunt. Que a ſancto clemente papa baptizata & ſacro fuit uelamine conſecrata. Quod cum Aurelianus cognouiſſet: obtenta ab imperatore licentia ſponſam ſuam cum eunuchis in pontianam inſulam relegauit: quo plures chriſtiani pro chriſti nomine fuerant exilio deportati. Erantque ibi malefici duo diſcipuli ſimonis magi furius & priſcus: qui magicis artibus populum fallendo ſimonem magum pro deo fecerant adorari. Quibus beati nereus & archileus reſiſtentes eorum maleficia ſermonibus & miraculis detegebant: & ſic populum ab errore reuocabant.

¶ Poſt multum uero tempus Aurelianus ad inſulam perrexit: & ſanctos promiſſis & oblatis muneribus ut uirgini ad nuptias ſuaderent exorauit. Quod ipſi omnino facere reſpuentes eam magis in domino confortabant. Qua propter ad urbem adducti & ad ſacrificia compulſi ſunt. Et cum dicerent ſe a beato petro apoſtolo baptizatos nulla ratione poſſe idolis immolare capite ceſi ſunt. Quorum corpora uia ardeatina iuxta corpus ſancte petronille uirginis ſepulta ſunt. iiii. idus maii.

¶ De ſancto Pancratio martyre. Cap. CLVI.

PAncratius martyr nobiliſſimis parentibus ortus apud phrygiam cuius pater dedonius dictus eſt utroq; parente orbatus ſub dionyſii cura patrui ſui relictus eſt. Ambo igitur Romam ubi largum habebant patrimonium perrexerunt. Et dum in eorum poſſeſſionibus in monte celio morarentur: in eorum uico papa cornelius cum quibuſdam fidelibus propter perſecutionem latitabat: a quo pontifice fidem chriſti & baptiſmum ſuſceperunt patruus cum nepote. Poſt dies modicos Dionyſius in pace quieuit. Et pancratius omnia ſua pauperibus errogauit. Deinde ſe perſecutoribus ultroneus offerens chriſtianum ſe eſſe dixit. Quem illi tentum Valeriano imperatori preſentauerunt. Cumque puero tredecim annorum & filio quondam ſibi amiciſſimi uiri condoleret ſuadebat ei: ut diis thura poneret: ne mala morte in tanta iuuentute periret. Ille uero econtra ſacrificare recuſans ſe licet iuuenculum corpore: ſecum tamen animo eſſe dicebat: & deum iouem patricidam & inceſtuoſum comprobabat. Propter quod auguſtus iuſſit eum uia aurelia duci & ibidem decollari. Cuius corpus cetauilla ſena trix tulit: & in eodem loco cum aromatibus ſepeliuit quarto idus maii. Supra cuius tumulum proceſſu temporis a fidelibus eccleſia fabricata fuit. ¶ Ad eius quoque ſepulchrum: ut ait Gregorius turoñ ſi quis falſum iurare uoluerit antequã ad cancellum chori perueniat: aut ſtatim a demone captus inſanit: aut cadens in pauimentum protinus uitam perdit. Nunc autem dictum corpus Venetiis in monaſterio ſancti Zacharie quieſcere ab eiuſdem loci ſororibus perhibetur.

¶ De ſancto Epiphanio epiſcopo. Cap. CLVII.

EPiphanius epiſcopus ſalamine que ciuitas eſt in inſula cypriorum tẽporibus honorii & archadii imperatorũ floruit: ut dicitur in hiſtoria tripartita: uir hic ſum-

me extitit ſanctitatis & elemoſynarum largifluus exhibitor. Qui cum omnem ſubſtantiam ſui epiſcopatus pauperibus errogaret: & nihil petentibus denegaret. Deficientibus pecuniis iconomus eccleſie murmurabat. Subitoq; eidẽ uir aſtitit: ſaccumq; magnũ multa plenum pecunia coram eo depoſuit: nec tamẽ quis eſſet aut unde ueniſſet explicauit: & repente diſcedens nuſquã comparuit. ¶ Duo pauperes uolentes beatum uirum arte deludere: ut aliquid eis uberius daret: ipſo iter agente talẽ fictionem inuenerunt ut unus eorum ſe ſupinum in terra proſtraret: alter uero ipſum quaſi mortuum defleret: & q̃ ſe non haberet unde eum ſepeliret prenderet: ſicq; epiphanio neceſſaria pro exequiis poſtularet. Cum autem ſanctus appropinquaſſet: & ille lachrymabiliter ab eo ſubſidium pro tumulãdo ſocio petiuiſſet: epiſcopus illum ſuper morte comitis benignius conſolatur & neceſſaria pro ſepultura largitur. Quo diſcedente dũ ille ſocium uocans pulſaret ut ſurgeret quatenus de queſtu bonum ſibi conuiuium prepararent: qui ſe prius mortuum finxit uere defunctus apparuit. Tũc ſocius poſt epiſcopum currens caſum ei nunciauit & de commiſſo penitentiam egit. Sanctus autem cum defunctum ſuſcitare potuiſſet noluit ne tali occaſione miniſtri domini facile deludãtur. ¶ Sapientia & doctrine ſuaui eloquio admodum claruit: Aduerſus omnes hereſes libros compoſuit: Aliaq; multa opuſcula que ut hieronymus dicit ab eruditioribus propter res a ſimplicioribus propter uerba legũtur. Hec ille de uiris illuſtribus. Qui etiam in pace ſpiritũ bona tradidit ſenectute. iiii. idus maii.

¶ De ſancto Dionyſio confeſſore. Cap. CLVIII.

Dionyſius confeſſor patruus fuit ſancti pancracii martyr de quo ſuperius dictum eſt. Qui a beato cornelio papa ſacriſontis unda perfuſus: eodem die quo & nepos pancratius paſſus eſt anno ſcilicet eius martyrium precedente in chriſti nominis ſancta confeſſione feliciter obdormiuit: ut ado in martylogio inſinuare uidetur uidelicet. iiii. idus maii.

¶ De feſtiuitate ſancte Marie ad martyres. Cap. CLIX.

Feſtiuitas ſancte marie ad martyres a bonifacio papa quarto inſtituta eſt propter templi pãtheon rome dedicationem. Romani enim cum toto orbi dominarentur non ſolum omnium prouinciarum ſimulacra in urbe habebant: quin potius fere ſingulis diis templa ſingula conſtruxerant: tanquã qui eos cunctarum prouinciarum uictores & dominos effecerant. Sed quia omnia idola templum ibi habere non poterãt ad maiorem ſue gentilitatis uexane oſtentationem unum templum ceteris mirabilius & ſublimius in honorẽ omnium deorum erexerunt: & pantheon quod ſonat omnes dii uocauerunt: a pan quod eſt omne & theos deus. Pontifices enim idolorum ad maiorem populi deceptionem finxerunt: q; ſibi a cybele quam omnium deorum matrem uocabant fuerat imperatum: ut ſi de omnibus gentibus uellẽt uictoriam obtinere ſibi & filiis ſuis ſcilicet diis omnibus templum magnificum fabricarent. Fundamentum ergo ipſius templi ſphericum iacitur: ut ex ipſa forma deorum eternitas demonſtraretur. Deniq; & pinam eneam deauratam fabricarunt & eam in ſummitate colloca runt. In qua ut aiunt omnes prouincie mirabiliter erant ſculphe. Hec autem procedente tempore inde cecidit: unde in ſummitate apertura remanſit. ¶ Tẽpore igitur phoce imperatoris cum iam dudum roma fidem domini percepiſſet. Bonifacius papa quartus predictum templum a phoca ceſare impetrauit & omnium idolorum eliminata ſpurcitia: ipſum in honorem beate Marie uirginis & omnium martyrum conſecrauit tertio idus maii: locum quoq; ipm ſancte marie ad martyres appellauit qui modo ſancta maria rotunda uocatur a populo. Nondum enim confeſſorum ſolemnia ab eccleſia agebantur. Sicq; in urbe roma ipſum diem in honore omnium martyrum celebrari in ipſa eccleſia ordinauit. Vt ſic templũ quod fabricatum fuerat omnibus idolis: tunc dedicatum eſſet omnibus ſanctis: & ubi multitudo celebraretur multitudo ſanctorum. Sic quoq; extunc rome in ipſo loco feſtum illud uſq; hodie celebratur tertio idus mai.

¶ De ſancto Bonifacio papa primo & confeſſore. Cap. CLX.

Bonifacius papa huius nominis primus zozimo pape in epiſcopatu romano ſucceſſit. Et ſedit annos tres menſes octo dies undecim. Hic natione romanus ex patre iocundo preſbytero urbis: ſub contentione cum eulalio ordinatur uno die. Eulalius quippe ordinat in baſilica conſtantiniana. Bonifacius autem in baſilica iulii. Et fuit magna diſſeſſio in clero. Audiẽs hoc placida auguſta cum filio ſuo ualentiniano imperatore dum ſederent rauenne rettulit hoc honorio auguſto mediolani reſidenti. Tunc ambo auguſti miſſa auctoritate p̃ceperunt ut ambo exirent de ciuitate. Qui cum pulſi exiſſent tandem utriq; auguſti bonifaciũ ad urbem reuocauerunt & eum pontificẽ conſtituerunt. ¶ Hic conſtituit: ut nulla mulier aut monacha uaſa ſacrata uel pallam altaris contingeret: aut lauaret: nec in eccleſia incenſum poneret. Et ut ſeruus aut curie obnoxius non fiere clericus. Hic fecit oratoriũ in cemiterio ſancte felicitatis: & ornauit ſepulchrum eius. Hic autem beatiſſimus paterna pietate clericos aluit: pauperes fouit: cunctos honorans: fuit mitiſſimus in diebus ſuis ſuper omnes homines & miſericors: unde ab omnibus amabatur. Et ſepultus iacet in eccleſia ſancti petri.

¶ De ſancto Bonifacio papa quarto. CLXI.

Bonifacius papa huius nominis quartus natione marſorum ex patre ioanne medico bonifacio pape tertio immediate in epiſcopatu romano ſucceſſit: & ſedit annos ſeptem menſes octo dies uigintiduos. Hic obtinuit ab auguſto phoca imperatore: ut eccleſia beati petri apoſtoli caput eſſet omnium eccleſiarum: quia conſtantinopolitana caput omnium ſe ſcribebat. Hic etiam obtinuit dari eccleſie templum: quod ab antiquis in urbe pantheon uocabatur: ut ſupra dictum eſt. Quod ipſe ablatis idolatrie ſordibus conſecrauit in honorem dei genitricis marie & omnium martyrum Chriſti. Eiuſque conſecrationis de ſolennitatem in urbe conſtituit celebrandam.

Aliaq; multa laudabilia opera fecit. Et hic ſepultus ē ad ſanctum petrum apoſtolum. Et ceſſauit epiſcopatus menſes ſeptem & dies uigintiquinq;.

¶ De ſancto Seruatio epiſcopo & confeſſore. Cap. CLXII.

SEruatius epiſcopus traiectenſis temporibus hieronymi & ambroſii doctorū claruit. Hic propinquus ſaluatori ſecundū carnem extitit: fuit enim filius emin filii eliud fratris heliſabeth & filii heſmerie ſororis ſancte anne matris domine noſtre: ut ſic eliud & heliſabeth mater baptiſte beate uirginis fuerunt conſobrini ſecundo uidelicet conſanguinitatis gradu. Emin uero pater ſeruatii ex una parte & chriſtus ex altera filii cō ſobrinarum extiterunt tertio gradu. Sicq; ſi chriſtus filium habuiſſet cum ſeruatio fuiſſent quarto gradu ex conſobrinis nepotes. Mr̄ uero ſancti ſeruatii uxor emin uocata eſt memilia. Natuſq; eſt in oppido phe/ſtia ad auſtrum armenie terra hebreorum in regione preſidis: quo decē tribus iſrael tranſlate fuerant. Qui adhuc exiſtens infantulus loca ſacra hieroſolymis uiſitauit: & in ſanctis perſeuerans operibus ad preſbyteratus ordinem aſcendit: deinde ab angelo monitus abiit ad octauiam ciuitatem galliarum ſitam in littore oceani ad predicandum uerbum domini eodem angelo ſibi duce: ad quem locum deueniens repperit ſeptuagintaduas congregationes inuicem diſſidentes que ſegregatim conuenerant pro epiſcopo ipſius uerbis eligendo; cuius ſedes per ſeptennium uacauerat poſt obitum epiſcopi ualentini: que ad extrema deueniens diuino ſpiritu eius mandauerat neminem eligendum niſi diuina reuelatione cōmunis omniū electio aliquem nominaſſet. Hec autem ſeruatius audiens: dum pro eorum concordia ante altare deum orans procumberet: angelus eiſdem apparens baculum ſancto paſtoralem tradidit: & ſic repente in ip̄m omnis populus conuenit. Factus ergo epiſcopus tante gratie fuit: ut patria lingua predicans ab omnibus nationibus ſuo idiomate uerba eius perciperentur: multorumq; miraculorum gloria claruit. Nam cibo rum eius reliquias egri quicūq; guſtantes: aut pedes uel manus deoſculantes continuo ſanabātur. ¶ Poſt aliquod uero tempus emulatione ciuium a ciuitate pulſus uenit traiectum. Ibiq; iuxta beati petri eccleſiam tugurium edificans penitentie operibus uacabat: ubi ſibi per uiſum a domino reuelatur: hunorum gētes galliarum urbes & maxime octauiam euerſuras: quam uiſionem octauiam accedens dum populo nūciaſſet: illi quoq; timentes: ne propter peccatum in ip ſum commiſſum hec ſibi futura contingerent: ſeruatiū pro impetranda uenia nūcium populi ad ſedem apoſtolicam delegarunt. ¶ Qui ueniēs traiectum lapidem altaris pulcherrimum trabe ruente cōſciſſum digito ſuper ſciſſuram deducto reintegrauit. Indeq; romam acceſſit: ubi cum in feſto dominice annunciationis in eccleſia beati petri oraret ꝓ populo apoſtolorum princeps ſibi in ſomnis apparuit: galliamq; diuinam euadere nō poſſe ſententiam propter eorum peccata reuelauit. In cuius teſtimonium clauem argēteam ei dedit: quam ille euigilans in manu repperit: & perpetuo pro reliquiis reſeruauit. ¶ Cum autem reuerteret egreſſus romam a gothis capitur: qui tūc italiam deuaſtabāt. Cui per noctem angeli cum luce nimia in cuſtodia apparuerunt: eumq; ſolutum diſmiſerunt. Cum autem die altero a gothis torquēdus queritur in carcere clauſo non inuenitur. Reperitur tandem ab ipſis ſolutus in quodam campo ſopitus: cui aquila grandis inſidens: altera alarum eum a ſole obumbrabat. alteram mouens quaſi flabello ei aurā uentilabat. Quod gothi cernentes & ſtupentes illum in pace dimiſerunt. ¶ Veniens autem in terram uagionum cum ſiti affligaretur: digito ſigno crucis in terram facto fons aque de humo ſcaturiit: & exinde uſq; in preſens nunquam defecit. ¶ Degens colonie apud ſanctum ſeuerinum cum oraret a conſocio ſuper caput eius ignis columna conſpicitur: que nimia celeritate celum progreditur. ¶ Apud metenſem urbem celebrans facies eius ſolis claritate refulſit. ¶ Reuerſus ergo octauiam: & que uiderat referens ſancto rum reliquias & uaſa ſacra una cum populo traiectū tranſtulit peſti ſuperuenture reſeruanda. Et cum in itinere feſſus quieſcere uellet: nec ſedem paratam haberet: terra tumens in modum puluinaris ſe extulit: ubi & ſedendo quieuit. Sicq; ibidem uſq; in preſens manet. Diem obitus ſui preſciens celebratā miſſa populum ſacris exhortationibus dudum admonuit: cui angelus aſſiſtere uiſus fuit. Et cum diutius oraſſet luce conſpicua inſtar ſolis radii eum per tres horas protegente emiſit ſpiritum. iiii. idus maii. que tunc dies penthecoſtes occurrerat. Cuius corpus memorato quo ſupra tempore in eccleſia traiectēū ſepultum eſt: ubi infinitis & admirandis ſignis effulget. ¶ Inter que cū primo in uia publica ſub diuo ſepultus diutius quieuiſſet cum tempore hyemis omnia in circuitu nix repleret nunq; ſepulchrum eius tetigit: donec induſtria ciuium baſilica ſuper ipſum edificata eſt. ¶ Reuera de iſto ſancto ſingularis annorum longeuitas reperitur: qa ſi uera ſunt que de ipſo ſcribunt preter cōem modernum nature curſum uita eius per annos ultra .ccc. cōcluditur adeo fuiſſe mirabiliter ꝓtelata. Si enī diligenter tēpora computentur ſeruatius uel chriſto fuit contemporaneus: uel ſi poſt eius aſcenſionem natus non potuerūt ultra annos .lx. elapſos fuiſſe uel ad plus .lxxx. Quod ſi ambroſio & hieronymo cōtēporaneus extitit illos circa ānos domini cōſtat. ccclxxx. uel circa floruiſſe. Et ſic ſeruatium ad etatē quam diximus peruenisſe. Quod ſiquis legendam ſeruatii demendacio accuſet: nouerit eam tēpore henrici .v. imperatoris a celeſtino papa .iiii. in publico conſiſtorio

autenticatá: ubi oía que dicta ſunt approbata fuerũt.

¶ De ſcõ Hilaro abbate. Cap. CLXIII.

HIllarus abbas tempore theodorici regis lõgobardorum claruit. Hic de tuſcia oriundus dum puerulus epiſtolas pauli legeret diuino ſpiritu inſpiratus & a ſeniore de uita ſolitaria informatus annorum .xiii. relicto ſeculo deum orauit: ut eum ad locum duceret ubi ſolitarius deo ſeruire poſſet. Cui angelus domini apparuit ipſumq; de urbe roma ubi habitabat eduxit: & uſq; ad montem emilie ei ductor extitit. Ad cuius radices uno miliario fluuius decurrebat: ubi in ſanctitate uite deo ſoli uacare cepit. Adeoq; profecit ut infra trienium in uertice montis eccleſiam conſtrueret inferiuſq; ſpeluncam habitationis ſue locaret: ac de labore manuum uictum acquireret. Sicq; annorum exiſtẽs .xx. ſummum perfectionis apicem uite regularis attinxit. Eodem tempore olibryus quidam nobilis ciuis rauennas a demonio oppreſſus eſt: clamante per os eius immundo ſpiritu q; a nullo ide niſi ab hilaro eiici poſſet. Et deſignato loco & uiri effigie ductus eſt olibryus ad uirum dei: quem ſibi in eccleſia oblatum confeſtim ab obſeſſione liberauit: & ad xp̃m conuertit. Quem quidam iulianus preſbyter caſu illac tranſiens cum uxore & omni familia ꝑmiſcui ſexus numero .xc. baptizauit. Et poſt triduum uxor eius euſtaſia a ſeculo migranit. Olibryus uero omnibus ꝑ xp̃o errogatis cum filiis ſuis iulio & eunomio monachus ſancti hilari factus eſt: qui & cenobiũ prediis ditauit: ubi & magna monachoꝝ multitudo breui tempore excreuit: quibus ſanctus deo uiuendi regulã ordinauit. ¶ Cũ aũt ad inſtantiã quorundã e muloꝝ dicentiũ hilaꝝ cum ſociis inobediẽtes regiis mãdatis: theodericus rex milites ſuos miſiſſet ad monaſteriũ ſpoliandũ: illi biduo per deuia mõtiũ oberrãtes ad id minime uenire potuerunt. Quod rex audiẽs perſonaliter illuc acceſſit: & dũ equo inſidens curiã introiſſet: Equuſq; dudũ ſtimulatus ulterius procedere nõ poſſet: tandẽ regem ad terrã deiecit nec ipſe nec iumentũ inde ſe mouere ualuit donec rex penitens a ſancto ueniã cum liberatione percepit. ¶ Inter cetera uero regule mãdata fratres de collectis frugibus guſtare nõ audebãt niſi ea prius abbati offerebãt. Quidam uero frater imaturã uuã cõſpiciens tentatione pulſatus ipſam expetiit: & ab abbate guſtãdã obtinuit. Sed ut racemũ capere uoluit ſerpentẽ in manu ſua inuenit quẽ abiiciens ſancto nunciauit. Ille uero ubi demonẽ eſſe cognouit per caudã ad eccleſiam traxit: ipſumq; humana uoce loqui cõpulit q; fratrem ad hoc deſiderio guſtus tentauerat: ut ſi guſtaſſet ipſum de monaſterio recedere feciſſet. Quo dicto ſerpens crepuit & demon euanuit. Anno autem etatis ſue .lxxxii. apparente ſibi angelo & ſuum obitum poſt triduum predicente: locellum ſibi parari iuſſit quaſi paſſibus .ioo. longe ab eccleſia ſua: ubi & quieſcens in pace conditus eſt tertio idus maii.

¶ De ſancto Mutio martyre. Cap. CLXIIII.

MVtius preſbyter & martyr: primo in amphipoli ciuitate detentus multiſq; penis atq; cruciatibus pro chriſti cõfeſſione affectus. Poſtea bizantiũ que nunc cõſtantino polis dicitur uſq; perductus capitali ſententia occubuit .iii. idus maii: ut dicit ado in martylogio.

¶ De ſcõ Bonifacio martyre. Cap. CLXV.

BOnifacius martyr paſſus eſt apud tarſum cilicie ciuitatem tẽporibus diocletiani & maximiani imperatorum ſub preſide ſupplicio. Hic cum eſſet ſeruus & procurator reꝝ cuiuſdam nobiliſſime matrone noie aglaie in urbe roma: homoq; ebrioſus & adulter ac uitiis deditus & cũ ipſa eius domina dudũ in ſtupro miſceretur hoſpitalitati tamẽ & operibus miſericordie intendebat. Tandẽ utriq; diuino nutu cõpuncti conſiliũ habuerũt: ut ad requirẽdas martyꝝ aliquoꝝ reliquas bonifacius mitteret ad partes cilicie ubi xp̃ianoꝝ ingẽs perſecutio fiebat: q̃tenus uterq; eoꝝ oratiõibus martyꝝ ſaluari mererent. Erãt enim uterq; xp̃iani. Bonifacius aũt recedens: dixit domine ſue q̃ſi ꝑphetico ſpiritu iſpiratus: ut ſi euenire poſſet ad emendũ corpora martyꝝ ſecum deferret. Sinauté ipſa corpus ſuũ martyris noie ſuſciperet. In ipſo aũt itinere martyr chriſti a carnibus & uino abſtinuit ꝑpter martyꝝ reuerentiam: quoꝝ corpora tractaturus erat. Peruenies igit cũ duodecim equitibus & tribus uehiculis ad ciuitatẽ tarſum cõuerſos licentiauit: ut irent ad hoſpitia ꝑcuranda: ipſe uero ad uidendos martyres feſtinauit. Inuenitq; alium pedibus ſuſpenſum igne ſuppoſito: alium in quattuor lignis extenſum & diutius ceſum: alium ungulis exaratum: alium manibus abſciſum: aliũ ſtipite in collo fixo a terra leuatum. Et ſic per diuerſa ſupplicia eos a carnifice cruciari. Qui cum magnũ deum martyꝝ acclamaret: & eoꝝ ſe pedibus ꝑſterneret: ac illos in domino confortaret: a iudice tentus & interrogatus ſe chriſtianũ uiua uoce ꝑfeſſus ẽ. Quẽ ſupplicius preſes iuſſit ſuſpendi: & uſq; ad oſſiũ nudationem radi latera eius. Deinde calamos acutos ſub unguibus manuũ eius configi: & poſt hec in ore ipſius plumbum liquefactum infundi. Et cum in his omnibus gratias ageret: multi ex gentilibus conuerſi furentes aram idoli deſtruxerunt: & preſidẽ lapidare uoluerunt. Qui timens furoré populi uſq; in craſtinũ inde ſeceſſit. Die uero ſequẽti bonifaciũ ſibi preſentatum in confeſſione perſiſtentem iuſſit in ollam bullienti pice repletã uerſo capite iactari. Sed ab angelo protectus illeſus permanſit: olla quoq; ſicut cera liquefacta multos de aſtantibus incendit. Tunc iuſſit preſes: ut gladio caput eius abſcideretur. Quo facto terremotus magnus factus eſt: & multi ad Chriſtum conuerſi ſunt. Conſerui uero Bonifacii eum

undiq; perquirentes:putabant tum in taberna aut in adulterio laſciuire. Et obuiantes uni ex commentarienſibus:querebant eum an uidiſſet romanum aliquem peregrinum:datiſq; ſignorum indiciis: ille eis denunciauit:ipſum die precedēti uitam martyrio ſic finiuiſſe:deducenſq; eos ad locum & oſtendens eis caput & corpus. Quem illi bonifaciū cognoſcentes admirati:precio corpus redemerunt:& ungentes illud aromatibus:poſuerūt in uno uehiculorum:& reuerſi ſunt deum collaudantes. Angelus autem domini apparuit aglaie olim domine ſue:& rem geſtam beati martyris indicauit eidem. Que reuerenter ſancto corpori obuiauit:eiq; eccleſiam fabricans quinto ſtadio ab urbe illud ibidem honorifice condidit. Qui paſſus eſt pridie idus maii. ¶ Poſt hec aglaia mundo abrenuncians omnem ſuam familiam manumiſit: & omnia paupibus & eccleſiis errogauit. Sumptoq; habitu ſanctimoniali ieiuniis & orationibus omnibus diebus uacauit:miraculorum quoq; ſignis effulſit:& exinde annis .xiii. ſuperuixit. Sepulta apud prefatum martyrem operibus piis conſumata.

¶ De ſancto Bonifacio epō. Cap. CLXVI.

BOnifacius epiſcopus ferentinus dum adhuc puer cum matre habitaret: egreſſus hoſpitium ſepius ſine linea uel tunica redibat:quia mox ut nudum aliquem uidebat ſe expolians illum ueſtiebat:& ex hoc eum mater ſepius minis & uerberibus affligebat. ¶ Die quadam mater horreum ſuū ingreſſa granum quod pro toto anno parauerat repperit a puero pauperibus diſtributum. Cūq; ex hoc ſe pugnis & alapiſq; contunderet: puer horreum ingreſſus in quo parum grani remanſerat:matrem aliquātulum exire rogauit:& fuſa oratione matrem ad horreū reduxit:quod plus q̄ primitus tritico plenū repertum eſt:materq; uiſo miraculo compuncta:exinde cepit uberes elemoſynas elargiri. ¶ Cum autem gallinas plures nutriret: die quadam uulpis gallinā aſportauit. Puer autem concitus eccleſiam intrauit:& oratione fuſa uulpis rediit: gallinam quam tenebat: dimiſit: moxq; ante oculos pueri expirauit. ¶ Procedente igitur etate cum in moribus & ſanctis operibus proficeret:ad epiſcopatum ferentine ciuitatis electus eſt: Cui eccleſie grauis paupertas inerat: quia unam tantum uineam habebat. Que dum quodam tempore grandine ita uaſtata eſſet: ut uix in ea parui rariq; racemi remanſiſſent:ille tempore uindemie conſtantio preſbytero nepoti ſuo iuſſit: ut cuncta uini uaſcula more ſolito prepararet. Qui licet miratus unde impleri debuiſſent:iuſſa tamen epiſcopi compleuit. Bonifacius ergo calcatorium cum ſolo puero ingreſſus modicos racemos puerum calcare iuſſit:ex quibus modicum uini defluxit: Quod ipſe a paruulo uaſe ſuſcipiens cepit in cuncta uaſa diuidere:ut uix eo infuſa uiderentur. Vocato quoq; nepote preſbytero pauperes adeſſe mandauit. Statimq; uinum adeo in calcatorio excreuit: ut omnia uaſa pauperum repleretur. Quo facto egreſſus apothecam clauſit & ſignauit. Tertio uero die oratione premiſſa cum conſtantio rediit: & uaſa in quibus modicum uinum infuderat:ubertim uinum fundentia inuenit:ita ut pauimentum infuſum eſſet ſi epiſcopus tardius intraſſet. Super quo miraculo ipſe nepoti ſub anathemate ſilentium imperauit. ¶ Vocatus ſemel a fortunato preſbytero ad feſtū ſancti proculi martyris celebrandū acceſſit:paratāq; miſſa ad refectionē intrauit:ubi quidā ioculator cū ſimia ludente aſtitit & cymbala percutere cepit. Quod uir ſanctus dedignans fleuit uirumq; illum mortuum prenunciauit:Finitoq; conuiuio cum ille poſtq̄ comederat domum exiret:ſaxum de tecto corruit & ipſum repente percutiēs extinxit. ¶ Alio tempore nepos eius predictus conſtantius preſbyter equum ſuum aureis .xii. uendidit:& ipſos conſcio patruo in arca repoſuit. Cūq; ſubito pauperes pro elemoſyna conueniſſent: & ille quid eis daret penitus non haberet:abſente nepote arcam uiolenter aperuit:& .xii. aureos inter pauperes condiuiſit. Reuerſus igitur preſbyter cū ea que geſta fuerant repperiſſet magnis clamoribus pecunias ſuas repetere cepit. Quem cum patruus placare nō poſſet eccleſiam adiit orationem ad deum fecit: palmas ſuum extendit:& ſubito in eo aureos .xii. fulgētes conſpexit. Eggreſſus quoq; illos in faciem preſbyteri proiecit dicens ei q̄ non habebat amplius quid quereret:ſed tamen propter auaritiam ſuam epiſcopus non eſſet. In qua proteſtatione ſe nepotis ſecreta cognouiſſe & ſpiritum habere prophetie demonſtrauit. Ille enim pro adipiſcendo epiſcopatu pecuniam preparauit:ſed tamen in preſbyteratus officio uita ceſſit. ¶ Die quadam duo gothi apud eum hoſpitati ſunt:qui rauennam pergebant: quibus ille paruum uini flaſculū manu ſua prebuit:quod fortaſſe in uno prandio cōſumere potuiſſent. Ex quo illi ut gothi cōtinue bibentes uſq; rauennā peruenerūt:diebus ibidē pluribus cōmorati idem unū ſibi diuinitus abundās in uſum quotidie habuerūt. Et cū eodem poculo ad patrem redierūt. Ingreſſus ſemel hortū magnā eruca rum multitudinem olera comedentiū repperit quibus in xp̄i uirtute mandauit:ut ſtatim recederent: & olera ſua de cetero non conſumerent. Que omnes ad uiri dei uerbum confeſtim ſic inde egreſſe ſunt:ut ne una quidem intra horti ſpatium remaneret. Sicq; uir domini plenus uirtutibus in pace quieuit.

¶ De ſcis Felice & Fortunato mar. Cap. CLXVII.

FElix & fortunatus fratres ex ciuitate uicētia orti tēporibus diocletiani & maximiani impatorū apud urbem aquileiam paſſi ſunt ſub euphemio preſide. Qui cū ad p̄fatam urbē deueniſſent & oēs ad templū iouis proſa crificiis īuitarent. Felix & fortunatus germani a quodā apamio de xp̄ianitate ſibi delati ſunt. Quos ille ferro uinctos ante ſe duci fecit:& eos ad deorum immolationes hortari cepit. Et cum in xp̄i confeſſione conſtantes perſiſterent:iuſſit eos preſes fuſtibus cedi. Deinde in equuleo ſuſpenſos lampadibus adhibitis circa latera iflāmari. Et poſt hec extēdi ſupinos feruēſq; oleum ſuper uentres eorum perfundi. Et dum in his omnibus gratias agentes pſallerent deoſq; gētilium uti demonia confutarent:mandauit preſes illos capitalem ſubire ſententiam: educti ergo extra ciuitatis muros poſtq̄ breuem orationem fudiſſent dato ſibi inuicem pacis oſculo decollati ſunt. Quorum corpora a fidelibus nocte ſurrepta aromatibus cōdita ſunt: ut ſepulture traderentur. Interea uero ciues eorū ex uicentia illuc aduenientes ad ciuitatem ſue originis

corpora deferre uolebant. Aquileienſes uero contra/dicebant. Tandem propter metum paganorum adin uicem conuenerunt: ut fortunati corpus uicentini ſe cum ferrent felicis uero aquileie remaneret. Qui paſſi ſunt pridie idus maii.

¶ De ſcis Victore & corona maſ. Ca. CLXVIII.

Victor martyr & corona ſub antonio impe ratore in ſyria paſſi ſunt. Qui uictor cum ignem & uerbera uenena equuleum un/gulas atq; ardentes lampades ſuperaſſet: & in ipſius omnibus in chriſti confeſſione immobi/lis redderetur. Corona cum eſſet uxor cuiuſdam mi/litis & cepiſſet ſanctum uictorem beatificare ob mar tyrii conſtantiam: uidit duas coronas de celo lapſas unam uictori & alteram ſibi miſſam. Cumq; hec cun ctis audientibus proteſtaretur: ipſa quidem inter ar/bores duas ſecta per medium: uictor quoq; decolla/tus eſt. Sicq; martyrium ſuum conſumauerunt in pa ce pridie idus maii. Hec ado in martylogio ſuo ſum/pto a beato hieronymo.

¶ De ſancto Pontio epiſcopo & martyre. Cap. CLXVIIII.

Pontius epiſcopus & martyr temporibus ualeriani & galieni ſub claudio preſide in galliis ciuitate cumella paſſus eſt. Huius pater marcus nomine urbis rome ſena/tor. Mater quoq; iulia nobiliſſima fuit. Que cum ip/ſum adhuc in utero geſtaret templum iouis ingreſſa eſt ut conceptionis munera offerret. Tunc ſacerdos idolorum immundo ſpiritu uexatus clamare cepit: filium ex iulia naſciturum magnum iouis templum deſtructurum. Quod mater audiens corpus ſepius lapidibus tundebat ut fetus in utero deperiret. Sed dei gratia illeſum puerum conſeruauit. Cum autem natum ifantem mater perimere uellet a patre prohi/bita eſt. Et dum puer eſſet & ad ſcholas philoſopho/rum accederet: audiens die quadam chriſtianos pſal/lentes. Simulacra gentium argentum & aurum & ce tera. Verborum ueritatem meditatur ad ſanctum põ tianum papam ingreditur: & ab eo una cum quodã eius collega in fide inſtruitur: ac in chriſti noĩe bapti/zatur. Qui matre in gentilitate defuncta patrem con uertit ad xp̃m. Eoq; mortuo in locũ eius dignitati ſe/natorie ſurrogatur. Qui etiã duos philippos iperato res patrem. ſ. & filium ad fidem cõuertit: Deinde di/gnitate relicta acceſſit ad gallias predicandas: & in ci/uitate cumella epiſcopus factus eſt. Tãdem a claudio preſide pro fide chriſti tenetur: & in equuleo leuatur uectibuſq; impoſitis dudum torquet̃: ſed equuleo re pentino ſonitu deſtructo in amphitheatrum ducit̃: & duobus urſis ferociſſimis nudus exponitur: qui eo rum uenatoribus interfectis ad pedes ſancti marty/ris procumbebant. Inde iubente preſide igne circa eũ accenſo ut cremaretur: ſummitas amphitheatri com buritur: ipſe uero omnino intactus ab igne produci/tur. Dum autem ad templum iouis ĩmolaturus ad/ductus eſſet: templum cum idolo in puluerem reda/ctum eſt. Sicq; mandato preſidis ibidem capite trun/catur. Et ſubito claudius in furorem uerſus linguam ſibi dentibus corroſit: & oculi anubii aſſeſſoris & in paſſione pontii conſultoris de capite eius auulſi ſunt. Cuius corpus ibidem a balerio comite ſepultum eſt pridie idus maii.

¶ De ſancto Barbaro martyre. Cap. CLXX.

Barbarus martyr paſſus eſt in ciuitate mu thonis ſub iuliano imperatore. Qui cum abiſſet in regionem francoꝝ cõtra hoſtes imperii habẽs ducẽ militie noĩe baccho/nẽ: & ille uictoriã obtinuiſſet: in ipſo bello barbarus martyr chriſtianus miles fuit: qui ſtrenue & uiriliter ſe geſſit: quod imperator audiens comitem illũ fecit. Poſt hec dum franci peterent ſingulare certamẽ. Bac cho dux barbaꝝ contra francoꝝ athletã miſit. Qui ꝓtegente ſe angelo in chriſti noĩe aduerſariũ in duel/lo occidit. Sicq; franci a bacchone & romanorum ex/ercitu fugati expugnantur. Cũ autem baccho barba/rũ ꝓpter habitũ triumphũ ad deoꝝ ſacrificia inuita/ret: & ille ſe chriſtianũ aſſereret: baccho hec imperato ri nunciauit: qui barbaꝝ detentũ: & immolare recu/ſanteꝫ decenteꝫq; ſe a beato cyriaco baptizatũ: nulla ra/tione poſſe deos gentiliũ adorare. Fecit ipſum iulia/nus ſuſpẽdi: & gladio uentrẽ eius tãdiu radi donec in teriora oĩa defluerent. Sed orãte ſancto ab angelo ga/briele ſibi apparẽte interiora eius uiſibiliter collecta in uentrẽ eius repoſita ſunt: & ſciſſura eius cõſolida/ta: ipſeq; depoſitus permãſit incolumis. Quo uiſo mi raculo: bacchus cum duobus militibus. ſ. callimacho & dionyſio cõuerſi ſunt & in xp̃i cõfeſſione iubẽte iu liano: decollati: deĩde ſanctũ martyrem fecit rote fer/ree alligatũ circunduci igne ſuppoſito & oleo ſuper/fuſo. Martyr aũt orans permãſit inuſtus: flãma quoq; erumpens duos ex gentilibus interfecit. ¶ Poſt hec in carcerem barbarus mittitur: ſed apparente ſibi do mino confortatur. Mane autem facto eductus in q̃t/tuor lignis extendit̃: & neruis taurinis ante & retro/ceditur: deinde caminus in tres dies incenditur: ut in eo immitteretur: in quo martyr chriſti ſeptem die/bus incombuſtus omnino permanſit: & ex eo quaſi ex ſuaui balneo ꝓſiliuit. Miſſus eſt poſtmodũ in car/cerem: ſcorpionibus & ſerpẽtibus ibidẽ iniectis: quos omnes ab eis in tactus ſigno crucis effugauit. Inde in boue eneo ſuccenſo fecit cum imperator includi: ſed ipſe ab omni exuſtione immunis permanſit. Bos au/tem uti uiuus calorem ſentiret: mugire & ambulare cepit. Ad quod miraculum multi conuerſi ſunt. No/uiſſime uero iubente iuliano capite ceſus eſt. Cuius corpus ab epiſcopo felicio in ciuitate muthonis ſepul tum eſt pridie idus maii.

¶ De ſancto Pacomio abbate. Cap. CLXXI.

Pacomius abbas uir doctrine & apoſtolice uite egypti cenobiorũ fundator fuit. Hic apud thebaidem mira ſanctitate cõſpicu/us: in ſpecu diu latitans ab angelo moni/tus ad fundationẽ mõaſterioꝝ acceſſit: regulã quoq; eis aptã angelo dictante cõpoſuit: ipſamq; & traditio/nes deo uiuendi eiſdẽ conceſſit. In hoꝝ aliquo mona/ſterioꝝ aliquando ſeptem milia monachorum erãt. Sed maximũ & precipuum in quo erat pacomius ha bebatur. In quo mille quingenti monachi deo ſeruiẽ tes degebant: diuerſiſq; miniſteriis ꝓpriis manibus la borabant. Indeq; uictum ſibi & pauperibus acquire/bant. ¶ Apparuit ei die quodam diabolus in ſpecie elegantis femine: ut ipſum de carnis tentatione pul/ſaret. Sed ab illo cognitus diuina uirtute compul/

ſus eſt multa utilia ſibi edicere ad tẽtationes euitandas. Indeq; ab eo ſigno crucis effugat. Huic etiam xp̃s ſpinis coronatus apparuit: Multiplicationes cenobiorũ & monachorum egypti: & inde eorundẽ deſolationes ꝓpter hominũ peccata p̃dicens. Quieuit autẽ in xp̃o ſanctus pater anno. ix. archadii & honorii ĩperatorũ etatis uero ſue cẽteſimo decimo: ut ait ſigibertus predie idus maii. ¶ Hic ſanctus p̃ter regulã quã angelo ſibi dictante cõſcripſit: ut dictũ eſt. Ad collegas p̃poſiture ſue diuerſas multarũ uirtutum ſcripſit epiſtolas: uidelicet ad abbatẽ corneliũ unam. Ab abbatẽ ſyrum unã. Ad omniũ monachorum p̃poſitos ut in unũ conueniẽtes paſchalem diẽ celebrent unã. Similiter ut ad diẽ remiſſionis que mẽſe auguſto agitur iidem congregẽtur unam. Item ad fratres qui foris monaſterium operari miſſi fuerant unam. Hec gennadius de illuſtribus uiris.

¶ De ſcõ Pacomio confeſſore. Cap. CLXXII.

PAcomius mõachus in ſcythi fuit. Ad quẽ uenit heraclides graui carnis tẽtatiõe pulſatus. Qui ab eodẽ iã ſeptuagenario audiuit q̃ per annos. xii. huiuſmodi tentationẽ nunq̃ deprimere potuerat: unde q̃ſi deſperatus ſe nudũ fere deuorãdũ ꝓiecerat: ſed illeſus dimiſſus ad cellã redierat. Cui diabolus apparuit in ſpecie puelle pulcherrime ſup genua uiri ſancti procũbens. Quã ut ipſe manu in faciẽ percuſſit cõfeſtim euanuit: ſed biẽnio ſibi fetor in manu permãſit. Inde aſpidẽ ueren dis appoſuit: ut ſe morderet & ſic tentationẽ fugaret: ſed illeſus permanẽs a ſerpente a dom̃o conforta/tus eſt. Et ſic in ſancto ꝓpoſito perſeuerauit. Hec heraclides. Quieuit in domino pridie idus maii.

¶ De ſcõ Theodoro abbate. Cap. CLXXIII.

THeodorus pacomii abbatis ſucceſſor inſignis ſanctitate & doctrina ſpectabilis in libro de collationibus patrũ a caſſiano edito multimode cõmendat. Qui poſt ipm eius ſucceſſorẽ monaſteria ſua in ſummo pfectionis apice ſtrenue gubernauit. De concordia & unitate: & de permanẽdo in ꝓpoſito cordis & ſtudii exhortatorias & elegãtes ad alia mõaſteria plures epiſtolas ſcripſit: & miraculis clarus in domino quieuit. Hec gennadius libro de uiris illuſtribus.

¶ De ſcõ Oroſienſe abbate. Cap. CLXXIIII.

ROſienſis monachus pacomii & theodori abbatum collega uir mor̃ perfectione cõſpicuus: & in ſcripturis diuinis ad plenũ eruditus fuit. Qui librũ edidit totius diſcipline monaſtice eruditionis conſtructum: librũ quoq; alium totũ plene teſtamentũ uetus & nouum iuxta neceſſitatem monaſticam compendioſis diſſertionibus exponentem quem teſtamenti uice prope exceſſus ſui finem fratribus obtulit. Et ſanctitate pollens in pace obdormiuit. Hec gẽnadius: ubi ſupra.

¶ Explicit liber quartus.

¶ Prologus quinti libri.

QVintus liber p̃ſentis catalogi cõtinet paſſiones ac geſta ſanctorũ: quorũ feſtiuitates eueniunt infra tẽpus in quo eccleſia repreſentat diuini uerbi & ipſius eccleſie matrimonialẽ cõſumationẽ: ex qua ſubſecutam nouimus iugem liberorũ procreationẽ & propagationẽ: quod tp̃s fuit a die pẽtecoſtes: & durabit uſq; ad ſeculi finẽ. Et ipſum tp̃s repſentat eccleſia a feſto pẽtecoſtes uſq; ad aduentũ. ¶ In quo quidẽ tẽpore: primo ipm matrimoniũ cõſumat: uidelicet a p̃miſſo pentecoſtes feſto uſq; ad octauã corporis xp̃i. ¶ Secũdo ex ipſo matrimonio ſpũalis generatio ꝓpagat: ab octaua corporis xp̃i uſq; ad aduentũ. lõgq; primo in hac ultima parte ponent feſtiuitates ſanctorũ occurrẽtes infra tp̃s illud in quo repſentat diuini matrimonii cõſumatio. Et hoc in toto qnto libro preſenti. Deĩde ſubſequenter ponent feſta occurrẽtia infra tp̃s illud in quo repſentat ex ipſo matrimonio filiorũ generatio & multiplicatio. Et hoc in. vi. vii. viii. ix. &. x. ſubſequẽtibus libris. ¶ Rurſum in hoc tpe coniugium xp̃i & eccleſie cõſumatur & perficit. ¶ Primo ꝓ ſpirituũ unionẽ que principalior eſſe debet. Hoc autẽ agit in ipſo feſto pentecoſtes & per octauã: In quo ꝓmiſſo ſpũſcõ in filios adoptiõis effuſo mẽbra capiti ſpiritali cõpage cõnectunt. ¶ Secũdo etiã per corporũ cõiunctionẽ: qñ eccleſia repſentat in ſubſeq̃nte euchariſtie feſtiuitate uſq; ad octauã ipſius. In quo celebrat memoria illius uenerabilis ſacramẽti p cuius ſumptionẽ fideles xp̃o etiã corporaliter copulant. ¶ Et q̃is iſtud tp̃s iuxta fictionẽ p nos alibi poſitã nõ deberet ꝓtendi niſi uſq; ad diem tertiũ nonarũ iunii: ubi finiret octaua corpis xp̃i quãdocũq; ipſum feſtũ ſeq̃ret diẽ paſche ut ſupra deſcripſimus uidelicet ſi paſcha occurreret. vi. cal. aprilis. Tamẽ iſtud tp̃s & per cõſequẽs librũ iſtum ꝓtendemus uſq; ad natiuitatem ſancti ioãnis baptiſte. Et hoc triplici rõne. ¶ Primo qa feſtũ corporis xp̃i qđ eſt ultimũ inter feſta mobilia aliq̃do uſq; ad baptiſte natiuitatẽ differt & extẽdi põt. ¶ Secũdo ut liber iſte ab aliis in ſui breuitate nõ multũ diſcrepet: ſed potius adequet. ¶ Tertio ut ſubſequẽs liber ab aliquo feſto notabili incohetur. Ad huius ergo temporis feſta perſcrutanda procedendum eſt.

¶ Incipit liber quintus a pentecoſte uſq; ad natiuitatem ſancti ioannis baptiſte.

¶ De feſto pentecoſtes ſpirituſſancti. Cap. I.

PEntecoſte dicitur a numero dierum qui a reſurrectione domini uſq; ad diem iſtum tranſierunt: qui fuerunt dies. l. Nam pente conta grece: latine ſonat quinquaginta. Nam die quinq̃geſimo a reſurrectione ſpũſſanctus ut ſacra actuũ teſtat hiſtoria in apoſtolos in linguis

igneis miſſus eſt:quod ad litterã cõtigit idibus maii. ℂCirca cuius miſſionẽ quattuor cõſideranda ſunt.ſ. Ex parte dei mittentis infuſio gratioſa. Ex parte ſpiritus aduenientis iſpiratio miraculoſa. Ex parte cetus ſuſcipientis diſpoſitio uirtuoſa. Et ex parte effectus ſubſequentis opatio fructuoſa. ℂCirca primũ ſciendũ q infuſio gratioſa dei mittẽtis attenditur. ℂPrimo propter miſſionis liberalitatẽ. Nam adeo deus ſpiritũſanctum liberaliter miſit:q pater miſit:& filius miſit: & ſpirituſſanctus etiã ſe ipm dedit. ℂDe primo ioãnes. xiiii. paraclitus aũt ſpirituſſanctus quẽ mittet pr̃ &c. ℂDe ſecũdo ioannes. xv. Si aũt abiero mittã eum ad uos. ℂDe tertio ioãnis. xvi. Cũ uenerit ille ſpiritus ueritatis &c. Nam ſicut dicit leo papa in ſermone beate trinitatis imutabilis deitas una eſt in ſubſtantia:idiuiſa in opere:conſors in uolũtate:par in omnipotentia: equalis in gloria. Diuiſit aũt ſibi opus noſtre redẽptionis miſericordia trinitatis:ut pater propiciaret: filius ſaluaret:ſpirituſſanctus igniret. Quia enim ſpirituſſanctus deus eſt. Ideo recte dicit ſe ipſum dare. Miſit aũt eum pater omnipotẽter filius ſapienter. Ipſe autẽ ſpiritus ſe ipſum dedit beniuolenter. ℂSecũdo ꝓpter miſſionis pluralitatẽ. ℂNã ipſe ſpirituſſanctus datur. Primo iuiſibiliter cũ mentibus caſtis illabitur. Ioãnis tertio ſps ubi uult ſpiraret & uocẽ eius:ſed neſcis unde ueniat aut quo uadat. ℂSecũdo uiſibiliter cum aliquo ſigno uiſibili oſtenditur luce. iii. Deſcendit ſpirituſſanctus corpali ſpẽ &c. ℂItem ipſe ſpirituſſanctus apoſtolis tribus uicibus datus eſt.ſ. ante paſſionẽ:poſt reſurrectionẽ:& poſt aſcenſionẽ. Primo ad faciẽdũ miracula. Secũdo ad relaxandũ peccata. Tertio ad cõfirmandũ corda. ℂPrimo enĩ dedit eis ſpiritũſanctum quãdo eos ad predicandũ miſit:& ſuper oĩa demonia & ut langores curarent poteſtatẽ tribuit. Hec enĩ miracula p ſpiritũſanctũ fiebant matth. xii. Si aũt ego in ſpũ dei eiicio demonia &c. ℂSecũdo quãdo eis iſuffla uit dicens. Accipe ſpiritũſanctũ quoꝝ remiſeritis peccata &c. ioãnis. xx. ℂTertio quãdo eis cõgregatis hac die in cenaculo ſpiritũſanctũ in linguis igneis effudit actu. ii. ℂTertio attendit hec iſuſio ꝓpter miſſiõis diuerſitatẽ. Nã in diuerſis figuris & formis ſpirituſſanctus miſſus eſt ꝑter enĩ formã linguaꝝ igneaꝝ in qua apoſtolis datus eſt:de qua ifra dicet:alias ſpirituſſanctus in triplici ſpe miſſus eſt. ℂPrimo in ſpe colũbe ſuper xpm baptizatũ Ioannis primo ſup quẽ uideritis ſpm dei ſicut colũbã deſcendentẽ &c. Et hoc ꝓpter triplicẽ colũbe ꝓprietatẽ. Nam gemitũ pro cantu habet felle caret:& in foraminibus petre manet. Sic ſpũſſcũs quos replet facit pro peccatis gemere. ro. vii. Ipſe ſpũs pro nobis poſtulabat genitibus ĩenarrabilibus. gregorius ideſt nos poſtulãtes & gementes facit. Facit eos eſſe ſine felle amaritudinis. Sap. xii. O q̃ bonus & ſuauis eſt domiẽ ſps tuus in nobis. Facit eos in foraminibus petre hitare. i. in xpi uulneribus cant. ii. Surge amica mea colũba mea gloꝛ. Fouẽs mihi pullos meos iſuſiõe ſpũſſancti:in foraminibus petre glo. i. in xpi uulneribus. ℂSecũdo in ſpe nubis ſup xpm trãſfiguratũ. Nubes ſe a terra eleuat refrigeriũ ꝑſtat:& pluuiã generat. Sic ſpũſſcũs quos replet a terrenis eleuat. ez. viii. eleuauit me ſpiritus ĩter celũ & terrã. A uitiis refrigerat:unde beate uirgini dr̃. Spirituſſanctus ſupueꝛ in te & uir. altiſſi. obumbꝛ. ideſt ab eſtu uitioꝝ refrigerabit. Pluuiã lachrymaꝝ generat. ps. Flauit ſpiritus eius & fluent aque. ℂTertio in ſpecie flatus quãdo in apoſtolos inſufflauit:ut dictũ eſt. Flatus leuis eſt:calidus eſt: & uite neceſſarius eſt. Sic ſpũſſcũs leuis eſt. i. uelox ad ſe diffundendũ. oĩbus enĩ mobilibus mobilior eſt. Ambroſius neſcit tarda molimina ſpirituſſancti gr̃a. Calidus eſt ad inflãmandũ. luce. xii. ignẽ uenĩ mittere in terrã. Neceſſarius eſt ad reſpirandũ. ps. Auferes ſpm eoꝝ & deficient. & ifra Emitte ſpiritũ tuũ & creabuntur &c. ℂCirca ſecundũ ſciendũ q iſpiratio miraculoſa ſpũs aduenientis attendit. ℂPrimo ex parte tpis cõpetentis. Nã miſſus eſt quinquageſimo die a paſcha: ut det̃ itelligi:q ſpirituſſanctus eſt legis pfectio:peccatoꝝ remiſſio:& eterna remuneratio. Legis pfectio: quoniã ſecũdũ gloꝛ a die agni ĩmolati quinquageſima die data eſt lex in igne in mõte ſina:ſic de qnquageſima dat̃ ſpũſſcũs in igne in mõte ſyon:q ipſe ſpũſſcũs eſt perfectio legis. Quia plenitudo legis eſt dilectio. ℂEſt peccatoꝝ remiſſio. unde glo. ideo in qnquagenario qa indulgentia fiebat in iubileo:& p ſpiritũ peccata remittunt̃ &c. ℂEſt eterna remuneratio. unde glo. ſicut. xl. dies poſt reſurrectionem qbus cũ diſcipulis dominus conuerſatur. p̃ ſenté eccleſiam deſignant:Sic qnq̃geſimus dies:quo ſpũſſcũs dat̃:denariũ eccleſie remuneratiõis exprimit. ℂMiſſus eſt etiã die dominica: quo die mũdi fuit inchoata creatio per patris oĩpotentia: quãdo dixit deus fiat lux &c. Eo etiã die fuit ĩcepta & cõſumata repatio per filii ſapientiã. Nã die dominico xps natus eſt:& die dominico reſurrexit. Iccirco eodẽ die debuit ꝛcohari mũdi ſanctificatio p ſpũſſci clemẽtiam. ℂMiſſus eſt & hora tertia:ut ſic perfectio opis huius aduẽtus trinitati aſcribat̃. ℂSecundo ex parte modi congruentis. Nam factus eſt repente de celo ſonus &c. Sonus enĩ hic fuit repentinus:qa ſpũſſcũs tarda molimina neſcit. Celeſtis:qa celeſtes effecit. Vehemẽs:quia ue eternũ adimit:unde uehemens quaſi uedemẽs. Vel quia mentẽ ad deũ uehit: unde uehemẽs quaſi uehemens mentẽ. Fuit & replens qa repleti ſunt oẽs ſpirituſſancto:cuius repletiõis ſignũ eſt. Non reſonare:nã dolium plenũ nõ reſonat. Et apoſtoli in tribulatiõe nõ reſonãt:ſed ibant gaudẽtes a cõſpectu concilii &c. Non plus recipere:nam uas liquore plenũ plus recipe nõ poteſt. Et apoſtoli nihil ꝓpriũ habere poterant:ſed in cõe oĩa diuidebãt. Super effluere:quod patet in fluuio inundãte:ſic apoſtoli ceperũt ſup effluere:qa ceperũt loqui uariis linguis. ℂTertio ex pte flãme apparentis:quia in linguis igneis apparuit. Circa quod eſt uidendũ primo:quare apparuit in lingua potius q̃ in alio mẽbro. Secundo q̃re potius in igne q̃ in alio elemento. Ad primũ ſciendũ q apparuit in linguis:primo ut ignea uerba ꝓferrent. Secũdo ut legẽ igneam ꝑdicarent. Tertio ut ſpiritũſanctũ q ignis eſt:p eos loqui cognoſceret. Bernar. uenit ſpirituſſanctus ſup diſcipulos in linguis igneis:ut uerba ignita loquerentur:& igneã legem lingue ignee ꝑdicarẽt:& ſpiritũſanctũ p ſe loqui cognoſcerent. Vel ut dicit gregorius. lõ in lingua apparuit:qa ſicut uerbum hoĩs in publico lingua ꝓfertur:ſic uerbum dei quod apoſtoli predicauerunt ſpirituſancto mundo propalatur. ℂAd ſecundũ ſciendũ:q ignis habet. xiiii. ꝓprietates per quas denotant̃ opationes aduentus ſpirituſſancti: quaꝝ. vii. denotant:q p ipm. vii. principales uirtutis. i. tres theoloi

gicas & quattuor cardinales acquirimus. Alie.vii.de/ mõſtrãt q̃liter per ipm a.vii. capitalibus uitiis expia/ mur. Nam ignis habet uirtuté exceſſiuã: quia excellit nobilitate & ſubtilitate alia corpora. Hec eſt fides q̃ de ſubtiliori materia ptractat: & eſt nobilior cunctis uirtutibus quia ſine fide ipoſſibile eſt placere deo. Ele uatiuam: quia ſurſum tẽdit. Hec eſt ſpes que mentem ad celeſtia prouehit. Calefactiuam: quia ut ad ſenſum patet frigus expellit. Hec eſt charitas que affectum in deo accendit. Illuminatiuã: quia tenebras fugat. Hec eſt prudentia: que animũ diuina & humana ſapientia pluſtrat. Diſcretiuã: quia ignis metalla ab inuicẽ diui/ dit: hec eſt iuſtitia: que ĩter bonũ & malum diſcernit: & ius ſuũ unicuiq; tribuit. Conſolidatiuam: quia ua/ ſa teſtea ĩdurat: hec eſt fortitudo que animũ mollẽ in deum conſolidat. Purificatiuã: quia rubigines metal/ lor; tollit. Hec eſt tẽperantia que uitior; rubigines cõ ſumit. Item ignis habet uirtuté curatiuã: quia recta li/ gna ad arcuoſitaté reflectit. Hoc ſpirituſſanctus cõtra ſuperbiã operaf altitudines ĩcuruãdo per humilitatẽ. Attractiuã: qa aeré attrahit: ut patet in uentoſis: hoc contra ĩuidiam emulationes attrahendo. Cõſumpti/ uã quia ligna cõſumit. hoc cõtra auaritiã tẽporalia in uſus pauper; expendendo. Motiuã: quia ſemp mouẽ/ tur: Hoc cõtra accidiã. qa amor dei nunq̃ eſt occioſus. Mollificatiuã: quia metalla liquefacit: & ferrũ molle reddit. Hoc cõtra iram cor uindictã expetens demul/ cendo. Sanatiuam quia aerem infectũ ſanat. Hoc con/ tra gulã eius infectiones purgãdo. Reſtrictiuã: qa flui/ dũ lac coagulat. Hoc cõtra luxuriã eius fluxũ reſtrin/ gendo. ¶ Circa tertiũ ſciendũ: q; diſpoſitio uirtuoſa cetus ſuſcipientis cõſideraf. Primo ꝓpter numer;: nã ſpirituſſanctus in.cxx. diſcipulos corporaliter miſſus eſt: per quod ſignificaf: q; ſpirituſſanctus in uniuer/ ſos eccleſie filios uidelicet in ſolos pfectos diffunden/ dus erat. Nã hic numerus. cxx. ſũt. xii. denaria. Nume/ rus aũt duodenarius orbis uniuerſitatem ĩportat: qa & celum diuiditur in duodecim ſigna & terra in duo decim uentos: & annus in duodecim menſes. Nume/ rus auté denarius legis perfectionẽ deſignat. Sed de/ cem per duodecim multiplicata faciunt centum & ui ginti. ¶ Vel per hoc oſtenditur q; illi in quos ſpirituſ/ ſanctus uenit habere debebãt perfectionem legis mo/ ſaice que conſiſtit in decem preceptis: & fidei euãgeli/ ce que conſiſtit in duodecim articulis. ¶ Secũdo pro/ pter locum. Datur enim ſpirituſſanctus in cenaculo montis ſyon. Ad quod quindecim gradibus aſcende/ batur. In quibus dauid ad tabernaculũ domini aſcen/ dens quindecim pſalmos graduales decantabat. Si au tem ordine numerali ab uno incipias & ſuperaddas duo & deinde tres deinde quattor & ſic uſq; ad quin decim peruenies ad numerum centum & uiginti. In quo numero ſpirituſſanctus effuſus eſt: ut ſic ipſius lo ci gradus myſtice prophetarent per excreſcentiam nu merum illorum hominũ in quibus ſpirituſſanctus in eodẽ loco fuerat corporaliter diffundendus. ¶ Ter tio propter meritum. Fuerunt enim apoſtoli recepta cula munda ſicut de eis cantatur ad ſpirituſſancti ſu/ ſceptionem: & hoc propter ſeptem que in ipſis reper/ ta ſunt que in textu notantur. ¶ Fuerunt enim pri/ mo animo quieti: quod notatur cum dicitur. Dum comple. dies pentecoſtes ideſt dies requietionis iſaie ſeptuageſimoſexto. Super quem requieſcet ſpiritus meus niſi ſuper humilem & quietum. ¶ Secundo di lectione uniti: quod notatur ibi. Erant omnes pari/ ter. Ideo cantatur de eis. Inuenit eos concordes cha/ ritate. ¶ Tertio loco ſecreti quod notatur ibi ne eo/ dem loco. i. in cenaculo: Oſee. Ducam eam ad ſolitu/ dinem & loquar ad cor eius. ¶ Quarto oratione aſ/ ſidui: unde cantatur: orantibus apoſtolis deum & ce/ tera. Sapientie octauo. Inuocaui & uenit in me ſpiri/ tus ſapientie. ¶ Quinto humilitate prediti: quod no/ tatur in diſcipuli: pſalmiſta. Qui emittit fontes in cõ uali. ideſt dat gratias humilibus ut dicit gloſa. ¶ Sex to pace coniuncti quod notatur in hoc q; erant in hie ruſalem que interpretatur uiſio pacis: unde & domi/ nus quando poſt reſurrectionem diſcipulis apparu/ it: primo pacem annunciauit: & poſtea ſpiritumſan/ ctum dedit. ¶ Septimo contemplatione erecti: quod notatur quia erant ſedentes: unde maria que uitam contemplatiuam deſignat ſedebat ad pedes domini & audiebat uerbum illius. ¶ Circa quartum autem notandum q; operatio fructuoſa effectus ſubſequen/ tis notatur in ſex effectibus: quos ſpirituſſanctus ad/ ueniens operatus eſt: qui continentur in illa auctori/ tate ioãnis decimoſexto paraclitus autem ſpirituſſan/ ctus &c. ¶ Primo ad conſolandum meſtos quod no/ tatur ibi paraclitus ideſt conſolator iſaie ſexageſimo/ primo ſpiritus domini ſuper me: & infra: ut ponerem conſolationem lugentibus ſyon. ¶ Secundo ad uiui/ ficandum mortuos: quod notatur ibi ſpiritus: quia ſpiritus eſt qui uiuificat ezechielis trigeſimoſeptimo. Ecce ego mittam in uos ſpiritum & uiuetis. ¶ Ter/ tio ad ſanctificandum immundos: quod notatur ibi ſanctus: pſalmiſta fluminis impetus. i. inundans gra/ tia ſpiritus letificans ciuitatem dei. & infra. Sanctifi/ cauit tabernaculum ſuum altiſſimus: per ipſum uide licet flumen. ¶ Quarto ad pacificandum odioſos: quod notatur ibi pater. Nam pater naturaliter dili/ git filios. ioannis decimoſexto ipſe enim pater amat uos &c. ¶ Quinto ad ſaluandum iuſtos quod nota/ tur ibi. In nomine meo: quod eſt ieſus qui ſalus inter pretatur gloſa in nomine ieſu pater miſit ſpiritum ut oſtendat q; ad ſaluandas gentes uenit. ¶ Sexto ad do/ cendum ignaros: quod notatur: quia ille uos doce/ bit omnia ioannis decimoquarto. Cum autem ue/ nerit ille ſpiritus ueritatis docebit uos omnem ueri/ tatem.

¶ De ſancto Iſidoro martyre. Cap. II.

ASidorus martyr alexandrie ortus tempore decii imperatoris apud chium inſulam paſſus eſt. Hic cum eſſet chriſtianus occultus. Numerianum pretorem a decio ad ipſam inſulam miſſum comitatus eſt: & apud quandam peccatricem aphram nomine: que tres puellas publice omnibus ſe proſtituentes detinebat: hoſpitatus eſt. Quas ſanctus nocte illa cum amelio eius comite chriſtiano in fide chriſti erudire cepit. Cum autem puelle eius pedibus prouolute miſericordiam & animarum ſuarum ſalutem expeterent. Interea lucerna extinguitur: & dum una ex puellis ad ipſam accendẽdam egreditur: orante ſancto martyre: celeſti luce domus ſubito illuſtratur. Quod puella lumine mutato rediens & uidẽs obſtupuit: & lux illa celica tota nocte perſeuerauit: Cum autem aphra mane facto hec omnia matri ſue rettuliſſet: illa conuerſa ad ſe ſanctũ accerſiuit & ab eo ueritatem fidei didicit: uerum poſt q̃ puelle cum aphra octo diebus ieiuniis & orationibus admonente ſancto martyre iſidoro iſtitiſſent: apparuit diabolus in ſpecie ethiopis teterrimi: q̃ de ſancto uiro iſidoro querelam faciebat: eo q̃ ſibi res ſuas ſubtrahebat: & ne ſanctus ipſum in abyſſum demergeret exorabat. Cui martyr domini id ſe facturum p̃miſit dummodo demon draconem occidat: qui in ipſa inſula apud quendam fontem habitans plurimos peremerat. Sicq̃ diabolus draconem interfecit: & iſidorus fontem purgauit. Aphra uero cum puellis & matre conuerſe ſunt: & a preſbytero phylloronio baptizate. ¶ Hec audiens numerianus iſidorum tenuit: & primo in quattuor lignis extenſum bouinis neruis crudis grauiter cedi iuſſit deide in carcerem miſit. Et cum chriſtum conſtanter confiteretur: inde eductus: pedibus equo alligatur: & per aſpera & crepidies mõtanas diſtrahitur: moxq̃ uirtute diuina in ipſo loco per quem tractus eſt: aculei & ſpine in arbores gummi maſtiches defluentes conuerſe ſunt: & in teſtimonium eius martyrii manant uſq̃ in preſens nec ualẽt in loco altero tranſplantari: quin continuo deſiccantur: aut gummi nunquam emittunt. Deinde in camino ignis immiſſus: cum inde illeſus exiſſet: iuſſu numeriani decollatus eſt. Corpus quoq̃ eius in puteo a paganis proiectum ab amelio eius comite: & murope ſancta matrona inde leuatum iuxta eundem puteum ſepultum eſt. Sed & ſupra corpus & puteum proceſſu temporis baſilica a fidelibus conſtructa: puteum ĩtra ſui ambitum tenet: de cuius aqua omnes egri potantes ſanantur: ut dicit ado. Tempore uero domini michaelis ducis uenetiarum corpus huius martyris inde a uenetis ad eorum urbem tranſlatum quieſcit in ducali baſilica ſancti Marci. Paſſus eſt autẽ idibus maii.

¶ De ſanctis Torquato & ſociis epiſcopis. Cap. III.

TOrquatus: ctheſiphon: ſecũdus indaletius: cecilius: heſychius: & euſtathius rome a ſanctis apoſtolis epiſcopi ordinati ad predicandum uerbum dei ad hiſpanias miſſi ſunt. Cum q̃ ad ciuitatem acitanam ueniſſent: & quieſcentes modicum diſcipulos ad urbem pro cibis emẽdis deſtinaſſent: mox a paganorum multitudine inſecuti ſunt: qui tunc diis ſuis feſta celebrabant. Et cum eos uſque ad fluuium perſecuti fuiſſent: cum gentilium multitudo tranſire uellet: ruente ponte multi ex ipſis in flumine necati ſunt. Viſoq̃ miraculo lupanaria ſenatrix cum eis qui remanſerant crediderũt. Poſt hec ſancti epiſcopi diuerſis urbibus euãgelizãtes multos populos ad dominum conuerterunt. Et tandem torquatus acii: ctheſiphon uergii: ſecundus abule: indaletius urci: cecilius eliberi: heſychius carteſe: euſtathius eliurgi quieuerunt. Sed in ciuitate acitana ad ſe pulchrũ ſancti torquati arbor oliue in eius feſto p̃ter naturã diuinitus florẽs maturis oleis onuſtatur: quarum liquore egritudines ſanantur. Horum omnium feſtum agitur idibus maii.

¶ De ſanctis Petro Paulo Andrea & Dionyſia martyribus. Cap. IIII.

PEtrus: paulus: andreas & dionyſia tempo ribus Decii ceſaris paſſi ſunt. Quorum petrus adoleſcẽs ab optimo procõſule apud lemoſacum ciuitatem comprehenſus: cũ ſe chriſtianum profiteretur: in rota extenſus & uinculis ferreis toto corpore aſtrictus: dum conſtanter permaneret: gladio animaduerſus eſt. Deinde proconſul ad ciuitatem troadum accedens oblatos ſibi nicomachum andream & paulum chriſtianos dudum torqueri fecit. Nicomachus autem diutiſſime cruciatus cum iam prope eſſet: ut ſpiritum emitteret: clamauit ſe chriſtianum nunquam fuiſſe: & idolis ſacrificaturum paratum eſſe. Qui mox depoſitus ubi ſacrificauit: a demonio arreptus & in terram eliſus: linguam ſuam comedens infeliciter expirauit. Cum autem dionyſia puella annorũ quindecim uirgo chriſtiana hec uidens in felicitatem illius argueret: & chriſtum dominum uerum deum acclamaret a iudice tenta tradi tur duobus laſciuis iuuenibus illudenda. Qui dum eam corrumpere uellent: & illa contra eos uiriliter dimicaret: apparuit eis angelus domini cum immenſo lumine qui domũ tanta luce perfudit: q̃ iuuenes terrore perculſi ad pedes uirginis prociderunt: & ueniã poſtularunt. Mane autem proconſul paulum & andreã flagellis ceſos populo tradidit occidẽdos. Quos illi pedibus alligatos extra ciuitatem trahentes lapidibus interfecerunt. Ad quos accurrens dionyſia ut ſecum occũberet iuſſu proconſulis decollata eſt. Quorum omnium corpora a chriſtianis ad urbem lemoſacum delata una cum corpore beati petri martyris ſepulta ſunt. Hoꝝ omniũ agitur paſſio idibus maii.

¶ De ſancto Peregrino preſbytero & martyre. Cap. V.

PEregrinus preſbyter ciuis romanus a ſancto Sixto papa cum marſone preſbytero cõcordio diacono: & iouiano ſubdiacono atq̃ ianuario lectore ad predicandum uerbum dei ad gallias miſſus eſt. Qui primo apud maſſiliam. Deinde apud lugdunum: deinde apud antiſiodorum predicarunt: ubi multitudinem populi conuerterunt: & eccleſiam fabricarunt. Poſt que beatus peregrinus iteranum acceſſit: ubi dum chriſtum anũciaret a iudice tentus & in uico baugiaco in carcere detentus eſt. Deinde imperatori hadriano ad iteranenſem ciuitatem uenienti preſentatus eſt. A quo diuerſis ſuppliciis attrectatus: nouiſſime decollatus eſt ãno domini tricenteſimo & trigeſimo. Corpus uero eius

feris expoſitum cum diebus pluribus permanſiſſet ĩ/ tactum iuſſu angelico a ruſtico chriſtiano colligitur: & plauſtro imponitur:eodemq; angelo duce a media nocte uſq; ad auroram ad ſanctum Dionyſium pari/ ſienſem deducitur. Cumq; mane ruſticus ſe antiſio/ dorum adhuc appropinquare nõ crederet:& poſtmo dum ſe antiſiodorum tranſiuiſſe & pariſius aduenĩſ ſe conſpiceret:miratus expectabat dei uoluntatẽ. Tũc ſignis eccleſie ſancti dionyſii per ſeipſos pulſantibus: & monachis hoc ſtupentibus:neq; cauſam cognoſcẽ/ tibus:tandem uoce de celo corporaliter ad eos facta p moniti:omnes monachi ſancto corpori obuiarunt: & ipſum ad locum ſuum deferentes in capſa argen/ tea honorifice ſepelierũt:ubi & quieſcit miraculis pol lens. Paſſus eſt aũt decimoſeptimo calendas iunii.

¶ De ſancto Vbaldo epiſcopo & confeſſore.

Cap. VI.

VBaciui epiſcopus nobili proſapia eugubi/ ne ciuitatis oriundus a pueritia deo deuo/ tus patre defuncto cui fuerat unicus apud eccleſiam ſancti ſecundi iuxta ipſum oppi/ dum ſitam litteras puerulus didicit:& clericus ipſius eccleſie factus eam in tantum dilexit:ut ipſam poſt tẽ pus de paupere diuitem: de ſeculari faceret regularẽ. Qui poſtmodum a patruo nomĩe Vbaldo cuius gra/ tia & ipſe Vbaldus uocatus fuerat maiori eccleſie tra/ ditus:ſumma ſanctitatis perfectiõe pollere cepit. Qui etiam ab amicis dudum pulſatus ut uxorẽ ſumeret: omnino recuſauit:chriſto potius militare decernens. Carnẽ quoq; diris & aſſiduis ieiuniis macerabat. De/ inde quaſi inuitus ſacerdotii gradum compulſus aſcẽ dere:omnia ſibi a patre relicta egenis & eccleſiis diſpẽ ſauit. Eccleſiam quoq; ſuam matricem edificiis & pre diis ampliauit. ¶ Sed cum quaſi tota ciuitas incendio conflagraſſet eccleſiam ſuam ſancti ſecundi cum clau ſtro & domo igne cõſumptam de proprio reparauit. Dehinc in cenobio canonice portuenſi apud Rauennã tribus menſibus manſitans regulam & ordinem dei uiuendi non ſolum imbuit:ſed in in ſcriptis reporta/ uit. & reuerſus ad eccleſiam ſuam eandem regulariũ canonicor& monaſterium iuxta ordinem portuenſi in/ ſtituit:eamq; prediis dotauit. Et in ipſo ſuo regreſſu: licet itinere fatigatus nunq; ieiunium ſoluit. Cum aũt in quodam nemore cũ ſocio dormitaſſet:exinde ſur/ gens codicẽ regule obliuione dimiſit:& ſolicitus pro libri amiſſione uel ſaltem deuaſtatione propter im/ brem maximum qui ceciderat rediit:librũq; repperit ubi dimiſerat iuxta uiam nec raptũ ab hoſte neca plu uia madefactũ. Et qa regula ipſa artior uidebatur: cũ tribus tantũ ex ſuis clericis:aliis abeũtibus in dicta ec/ cleſia regulariter uiuere cepit. ¶ Mortuo uero epõ pu ſino:ubaldus eligit:ſed fugiẽs ad eremũ tãdiu latuit quã diu alius ſurrogat. Alias ẽt electus in epm alteri/ us ciuitatis pedes romã adiit:& ab honorio papa iſtã tia multa reſignationẽ obtinuit. Demum diſponente domino electus in epm eugubinum ab eodem papa q̃uis dudum renitẽs iuſſus preſulatum acceptauit: & uſq; ad tẽpora alexandri.iii. ſuperuixit:omni uite ſan/ ctitate tantaq; patientia preditus:ut etiam ab ipſis ſu/ is familiaribus iniurias perpeſſus patientiſſime tole/ raret. Nam & a ſuo ianitore aliquãdo excluſus etiã ſe/ mel hoſtio in fronte percuſſus nullam uindictam ex/ cogitauit. Et dum quoſdam ad inſtantiam ciuiũ iniu ſte excõicare nollet prohibiti ſunt omnes ſibi clerici miniſtrare:adeo ut etiam ad miſſam celebrandã uni/ cum aliquando ſeruitorem habere non poſſet: & pa/ tienter tulit. Preterea cum murum urbis iuxta uineã epiſcopi repararent:& cloacam in uineam facerent in fundentem:quod ubaldus prohibere uolens cũ iniu/ ria in cemẽto liquido iactatus & ſordidatus benigne ſupportauit. Quoſdam quoq; eius affines iniuriã ul/ ciſci uolentes omnino prohibuit. ¶ Dum aliquando ſeditio dura eſſet in ciuitate illuc ut pugnam ſedaret feſtinauit:quam dum nullo modo ſedare ſe poſſe per pendit:ex induſtria inter enſes & lapides ſe in terram deiecit:nec inde ſurrexit:donec ciues epiſcopũ ex uul/ nere mortuũ exiſtimantes a ſeditione ceſſarũt. ¶ Alia uice cum ciuitas eugubina ab undecim ciuitatũ & ca/ ſtrorum ciuibus inuicem contra eam colligatis obſeſ ſa eſſet:eãq; expugnare uellent. Vir ſanctus ſupra mu rum aſcendens ſignum crucis edidit:& hoſtes nemi/ ne perſequente fugauit adeo ut relictis omnibus ſolã uitam ſaluare contenti ad propria feſtinando redirẽt: ciues quoq; eugubii de ſpoliis ditati ſunt. ¶ Federicũ etiam imperatorem qui obſidibus ab eadem urbe ſu ſceptis grauem pecunie ſummam expetebat:exiẽs ad eum oratione premiſſa adeo chriſti uirtuti placauit: ut obſides libere redderet:& epiſcopum plurimũ ho/ noraret. Multis etiam grecis contulit ſanitatem. Nam unum ex ſuis canonicis a graui langore liberauit. Ec/ cleſiam ſancti benedicti conſecrans ſolo ueſtimento/ rum contactu paralyticum curauit. Cecis duobus ui/ ſum reſtituit: quorum unus per uiſionem monitus fuerat ad eum accedere pro lumine obtinendo. ¶ Ali um quoq; qui ad eum pro luce recuperanda uenerat: quia cognouit hoc eius anime ſaluti non pertinere ad tantam patientiam ſuis exhortationibus induxit: ut promiſſa ſibi eterna luce pro temporali perdita nulla tenus uiſum recupare uoluiſſet. Et multis aliis ſignis admodum effulſit. Deniq; propter nimias afflictiões grauiter languebat intantum q; ex carne ipſius potiſ/ ſime ex ulcere peſſimo quod in latere patiebatur: ſani es itolerabilis effluebat:nec propter hoc unquam de/ ſtitit a pontificalibus exercendis. ¶ De ſancto paſche iã duriſſima preſſus egritudine:ut uix in lecto ſe poſ/ ſet erigere:ad preces populi per orationem obtinuit: ut per ſeipſum ſine adiutore cõſurgens miſſam in põ tificalibus celebraret:& populo ſuo ultimum ſermo/ nem uice teſtamenti faceret. Et ad ultimum poſtquã

filios benedixit ad lectulnm rediit. Inde ingraueſcente langore ſumptis eccleſiaſticis ſacramẽtis orans & pſalens domino ſpiritum reddidit feria ſecunda pentecoſtes: que ipſo anno occurrit decimoſeptimo calendas iunii. ¶ Cum autem tam propter frequentiam egrorum ad pheretrum uenientium & reportantium ſanitatem q̃ propter multorum deuotionem ſepultura ipſius uſque ad quintam feriam protracta fuiſſet: corpus eius nulla corruptione maculatum ſed ſuauiſſimo fragrans odore: cum luctu multorum & gaudio ſpirituali ab epiſcopis peruſino caſtellanetí & callieñ ſepultum eſt honore condebito in canonica uidelicet ſua iuxta muros ciuitatis: ubi uſque in preſens quieſcit incorruptum omnino infinitiſ & crebris miraculis clarens.

¶ De ſancta Maxima uirgine. Cap. VII.

MAxima uirgo in pago forliuienſi uico calidiano uirginitatis lilio floreſcens multiſq; & inſignibus clara uirtutibus in pace quieuit decimoſeptimo calen. iunii: ut dicit ado in martylogio ſuo.

¶ De ſancto Torpete martyre. Cap. VIII.

TOrpes martyr in ciuitate piſana tempore Neronis imperatoris paſſus eſt. Nam cum ipſe Nero ciuitatem piſanam reſtauraſſet: templum diane ibi conſtruxit: ubi & celum eneum fabricauit nonaginta columnis ſuſtentatum cum imaginibus ſolis & lune & ſtellarum: que artificioſe oriebantur & occidebant: & cum foraminibus fiſtularũ: per que aque guttule diſtillantes pluuiam ſimulabant. Fecit etiam quadrigam ſubterraneam: que commota tonitrua mentiebatur. ¶ Eo dẽ autem tempore ſanctus torpes qui magnus erat in palatio ceſaris ſpiritu dei tactus a ſancto Antonio preſbytero qui in latere montis contiguo ciuitati latebat occulte baptizatus eſt: & reuertens domum ab angelo ſibi apparente in fide confirmatus eſt. Hoc audiens nero ceſar: torpetem caprum ſatellico propinquo ſuo puniendum dimiſit: ipſe uero romam rediit. Satellicus uero torpetem primo in carcere triduo ferro uinctum afflixit. Deinde ad columnam ligatum cedi fecit: ſed orante ſancto columna corruit: & ſatellicum cum quinquaginta paganis oppreſſit. Quem filius ſatellici ſiluinus nomine per noctem in rota ligauit. Mane uero beſtiis expoſuit. Leopardus enī ad pedes ſancti procidens manſuetus redditur: leo uero ubi in eũ impetum fecit ſubito moritur. Quod cernens euellinis conſiliarius imperatoris ad chriſtũ conuerſus eſt: & a ſiluino decollatus quinto calendas maii. ¶ Deinde oratione torpetis templum cum omnibus ſiderũ figuris & eius edificiis ab ãgelo ſubuerſum eſt: & idolum diane in puluerem redactum. Propter quod iuſſu ſiluini iuxta mare ubi flumẽ arni in equor decidit: ſanctus martyr educitur: & ibidem capite truncatur tertio calendas maii. Cuius corpus in nauicula carioſa cum cane & gallo in mare exponitur: ut uel a beſtiis roderetur: uel in mare mergeretur. Angelo tamẽ duce nauicula ad hiſpaniam deuenit. Et a ſenatrice chriſtiana celerina nomine que regni dimidium obtinebat in ſomnis diuinitus admonita corpus ſancti reperitur in portu qui dicitur ſinos: & iuxta littus honorifice ſepelitur decimoſexto calendas iunii: ubi poſtmodum eccleſia deſuper ſuo nomini fabricatur. Et feſtũ eius die ipſius depoſitionis ibidem celebratur.

¶ De tranſlatione ſancti Syri epi. Cap. IX.

TRauſlatio corporis ſancti Syri epiſcopi papienſis ab icolis eiuſdem ciuitatis decimoſexto calendas iunii celebratur. Cuius cor pori dominus tantam gratiam contulit: ut etiam ipſius contactu mortuum ſuſcitaret. Cecis: uiſum ſurdis auditum: claudis greſſum pberet: multoſq; languentes a diuerſis infirmitatibus ſanos efficeret & obſeſſos a demoniis liberaret.

¶ De ſancto Sophonia propheta. Cap. X.

SOphonias propheta filius chuſi: filii godolie: filii amaſie: filii ezechie: ut ex textu ipſius prophetie liquet in diebus ioſie filii amon regis iuda prophetauit: in duabus uidelicet tribubus iſrael. Iam enim decem tribus in aſſyrios tranſlate fuerant. Dirigitur autem eius prophetia contra nationes in lectione comprehenſas. Prenuncians eis futurum iudicium. Populo uero ſuo iſrael ſalutem & ciuitati hieruſalem reſtaurationem tũc temporis tribuendam prout textu lectionis denunciauit. Cum enim hieremias & alii multi prophete excidium hieruſalem & populi captiuitatem futuram predixiſſent. Hic ſolus in conſolatione populi ſui: ne ex hoc nationes contra dei populum animoſius inſultarent: non ſolum gentibus iudiciũ cõminatur: ſed etiã plebi ſue reuocationem & hieruſalem reedificationẽ predicat. Hieremie enim contẽporaneus fuit. Et quaſi ſecum eodem tempore prophetauit. Hieruſalem tamen nec deſtructionem nec populi ſui in babylonem tranſlationem aſpexit. Nam ante illa tempora in diebus: uidelicet ioachim filii ioſie regis iude cum patribus ſuis in pace dormiuit. Et ſepultus eſt in hieruſalem decimoquinto calendas iunii. Hic hieronymus & ioſephus: & ex hiſtoria ſcholaſtica: Hic ſanctus propheta ex numero eſt illorum. xii. qui minores dicuntur: & eccleſiaſtici quadrageſimonono in ſanctorum patrum catalogo conſcribuntur.

¶ De ſancto Dioſcoro martyre. Cap. XI.

DIoſcorus lector & martyr apud egyptum paſſus eſt. In quem preſens detẽtum multa & uaria tormenta exercuit: ita ut unguibus carnes eius effoderet & lampadibus eius latera inflammaret. Sed celeſtis luminis fulgore perterriti ceciderunt miniſtri. Nouiſſime laminis ardentibus aduſtus martyrium conſumauit decimoquinto calendas iunii. Hec hieronymus in martylogio ſuo.

¶De ſancto Venatio martyre. Cap. XII.

VEnantius martyr in ciuitate camerina paſſus eſt tempore decii ceſaris. Qui a preſide tentus: cum chriſtum dominum confiteretur: primo quidem fuſtibus ceſus: deinde in carcere miſſus: ſed ab angelo confortatus eſt. In de eductus leonibus exponitur: ſed ipſi eius pedibus procumbentes manſuetiſſimi redduntur. Deinde pedibus appenſus uerſo deorſum capite facula ardentes eius uertici ſupponuntur. Et cũ hoc etiam genus ſupplici toleraſſet manibus & pedibus extẽditur: & ignis ſub eius uentre ſolummodo accenditur: & ſic mediis partibus diutius incenſus affligitur. Nouiſſime cum omnia ſuperaſſet: gladio caput eius preciditur. Corpuſq; ipſius in eadem ciuitate a fidelibus tumulatur decimoquinto calendas iunii.

¶De ſcõ Felice epõ & martyre. Cap. XIII.

FElix epiſcopus apud ſpaleteñ urbẽ ſub maximiano imperatore paſſus eſt. Qui cum chriſtum dominum predicaret a iudice cõprehẽſus poſt plurima ſupplicia gladio cedẽte martyrii palmam adeptus eſt decimoquinto calendas iunii. Hec ado in martylogio.

¶De ſancto Pudente diſcipulo & confeſſore. Cap. XIIII.

PVdens confeſſor ciuis romanorum nobilis filius punici illuſtris & priſcille fuit: & maritus ſabinelle: ex qua duas filias procreauit. ſ. potẽtianam & praxedem: Quas utpote chriſtianiſſimus non ſolum per manus paſtoris preſbyteri baptizari fecit: ſed etiam in lege diuina plenius erudiuit. & ad obſeruantiam uirginitatis iduxit. Hic enim a beato paulo apoſtolo doctus fuit: qui domum ſuam in eccleſiam edificauit: qua & per manus pii pape conſecrari fecit. Nutritor namq; pauperũ & ſuſceptor peregrinorum ſumma ambitiõe fuit. Et poſt multa ſanctitatis opera laudabilia in pace quieuit. xiiii. calendas iunii: ut dicit ado.

¶De ſancta Potentiana uirgine. Cap. XV.

POtentiana uirgo filia fuit beati pudẽtis & ſoror praxedis nobiliſſima romanorum. Hec poſt mortẽ parentis utriuſq; omnem facultatem ſuam cum ſorore diuidens: ceperunt ambe ditiſſimum patrimonium uendere: & pecunias pauperibus errogare. In eccleſia uero quam pater illarum conſtruxerat in loco urbis: qui dicitur in uico patricii: quam prefatus pater earũ pudens in titulo beati paſtoris dedicauerat: cum conſilio Pii pape baptiſterium conſtruxerunt: cupientes ut familia utriuſque earum die ſancto paſche baptizaretur. Quos a numero. lxxxxvi. manumiſſos beatus pius epiſcopus aquis ſalutaribus abluit. Ibique per ſanctos preſbyteros & clericos die noctuque diuina celebrari myſteria: & multos baptizari faciebant. Poſt multorum itaque martyrum exhibitas uenerabiliter ſepulturas: poſt omnes facultates ſuas pauperum uiſceribus incluſas & Chriſto fideliter commendatas: potentiana in ſancto uirginitatis ꝓpoſito de terris ad Chriſtum migrauit decimoquarto calendas iunii: Sepulta iuxta patrem ſuum uia ſalaria in cemiterio priſcille remporibus antonini imperatoris.

¶De ſancto Ioanne martyre. Cap. XVI.

IOannes martyr temporibus maximiani imperatoris adud aiexandriam paſſus eſt. Hic primũ uocatus nenias gentilitate deditus a matre theodoſia gentile primaria elie ciuitatis maximiano ceſari antiochie degenti preſentatus: & ab eodem dux alexandrie effectus eſt: ut chriſtianos ibidem perſequeretur. Cum autem nocte quadam cum militibus ſuis uerſus alexandriam iter ageret: luce celeſti circũfuſus: chriſtoq; ſibi uiſibiliter apparẽte ad iſtar btĩ pauli apoſtoli ad terrã proſternitur: in fide chriſtiana admonetur: & ad dominum repente conuertitur: ueniens igitur alexandriam crucẽ ſibi ſecretius fabricari fecit in qua diuinitus nomẽ domini emanuel ſculptum repperit. Et cum exercitus agarenorum alexandrie fines inuaſiſſent: & alexandrinorum filias rapuiſſent: ipſe collecta gente ſua' crucem illlam deferens agarenos pene innumerabiles in fugam uertit: & eorum multitudinem cecidit & ſtrauit: nullo de ſuis uel ad modicum uulnerato. Reuerſus autem a matre que ipſum alexandriam ſecuta fuerat: inuitatur: ut diis pro triumpho habito immolaret. Qui templum ingreſſus idola argentea cõfregit: & pauperibus errogauit. De quo a theodoſia matre maximiano delatus eſt: Qui ab antiochia per litteras ultioni preſidi mandauit: ut neaniam tẽtum immolare compelleret: aut diuerſis ſuppliciis puniret. Vltio igitur ioannem comprehenſum: & idolis ſacrificare abnuentem in equuleo ſuſpendi fecit & a quattuordecim uiris uiciſſim diutius lacerari: ſicq; quaſi mortuum in carcerem trudi. Nocte uero a chriſto cum angelis & luce nimia ſibi apparente confortatur: plagis omnibus ſanus redditur: nomẽq; ſuum primũ quod erat neanias ioannis nomine commutatur: inde eductus & ſacrificare ſuaſus cum templum introiſſet trigintaſex ſtatuas idolorum uertit. Qua propter multi de militibus in domino crediderunt: qui a ſancto leontio epiſcopo baptizati: ab ultione preſide in chriſti confeſſione decollati ſunt. Ioãnes uero ferro onuſtus iterum in cuſtodia detinetur: ubi exiſtens duodecim mulieres ad ſe uenientes cum matre theodoſia cõuertit ad chriſtum. Quas ut chriſtianas preſes comperuit: ipſas omnes equuleo ſuſpenſas & unguibus laceratas ac lateribus aduſtas carceri tradidit una cũ theodoſia matre ioannis: que ſanctas illas martyres in carcere refouebat. Ipſaſque omnes leontius baptizauit. Sequenti uero die inde omnes cum theodoſia educte: primo lapidibus ora earum contuſa ſunt: deinde

extenſe & uirgis ceſe:& poſt hec manicis ferreis candẽ tibus aduſte ſunt. Nouiſſime decollate ſunt. ¶Poſt hec autem ſanctus ioannes eductus inſtrumentis fer/reis facie cõciſus ceruice plumbatis percuſſus. Iterum carceri mãcipatur:ubi multa miracula fecit: & demo nia eiecit multoſq; ad chriſtum conuertit. Interea de/functo ultione:a flauiano ſucceſſore eius gladio neca/ri iubetur. Sed dum illum ſpiculator percutere uellet moritur ſubito:& ioannes ad preſidem reducitur. A quo iteꝝ appenſus neruis ceditur:carbonibus incẽdi/tur plagiſq; ſale perfunditur. Dehinc ante ipſum de/poſitum idolum ſiſtitur:thuſq; in mauu eius impo/nitur:& ignis ſubtermittit̃ ut uel thurificaret uel ma num exureret:qui cum per duas horas manũ in igne immobiliter tenuiſſet. tertio intra carcerem appendi tur lapidibus in pedibus alligatis. Sed ab angelo ſolu/tus & omnia eius uulnera ſolidata ſunt. Deinde in ca minum ignis iniectus flamma diſperſa miniſtris adu ſtis:ipſe illeſus permanſit. Nouiſſime iubente flauia/no gladio in gutture percuſſus & lãcea in pectore trãſ fixus martyrium conſumauit decimoquarto calẽdas iunii. Sepultuſq; eſt alexandrie circa annum domini ducenteſimum & octuageſimumquartum. Corpus uero eius inde conſtantinopolim tranſlatum. Inde a ioãne priore monaſterii ſancti danielis de uenetiis ſur reptum:& uenetias ad ipſum locum delatum eſt an/no domini mileſimo ducenteſimo & decimoquinto nonas iulii ubi & quieſcit miraculis crebris pollens.

¶De ſanctis Calocero & Parthemio martyribus.
Cap. XVII.

CAlocerus & parthemius rome paſſi ſunt ſub decio ceſare:qui cũ eſſent eunuchi tri/phonie uxoris decii prior quidem prepo/ſitus cubiculi:alter uero primicereus deꝓ/henſi ab imperatore q; eſſent chriſtiani:nolenteſq; ſa/crificare idolis ab eodem gladio occiſi ſunt. Quorum corpora uia apia a fidelibus ſepulta ſunt decimoquar to calendas iunii.

¶De ſancto Celeſtino papa primo & confeſſore.
Cap. XVIII.

CEleſtinus papa huius nominis primus na tione romanus ex patre priſco. Bonifacio papa primo in epiſcopatu romano ſucceſ/ſit. Seditq; annos octo mẽſes nouem. Hic conſtituit ut pſalmus:iudica me deus &c. diceret an/te introitum miſſe:& pſalmi dauid ante ſacrificiũ eũ introitu pſallerentur cantando ex omnibus antipho/natim:quod antea non fiebat:ſed epiſtola pauli & euã gelium dicebantur. Et ex hoc inſtituto excepti ſunt i/troitus de pſalmis & gradualia:ſimiliter & offertoria ante ſacrificium. Hic miſit ſanctum brithyum filium & ſucceſſorem ſancti martini turonenſis in britanniã & conuertit omnes ad fidem. ¶Huius etiam tempo/re tertia ſynodus uniuerſalis epheſina ducentoꝝ pa/trum collecta eſt epheſi:iuſſu pape huius celeſtini & theodoſii iunioris. In qua damnatus eſt neſtorius du/as pſonas in xp̃o aſſerens & condẽnatus anathemate: & cõfirmatũ eſt in xp̃o unam eſſe perſonã in duabus naturis. Et ut beata maria theothece ideſt mater do/mini appellet. Qui etiã ſepultus eſt i cemiterio priſcil le uia apia. Et ceſſauit eꝑatus dies uigintinoue. ¶Hic predicte epheſine ſynodi decretum dictauit:& in unũ uolumen clauſit:atq; ad omnes eccleſias direxit.

¶De ſcõ Celeſtino papa quinto. Cap. XIX.

CEleſtinus papa huius nominis quitus alio nomine dictus petrus de murono nicolao pape quarto qui fuit de ordine minorum in epiſcopatu romão ſucceſſit anno domi ni mileſimo ducenteſimo & nonageſimoquarto ſe/ditq; in apoſtolica ſede mẽſibus ſex & diebus quattu/or uidelicet a ſeptimo calendis iulii uſq; ad quarto ca lendas ianuarii. Cum enim ſedes apoſtolica per obitũ dicti nicolai quarti annos duos & mẽſes tres uacaſſet ad ſuaſionem domini latini cardinalis oſtienſis ordi/nis predicatoꝝ iſte in ſummum pontificẽ electus eſt. Qui uocatus petrus de murone ante papatum eremi ticam uitam ducebat & multos bonos diſcipulos fe/cit:Fuit aũt uir magne abſtinentie & orationis: ac re/gi carolo deuotus. Qui ubi electus eſt pontificatum renuebat:ſed ad magnam inſtantiam caroli & totius regionis recepit papatum. Fuit aũt electus peruſii: & poſtq̃ creatus eſt de conſilio regis caroli noluit uenire ad locũ cõmunem ubi electus fuerat prout ei ſcripſe/rant cardinales:ſed mandauit eis ut ad ſe uenirent:ip/ſe autem uenit aquilam:quo & cardinales ad eum ue nerunt ibiq; coronatus eſt. Sed anteq̃ de peruſio cardi nales recederent dominus latinus infirmatus peruſii deceſſit. Fueruntq; in coronatione ipſius pluſq̃ ducen ta milia hominũ. Ad quem multitudo maxima cõue niebat:tum propter pontificalem dignitatem:tum ꝓ pter ſanctitatis famam. Statimq; poſt eius creationẽ ad petitionem regis ſex cardinales fecit: uidelicet do/minum lãdulphum de neapoli:fratrem thomam de ordine ſuo:& archiepiſcopum beneuentanum: domi num gulielmum de pergamo cancellariũ regis caroli dominũ ioannẽ monachũ archiepiſcopum lugdunẽ/ſem dominũ beraldum archiepiſcopũ bituricenſem. Hic in gratiis fuit largiſſimus: adeo q; etiã indiſcrete faciebat:utpote quia ĩexpertus plerũq; decipiebat̃: un de a cardinalibus inductus ſub cõſcientie pretextu ĩci tabat̃ ad renunciandũ. Qui ad petitionem regis caro/li neapolim uenit. Sed dũ rex ipſius renunciationi om nimode obuiaret:hoc nõ obſtante: uir ſanctus bona conſcientia motus:primo facta cõſtitutione: in qbus caſibus papa reſignare poteſt:reſignauit papatui ĩ ma nibus collegii facto feſto dominice natiuitatis:quã re/nunciationem eius ſucceſſor bonifacius autenticauit: quam habes de renunciatione libro ſexto. Cui fidem facit:quod fecit clemẽs papa primus huius nominis:

ut in catalogo põtificum habetur. Poſt ceſſionem uero ad electionem proceſſum eſt neapoli ſub rege caro lo. Et electus eſt dominus benedictus caietanus diaconus cardinalis: poſtea uocatus bonifacius octauus: qđ fuit anno domini milleſimo ducenteſimo & nonageſimoquarto. Celeſtinus autem ſedit a ſeptimo calen. iulii uſq; ad. iiii. calen. ianuarii. Et cum poſt ceſſionem ad eremũ redire uellet: a bonifacio ſucceſſore detinetur: & in quodam caſtro dicto funiculus in hõeſta cuſtodia non tamen libera cõcluditur: ubi miraculis clarus poſtmodum moritur decimoquarto cal. iunii. Et in quodam ſui ordinis monaſterio quod dicitur ſancti antonii retro altare ſepelitur anno domini milleſimo trecenteſimo ſecundo. Et a clemente papa quinto apud auinionẽ poſtmodũ canonizaſ milleſimo trecẽteſimo & tredecimo miraculis eius in orbe ꝓpalatis.

¶ De ſcõ Celeſtino confeſſore. Cap. XX.

Celeſtinus cõfeſſor & monachus floruit tẽpore theodoſii iunioris. Qui de monaſterio ſuo ad parentes in modum libelli ſcripſit epiſtolam omnibus deum deſiderantibus neceſſariam: ſanctitate conſpicuam ſermone luculentam. Cuius exhortatione uite ipſius perfectio deprehendi poteſt: quia uir ſanctus non potuit aliter docere q̃ uixerit. Hec Vincentius in ſpeculo.

¶ De ſancto Hiuone preſbytero Cap. XXI.

Hiuo preſbyter & nouus confeſſor apud trecheñ ciuitatem claruit in diebus noſtris canonizatus per clemẽtem papam ſextum. Hic ex britãnia patre haheloro matre azora ſecundum carnem nobilitate ſeculi pollentibus genitus in uico uille martini iuxta trechoreñ ciuitatem cõſtituto & nutritus ab annis ifantilibus deuote deo ſeruire cepit. Qui annorum quattuordecim pariſius miſſus fuit: ibiq; in ſcientiis primitiuis optime fundatus ad ſtudium aurelianenſem ſe tranſtulit pro ſacre theologie & canonum ſcientiis acquirendis: ubi tam ſtudiorum gratia q̃ ſanctitatis a uino & lautis ferculis ac delitiis cunctis abſtinuit: & corpus macerãs oratio/nibus uacabat pudicitiam perpetuo ſeruans. Inde ab archidiacono redonenſe pro iudice curie ſue poſtulatus gratis acceptans officium ipſum cum multa charitate & ſolicitudine exercebat: & nihilominus quotidie ad lectionem theologie intrabat: miſerabilibus ꝑſonis oppreſſis ſubueniens: iuſtitiam ſummopere foueus: iniquos perſequens: & diſcordes ad pacem reducens: operibuſq; miſericordie iugiter intendebat. De cuius fama poſtq̃ ad epiſcopum trechoreñ peruenit: ipſum in uniuerſalem ſue curie iudicem aſſumpſit. In quo officio poſtquam aliquo tempore uirtuoſe ſe geſſit: ad meliorem uitam ſcilicet contemplatiuam tranſire cupiens officio reſignauit: & eccleſie parecialis de Iohenech cuius erat rector ſeruitio ſe prorſus manci/pauit. Pannos delicatos quos primo iuxta ſtatum ſuum ueſtierat omnino dimiſit: & ueſtes rudes albas & modici precii induit: indeq; habitum acſi religioſum portauit: Cilicio carnem domuit: cunctis ieiuniis ab eccleſia indictis in pane tantum & aqua ieiunauit: ceteris diebus mira corpus abſtinentia macerauit, oratio/ni & contemplationi maiori temporis parte uacabat. Aliquando integra ſeptimana ſolus in ſua camera cõtemplationi intentus perſeuerauit: nullo cibo corporeo ſubſtentatus: qui tamen exiens nullam in facie debilitatem oſtendit. Miſſam etiam diebus ſingulis celebrabat. Cui aliquando dum corpus dominicum eleuaret: globus igneus ſuper caput eius cunctis uidentibus & ſtupẽtibus apparuit. ¶ Pauperes in domo propria charitatiue ſuſcipiens: eis largiẽ miniſtrabat: nec nũquam ſine pauperibus hoſpitibus eſſe uolebat. Nã pauperem unum cum uxore & quattuor filiis per nouem menſes in domo retinens eis de uictu & ueſtitu prouidit. Domum etiam quãdam diſpoſuerat iuxta ſuam cum lectis & aliis neceſſariis pro ſuſcipiẽdis egenis: quibus ipſemet in uilibus miniſteriis obſequens ſepius cum eis in menſa comedebat: multis miracu/lorum ſignis effulſit. ¶ Cum aliquando in domo ſua per eius uarium unicus panis ſolummodo repertus eſſet: & beatus hiuo multis uenientibus pauperibus ſubueniri uellet: uicario murmurãti medietatem panis dedit: aliam inter pauperes diuiſit: medietaſq; prima diuiſa cunctis ad eſum ſatiſſecit. Cum autem in menſa cum uicario predicto ſederet mulier alias inuiſa tres panes maximos & candidos uiro dei preſentauit. & ab eo inuitata dum recubuiſſet ſubito nuſquã comparuit. ¶ Alias etiam de unico ſolo pane quem habebat: infinitos quaſi pauperes ad ſe uenientes refecit. ¶ Alias quoq; pauperi elemoſynam petenti cum nil aliud dãdum haberet caputium ſuum prebuit: & diſcooperto capite tranſiens poſt iter medie leuce idẽ caputium in capite ſuo ſibi repoſitum diuinitus inuenit. ¶ Cum maxima fames regionem occupaſſet: ipſeq; famulis mandaſſet ut frumentum quod habebat in arca repoſitum pauperibus diſtribuerent: illiq; triticum quaſi totum ex arca furto ſublatũ inueniſſent: ſanctus confeſſor in oratione ſe dedit: & redeuntibus famulis arca frumento repleta inuenta fuit. ¶ Mulier quedam longa infirmitate detenta dum ſecum diſcũberet: & comedere non ualens uinum de calice in quo ipſe bibebat ſumpſiſſet continuo liberatur. ¶ Quendam etiam uirum triennio a ſpiritu maligno uexatũ in lectulo ſuo una ſola nocte ad quieſcendum ſecum componens mane a demone ereptum ad propria remiſit. ¶ Cum quidam homines pro ponte edificando trabes plurimas congregaſſent ipſaque li//gna nimis breuia ad opus inuenta fuiſſent: oratione ſancti trabes ad loci ſufficientiam prolongate inuente ſunt. ¶ A domo cuiuſdam ſigno crucis edito ſine ulla rerum amiſſione ignem penitus effugauit. Cum tamen domus tota iam incendio conflagraret. ¶ Matrem & filium dudum inter ſe diſcordes miſſam pro eis celebrãs ad pacem reduxit. ¶ Pro eccleſia dei & pauperibus contra magnates quoſq; ſe opponebat: & in curiis iudicum pro eiſdem aduocans intrepidus aſſiſtebat: urbes etiam & uicos circuiens uerbum domini ſolicitus predicabat: & multos ad penitentiam conuertebat. Qui dum ſemel ad predicandum accederet: & pontem quendam tranſire deberet: inuenit eum ab inundãte flumine occupatũ: ſed ſigno crucis edito aque mox diuiduñ: & poſtquam ſanctus tranſiit ſubito ad ſtatum priſtinum

Sacramenia

A sacramenia

reuertuntur. ¶Cum pauperem quendam ulcero/ſum & deſpectum ac habitu uilem ad menſam inui/taſſet. & ambo in eadem ſcutella comederent: repen/te pauper ille pulcher & ſplendidus & niueis indutus apparuit: & poſt morulam ex oculis omnium eua/nuit. ¶Alias etiam eidem ad menſam ſedenti auis quedam candidi & uiridis coloris ſuper eum reſedit: que etiam a ſancto manu ſe capi permittens dudum in menſa quieuit: nec niſi ab eo licentiata receſſit. ¶Die quadam dum in ſacriſtia eccleſie ſue pro de/fenſione theſauri domus dei quem quidam ex cleri/cis diſtrahere uolebant ſederet: columba ſplendida ſuperuolauit. Cuius fulgore tota eccleſia coruſcauit. ¶Hoſpitatus a quodam nobile & in camera ſua ad dormiendum poſitus: media nocte ipſe nobilis diui/nitus excitatus & monitus ut ad cameram ſuã iret: il luc acceſſit: hiuonem abiſſe uidit. eumque requirens in concaua rupe penitentiam agentem iuenit. ¶Obi tum ſuum ſibi a domino reuelatum & preſciuit & predixit: & dum infirmus decumberet nunquam abſtinentiam conſuetam dimiſit. Ad extremaq; de/ueniens ſumpto uiatico & ſacra unctione: per totam noctem diei ſabbati apertis oculis ad crucem inten/tus perſtitit: & in ſilentio orans in aurora ſequentis diei dominice que fuit infra octauam aſcenſionis de/cimonono menſis maii uidelicet decimoquarto ca/lendas iunii ſpiritum deo feliciter emiſit. Cuius cor/pus in eccleſia trechorenſi ſepultum quieſcit: & in mi raculis que per eum chriſtus iugiter operatur glorio ſus uiuit.

¶De ſanctis Euſtathio & ſociis martyribus.

Cap. XXII.

EVſtathius cũ uxore theopiſta & filiis aga/bito & theopiſto rome ſub hadriano prĩ/cipe paſſi ſunt. Temporibur enim traiani imperatoris erat quidam magiſter mili/tum nomine placidus: qui licet gentilis eſſet: operi/bus tamen miſericordie & hoſpitalitatis aſſiduus: & iuſtitie intentus: oppreſſis ſubueniebat: Cui uxor no bilis duos filios procreauit: quos ipſa mater propria educauit. Erat autem ſtrenuus ac potens in bello: & omnes barbari ſubiugabantur ab eo. Et quia mi/ſericordie operibus inſiſtebat: ad uiam ueritatis me/ruit illuſtrari. Quadam die cum uenationi inſi/ſteret: euntis circa gregem ceruorum inſiſtentibus militibus ſuis: ipſe unum ceteris maiorem in ſiluam uaſtiorem inſecutus eſt. Et cum in quandam ru/pis altitudinem conſcendiſſet: & placidus ut eum ca/peret appropinquaſſet: iter cornua eius formam cru/cis fulgentem ut ſolem: & imaginem chriſti conſpe/xit: territuſq; de equo ad terram cecidit. Chriſtus ue/ro per os cerui ſicut olim per aſinam balaam ei locu/tus eſt: dicens ſe eſſe chriſtum quem ille ignorans co lebat. Et cuius ad eum elemoſyne aſcenderant: quin/que illius gratia ad animal illud deueneret. Cui cum placidus peteret: ſe reuelari plenius quid eſſet: Chri/ſtus ei per os cerui myſterium mũdane creationis & humane redemptionis: diuineq; incarnatiõis: paſſio/nis & reſurrectionis patefecit addens ut ſe baptizari faceret: ſi ab eo ſaluari uellet. Mandans ut premiſſa ſue coniugi nunciaret: ut & ipſa quoq; ſecum crede/ret: & die ſequenti ad ipſum locum reuerti deberet: cui dominus que ei futura eſſent plenius panderet. Placidus igitur iam perfecte credens: & de fide noſtra informatus domum rediit: & predicta omnia uxori reſeruit: que nocte precedente chriſtũ ſibi apparuiſ/ſe dicebat: & ſibi prenunciaſſe q; ipſa cum uiro & fi/liis ad ſe accedere deberent. Nocte igitur media perre xerũt ſimul placidus & uxor cũ duobus filiis ſuis ad preſbyterum urbis ioanne occulte omni eor; fami/lia ignorante: qui eos in chriſti noĩe baptizauit. & pla cidũ euſtathiũ uxorẽ theopiſtã duos uero filios ſuos paruulos agabitum & theophiſtũ noĩauit. Mane aũt euſtathius ſub pretextu uenationis cũ paucis militi/bus exeuit: & ipſos q̃ſi ad feras inueſtigandas circum quaq; diſpergens ſolus ad locũ acceſſit: ubi & formã prime uiſionis aſpexit. Dominus enim eidẽ apparuit eũq; de percepto lauacro cõmendauit: multaſq; & du ras ei tẽtationes futuras p̃dixit: & ut patiẽter oĩa tole raret: & cõtra diabolũ dimicaret admonuit: addẽs q; per tẽtationes duriſſimas & uarias oporteret eũ alte/rum iob mundo demonſtrari. Qui in oratione p̃ſtra tus ad omnia ſe paratũ offerebat: uirtutẽ tamen con/ſtãtie ſibi donari a domino ſupplicabat. Sic dominus celos euſtathio cõſpiciente cõſcendit: & ipſe domum rediens hec omnia coniugi nunciauit. ¶Poſt paucos igitur dies egritudine peſtifera cuncti ſerui eius & an cille interierunt: ut ne unus quidem ex miraculo re/maneret. Deinde poſt aliquot dies equi & omnia pe/cora eius & diuerſi generis aĩalia mortua ſunt. Qui quaſi ad peſtilentiam euitandam diſceſſit de domo ſua cum uxore & filiis. Quidam autem ſceleſtes per noctem in domum eius irruerunt: & cuncta aſportã/tes: domum auro & argento & rebus omnibus ſpo/liarunt. Ipſe uero cum uxore & filiis nudus aufugit. Qui cum ruborem uerentes ab urbe occulte diſceſ/ſiſſent: ut in egyptum pergerent: tota eorum poſſeſ/ſio per malorum rapinam ad nihilum redacta eſt. Im perator autem totuſque ſenatus pro tam ſtrenuo ui/ro multum dolebant: de quo nullum inditium ha/bere poterant. Cum ergo iter agerent Euſtathius cum uxore & duobus paruulis appropinquauerunt mari: & nauem patroni barbari aſcendentes in ea na/uigare ceperunt. Dominus autem nauis uxorem eu/ſtathii ſpecioſam concupiuit. Et cum tranſfretaſ/ſent ab eo naulum exegit: quo non habente unde ſol ueret: uxorem pro naulo retinuit. Et cum euſtathi/us cõtra diceret: ipſum in mare iactari mãdauit. Sicq; ſanctus martyr uxorem reliquit: & accipiẽs infantes

naué concitus exiuit & abiit. ¶ Cūq; ad fluuiū peruenisset: propter aquaꝝ inundantiam non eſt auſus cū duobus paruulis pertranſire: ſed unum maiorem in ripa depoſuit: & alterum minorem tranſportauit: & dum pro alio rediret: & circa medium fluminis eſſet ecce leo maiorem: minorem uero lupus inuaſit: & aſportauit. Qui capillos euellens & deflens: ſe in fluuium necare uoluit: niſi illum diuina prouidentia cuſtodiſſet. Paſtores autem leonē uiuum puerū aſportantem inſecuti ſunt: quem leo intactum dimittens aufugit. Similiter aratores poſt lupum inclamantes alterum infantem incolumem liberarunt. Vtriq; uero paſtores & aratores de eodem uico exiſtentes pueros nutrierunt. Euſtathius uero hec neſciens: ſed pro uxore & filiis admodum dolens cum lachrymis ad quendam uicum deuenit: & ſibi mercede per annos .xv. agros illorum hominum cuſtodiuit. Filii uero in alio uico nutriti ſe fratres eſſe neſciebant. Dominus autem uxorem euſtathii intactam conſeruauit: quā ille barbarus morte preuentus incognitam dereliqt. Que apud matronam uidnam degens: uiridarium eius cuſtodiebat. Imperator autem a barbaris moleſtatus: placidiq; recordatus talē ſe hominem amiſiſſe dolens miſſis militibus ipſum per uniuerſas mundi partes requirebat. Promittens his qui eū inueniſſent diuitias & honores. Duo autē olim ex militibus placidi ad eius uicum deuenerunt. Quos euſtathius recognoſcens: ſed ab eis incognitus eos in hoſpitium ſuū duxit: eiſq; benigne miniſtrauit. Et recordatus ſtatus ſui lachrymas continere non ualens ſepius exiens fleuit: & inde lota facie ad eos introiuit. Quem illi paulatine diſcernentes ipſum tamen ex cicatrice quam in fronte geſtabat quāq; in bello habuerat recognouerunt. Quem amplexantes: & uti ſuum dominum honorantes cum ipſum de uxore & filiis interrogaſſent & ipſe omnia expoſuiſſet: concurrentibus omnibus uicinis & qualis placidus fuerat audientibus: q; eum iuxta condignum non tractauerant ueniam poſtulabant. Sicq; milites ipſum honorifice indutum: romā ad traianum imperatorem deduxerunt. Qui eius audiens aduentum eidē occurrit: & ip̄m uidēs in oſcula eius ruit. Cūq; ei euſtathius que ei contigerant enarraſſet: & imperator ipſum ad officium priſtinum reſtituiſſet. Euſtathius numeratis ſuis militibus: cum paucos cōtra tot hoſtes repperiſſet: iuſſit tyrones collegi per uicos & ciuitates: unde & terra illa in qua filii eius enutriti fuerant cum duos tyrones dare teneret: filios euſtathii iuuenes aptos ad exercitus deſtinarūt. Euſtathius uero eos elegantes uidens & moribus cōpoſitos: inter conuiuias ſuos eos aſcripſit. Profectus igitur ad bellum ex hoſtibus triumphauit: & rediēs uictor exercitum ſuum triduo in loco ubi coniunx eius morabatur quieſcere fecit. Duo uero adoleſcentes in matris tabernaculo: matre tamen incognita hoſpitati ſunt. Et ſedentes circa meridiem & mutuo cōfabulantes exponebant ſibi inuicem que recordabantur: uel que ab eorum nutritoribus audierant de infantia ſua. Et cum maior minori omnia enarraſſet & ille econtra que a ruſticis audierat rettuliſſet: fratres ſe mutuo amplexantes q; eſſent germani recognoſcebant: qui tamen eorum parentes fuiſſent aliter neſciebant. Quod cum mater eorum audiuiſſet: diu apud ſe tractauit: an illi filii ſui eſſent. ¶ Altera autem die magiſtrum militum adiit: & cum interpollans omnia aduerſa que ſibi contigerant enarrauit. Quod ille audiens eam uxorem ſuam eſſe recognouit: & illa ipſum uirum ſuum comparuit. Sicq; alter in amplexus alterius irruerunt. Cumq; theopiſta uirum de filiis queſiuiſſet: & ille ipſos a feris deuoratos aſſeret: cunctaq; per ordinem enarraſſet. Et illa econtra que a duobus iuuenibus audierat rettuliſſet: uocati ſunt inuenes illi a magiſtro militum: & qui fuerant interrogati. Qui dum omnia eorum geſta prout recordabantur uel audierant rettuliſſent cognouerunt parentes q; filii ſui eſſent. Et ruentes in oſcula inuicem congaudebant. Omneſq; exercitus tam de habita uictoria quam de inuentione illorum plurimum letabatur. Cum ergo rediret ad urbem traianum defunctū repperit: & hadrianum paganiſſimum & crudelem ei ſucceſſiſſe inuenit. Qui tam pro uictoria ſuſcepta quam pro inuentione ſuorum euſtathium magnifice ſuſcepit: & magnum conuiuium preparauit. Altera uero die templum deorum adiit ſacrificaturus p uictoria barbarorum. Quo dum euſtathius intrare nollet: eumq; imperator chriſtianum cum uxore ac filiis didiciſſet: eos nudos in harena ſtatuit: & eis leonem ferocem dimitti fecit. Qui demiſſo capite eos adorās a ſanctis humiliter receſſit: propter quod miraculum multi gentilium conuertuntur. Tunc imperator bouem eneum incendi iuſſit: & ſanctos introcludi mandauit. Qui orantes & ſe domino cōmendā tes ac pro ſe in omni periculo inuocantibus deū orā tes: bouem intrauerunt: & in pace ſpiritum domino reddierunt. Tertia uero die de boue educti ſunt ſic penitus inuſti: ut nec capilos eorum ignis tetigiſſet nec pilos corporis conſumpſiſſet. Quorū corpora a chriſtianis digno honore tumulantur: ubi in eorum memoriam oratorium fabricatur. Qui paſſi ſunt .xiii. calendas iunii. circa annum domini .cxxxx.

¶ De ſcā Babilla uirgine & mare. Cap. XXIII.

PErgentinus & laurentinus fratres uteri/ ni nobiles ciuitatis arretine paſſi ſunt ſub perſecutione decii ceſaris in eodem oppi/ do. Cum enim tyburtius conſiliarius de/ cii eandem urbem ingreſſus eſſet: delati ſunt ei predi cti fratres: q; populum a deorum cultura ſuperarent: qui illos aduocans: & primo quidem blanditiis mul tis hortari cepit: ut a chriſti predicatione deſiſterent. Et quia nobili progenie orti fuerant: eos tunc lenita/ te mollire cupiens dimiſit. Cum autẽ adhuc dei mar tyres conſtantius chriſtum confiterentur: & populũ a ſacrificiis ſubtraherent exhortatiõibus ſuis. Iterum delati tyburtio tenti ſunt: & cathomis leuati diutius fuſtibus cedi iubentur. Statimq; brachia miniſtrorũ arefacta obſtupuerunt: ſed orantibus ſanctis eiſdem reſtituta ſunt. Quo miraculo multi gentilium cõuer ſi fuerunt ad chriſtum. Tunc iubente tyburtio ſancti in carcerem recluduntur: & per triduum ſine cibo di mittũtur. Poſt tres uero dies angelus domini ad eos deſcendit: quos & celico pane refecit: totuſq; carcer ni mia claritate refulſit. Cuſtodes uero uelut mortui ob dormierunt. Cumq; chriſtiani qui nuper cõuerſi fue rant cum ſorore eorum pergentina ad ſanctos uiſitã dos eadem nocte uẽiſſent: & cuſtodibus munera de/ tuliſſent: ut illos ad ſanctos intrare permitterent: car cerem apertum inuenientes: & cuſtodes dormientes ad ſanctos ingreſſi ſunt: & baptiſmi lauacrum expe/ tebant: eiſq; ut abirent ſuadebant. Sancti uero marty res eos baptizandos ad cornelium quendam preſby/ terum miſerunt: & q; nullatenus abire uolebant re/ ſponderunt: eo q; ad martyrium feſtinabant. Sicq; il/ li ad cornelium accedentes baptizati ſunt fere ſexagi ta uiri. Sequenti die tyburtius hec audiens: eos edu/ ctos ſuper carbones ardentes nudatis plantis ſtare fe/ cit: ſed uterq; ipſorum illeſus permanſit. Tunc ſta/ tuam iouis adduci mãdauit: eoſq; illam adorare ſua/ ſit. At poſtquam illi orationem fuderunt: idolum in puluerem redactum eſt. Quo miraculo ducenti pa/ ganorum conuerſi ſunt & clamantes chriſtum uerũ deũ furore gẽtilium uſq; ad morté ceſi: ſemiuiui re/ liĉti ſunt. Tunc tyburtius iuſſit pergentinum & lau/ rentinum fratres capitalem ſubire ſententiam. Quo/ rum corpora pergentina ſoror illorum cum aliis plu ribus chriſtianis noctu ſurrepta longe a ciuitate arre/ tina fere mille paſſibus ſepeliuit. iiii. noñ iunii.

¶ De ſancto Lifardo cõfeſſore. Cap. LXXXI.

LIfardus preſbyter & confeſſor ſancti leo/ nardi magni germanus fuit tempore ſan cti remigii archiepiſcopi remenſi: & clodo/ uei regis francorum ut dicetur infra in le/ genda ſancti leonardi. viii. idus nouẽbris. Hic cũ bea/ to leonardo fratre ſuo relicta curia reguli ſancto re/ migio archiepiſcopo adheſit: & ab eodẽ in ſacerdotii dignitate conſecratus eſt. Poſt hec aſſociatus leonar/ do aurelianum predicãtes uerbũ domini deuenerũt. Et in quodam cenobio aliquãdiu inſimul ſeruientes domino permanſerunt. Cũ autem lifardus ſuper ri/ pam ligeris ſolitariam uitam elegiſſet: & leonardus per ſancti ſps admonitionem in aquitania predicare diſponeret: oſculantes ſe ab inuicẽ diſceſſerunt. Sicq; lifardus omni uite ſue tpe in eodem loco breui tugu rio locatus ieiuniis & contẽplationi intentus perſeue rauit. Et. iii. noñ iunii ĩ pace quieuit. Cuius corpus au reliani tumulatum miraculis coruſcat.

¶ De ſancto Iſaac martyre. Cap. LXXXII.

ISaac monachus & martyr apud ciuitatẽ cordubam paſſus eſt. Qui cum eſſet an/ norum. xxvii. feruente perſecutione: gla/ dio pro fide chriſti necatus cũ palma mar tyrii ad regna celeſtia cõuolauit. iii. noñ iunii. Hec hie ronymus in martylogio ſuo. Et inde ado.

¶ De ſancto Iſaac preſbytero. Cap. LXXXIII.

ISaac antiochene eccleſie preſbyter cõtinẽ/ tiſſime uite: & perſpicue ſapiẽtie clarus fu it. Qui aduerſus neſtorianos & eutycia/ nos multa ſcripſiſſe dicitur. Antiochene quoq; urbis ſue excidiũ elego metro deploraſſe nar/ ratur. Claruit autem leonis primi temporibus. Hec gemnadius de illuſtribus.

¶ De ſancto Iſaac cõfeſſore. Cap. LXXXIIII.

ISaac abbas & confeſſor de ſyrie partibus ad ſpoletanã ciuitatẽ deuenit: ingreſſuſq; eccleſiam a cuſtodibus petiit ut ſibi quan tum uellet licentia concederetur orandi quod & obtinuit. Et cum diebus tribus & ſubſequẽ/ tibus noctibus indefeſſus orationem continuaſſet: & hoc unus ex cuſtodibus cerneret: inflatus ſuperbie ſpiritu: cepit impoſtorem clamare: qui ſe triduo ante oculos hominum orare ſimularet. Et cũ uirum dei alapa percuſſiſſet: repente ſps illum malignus inuaſit & ad uiri ſancti ueſtigia ſtrauit: & q; iſaac inde ipſum expelleret acclamauit. Cuius tamen uti peregrini no/ men adhuc ignorabatur: moxque ut uir dei ſuper eũ incubuit: malignus ſps qui eum inuaſerat abſceſſit. Quo miraculo ciues ſtupefacti uirum domini reue/ rentia habere ceperunt eiq; multa pro edificãdo mo/ naſterio obtulerunt. Ille autem nihil horum accipi/ ens deſertum locum repperit ibique ſibi humile ha/ bitaculum conſtruxit: multoſque ibidem diſcipulos congregauit. Hic prophetico ſpiritu claruit: & mi/ raculis coruſcauit. Die quadam in horto monaſterii uangas diſcipulos hora ueſpertina iactare precepit: quod futurum erat ſpiritu dei prenoſcens. Cum aũt nocte ad matutinum cum fratribus ſurrexiſſet: pul/ mentum operariis coqui iuſſit: factoq; ſummo ma/ ne ipſum ad hortũ deferri mandauit: ubi quot uãgas

iactari fecerat tot laborantes inuenit. Ingreſſi quip/pe fures fuerant:ſed mutata mente per ſpiritum uan gas apprehenderant:& uſquoq; ſanctus ad eos perue nit hortum colere non ceſſauerant. Quos ille clemen ter ſalutauit pulmento refecit & de malo propoſito quo uenerant redarguit atq; collectis oleribus onera tos remiſit. ¶ Cum quidá ſciſſis pannis obſiti & nu/di ad eum uenirent:eiuſq; miſericordiá poſtularét:il/le unum ex diſcipulis ſiléter uocauit:eiq; precepit: ut ad talé cauam arboré in ſiluam accederet:& ueſtimé/ta ibi reperta deferret. Qui dú iuſſa cõpleſſet & ueſtes repertas detuliſſet uir domini ea peregrinis nudis pe tétibus tribuit. Illiq; recognouerũt que poſuerant pu dore cõſternati:qa qui frauduléter ueſtiméta q̃rebãt aliena cõfuſi receperũt ſua. ¶ Quidá uir ſe illius oño/nibus cõmendás ſportas duas alimétoꝝ ei per pueꝝ tranſmiſit. Quaꝝ unam'puer in itinere abſcõdit alte rã uiro detulit. Quá ipſe gratáter accepit:ſed puerum admonuit:ne ſportam abſconditam incaute contin/geret:quia ſerpens in'ea ingreſſus foret: puer igitur q̃is exultaſſet q; mortem euaſit:quia tamen delictũ eius propalatum fuerat'confuſionem ſuſcepit. Reuer ſuſq; ſicut ei abbas dixerat ſerpentem in ſporta inue/nit:& de commiſſo penitentiam egit. Hec gregorius tertio dial.cap.xiiii. Sanctus autem iſaac clarus uirtu/tibus in epiſcopo cenobio in domino quieuit.

¶ De ſcõ Quirino epõ & martyre. Cap. LXXXV.

QVirinus epꝰ ſciſcianus & martyr tpe dio/cletiani & maximiani paſſus eſt. Qui cũ in eadé ciuitate que oppidum eſt illyrice ꝓuincie a maximo preſide quereret'egreſ/ſus urbé & fugiens cõprehenſus eſt:& maximo iudi/ci preſentatus. Et cum ſe chriſtianũ libere ꝓfiteretur iuſſit eũ fuſtibus cedi. Deinde grauatũ catenis in car/cerem recludi. Cui nocte oranti diuinus ſplẽdor illu/xit. Quod uidens marcellus cuſtos carceré aperuit:& cõuerſus ad xp̃m:ac eius pedibus ꝓſtratus baptiſma ſacrũ ſuſcepit. Poſt triduũ autem maximus iudex iuſ/ſit quirinũ ferro uinctũ ad amantiũ preſidé ad primã pánonie ciuitatem adduci. Qui iuxta flumẽ danubiũ amantio de ſcarabatenſi ciuitate reuertenti p̃ſentat': qué ille ad candé ciuitatem rediés illuc adductũ du/riſſimo carceri mácipauit. Cui xp̃iane quedã matro/ne cibũ potumq; miniſtrabát. Statimq; ut oblata be/nedixit ceciderũt catene de manibus & pedibus eius: donec manducaret:deinde a cuſtodibus ad ſabariam ciuitatem adductus amantio preſidi in theatro obla/tus eſt. Qué preſes per multa uerba ad ſacrificãdum ſuadebat. Cũq; quirinus tã eius minas q̃ bláditias cõ/tempſiſſet:iuſſit amantius ad collum eius molam ſu/ſpendi:atq; in fluminis ſabari undam demergi. Cũq; de ponte precipitatus fuiſſet in flumen & diutius ſu/pernataſſet cum ſpectantibus chriſtianis collocatus: ne ſuo terrerentur exemplo:uix orans ut mergeret' obtinuit. Cuius corpus non longe inde repertum in baſilica iuxta ſcarabatem ciuitatis portam principa/lem poſita a fidelibus ſepultum eſt. Facta uero incur/ſione barbarorum in partibus illis:chriſtiani inde fu gientes corpus martyris abſtulerunt:& romam baiu lãtes uia apia miliario ab urbe tertio in eccleſia ad ca/tacumbas deuote depoſuerunt. Vbi aliquando apo/ſtolorum corpora iacuerunt ubi & corpus ſancti Se/baſtiani martyris cum aliis plurimis requieſcũt. Paſ/ſus eſt autem pridie noñ iunii.

¶ De ſanctis.xliiii.martyribus. Cap. LXXXVI.

QVadragintaquattuor martyres in ciuitá/te iconii paſſi ſunt ſub alexandro impera tore. Hi a ſanctis quirico & iulita conuer/ſi:cum chriſtum publice predicarent iuſ/ſu alexandri capite ceſi ſunt pridie noñ iunii:& in ea/dem ciuitate tumulati.

¶ De ſancto Bonifacio epiſcopo & ſociis martyri/bus. Cap. LXXXVII.

BOnifacius archiepiſcopus magnitudinis apud frixiam martyrium paſſus eſt. Qui iuſſu ſtephani pape ſecundi pipinum caro li patrem unxit in regem francorum. Hic de britannia ueniés fidem chriſti frixionibus primus annunciauit:& multis miraculis nouelle gẽti nouus predicator coruſcauit. Cũq; maximam partem frixie chriſti cultui ſubieciſſet:& ſacro fonte baptiſmatis di luiſſet:a paganis qui ſupererant tentus & multis affe/ctus iniuriis:tandem gladio peremptus martyriũ cõ ſumauit:cũ eobarico epõ & aliis ſeruis dei noñ iunii.

¶ De ſancto Bonifacio epiſcopo & martyre. Cap. LXXXVIII.

BOnifacius archiepiſcopus boſneñ & mar/tyr conſanguineus othonis tertii impera/toris fuit:qui ſibi admodum dilectus libe ralibus iſtructus & muſicus gratioſus:ad/huc in ſeculo deo deuotus erat. Et dum eccleſiam ſan cti martyris bonifacii ſui nomine frequentaret: opta bat ſe illius exemplo martyrem futurum. Tandem relicto ſeculo habitum ordinis camalducñ accepit:& ſancto romualdo abbati eius ordinis fundatori adhe ſit:cuius diſcipulus effectus ſanctiſſimam uitam plu/ribus ſecum annis egit. Demum ad martyrium fla/grans a ſede apoſtolica predicandi gentibus licẽtiam impetrauit:& conſecratus archiepiſcopus ad gentes boſne euangelizandas acceſſit: qui cereris conſociis equitantibus nudis pedibus incedebat. Et cum alias bis ſolum in ſeptimana dominica ſcilicet die & quin ta feria cibum ſumere conſueuiſſet: tunc pro labore itineris tantum ſibi indulſit: ut quotidie medio pa/ne & aqua modica reficeretur: diebus dominicis & feſtiuis addens poma uel arborum radices uix coctas Qui etiam poſtquã eſt in archiepiſcopum conſecra/tus officium monaſticum iure profeſſionis & ca/nonicum iure conſecrationis quotidie bis dicebat.

Veniens autem ad montes & pedes ire non ualẽs nudis plãtis & cruribus equitabat: & in partibus illis frigidiſſimis adeo frigus intolerabile ſepius ſubſtinebat ut aliquãdo pedẽ a ferro ſubherente diſiungi nõ poſſet: niſi aqua calida ſubueniret. ¶ Veniẽs igit̃ ad boſnas gentiles uerbum domini feruentiſſime predicabat. Sed uidẽs ſe modicum proficere: ad rutenorum regem deuenit: ibiq; chriſtum annunciare cepit. Rex autem illum pannoſum inſpiciens: putabat: q; ſpe cõquirende pecunie hec ſimulate confingeret: eiq; munera promiſit: ſi a permiſſis deſiſteret. Ille uero pontificalibus precioſe indutus coram rege ſtetit: quem adhuc rex magis ſimulatorem exiſtimauit. Eidemq; ſpopondit: ut ſi epiſcopus per ignem inuſtus incederet: ipſius fidei adhereret. Moxq; ignẽ copioſum accẽſum epiſcopus aqua benedicta conſperſit: & pontificalibus indutus per ipſum ſecurus tr̃ſiuit. Ira ut nec pilus aduſtus in ueſte: nec odor fumi i carne quid apparuit. Quo miraculo rex cum populi multitudine infinita conuerſus & baptizatus eſt. Cupiebatq; regnum filio dimittere: & bonifacio adherere. Fratrem autem ſuum nolentem fidem chriſti ſuſcipere abſente archiepiſcopo occidit. ¶ Cum autem bonifacius ad alterum regis fratrem longe poſitum iuiſſet: ut ei chriſtum predicaret. Ille archiepiſcopum tenuit: & in conſpectu ſuo & plurimorum decollari fecit. Statiq; ipſe regis frater excecatur: & tam ipſe q̃ omnes aſtantes intantum ſenſum amiſerunt: q; ſicut lapides immobiles & omnino inſenſibiles perſiſtebant. Rex aũt hoc audiens illuc cum multis acceſſit: ut fratrem occideret: ſed cum miram dei ultionem uidiſſet: orauit chriſtum: ut omnes illi ad ſenſum & loquelam rediſent: eo pacto q; ſi conuerti uellẽt eis iniuria necis ſancti uiri remittatur: ſinautem cuncti gladio trucidẽt. Facta q; oratione tã regis fratri q̃ ceteris ſenſus reſtitutus eſt: qui baptiſmo ſuſcepto ſancto martyri triumphale ſepulchrum & eccleſiam conſtruxerunt.

¶ De ſancto Bonifacio epiſcopo carthaginenſi. Cap. LXXXIX.

BOnifacius epiſcopus carthaginẽſis claruit tempore zenonis imperatoris ut ait ſigibertus: qui ſanctitatis culmine & ſapientie lumine admodum effulſit: Libroſque plurimos ad diuerſos conſcripſit: uidelicet de predeſtinatione: De continẽtia coniugatoꝝ poſt uotũ: De uirginitate & humilitate: De oratione & cõpunctione: Scripſit & ſermones elegãtes p̃cipue: De natiuitate domini: Et de ſolẽnitate ſancti ſtephani ꝓtomartyris. Et uirtutibus inſignis migrauit ad chriſtum.

¶ De ſanctis Nicandro & Martiano martyribus. Cap. XC.

NIcander martianus martyres uigente perſecutione paganorũ in ciuitate atina a maximiano preſide comprehenſi cum ſacrificare nollent primo diebus. xx. in carcere detenti & afflicti ſunt. Deinde ad decollandũ iubent̃ adduci. Tunc uxor nicãdri iuuenis puella uiꝝ exhortans ut in chriſti confeſſione maneret immobilis detenta eſt a paganis: martyres aut̃ domini ligatis duobus orariis ante oculos eorum decollati ſunt: uxor ãt nicandri poſt dies. iii. etiam ipſa in cõfeſſione fidei capitalem ſententiam ab eodẽ accepit iudice. Ciues aũt uenephrani corpus ſancti nicandri in eoꝝ urbe: ciues uero atinates corpus martiani in eorum oppido collocarunt. Paſſi ſunt enim in territorio inter ipſas duas ciuitates poſito noũ iunii.

¶ De ſancto Philippo diacono. Cap. XCI.

PHilippus diaconus de. vii. primis ab apoſtolis electus eſt: ut habetur act. vi. & cum ſtephano ꝓtomartyre ordinatus eſt. De quo plurima in actibus apoſtolorũ ſcribuntur. Nam & ſamarie predicauit: & ſimonem magum baptizauit. Cãdacis etiam eunuchum regine ethiopum ad chriſti fidẽ conuertit & ſacri baptiſmatis unda perfudit: multiſq; ciuitatibus donec ueniret ceſaream nomẽ domini ieſu chriſti euangelizauit: ut habet̃ act. viii. ueniens aũt ceſareã multis ibidẽ miraculis claruit: Habuit enim. iiii. filias uirgines ſacratiſſimas per quas deus multitudinẽ uirginum lucratus eſt. Hic inter cetera ut ait papias eps hieropolitanus mortuũ quendam per eaſdem eius quattuor filias ſibi oblatũ a mortuis ſuſcitauit. Deinde ordinatus eſt epiſcopus in thracia ſcythia: ut tradit abbas dorotheus. Et poſtq̃ in eccleſia ſua ſibi commiſſa annis pluribus predicaſſet reuerſus ceſaream in pace dormiuit octauo idus iunii: ubi & ſepultus quieſcit. Et iuxta ipſum tres ex predictis filiabus ſuis iacent. Quarta uero epheſi dormit.

¶ De ſanctis Artemio candida & Paulina martyribus. Cap. XCII.

ARtemius cãdida uxor eius & paulina uirgo eoꝝ filia mr̃es rome paſſi ſunt ſub dio cletiano iudice ſereno. Hi a ſancto petro exorziſta cõuerſi ſunt: cũ apud eundẽ artemiũ in carcere detineret̃: poſtq̃ prefata paulina ab obſeſſione maligni ſp̃s per eundẽ petrum liberata eſt qui oẽs cum alioꝝ multitudine carceratoꝝ a ſancto marcellino p̃ſbytero baptizati ſunt ut ſupra dictum eſt in paſſiõe marcellini & petri. iiii. noũ iunii. Poſtq̃ aũt marcellinus & petrus a ſereno decollati ſũt ut ibidem dictũ eſt: & p̃fatus artemius cũ uxore & filia a paganis detenti: & in carcere iubente ſereno diebus pluribus uincti fuerunt: tandem cũ in chriſti confeſſiõe conſtantes perſiſterent data ſuper eos ſententia artemius gladio necatus eſt. Candida uero & paulina lapidibus obrute ſunt. Quorum corpora chriſtiani rapientes uia aurelia ubi & interfecti fuerant: cum reuerentia collocarunt octauo idus iunii.

¶ De ſanctus uiginti martyribus. Cap. XCIII.

VIginti martyres apud tarſum cilicie temporibus diocletiani & maximiani ſub iudice ſimplicio paſſi ſunt. Qui per diuerſa ſupplicia deum glorificauerunt in corporibus ſuis: Quorum corpora apud hipponem ciuitatem aphrice tranſlata ſepulta cuſtodiuntur: ut dicit Auguſtinus. xxii. de ciuitate dei: ubi & refert q; dum quidam florentius ſenex & pauper qui ueſtem amiſerat: nec unde aliam emeret habebat: ad hoꝝ martyꝝ memoriam oraſſet: quatenus eius inopie ſubueniret cõfiſus de uirtute ſanctoꝝ in littore piſcem magnum palpitaté repperit: quem ſcindẽs in eius uentre anulũ aureum cum lapide precioſo inuenit: quẽ tanti uendidit q; inde ſe honorifice ueſtiuit: & martyribus gratias egit. Quorum paſſio colitur. viii. idus iunii.

De ſancto Vincentio epō. Cap. XCIIII.

VIncentius epūs meuie ciuitatis tētus a quo/dā capitolio rectore tuſcie qui epōs chri/ſtianos ferro uinctos peruſii congregaue/rat puniendos cū fratre ſuo benigno dia/cōi adductus eſt ad tēplum martis ut diis īmolaret. Cum aūt oraſſet oīa idola ſubuerſa ſunt:& demones ululantes exeūtes:multoſq; paganoꝝ cedentes ſexcē/tos ex eis uerberibus occiderūt:omneſq; xp̄ianos qui ferro uincti erant xp̄i uirtute cōpulſi ſoluerunt. Quo miraculo plurimi gētiliū fidē perceperūt: inter quos qdā mauertius comes prius crudeliſſimus qui & de uicinis locis epōs cōgregauerat cōuerſus eſt: Cū aūtē chriſtiani cū epō ad locū alium ſe tranſferētes pſalle/rent:miſit capitolinus & inde ſublato uincētio cete/ros gladio occidi fecit. At extaſius qdā religioſus cor/pus benigni diacoī ex ceteris rapiens nō longe a por/tulio ſepeliuit cal. maii. ¶ Poſt dies aliquot capitoli/nus ꝓductū uincētiū & diutius tortū atq; lapidibus cōtuſum diſtentū in equuleo & flāmis aduſtū carceri mācipauit:ubi ianuis diuinitus patefactis lux celica ſi bi refulſit. Quod preſes audiēs iuſſit eū in mare mer/gi:q; in equore miſſus ab angelo ad littus reductus ē. Vnde & qui eum demerſerāt hoc cernētes conuerſi ſunt:& uſq; ad ciuitatē ſuam meuiam illū humeris reportarunt. ¶ Interea mortuo capitolino & a por/phyrio eius ſucceſſore detinēt:feriſq; ſubiicit: ſed ab eis minime leſus in fouea aque maxima necari iubet. Vex; aperiens ſe terra aquas obſorbuit:&. xviii. fugiē/tes aquas deglutiuit. Vincentius uero ad cellam ſuā rediit:& ſubſequēti die dominico celebrata miſſa co/ram populo ſpiritū emiſit. viii. idus iunii. Cuius cor/pus matrona quedam luceria a gentilibus precio re/demptum:qui illud rapuerant exurēdum: in predio ſuo qui uocatur campus ſalutis ſepeliuit:inter portu/lium & leuaniam miliario ab urbe. xliiii. ubi & iacet miraculis clarens.

¶ De ſcō Paulo epō & martyre. Cap. XCV.

PAulus epūs conſtātinopolitanus & martyr ſub cōſtantio īperatore martyriū paſſus eſt:qui ob defenſionē catholice fidei ab eo dē imperatore arriano de ſede ſua eiectus & apud quandā ciuitatulā in cappadocia cucuſam no/mine exilio īpulſus arrianoꝝ iſidiis grauiter ſtrāgu/latus ad celeſtia regna migrauit. vii. idus iunii. Hic ſa/pientia p̄clarus:ut non ſolum ſue patientie exemplo: ſed etiam ſermone ceteros ad tolerantiam confirma/ret:de patientia libellum edidit: ubi & de penitentia tractans docet penitentē ſic pro peccatis dolere debe/re ne ſupra menſuram triſtis periculum deſperatiōis incurrat. Tantoq; lepore & rationum ſuaſione pacie/tes aduerſa ad cōſtātiā & animoſinitatē īducit: ut ex/p̄ſſius docere uideaē:q; ueri beati qui pſecutionē pa/tiunt ꝓpter iuſtitiā. Hec in martylogio adonis.

¶ De tranſlatiōe ſancti Seruatii epī. Cap. XCVI.

TRāſlatio corporis ſancti ſeruatii facta eſt tēpore eldonis filii henrici regis francoꝝ. Cū enim eius eccleſia apud traiectēſ ciui/tatē fabricata eſt tpe caroli regis:miſit idē carolus uenerandū uirum noīe uiligiſum ad reſtau/randū ea que in ipſa eccleſia defeciſſent. Cui p noctē dormiēti ſanctus ſeruatius aſtitit:ſeq; de tellure leua/ri mādauit. Quod cū uiligiſus epō nūciaſſet: indicto triduano ieiunio cuncto populo: apertoq; ſecretario ſubterraneo:inuētus eſt ſarcophagus marmoris pre/cioſi:in quo corpus ſacrū eſſe putātes:illud aperuerūt & nihil in eo reperiētes ad mortē contriſtati ſunt. Se/quēti uero die ſuperioris oratorii monumentū reſe/rarūt:ubi & corpus beati ſeruatii inuenerūt:qđ tamē illuc ignorabaē tranſlatū. Erat aūt corpus oīno inte/grū & in nullo penitus corruptū: ueſtes quoq; oīno illeſe:cū pontificali baculo & claue argentea ſibi a ſan/cto petro rome per uiſum tradita:ut in eius legenda ſuperius dictū ē. iii. idus maii. Ex tumulo quoq; hoc odor mirificus exhalabat. ¶ Dum aūt corpus leuare uellēt:mēbra ſingula iſtar candētis ferri trāſfigurata cernunē:quod in loculo argēteo ei preparato ſupius exaltaē:luxq; īmēſa totū ſanctuariū circūfulſit. Que cū rex carolus audiſſet:traiectū uenit:& ibidē paſcha domini celebrauit:ubi & iſinita miracula oſtēſa ſunt ¶ Poſt aliquod uero tempus heldo filius henrici re/gis francoꝝ ad inſtantiam matris regine corpus ſan/cti ſeruatii ſumma deuotione ſaxoniā trāſtulit: & in baſilica nomini eius cōſtructa locauit. Sed cū oīa tra/iectenſibus ciuibus ad infortunium cederent: ipſiq; abſentie ſancti corporis hoc aſcriberēt:miſerūt quoſ/dam qui de partibus ſaxonie corpus furātes traiectū rettulerūt. In cuius trāſlatione miracula multa & ſi/gna deus oſtendit. Que facta eſt. viii. idus iunii.

¶ De ſancto Medardo epō. Cap. XCVII.

MEdardus epūs claruit tpe clodouei regis frā coꝝ. Hic ꝓgenitus pre noīe tardo de forti genere francoꝝ matre uero ꝓthagia ro/mana:cū adhuc puer ad ſcholas iret:& tu/nicā quam ſibi mater fecerat:ad artificē cōponēdam deferret:inuēto a ſe ceco tunicam p̄buit. Cibū etiā ei traditū plerūq; pauperibus diuiſit:ipſe ieiunus pmā/ſit. Etate quoq; puerulus ſpiritū ꝓphetie ſe habere de mōſtrauit. Nā cū eēt in tornaco puero cōſocio ſcho/lis p̄dixit:q; poſt annos. xxx. futurus eſſet epūs: & ut p̄/dixerat ſic euenit. Factus aūt p̄ſbyter multa miracula oſtendit. Cū enim quadā nocte fur eius uineā introiſ/ſet:& uuas exportandas p̄cidiſſet:nec ex ipſis guſtare: nec īde ualuit ſe mouere:donec mane repertus a me/dardoq; ſolutus inde cōfuſus receſſit. ¶ Alius quoq; nocte eius mela diripiens:& oues exportans dum abi re uellet:ab apum examine in horto mellificante fa/ciem eius artante adeo punctus & oppreſſus fuit:q; nullatenus exire potuit:donec ueniēte uiro dei latro predam depoſuit & medardus eum liberauit. ¶ Clo/tharius rex in francos exercitum mouit: qui cuncta in uilla & agris diripiēs dum ad ſolenciacum uillam ſancti medardi ueniunt:inde ſe mouere nequiuerūt: donec cuncta que predati fuerant dimiſerunt. ¶ Por/carii etiam ſui a quibuſdam ſeducti porcos ad remo/tum uſq; locum aſportantes:mane apud cellam uiri ſancti cum porcis inuenti ſunt:& de commiſſo peni/tentiam egerunt. ¶ Deinde factus eſt epiſcopus no/uieū:& decimoquinto annis epiſcopatum guberna uit:uitamq; laudabilem ducens eiſdem ſignis effulſit Inter que tonſionem quendam a demonio uexatum mirabiliter liberauit. Poſt obitū aūt ſancti eleutherii epī tornaceū:medardus ad ſedē illius trāſlatus eſt:& ſedit annis quattuor. Qui quāti meriti apud deū ſu/

rit:oſtenſum eſt:cũ in eius obitu celi aperti ſunt: atq; ante eum diuina micuerunt luminaria.Pluuia etiam aquarum calidarum in terram defluxit. Quieuit in pace ſexto idus iunii.Sepultus in eccleſia ſua miraculis coruſcans inſignibus.

¶De ſcõ Gildardo epõ. Cap. XCVIII.

Gildardus epũs rothomageñ frater pfati ſancti medardi epi fuit. Qui ambo gemelli uno & eodẽ die nati uidelicet.vi.idus iunii:& uno & eodẽ die euolutis annis ambo epi cõſecrati ſunt uidelicet.vi.idus iunii.Alter ĩ eccleſia nouioñ alter in eccleſia rothomageñ: iterumq; poſt lapſum annoꝝ eodẽ ipſo & unico die ambo a ſeculo abſoluti ſunt.Floruit aũt gildardus tpe quo ſupra dictũ eſt & plenus uirtutibus in domino eodẽ ipſe die quo & frater medardus feliciter obdormiuit: uidelicet.vi.idus iunii.Sepultus eſt in eccleſia rothomageñ:ut dicit frater uincẽtius in ſpeculo hiſtoriali.

¶De ſcis Prĩo & Felicião mribus. Cap. CXIX.

Primus & felicianus martyres paſſi ſunt in ciuitate numẽtana militario.xiiii.ab urbe ſub diocletião & maximiano auguſtis pſide aũt ꝓmoto.Hi cũ eſſent in urbe roma apud ĩperatores a tẽploꝝ pontificibus accuſanť: q; niſi eos ſacrificare fecerint nulla a diis ſuis reſponſa obtinere ualebũt.Iuſſu igiť imperatoꝝ capti in carcere recluduntur:ſed ab angelo ſoluti poſt dies aliquot iteꝝ eiſdem pſentať.Quos iuſſerũt ad phanũ herculis adduci:& niſi ſacrificarẽt a militibus tormẽtis affligi.Ducti igiť ad tẽplũ cum ĩmolare cõtẽnerẽt uirgis diutius ceſi ſunt.Tũc impatores:illos ꝓmoto pſidi ciuitatis numẽtane tradiderũt acriter puniẽdos.Quos milites ferro uĩctos iuxta foꝝ ipſius oppidi in carcere poſuerũt.Poſt dies uero multos iuſſit pſes eoſdẽ ſibi pſentari & ſacrificare contẽnentes abinuicẽ ſepari. Dicebatq; feliciõ ut ſue cõſulẽs ſenectuti diis ĩmolaret. Qui ſe annoꝝ.lxxx.eẽ aſſeruit & annos.xxx.elapſos ex quo ueritatẽ agnouit.unde pelegerat deo uiuere:q ipm poterat de manibus pſidis liberare. Qué iuſſit ꝓmotus ad ſtipitẽ ligari:& clauos in mãibus eius ac pedibus affigi.Et cũ leto uultu perſiſteret mandato preſidis ibidem felicianus torqueť:& triduo in eodẽ ſtipite cõfixus dimittitur:& neq; panis neq; aqua eidem miniſtrať.Dehĩc depoſitus ĩ cuſtodia detineť.¶Poſt modũ pſes primũ adduci fecit:eiq; ſuadẽdo aſſeruit: q; frater ſuus felicianus ĩperatori cõſentiens magnus in palatio uenerabať.Cui primus reſpondit: q; filius diaboli ueꝝ dixiſſet:eo q; felicianus imperatori celeſti conſenſiſſet.Tunc iratus promotus iuſſit eum in equuleo ſuſpendi & latera illius facibus incendi. Deinde in lecto deponi:& plũbũ bulliẽs in os eius infundi:preſente feliciano ut terreri poſſet.Ipſe uero plũbũ tepefactũ ut aquã ſuauiter bibit. Tũc iuſſit eos in amphitheatrum duci & duos ĩmaniſſimos leones eis dimitti.Qui ad eorum pedes proſtrati ut agni mãſueti ſteterunt.Rurſus & urſos ferociſſimos eis iuſſit laxari:qui & ipſi cum leonibus manſueuerunt. Aderant ad hoc ſpectaculum ex uicinis urbibus pluſq; duodecim milia hominũ.Ex quibus.M.cccccc. cõuerſi ſunt ad xpm:preſes uero hec cernẽs ſanctos ex amphitheatro mandauit educi:& ibidem gladio capite trucari: & eorum corpora canibus rodenda dimitti. Que dei uirtute nedum a beſtiis & auibus:ſed etiam a muſcis intacta permanentia a chriſtianis collecta ad arcus numentanos iuxta harenarium ſepulta ſunt:ubi & perſecutione ſedata eccleſia in eorum nomine fabricata eſt:miliario.xiiii.ab urbe. Paſſi ſunt autem circa annum domini.cclxxxvii.quinto idus iunii.

¶De ſancto Maximiano epõ. Cap. C.

Maximianus epũs ſyracuſanus uita & miraculis claruit tpe beati gregorii pape. Fuit q; primo abbas monaſterii in quo beatus gregorius monachus fuit: Poſtmodũ electus in epm ſyracuſane ciuitatis.Qui dũ adhuc abbas eſſet:& cũ quibuſdã fratribus de cõſtantinopoli ad urbẽ rediret:in mari adriatico nimia tẽpeſtate deprehẽſus in exiſtimabili ordine atq; miraculo dei irã cognouit & gratiam.Nam cũ uentoꝝ nimietatibus eleuati fluctus ſeuirent:ex naui clauí perditi: arborq; ſciſſa eſt:uela in undis ꝓiecta:totumq; uas nauis qſſatũ nimiis fluctibus a ſua erat iam cõpage diſſolutũ: rimis itaq; patentibus intrauit mare atq; uſq; ad ſuperiores tabulas ĩpleuit nauem:ita ut non tam nauis inter undas q; unde intra nauim iam eſſe uiderentur. Tunc in naui reſidentes non iã ex morte uicina:ſed ipſa eius pſentia ac uiſione turbati:oés ſibimet pacẽ dederũt & corpus domini acceperũt:eorũq; aĩas domino cõmendabant:quoꝝ corpora in tã pauendã mortẽ tradiderat.Sed omnipotẽs deus meritis ſancti uiri eos mirabilius ſeruauit.Nã diebus octo nauis uſq; ad ſuperiores tabulas aqs plena:iter ſuum peragens enatauit:nono autem die in portũ cotroneĩ caſtri dedu ĉta eſt:ex qua omnes incolumes exierunt. Cũq; poſt omnes maximianus eſſet egreſſus in eiuſdem portus profundum nauis demerſa eſt:acſi illis egrediẽtibus pro pondere ſubleuatione caruiſſet.Et que plena omnibus in pelago aquas portauerat:atq; natauerat:maximiano cum ſuis fratribus exeunte aquas ſine hominibus in portu portare non ualuit. Poſt hec ſanctus domini ad epiſcopalem ſedẽ ſublimatus uirtutibus plurimis glorioſus in pace quieuit.v.idus iunii. Hec gregorius tertio dialogo cap.xxxvi.

¶De ſancto Maximino epiſcopo. Cap. CI.

Maximinus epiſcopus fuit unus ex.lxxii. chriſti diſcipulis. Cui poſt aſcenſionem chriſti apoſtolis per diuerſa terrarum loca ad predicandũ euntibus:beatus petrus apoſtolus ſpecialiter commendauerat mariam magdalenam:ſicut & mater domini ioanni euãgeliſte ab

ipſo chriſto fuerat commendata. Cum igitur poſt lapidatione ſtephani iudeorum perſecutio in diſcipulos ebulliret: ut habetur actuũ. vii. Iudei magdalenã & martham cum marcilla eius pediſſequa lazarum maximinũ & cedonium: qui fuerat cecus a natiuitate: & alios plures nauicule impoſitos ſine remo uel remige mari expoſuerunt: ut ſic in undis necarentur: ut dicetur infra in legenda magdalene. xi. cal. auguſti. Qui deo duce omnes incolumes maſſiliã applicuerũt: ubi predicante maria: & omni populo ad deũ conuerſo: lazarum epm maſſilie conſtituerunt: uniuerſamq; puinciã conuerterunt. Beatus uero maximinus rexit eccleſiã aqueũ uerbo predicationis uacans: & miraculis coruſcans annis fere. xl. Ipſe quoq; dilecte ſue filie magdalene die obitus eiuſdem ſacra myſteria tradidit: eaq; in eius eccleſia ante altare defunctã honore debito tumulauit. Poſt cuius obitũ annis quinq; ſuperuixit. Et poſt hec in xpo quieuit. iiii. idus iunii. Sepultus in monumento quod ipſe ſibi cõſtruxerat iuxta corpus beate magdalene. In quo loco proceſſu temporis repta ſunt corpora magdalene & marcille maximini & cedonii & honorabilius tumulata.

De ſancto Cedonio epo. Cap. CII.

CEdonius eps uel ſidonius fuit ille cecus a natiuitate: quẽ dominus lutũ ex ſputo faciens: & oculos liniens illuminauit: ut hr̃ loã. x. Qui & ab aliquibus dr̃ fuiſſe unus ex ſeptuagintaduobus xpi diſcipulis. Siue aũt ex numero illor̃ fuerit ſiue non: planũ habef ex chronicis & geſtis diſcipulor̃: q xpi diſcipulus fuit: & poſt aſcẽſionẽ domini ab apoſtolis baptizatus ſancto maximino ſpealiter adheſit: unde & ut dictũ eſt: cũ eodem & lazaro atq; ſororibus eius nauicula ipoſitus a finibus iudeor̃ expulſus fuit. Poſtq; aũt prefati ſancti, puinciam prouincie ad quã deo duce applicuerant: ad xpm cõuerterunt. Et poſtq; beatus lazarus maſſilie & btũs maximinus aqs epi ordinati ſũt. Ipſe i miniſterio maximini aqueũ ciuitati permãſit: & eiuſdẽ pdicationis coadiutor fuit: ubi & poſt dies multos in pace qeuit: & iuxta magiſtrũ reconditus iacuit: ut ſupra actũ eſt.

De ſanctis Baſilide Ttropode & Mandale confeſſore. Cap. CIII.

BAſilides: tropus & mandalus affectu martyres: actu uero cõfeſſores tẽpore aureliani imperatoris apud ciuitatẽ aurelianam claruerunt. Cũ enim baſilides eſſet officialis platonis prefecti in partibus orientis: xps eidem apparuit: & xpianum in miniſterio gentilis eſſe non debere dixit: eidẽq; ut renunciaret officio mãdauit. Veniens ergo baſilides ad prefectũ petiit ab eo licentiã: ut parẽtes & affines ſuos reuiſere poſſet in ciuitate aurelia: que erat in italia: cõſiſtentes: eo q; annis. xxv. in officio prefecture fideliter ſeruiſſet: pmittens ſe uſq; ad annũ reuerſurum. Prefectus aũt eius fidelitatẽ attẽdens non ſolũ unius anni ſed biennii licentiã gratãter conceſſit. Reuerſuſq; ad locũ ubi ei chriſtus apparuerat: ipſum iter̃ ſe expectantẽ inuenit. Cui cũ baſilides que fecerat: enarraſſet: ut cãm deſerendi officii inueniſſet mandauit ei dominus: ut ſocios ſuos tropodẽ & mandalẽ ſecum aſſumeret: & ad littus accedentes diuinã ibi nauiculã inuenirent. Qui cũ iuſſa domini: ca cõpleuiſſet: ac oĩa ſociis ambobus rettuliſſet: omnes unanimiter relĩquentes cuncta que habebant: ad littus deuenerunt: & nauiculã paratam inueniunt: in qua erat ipſe chriſtus gubernator: & angeli remigantes: qui ad pedes ſaluatoris procidentes nauiculã itrauerunt: & celico ab angelis pane refecti unius noctis ſpatio mare tranſſretantes ad portũ ciuitatis aurelie: que eſt in finibus italie peruenerunt: & miliario. viii. ab ipſa urbe in terrã deſcenderunt. Cũ aũt urbi pdicte appropinquantes audiuiſſent: q̃liter aurelianus imperator chriſtianos perſequebatur: ad ciuitatẽ ire formidantes: domino ieſu xpo qui eor̃ dux & nauta fuerat ſe cõmendabant. Quibus iter̃ chriſtus apparuit: eoſq; per angelor̃ miniſteriũ pane & aqua refecit. Et poſtq; comediſſent: obdormierunt. Mane uero ſe excitates ad ipſum locũ ubi & de naui exierant: uidelicet in ipſo ſe littore inuenerunt: Et orauerunt ad chriſtũ ut animas eorum in pace ſuſciperet: eadẽq; hora ſpiritum emiſerunt quarto idus iunii. Quorum corpora ibidem ſepulta ſunt: & eccleſia fabricata: ubi & miraculorum beneficiis eluceſcunt.

De ſanctis Getulio & Amantio & ſociis martyribus. Cap. CIIII.

GEtulius: cerealis: amantius: & primitiuus rome ſub hadriano principe martyrium paſſi ſunt. Cũ enim getulius doctiſſimus in fide chriſtiana multos erudiret cerealis uicarius ab imperatore hadriano ad eũ tenendũ miſſus eſt: qui eũ legentem & docentẽ repperit. Fuerat ãt cerealis cũ fratre getulii primitiuo amiciſſimus amãtio cuidã tribuno: qui xpianus effectus officiũ dimiſerat: ſed ob metũ hadriani latebat. Sanctus aũt getulius cereali amantiũ declarauit: & ipſum ad eũ adduxit. Quẽ cerealis aſpiciẽs gauiſus eſt ſumma letitia: & ab eodẽ in fide xpi edoctus: ad ſanctũ ſixtum papam primum adducitur: & ab ipſo cerealis baptizatur. Que cum hadrianus intellexiſſet miſit licinium conſularem ut eos puniret. A quo beati getulius & primitiuus frater eius cum cereali & amantio tẽti ſunt. Qui primo grauiſſime ceſe deinde diebus. xxxvii. in carcere clauſi: deinde igni traditi ſunt. Cum aũt cerealis amantius & primitiuus ſpiritum emiſiſſent: & getulius in igne adhuc ſuperuiueret fuſtibus illiſo capite martyrium conſumauit. Qui paſſi ſunt in fundo capolis: uia ſalaria miliario. xiii. ab urbe. Quorum corpora ſimphoroſa uxor getulii martyris in predio ſuo in eodem loco poſito ſepeliuit. iiii. idus iunii.

De ſancto Barnaba apoſtolo. Cap. CV.

BArnabas apoſtolus q̃uis de.lxxii. diſcipulis fuerit: quia tamẽ cũ paulo in gentibus predicationis officiũ promeruit. Iccirco ſi cut & paulus apoſtolus dictus fuit. Hic ex tribu leui cyprius genere ab hiſtoria actuũ apoſtolorum in multis extollit̃ & laudatur. Hic enim de primis diſcipulis fuit: qui agrũ uendidit & precium poſuit ante pedes apoſtolorũ: ut habetur act. iiii. Paulum nouiter conuerſus primus in hieruſalẽ ad apoſtolos duxit ut habetur actuũ nono antiochiã ciuitatẽ tunc permaximã ad conuertendum accepit act. xi. Ipſe cum paulo in gentibus ut dictum eſt uocatiõe ſpiritusſancti apoſtolatum promeruit act. xiii. Et cum eodẽ poſt modum ut inde ſequitur: inter gentes uerbi gratiam ſeminauit. Cum autem ioannes diſcipulus eorum cognomine marcus eos reliquiſſet: redeunti & penitenti barnabas indulſit: & iterum in diſcipulum aſſumpſit. Paulus uero ipſum iterũ recipere renuit: & ideo inter eos ſeparatio facta fuit: uterq; enim ex pia cauſa & recta intentione fecit: q; enĩ barnabas ipſum aſſum pſit: hoc fecit ex dulcedine miſericordie: q; paulus illũ aſſumere noluit: hoc fecit ex feruoris rectitudine. Sic dicit glo. act. quintodecimo. Illa autem ſeperatio facta eſt non ex commotione uitii: ſed ex inſtinctu ſpiritusſancti: ut abinuicem ſeperati pluribus predicarent ſicut poſtea factum eſt. ¶ Cum autem eſſet barnabas in iconio ciuitate cũ predicto ioanne cognomine marco uir quidam ſibi ſplẽdidus apparuit: eumq; in chriſto confortans marcũ ideſt excelſum nominauit. Eadẽq; nocte dominus barnabe ſe reuelauit: eũq; ad agonem martyrii exhortans eterna ſibi premia promiſit. Qui mane uiſiones ſuas ſibi mutuo rettulerunt: & ſuper ipſis ſilentium impoſuerunt. Cum autem paulus & barnabas in antiochia predicaſſent angelus domini paulo apparuit: & eum ut hieruſalem feſtinaret ad fratres: admonuit. Cũq; barnabas cyprum ire uellet ad parentes ſuos reuiſendos: ſancto ſic operante ſpiritu ab inuicem diſceſſerũt. Paulus namq; barnabe qđ ſibi iuſſerat angelus ĩdicauit. Barnabas uero flẽs eius pedibus uolutatus ſe amplius paulum non uiſurum predixit. Quem paulus in domino confortauit: prenuncians ſibi a domino reuelatum: q; cyprum iturus eſſet: ubi multos ad fidẽ cõuerteret & martyriũ ſubſtineret. Igitur nauigantes barnabas & ioannes uenerunt cyprum: & inuenerunt timonem & ariſtonẽ diſcipulos. Timon autem febricitans per impoſitionem manus barnabe liberatus eſt. Pergens ergo barnabas per inſulam cum ioanne euangelium ſancti matthei ſecum tulit & ſuper infirmos ponẽs omnes ſanabat. Poſt hec inuenerunt elimam magum qui dicitur barieu quem paulus lumine oculorũ ad tempus priuauerat: ut dicitur act. decimotertio qui eis reſtitit & paphum ĩtrare prohibuit. ¶ Cum aũt die quadam barnabas uidiſſet homines & mulieres in phano nudos currentes & deorum ſuorum feſta more gentiliũ celebrantes indignatus templo maledixit: & ſubito paries eius corruens multos oppreſſit. Quod ceteri admirantes conuerſi ſunt. Tandem ſalaminam deuenit ubi contra predictus magus ſeditionem non modicã excitauit. Comprehendẽtes ergo iudei apoſtolũ multis eũ affectum ſuppliciis trahebant & iudici ciuitatis puniendũ tradere feſtinabant. Cõperto aũt q; euſebius uir magnus & potẽs de genere neronis ceſaris illuc aduenifſet: timentes iudei ne illum de manibus eorũ eriperet: & ſic libere abire permitteret: ligantes funẽ in collo eius: extra portã illum traxerunt. & ibidẽ eũ crudeliter combuſſerunt. Oſſa quoq; eius in uaſe plũbeo recluſerunt in mare precipitare uolentes. Ioannes aũt diſcipulus eius cum duobus aliis ipſa noctu rapuit & in quadã crypta occulte ſepeliuit. Que ibidẽ p annos quingentos latuerũt uſq; ad tps zenonis ĩperatoris & gelaſii pape. Quo tpe reuelãte ipſo apoſtolo repta ſunt & condigno honore recondita. Paſſus eſt autẽ .iii. idus iunii. ¶ Hic unam tantum epiſtolã ad edificationẽ eccleſie ptinentẽ: que inter apocriphas numeratur: ut dicit hieronymus in libro de uiris illuſtribus.

¶ De ſancto Onophrio eremita. Cap. CVI.

ONophrius confeſſor ſeruus dei per annos ſexaginta in eremo uaſtiſſima & pfundiſſima egypti hominibus manſit incognitus. Quem pãnutius abbas deſertũ illud circuiens repperit. Nam cum primo timotheum iueniſſet: de quo infra proximo dicetur: ab eo recedẽs p dies decem ambulans per eremum: panem & aquam quos ſecum tulerat: conſumpſit: & nihil penitus guſtandum inueniens ad dominum orauit. Statimq; uiro ſibi celico apparente confortatus & labiis ab eo cõtactus. xvii. adhuc diebus ſine cibo deſertũ pambulauit. Viditq; uirum aſpectu terribilem capillis magnis & canis: nudum corpus habentem: utcũq; contectũ: & foliis arboꝝ circa uerenda circũdatum. Pannutius uero illum monſtrum aut feram exiſtimans fugere cepit. Ille aũt abbatem hortatus eum reuocauit: & iuxta ſe ſedere fecit: indicanſq; ei nomen ſuũ: & uite ordinem: dixit ſe uocari onophrium: qui aliquãdo fuerat habitator cũ mille fratribus in mõaſterio thebaidis. Auditoq; de ſanctitate helie & ioãnis baptiſte: qui eremum colebant ĩſpiratus a deo cum multo labore ad eremum illam deuenerat. Et cum deſertum introiſſet: apparuit ſibi colũna ignis que ipſum precedebat: uocemq; angeli ſe cõfortantis audiuit: ſepeq; eius cuſtodie deputatum affirmantis. Quem ſecutus per miliaria. lxvi. ad cauernam deuenerat: ubi quendã ſeruũ dei in ſpelunca repperat: cum quo ſeptẽ diebus fuerat: qui eũ de obſeruatione angelice uite informauerat: ipſumq; ad locũ ubi tunc erant deduxerat: quem ſibi ad manſionẽ deſignauerat: ubi erat parua ſpelũca cui adherebat palma & fons aque ibidem exurgebat. Ingreſſiq; locũ: ſenex ille qui hermeus uocabatur cũ onophrio diebus triginta permanſerat: quibus tranſactis eum in pace dimiſerat: & ad cellam ſuam redierat. Eum tamen quoad uixit ſingulis annis uiſitauit: donec ex corpore migrans: ipſum iuxta eius cellulam onophrius ſepeliuit. Conſumptis autem ueſtibus ſuis nullo alio q̃ capillis propriis tegebat. Fuerat quoq; in ipſa eremo annis ſexaginta. Ex quibus triginta annis uſus fuerat ſolis palme fructibus: & herbarum radicibus pro cibo: aliis uero trigĩta pane celico ſibi per angelum miniſtrato. Vbi multas diaboli inſidias perpeſſus fuerat: quas tamẽ oẽs dei gra ſuperauerat. Addiditq; qualiter ſingulis dominicis diebus ãgelus domini ſacrã ſibi euchariſtiam diuinitus deferebat. Et q; ſpiritusſancto ſibi reuelante obitum ſuum inſtare p̃ nouerat: & q; deus ad hoc ſibi abbatem panutiũ mi-

ſiſſet:ut eum defunctum ſepeliret.Cumq; hec omnia ei ſerioſius enarraſſet facto ueſpere panem de celo & urceum aque ſibi delatum guſtauerunt:nocte quoq; totam inſomnem in oratione duxerunt. Mane uero uidit pannutius ſanctum facie mutatum:quaſi ad extrema tendentem.Qui orationem fudit pro ſe & pro cũctis ſe in quacũq; inuocantibus neceſſitate. Factaq; eſt uox ad eum:q; eius fuerat petitio exaudita.Statiq; preſente pannutio in oratione ſpiritum efflauit tertio idus iunii.Viditq; pannutius angelos de celo deſcendẽtes:& eius animam in columbe ſpecie ad ethera deferentes:corpus quoq; miro odore fragrabat.Cumq; abbas foſſorium ad ſepulchrum parandum non haberet:duo leones ſubito aduenientes:& corpus proni adorantes:terram inſtar tumuli unguibus effoderũt. Pannutius uero corpus ſancti capa ſua inuolutum ſepeliuit.Leonibus quoq; mox abeũtibus palma cũ ſancti cellula inſimul corruerunt.Pannutius uero dũ fleret ab angelo cõfortatus in egyptum reuerſus eſt.

¶De ſancto Timotheo eremita. Cap. CVII.

TImotheus eremita anachorita in ſolitudine egypti in deſerto uaſtiſſimo deo ſeruiens manſit annis triginta nulliq; hominũ penitus cognitus fuit.Quem ſanctus abbas pannutius dum per eremum illam circuiret:ſanctos anachoritas exquirens iuenit.Cum enim triduo deſertum perambulaſſet:repperit cellulam in ſpelunca iuxta palmam uirentem & fontem ſcaturientẽ. Et cũ neminẽ ibidẽ uidiſſet habitatorem preſtolans ueſpere conſpexit uirum ueſtibus omnibus nudũ capillis ſuis opertum uenientem inter multitudinem bubalorum.Et dum prima facie uiſum hominis quaſi ſilueſtris pertinuiſſet exiſtimans phantaſiam:ille tandem hortatus pannutiũ cum eo ſedit:eiq; uitam ſuã narrauit.Dixitq; q; fuerat mõachus cum pluribus in monaſterio thebaidis:ſed ut deo uacaret liberius eremum petiit:ubi & propriis manibus laborabat. Ad quem poſt tempus mulier in habitu monachali accedens:ſecum cohabitare petiuit.Ille uero charitate motus ipſam admiſit:& inſtigante diabolo ſecum cõcubuit:& ſexdecim annis in peccato cum illa perſeuerauit:tandem ad cor rediens illam reliquit:& ad locum illum deuenit penitentiam agens:ubi ſolis fructibus palme & fontis hauſtu contentus ueſteq; capillorũ cõtectus ultra annos triginta panem nõ guſtauerat nec hominem uiderat.Multaſq; a diabolo inſidias pertulerat:quas tandem deo fauente ſuperauerat.Narrauit etiam q; dum quodam tempore dolore nimio epatis premeretur uir ſplendidus ſibi apparuit:qui nouacula latus eius aperuit:& eiecto iecore putredinem ab eo precidit:& corpori reimmittẽs ſanum uulnus effecit. Hec oĩa cũ timotheus pãnutio enarraſſet: refectionẽ ĩ ſimul fecerũt:& noctẽ in or̃one uigiles ꝓduxerũt:mane uero abbas benedictiõe uiri dei ſuſcepta: ꝓ uiã ſuã ꝓfectus eſt ſcũmq; dimiſit. Quomodo aũt poſtmodũ in xp̃o qeuerit uel quo tp̃e ſoli deo notum eſt.

¶De ſancto Ioanne Andrea Tadeo & Philippo confeſſor. Cap. CVIII.

IOannes:andreas tadeus & philippus eremite in deſerto uaſtiſſimo egypti a ſancto pãnutio prefato reperti ſunt:dum ſepulto ſancto onophrio ad locũ ſuũ rediret:nam duce angelo itinere die; quattuor repperit cellulã in loco antri artiſſimo circũcluſam.Dumq; habitatorẽ preſtolatur:ecce ueniũt quattuor ſenex cani ueſtibus ex palmis contextis induti facie ſqualidi:qui ſe habitatores cellule aſſerentes dicebant ſe ibidem annis.l. fuiſſe in uno ſpiritu domino ſeruientes. Pannutium quoq; ex nomine ſalutantes cuncta que ſibi contigerant enarrabant.Orantibus quoq; illis.v. panes eiſdẽ de celo diuinitus apponuntur.Qui dixerũt abbati q; ſingulis dominicis diebus quattuor panes a domino percipere cõſueuerant:ſed pro hoſpitis aduentu:additus eis fuerat quintus panis.Factaq; refectione ſancti uiri abbatem pannutium comitati ſunt per miliaria.lx. In qua uia uidit arbores amenas palma; citri amigdalarum & aliorum fructuũ melici ſaporis: de quibus illis mandantibus cũ ſuauitate guſtauit.Cũq; illum dimittere uellent:interrogantur a pannutio de uita ipſorum. Qui dixerũt ſe fuiſſe nobilis ,ꝑſapie de ciuitate exarõ ſtudio philoſophie uacantes in eo; iuuenilibus annis.Qui tãdem dei zelo relicto ſeculo ad ipſam eremum ubi eos inuenerat peruenerũt:ubi ſub obedientia & doctrina cuiuſdam ſenis fuerant multis annis.Quo decedente in cella ipſa permanſerant: nihil aliud niſi de fructibus arborũ diebus ſingulis deguſtãtes diebus uero dominicis panes de celo ſibi miniſtratos ab angelo deuote ſumentes.Nomina quoq; ſua eindem edixerunt.Quorum prior ioannes ſecundus adreas tertius tadeus quartus philippus uocabatur.Cum autem pannutius ſecum admitti poſtulaſſet.Reſponderunt non eſſe ſibi a deo datum:mandãtes ut ad mõaſterium ſuum edificatus rediret: & que uidiſſet in eremo ceteris ad exemplum referret. Sicq; abbas ab eis dimiſſus ad cenobium ſuũ reuerſus eſt.

¶De ſcis Baſilide Cyrino Nabore & Nazario martyribus. Cap. CIX.

BAſilides:cyrinus:nabor & nazarius ſub ꝑſecutione diocletiani rome paſſi ſunt. Hi ex urbe ipſa oriundi ad ciuitatem aureliã deueniẽtes:oĩa ſua pauperibus erogantes romã redeuntes ad maximianum imperatorem adducti ſunt.Qui dum xp̃m confiteri non timerẽt:primo ſcorpionibus duriſſime ceſi dehinc in carcerem truſi:& per dies.vii. ibidem macerati:inde educti iuſſu eiuſdem imperatoris gladio capite trũcati ſunt: & feris ad deuorandum expoſiti.Sed per dei gratiã corpora eorum illeſa cuſtodita a chriſtianis ſepulta ſunt miliario.iii.ab urbe in loco qui dicitur catacumbe pridie idus iunii.

¶De inuentione corporis ſancti Antonii eremite. Cap. CX.

INuentio corporis ſancti Antonii abbatis & ipſius trãſlatio facta eſt ſub tempore cõſtantii imperatoris.Cum enim ipſe imperator liberis carens filiam a domino impetraſſet:eam nominauit ſophiã:que uirgo erat admodum deo deuota.Quam poma in uiridario comedentem nouem immundi ſpiritus inuaſerunt &.v. annis obſeſſam dudum infeſtarunt clamantes ſe ideo nõ exituros niſi corpus antonii duceretur.Que cũ a nullo teneri poſſet:ipſam imperator catenis uinctam ferro carceri mancipauit:carnes hominum & beſtiarum crudas comedentem & uincula etiam ferrea rumpẽ/

tem. Imperator agitur habito conſilio ubi corpus antonii inueniri poſſet poſt. ix. dierum ieiunium ab angelo gabriele admonetur: ut theophilus eps cum. xii. clericis ad egyptum mittitur ad corpus antonii requirendũ & dei puidentia reperiendũ. Similis per oĩa uiſio theophilo epo apparuit. Impatoris ergo iuſſu naue parata eps cum. xii. clericis de conſtantinopolí diſcedentes. xv. diebus nauigantes hieroſolymã peruenerunt: & luſtratis locis ſanctis alexandriam properarunt. Et deinde per partes libye itinere diex uigiti deuenerunt ad nilum fluuium in locũ qui dicitur epheſos: ubi monaſteriũ ſanctox uirox inuenerũt. A quibus informati ubi eſſet cenobiũ quod olim fuerat antonii eremite uiã aripientes per deſerta horrida & uaſtiſſima a nullis manſuetis animantibus habitata cedentibus eis feris diuerſox genex quas ibidem reppererunt multiſq; euaſis periculis poſt dies uigintiquiq; ab eremum applicuerunt: in qua ſanctus antonius habitabat: ubi uenerandus ſenex illis apparuit: & uiã digito ſub ſilentio oſtendit ac uſq; ad cenobiũ perduxit. Ibiq; a monachis loci benigne ſuſcepti & ad eccleſiam primo deducti: oratione fuſa pedibus eox lotis paratq; refectione: ſingulis eox medietas panis cum radicibus & aqua nectarei ſaporis apponitur: ſicq; hora ueſpertina cum charitate reficiuntur: quibus prior aſſeruit: q; tales epule ſingulis ſibi diebus diuinitus portabant a duobus leonibus: qui ſcĩ antonii iterfuerãt ſepulture: quos deus adhuc uiuentes mirabiliter reſeruabat. Eccleſiã uero illam & cenobium ſcũs cõſtruxerat. In qua ante altare. v. lãpades oleo plene ab eo ibidẽ poſite dependentes cõtinueq; ardentes nunq̃ oleo minuunt. Auditus uero cauſis itineris ab epo referente. Reſpondit prior locũ ignotũ fore cunctis hoĩbus in quo ſanctus fuiſſet ſepultus: eo q; duo ſolũmodo diſcipuli eũ tumulauerant: qui ab eo adiurati locũ ipm nunq̃ alicui reuelare uoluerant. Quapropter cõtriſtatis oĩbus orationẽ tota nocte in eccleſia uigiles ad deũ fuderunt. Die uero ſequẽti cũ eps miſſam celebraret: apparuit iuxta altare gabriel angelus: qui ſchedulã apoſuit: per quã epm de uia tenenda & mõ reperiendi corpis in oĩbus iformauit. Qua lecta reſumpto itinere p aſpera montiũ prerupta rupiũ & inculta aſperrima peſertox ſtella eos uti olim magos diuina fauẽte gratia precunte inter ſerpentes & feras & animalia ferociſſima & inuiſa oĩno illeſi poſt dies. xl. in cãpũ amenũ dulciſſimis repletum fructibus peruenerũt: ubi dũ ſtella ſtaret ĩmobilis: uox celitus lapſa eſt: ut in ipſo loco foderent: & theſaux optatũ inuenirent. Et dum fodere cepiſſent: duo leopardi ſubito aduenerunt: coſq; ad cauandũ iuuare ceperunt. Inuento deniq; corpe bti antonii palmarum foliis operto: ipſum inde leuantes cum gaudio & reuerentia maxima in loculo recondiderunt. Et per omnia loca unde uenerant: eadem ſtella preuia multis euaſis periculis redierunt. In ipſa uero uia multa miracula oſtenſa ſunt. Nam in monaſterio illo unde ad corpus puenerant quinq; leproſi mãdati ſunt. ¶ In caſtro quodam fandor nomine quiq; infantes a lupis exportati illeſi reducti fuerunt. ¶ In portu alexandrie filius militis a pyratis ante dies octo in patibulo ſuſpenſus cõtinuo ſuſcitatur. ¶ Inde quoque per hieroſolymam reuertentes conſtãtinopolim tandem cum ſancto corpore applicuerunt: quod ab imperatore honorifice ſuſceptum in eccleſia ſancte ſophie collocatur: moxq; eius filia preſente omni populo a demonibus liberatur. ¶ Tempore uero procedẽte filius ſancti guilelmi comitis nomine iacobinus rediens de peregrinatione tranſmarina ab imperatore conſtantinopolitano corpus ſancti antonii ſibi donari petiit: & impetrauit: quod ad partes galliarum deferens in ciuitate uienne monaſteriũ eius nomini edificauit: & de ppriis facultatibus large dotauit. In quo corpus ſanctum honorifice collocauit: ubi infinitis & ſtupendis uirtutibus refulget. Potiſſimum autem eſt illud: quod in toto orbe famoſum eſt: quia ignem ſacrum a corporibus humanis extinguit. Facta eſt autẽ hec tranſlatio eodem die quo corpus inuentum fuerat: uidelicet idibus iunii.

¶ De ſancto Antonio confeſſore ordinis minorum. Cap. CXI.

ANtonius cõfeſſor ordinis minox ex ulyx bona ciuitate hiſpanie natus a pueritia ſua in baptiſmo fernandus appellatus eſt. Hic prio fuit canonicus regularis ordinis ſancti auguſtini in eadem ciuitate. Deinde audiens qualiter quidam fratres minores apud marochium a ſaracenis paſſi fuerant: ad martyrium animatus de prioris ſui licentia ordinem fratrum minorum ingreſſus eſt: promiſſione ſibi a fratribus facta: q; marochium ad terram ſaracenorum mitteretur: Qui iuxta promiſſionem ad ipſam terram miſſus: quia de ipſo deus aliud decreuerat: regreſſus eſt: martyr ſolo deſiderio factus. Deinde ad generale capitulum aſſiſium tendens fratri gratiano qui romandiole miniſter erat: ſe contulit: a quo in eremum montis pauli miſſus: ut petiit ſolitarie ibidem permanens contemplationi uacabat. Poſt hec in foro iulio conſiſtens: a miniſtro loci predicare iuſſus: dum ſe imperitum predicatiõis excuſaret compulſus omnino per obedientiam uerbum dei ſuper quoſcunq; doctos eleganter propoſuit. Sicq; deinceps officium predicandi ſuſcepit. Cum die quadã de cruce domini predicaret: uiſus eſt in aere ſanctus franciſcus adhuc in carne degens longe tamen poſitus: q̃ſi predicationem antonii geſtibus laudabiliter commendans. Anno autem uno ante eius obitum generali obtenta licentia predicandi ubicunq; uellet: paduã deuenit: annoq; integro predicationi & cõfeſſionum audientie ſolicite uacauit. ¶ Multis quoq; ibi miraculis claruit. Nam cum quidam ei confeſſus eſſet q; patrem ſuum calce percuſſerat: & ſanctus ei ad terrorẽ dixiſſet: q; pes ille dignus erat: ut prouiderentur: iuuenisq; ſimplex domum reuerſus pedem ſibi abſcidiſ-

ſet:orante ſancto pes pes ei reſtitutus eſt. Poſt hec cũ tempore meſſis homines circa meſſem occuparẽtur: quietis gratia ex urbe diſcedens:uenit ad campũ ſancti petri:ubi & egrotare cepit:& langore nimio preſſus:timens fratrum illorum grauamen:currui ſe imponi fecit:ut ad locum padue ueniret. Cum autẽ iuxta ciuitatem eſſet:rogatus a quodam fratre uinoto diuertit ad locum celle iuxta locum pauperum domi/narum:ubi diebus aliquibus decumbens: dum ſacra myſteria ſumpſiſſet.apparente ſibi chriſto eumq; cõfortante hymnum. O glorioſa domina alta uoce decantauit. Quo finito ſpiritum in pace emiſit idibus iunii anno domini. M.ccxxxi. Cuius tranſitus cũ adhuc ipſis fratribus ignotus eſſet populus undiq; concurrebat:& ſanctum patrem defunctum eſſe clamabat. Et cum eſſet queſtio de funere iter ciues:eo q; alii hic alii ibi eum tumulari uolebant: occaſione ipſa.v. diebus corpus inhumatum remanſit:nec ulla exinde corruptio ſubſecuta eſt:aut fetor exhalauit:cum tamen calor immenſus eſſet:utpote iunio menſe. Tantem omnium uoluntate in loco principali fratrum ſancte marie de padua honorifice reconditũ eſt:omnibus egris qui ad eius loculũ accedebant p ipſos. v. dies quocũq; lãgore ſanatis:ubi & qeſcit adhuc miraculis pollens.

¶ De ſancta Felicula uirgine & martyre. Ca. CXII.

FElicula uirgo petronille collactanea ut ſcribit marcellus ſancti petri diſcipulus mortua ſorore ut ſupra actum eſt pridie calendas iunii a flacco comite detinetur: & aut ſacrificare aut ſibi nubere compellitur. Que utrunq; denegans ab eodem in carcere recluditur: &. vii. diebus ſine cibo detinetur. Inde educta datur in cuſtodia uirginum dee ueſte ut eam ad ſacrificandum ſuaderent. Que ibidem per. vii. alios dies ſine cibo permanſit. Poſt hec dum chriſtum conſtanter confiteretur in equuleo leuata:& diutius torta:deinde iubente comite in cloacam precipitata necatur. Cuius corpus ſanctus nicomedes preſbyter inde noctu leuauit:& in capſella ſua uia ardeatina miliario ab urbe. vii. ſepeliuit idibus iunii.

¶ De ſancto Peregrino epõ & martyre. Ca. CXIII.

PEregrinus epiſcopus & martyr ciuitatis aterneĩ pontificatum tenuit tempore beati gregorii pape:qui cetheus proprio noĩe nuncupatus eſt. Quo tempore duo peſſimi uiri ex longobardorum genere filii concubinarũ: quorum unus dicebatur alais:alter uero umblo urbẽ ipſam tyrannice poſſidebant. Cum autem prede & deuaſtationi ac nefandi operibus non ſolum ipſi intenderent:ſed etiam populum malorum exemplo pertiſſent. Cetheus epiſcopus eorum crudelitatem nõ ferens ad urbem romam acceſſit:& hec omnia ſummo pontifici referens ab eo ſuſceptus dudum ſecum permanſit. Tandem populus ciuitatis multa dictorũ tyrannorum preſſus iniuria ad urbem deuenerunt: & epiſcopum ſuum inſtanter orauerunt ut ad eccleſiam ſuam rediret:& plebem ſibi commiſſam ſuis exhortationibus de tot malis erueret. Qui iuſſus a papa cum populo rediit:iuramento ab eis exacto ne bona eccleſie diſtraherent:& diſtracta redimerẽt. Reuerſus quoque populum ſuum ſanctis ſermonibus ad penitentie opera ꝓuocabat. Interea diſceſſione orta iter alaim & umblonem:alais orientalem umblo uero occidentalem portam tenebat. Cum autem alais umbloni reſiſtere non poſſet facta conſpiratione cum quodã uitaliano comite ipſum cum eius exercitu per portam quam tenebat in urbem intromiſit:ut ſic in aduerſariũ ſecurus inſultum faceret. In ipſa uero ciuitate erat quidam uir chriſtianus nomine fredo:qui ueſpere illo ſpiritu diuino tactus uxori predixerat urbẽ ipſam eadem nocte ab inimicis inuadendã:armaq; ſua ad lectuli caput poſuit:ut ſeditione inſurgente promptior armaretur. Sicq; factum eſt:ut quod predixerat: euiniret:illeq; armatus confeſtim ad cetheum epm confugeret. Oratione uero ſancti epi excitatis ciuibus & repente egreſſis ciuitas ab inimicis uiriliter defendit: aduerſarii expelluntur:& alais captus uti patrie proditor umbloni preſentatur. Cumq; omnes ipſum digno incendio acclamarent:& eps horrens effuſionẽ humani ſanguinis pro eo interueniſſet:ſupplicans ut uel in carcerem uel in exilium mitteretur: cetheus ab umblone detentus eſt:eo q; ipſum cum alai preſumeret conſpiraſſe:& ob id pro illo interuenire. Et alaim quidem ad portam orientalem decollari fecit. Cethe/um uero catenis uinctum in medio foro ciuitatis capite truncari mandauit. Cum autem eps pſalmũ. Deus laudẽ meam. decantaſſet:tantus tremor ſpiculatorem iuaſit:ut ipſum minime percutere poſſet. Quod cum umbloni nũciatum fuiſſet:epm magicis hoc artibus feciſſe cogitans ipſum in carcere diebus multis detinuit. Deinde ipſum uinctum in flumine piſcaria per pontem marmoreolum precipitari iuſſit. Qui tertio inde iactatus tertio illeſus exiuit. Tunc iubẽte umblone nequiſſimo lapis ingens ponderis librarũ quingentarum ad collum epi ligatur:& ſic per pontẽ precipitatus in flumine necat. Statim autẽ ut ſpiritũ emiſit ſuper aquas corpus una cũ lapide enatauit. Ad qd ſpectaculum cum umblo feſtinaſſet a diabolo oppreſſus & mortuus eſt. Corpus autẽ mris gubernantibus angulis per fluuium in mare deſcendit:& una cum lapide ad littus iardeneſi ciuitatis a fluctibus euectum eſt. Quod cum piſcator quidã in littore repperiſſet: epo nunciare curauit. Qui una cum eius clericis ad locum acceſſit:corpus quidem mris ꝓpter lapidem arbitrans:ipſum tamen ut mris quaſi dubius uenerari non audẽs in littore ſepeliuit:& quia nomẽ eius ignorabatur peregrinum nominauit:Diuinamq; uoluntatem ſuperinde expectare cepit. Cum autem piſcatores noctibus ſingulis ad caput foſſe lumen celeſte cõſpexiſſent:& hec in ciuitate relata fuiſſent:cecus quidam a natiuitate a patre ad foſſam deducitur: & oratione fuſa lumen ei oculorum infunditur:quo uiſo miraculo corpus mris procul dubio fore noſcitur: & ab epo nomine ſancti mris & epi peregrini miliario iuxta iardenẽſem ciuitatem in eccleſia ſepelitur. Poſt aliquod tempus tam eius paſſionis ſeries:q; dies & nomen a ciuibus iardenenſibus inquiſita reperiuntur. Qui paſſus eſt idibus iunii.

¶ De ſcõ Fandila pſbytero & mre. Cap. CXIIII.

FAndila preſbyter & martyr apud cordubã ciuitatem paſſus eſt:qui tempore perſecutionis pro cõfeſſione nominis domini amputato capite martyrium conſumauit idibus iunii:ut ait ado in martylogio.

☪De ſancto Heliſeo propheta. Cap. CXV.

HEliſeus propheta: qui eccleſiaſtici.xlviii. cap̃.inter ſanctos antiqui temporis glorioſe extollitur:natus eſt in gladiis:cuius natiuitatis tempore tale prodigium cõtigit: ut unus ex uitulis aureis:quos hieroboã fecerat:acute mugiret.Quo audito in hieruſalem ſacerdos diuino nutu ait prophetam eſſe natum in hieruſalẽ;qui ſculptilia & fuſilia deorum deſtrueret.Hunc diuino mãdato helias in abela repertum arantem nocauit:& ad eius diſcipulatũ aſſumpſit. Et cum pallium ſuũ impoſuiſſet ſuper eum cõfeſtim prophetizare cepit: qui exinde ſecutus eſt heliam:& miniſtrabat ei:ut dicitur .iii.regum.xix.cap̃.Cum aũt helias a domino in celũ raptus eſſet: ut dicetur infra in geſtis helie prophete. xix.calen.ſeptembris.Spiritus helie duplex ſuper eum requieuit.ſ.ad prophetandum:& miracula faciendũ. Multis enim miraculis claruit:que in.iiii.regum cap̃. ii.iii.iiii.v.vi.&.vii.narrantur.☪Cum enim in hiericho aqua foris peſſima terram ſterilẽ faceret: egreſſus ad fontem miſit in illum ſal:& aquam ſanam reddidit. Aſcendens bethel pueris ſibi illudentibus maledixit: ex quibus.xlii.numero ab urſis duobus continuo laceratur.☪Cum autem uxor quondam abdie prophete ad eum ueniret:ut uirum ſuum mortuum ere alieno preſſum defleret:eo q̃ propter alimoniã propheta rum quos in ſpelũca pauerat:debita contraxiſſet.Creditorq̃ duos filios abdie in ſeruitutem pro debito redigere uellet.Heliſeus mulieré iuſſit uaſa uacua mutuo accipere:parumq̃ olei quod habebat in ipſis uaſis filiis iuuantibus infundere.Quod cũ feciſſet: oleũq̃ diuinitus multiplicatum eſſet:& debitum mulier ex olei precio ſoluit:& ex reliquo cum filiis uitã duxit. ☪Tranſiens per ſunam ciuitatem a matrona nobile & diuite in domo cum giezi miniſtro honorifice ſuſcipit̃:eiq̃ cellula de uiri uoluntate preparat̃. Que cũ filium non haberet:& uir ſenex eſſet:heliſeus ei a domino filiũ ipetrauit:q̃ſi p̃ beneficio hoſpitalitatis uices rependens.Cũq̃ puer creuiſſet:& ad patrem tẽpore meſſis egreſſus eſſet:calore ſolis pcuſſus caput doluit: & remiſſus ad matrem ſubito expirauit:quẽ mater ſuper lectulum uiri dei collocans: petita a uiro licentia dolore diſſimulato ad uirum dei in monteé carmeli deuenit.Cum autem heliſeus factũ muliere narrante cognouiſſet:premiſit giezi puerum ſum cũ baculo:ut puerum ſuſcitaret. Verum inſtante muliere ut perſonaliter ueniret:ad ſunam deuenit:& puerum minime ſuſcitatum inuenit.Et tũc heliſeus ſupra corpus ſe iactans:& ad dominum orans:puerum defunctum uite reddidit:& matri uiuentem tradidit.☪Cũ autem facta eſſet fames in terra:& filii prophetarum ad eum conueniſſent:iuſſit iunii ex illis:ut pulmentũ pararet.Qui egreſſus ut herbas colligeret:colloquintidas in ollam concidit:ignorãs quid eſſet.He ſunt cucurbite amariſſime minores his que in hortis naſcũtur.Cumq̃ diſcumbentes deguſtaſſent:& mortẽ ob amaritudinem in olla clamarent:uir domini allatam farinam in ollam miſit:& eſcam dulcorauit.☪Vir q̃dam de baſiliſſa detulit ſancto prophete panes duos primitiarũ:&.xx.panes hordeaceos:& grana frumenti noui confricata:Quos fecit heliſeus apponi populo qui erant centũ uiri:hoc eſt illos duos panes triticeos tantum.Et cum ex hoc miniſter heſitaret:ſpiritu domini predixit:q̃ comederent omnes:& exinde ſuperaret:quod & miraculoſe factum eſt.☪Naaman quoq̃ princeps militie regis ſyrie uir diues & prepotens ſed leproſus erat.Cum autem uxor naaman ab ancilla puella:que de terra iſrael captiua ducta fuerat de miraculis heliſei didiciſſet:& hec omnia uiro:illeq̃ regi rettuliſſet:acceptis naaman litteris a rege ſyrie ad regem iſrael:ut ipſum ſanaret:uenit ad eum:& ei litteras p̃ſentauit.Quod cum rex iſrael audiſſet:horruit:& immemor heliſei hoc ſibi impoſſibile cognouit: ueſtimẽta ſua ſcidit:& regem ſyrie occaſiones contra ſe querere putauit.Cum autem heliſeus ad regem miſiſſet:ut ſibi naaman deſtinaret.Illeq̃ ad hoſtium prophete cũ equis & curribus adueniſſet:miſit ad eum uir dei dicens:ut ad iordanem deſcendens:ibidem ſepties lauaretur:& a lepra mundaretur.Et prima quidem facie naaman moleſte tulit:eo q̃ ad eum nõ ueniſſet:& manu uulnus tetigiſſet.Deinde ſeruorum conſilio in iordane ſepties ſe lauauit:& mox ab eo lepra diſceſſit.Reuerſus autem ad heliſeum munera multa ei obtulit: ſed domini propheta nihil omnino recipere conſenſit.Verum cum aliquantulũ abiſſet:giezi auaritia ductus poſt eum cucurrit:eidemq̃ mentiẽs dixit:q̃ duo ex filiis prophetarum ad heliſeum repente ſuperuenerat.Ideoq̃ ille pro munere aliquo ſibi largiendo mittebat.Qui cum eidem argentum & ueſtes tradidiſſet eaq̃ giezi in domo abſcondiſſet.Et hec omnia heliſeus diuino ſpiritu cognouiſſet:maledixit giezi predicens:q̃ lepra naaman ſibi & eius ſemini adhereret:eo q̃ diuinam gratiam uendidiſſet.Statimq̃ egreſſus eſt ab eo leproſus:ab hoc giezi ſimoniaci primo giezite dicebantur in ueteri teſtamento:donec a ſimone mago ſimoniaci dicti ſunt.☪Poſt hec cum eſſet heliſeus cum filiis prophetarum iuxta iordanem:& ipſi ligna cederent:unicq̃ eorum ferrum ſecuris ex ligno exceſſum in aquam cecidiſſet:heliſeus lignũ in aquam miſit:& ferrum ad ſuum locum enatauit.Cũq̃ rex ſyrie contra iſrael pugnaret:& ſepius hoſtes in inſidiis poneret:rex iſrael eos cauebat:quia eos ſibi heliſeus manifeſtabat.Quod cum rex ſyrie a ſeruis ſuis didiciſſet: & prophetam eſſe in dothaim comperiſſet miſit illuc robur exercitus qui ciuitatem circundederunt ut eũ caperent:maneq̃ puer heliſei uidens exercitum timuit:& prophete nunciauit:qui puerum confortabat & plures quam illi ſecum eſſe aſſerebat.Et orante heliſeo dominus aperuit oculos pueri: & uidit montem plenũ equis & curribus.i.agminibus angelor̃. Cũq̃ hoſtes intrarent ad eum:percuſſit eos dominus cecitate:ne ipſum uidentes agnoſcerent.Quibus heliſeus

dixit:non eſſe ibi manſionem eius quem querebant: eoſq; illuc deducere promittebat:quod & reuera fecit eoſq; in medium ſamarie deduxit. Tunc orante pro/pheta aperti ſunt oculi eorum: & uiderunt ſe eſſe in medio ciuitatis:& hoſtes circunſtantes. Et cum rex iſrael eos occidere uellet:prohibuit propheta domini: eo q; dominus eos illuc adduxerat:quin immo eiſdẽ abundanter miniſtrari fecit & illeſos remiſit. ¶ Et cũ benadab rex ſyrie ſamariam obſediſſet:& fame maxima oppreſiſſet:ita ut mulieres natos proprios come/derent:& rex iſrael prophetam eo q; predictam obſi/dionem predixerat occidi mandaſſet:& hoc heliſeus per ſpiritum cognouiſſet:ſpiculatorem ad ſe intrare prohibuit:donec rex penitentia ductus ipſum reuoca uit. Tunc heliſeus ſequenti die ubertatem maximam futuram predixit. Et cum unus ex principibus eum irrideret:mortem illius repentinam prenunciauit: q̃ omnia ut predixerat euenerũt. Nocte enim dominus terruit exercitum ſyrie:ſonitum infinite militie mit/tens ſuper eos. Qui animas ſuas ſaluare cupientes au/fugerunt:& omnia dimiſerunt. Sicq; populus ſama/rie egreſſus predam diripuit:& ex uictualibus perce/ptis ubertas maxima facta fuit. Princeps quoq; ille in introitu porte a turba compreſſus expirauit. ¶ His & aliis multis & magnis miraculis heliſeus clarens in pa ce quieuit. xviii. cal. iulii. Prophetauit autem & claruit ſub ioram & hieu & ioachaz regibus iſrael in ſama/ria. Cum autem quidam latrũculi moabite hominẽ mortuum ſpoliaſſent:& cadauer in ſepulchro heliſei proieciſſent:cum tetigiſſet oſſa heliſei continuo ſur/rexit. Sepultus eſt autem in ſamaria paleſtine quam ſe baſtẽ. i. auguſtam in honorem auguſti herodes poſt/modum uocauit:ubi & abdias propheta & ioãnes ba ptiſta requieſcunt. Ad quorum ſepulchra uaria mira cula fiunt:ut dicit Hieronymus libro de uita paule. Adeo ut cruciati demones ibi rugiant:uoces diuerſo/rum animalium pretendentes. Alii cernuntur rotare caput:& poſt tergum terram uertice tangere. Alii ſu/ſpenſis pedibus eminus ueſtes in faciem defluere: ubi & in monte uicino dire uidentur ſpelunce:in quibus & famis & perſecutionis tempore abdias centum pro phetas pauit pane & aqua. Hec ex libro. iii. regum ca/pitulis quibus ſupra ex dictis ioſephi & hieronymi:& ex hiſtoria ſcholaſtica.

¶ De ſcis Rufino & Valerio marty. Cap. CXVI.

RVfinus & Valerius martyres tẽpore Dio/cletiani & Maximiani paſſi ſunt in ter/ritorio ſueſſionenſi ſub preſide rectiouaro. Qui ingreſſus ciuitatem remis ſanctos de tentos & ſacrificare contemnentes magno ferri pon/dere preſſos ſueſionum adduxit. Ibique eos iuſſit equuleo ſuſpendi: & plumbatis cedi. Deinde in car/cere macerari: ubi angelica uiſitatione confortan/tur & corone de ſmaragdo celitus miſſe eorum ca/pitibus imponuntur. Inde educti dum in Chriſti confeſſione perſiſterent immobilis: iuxta flumen in/dole decollati ſunt. Quorum corpora dum chri/ſtiani ad remenſem ciuitatem deferre uellent de lo/co in quo decollata fuerant nullatenus mouere po/tuerunt. Ibique ea ſepelierunt. Qui paſſi ſunt. xviii. calendas iulii.

¶ De ſancto Brandano epo. Cap. CXVII.

BRandanus eps cum eſſet abbas apud bri/tannias. Poſtq̃ ei barinthus rettulit: q; cũ filio ſuo moroch oceanum perluſtrans pa radiſum terreſtrẽ iuenit:deſideriũ ei emi/cuit:ut locũ ipſum requireret. Habebat aũt tria milia monachoꝝ de quibus. xiiii. tantũ accepit & naui con/ſcenſa que audierat uidere perrexit. Quẽ nauem itrã/tem tres fratres ſecuti ſunt. Et quia nõ uocati uenerãt eos nunq̃ redituros prenunciauit. Inuenit aũt primo inſulam altã:in cuius portu ſibi canis occurrit: quem illi ſequenti oĩa ſibi neceſſaria inuenerũt:& theſauros multos ibidẽ conſpexerunt. Quoꝝ concupiſcentiam brãdanus phibuit. Sed dũ tertio die diſcederet: quidã ex illis tribus fratribus q frenũ argenteum acceperat: poſtq̃ penitens peccatũ confeſſus eſt ſubito expirauit. Iuuenis quoq; alias inuiſus eiſdẽ cophinũ panis & uas aque in naui poſuit:& nuſq̃ cõparuit. In cena domini ſubſequẽter ad aliã inſulã appulerunt. Inuenerũtq; ho ſpitẽ eos de uia tenẽda docentẽ & neceſſaria miniſtrã/tẽ. Sabbato inueniunt piſcẽ ingentẽ nomine iaſonem quẽ inſulã exiſtimãtes de ſuper deſcendentes ignẽ ac/cenderũt:dumq; piſcẽ ſe mouere ſentirent ad nauẽ re pente cõfugientes uix euaſerũt:piſce ſe cõtinuo mer/gente. Die paſche deueniũt ad inſulã ubi aues cãdidas aſpiciunt. alias & uoce ſonantes:quarum una uoce hu mana locuta dixit ſe fore de angelis qui de celo cecide rant:ſed modicum culpam commiſerant. Ibiq; uſq; ad octauas pentecoſtes permanſerunt. Ab inde naui/gantes in natiuitate domini ſubſequente ad inſulam ſanctorum patricii & libei deuenerũt: ubi cum. xxiiii. patribus ibi repertis in eorum eccleſia habente altaria cryſtallina feſta dominica celebrarunt:indeq; poſt epi phaniam diſceſſerunt. Sicq; continue per ſeptennium per mare diſcurrendo in predictis feſtis ſemper ad ea/dem loca redibant:Quibus temporibus multa ab eis ſtupenda uiſa ſunt. Beſtia enim maxima eos abſorbe re uolens ab alia maiori deuoratur: & de reliquiis car nium comederunt. Inde uenerunt ad inſulam uiro/rum fontium:ubi ſenex & pueri domino ſeruiebant: a quibus gratanter excepti:dum abire uellent: ſecun/dum ex tribus fratribus ex incuria dormiẽtem dimi/ſerunt. Inuenerunt & inſulam:in qua erant botri uue inſtar amphore magne permaximi: gryphem quoq; auem eos rapere uolentem:auis altera uaſtior interfe/cit. In feſto uno ſancti Petri apoſtoli uidens abbas pi/ſcium inumeram multitudinem:iuſſit eos deum lau dare:qui ſuper undas enatantes uocibus intonare ce/perunt. Viderunt & in mari columnam in gentẽ cry/ſtallinam ſuper baſes aureas:quam conopeus coloris argentei circundabat. Inuenerunt & calicem cum pa tena de genere columne. Venerunt poſtmodum ad hoſtia inferni: ubi demones egreſſi ſuper eos maſſas igneas iactare nitebantur: Vbi & tertius frater in lit/tore deſcendens a demonibus raptus eſt. Inuenerunt & iudam chriſti proditorem ſedentem in mare ſuper lapidem: quẽ dixit ſe in hieroſolymis in loco luctuo/ſo poſuiſſe pro tranſeuntibus ne in lutum caderent protegendis: & ante eum erant furce ferree: quas di/xit ſe donaſſe ſacerdotibus templi:pannus quoque in eis pendebat: quem leproſo ad tergendum conceſ/ſiſſe aſſerebat. Inuenerunt hominem:qui luto paſce batur:capillis opertum. Tandem per bonum ſuum

procuratorem de quo dictum eſt ad paradiſum terre ſtrem poſt ſeptennium perducti ſunt. Et capientes de fructibus & gemmis ibidẽ repertis: euaſis multis periculis deo duce incolumes ad propria redierunt. Vbi brandanus poſt modum epiſcopus ordinatus eſt. Et poſt uirtutum merita ad Chriſtum migrauit. viii. calendas iulii.

¶ De ſanctis Vito Modeſto & Creſcẽtia martyribus. Cap. CXVIII.

Vitus: modeſtus & creſcentia martyres ſub diocletiãno imperatore in ſicilia martyrio claruerunt: qui uitus ex luciana prouincia nobili progenie patre hyla ſenatore progenitus. etatis ſue anno ad martyrii palmam peruenit. Cum enim pater eius idola coleret: & uitus chriſtum adoraret: ſepius eum pater uerberabat: eo ꝙ idola colere nolebat. Demum pater illum modeſto eius nutritori tradidit: ut ei ſuaderet: quatenus deos colere ſuderet: Cui apparens angelus ipſum confortauit: & ad huc puerum ad coronam martyrii animauit. Qui & in chriſto nomine miracula patrare cepit: & multos a diuerſis langoribus ſanauit. Quod audiens ualerianus prefectus puerum accerſiuit: & ſacrificare nolentem: cathomis cedi iuſſit. Brachia autẽ & manus uerberantium ſubito aruerunt. Prefectus quoq; manum amiſit: pro quo tamen uitus orauit: & continuo ſanitatem percepit. Prefectus ergo puerum patri tradidit & ut ipſum corriperet perſuaſit. Tunc pater uitum in domum ducens diuerſis muſicoꝝ generibus: & puellarum luſibus: aliiſq; delitiarum generibus mutare animum pueri ſatagebat. Et cum ipſum in thalamo incluſiſſet ornato: mirabilis fragrantia inde exiit: que patrem & familiam nimio odore perfudit. Aſpiciẽſq; pater per rimas hoſtii. vii. angelos radiantes circa infantem conſpexit: quos deos ſuos eſſe putauit: ſtatiq; excecatus eſt: Ad cuius uocis clamorem tota ciuitas commouetur: ita ut prefectus accurreret: & cur ei hoc accidiſſet: interrogaret. Qui dicebat: ꝙ deos igneos uiderat: & eorum aſpectum ferre non ualens lumẽ amiſerat. Et cum in templum iouis pro recuperando lumine ductus eſſet & nihil proficeret: filium pro ſua ſanitate rogauit: & lumẽ eius precibus recuperauit. Cũ autem nec ſic crederet: ſed puerũ occidere cogitaret. Angelus modeſto & creſcentie nutritoribus eius apparuit: & ut nauem conſcendentes puerum ad aliam terram ducerent imperauit. Qui nauiculam preparatam diuinitus inuenerunt: & angelo duce una nocte ad territorium tonagritanum peruenerunt: & iuxta fluuium ſilarum ſub arbore quieuerũt: ubi aquila eis cibũ deferebat: & multa miracula puer faciebat. ¶ Interea filius diocletiani imperatoris a demone arripit̃: & niſi uitus lucanius ueniat: ſe nunq̃ exire fatetur: locum quoq; ubi inueniendus ſit: ab eodem explicatur. Vitus ergo queritur: & inuentus adducitur ad imperatorem. Qui ſuper eius filium manum impoſuit: & protinus ab eo demonem effugauit. Cum autem illũ imperator ad deorum ſacrificia inuitaret: & uitus recuſaret: & cum modeſto & creſcentia in dirum carcerem miſſus eſſet: ſubito ferri moles eis impoſita cecidit: & carcer immenſo lumine coruſcauit. Chriſtus quoq; ſanctis apparens illos ad paſſionis tolerantiam animauit. Quod imperator a cuſtodibus intelligens eos eductos in clibanũ ignis imiſit: quos tamen ignis omnino non tetigit: in quo pſallentes hymnum trium puerorum audiuntur: indeq; illeſi omnino educuntur. Tunc leo terribilis ad ſanctos deuorandos dimittitur: ſed tamen ab eis fidei uirtute placatus: eoꝝ ueſtigiis manſuete proſternitur. Tandem in equuleo eos imperator iuſſit appendi: & in illo diutius extorqueri. Sed orante puero ut eos dominus liberaret ſubito aer turbatur: terra concutitur: tonitrua mugiũt: templa dorum corruunt: & multos opprimunt. Imperator autem territus fugit: & angelus ſanctos exoluit atq; fluuium ſilaꝝ unde uenerant in momento reposuit. ubi oratione fuſa domino aĩas reddiderunt. Quoꝝ corpora ab aquilis cuſtodita florẽtia illuſtris femina ſcõ uito reuelãte repperit: & cũ aromatibus in mariano p̃dio ſepeliuit. Qui paſſi ſunt. xvii. cal. iulii.

¶ De ſcõ Heſychio martyre. Cap. CXIX.

Heſychius martyr apud meſiã ciuitatẽ doroſtoꝝ paſſus eſt. Qui cum eſſet miles & beatũ iulium martyrẽ & cõmilitonem ad paſſionẽ comitatus eſſet: ut ſupius in eius paſſione. vi. cal. iunii dictum eſt. Seque eiuſdem decollandi orationibus commendaſſet: eumq; deoſculatus eſſet a gẽtilibus tentus & maximo preſidi oblatus in carcere diebus pluribus maceratus: tandem in confeſſione chriſti gladio cedente martyrio coronatus eſt. xvii. calendas iulii.

¶ De ſanctis Fereolo & Feruitione mar. Ca. CXX.

Fereolus p̃ſbyter & ferutio diaconus in galliis ciuitate biſuntioneñ paſſi ſunt. Qui a beato hyreneo ep̃o lugduñ & martyre ad predicandum uerbum dei miſſi. ſub claudio iudice tentis ad trocleas extenti: & diutius flagellati: dehinc in carcerem recluſi ſunt: mane quoq; cum linguis eorum amputatis: nihilominus chriſti nomẽ clara facundia perſonarent: & populo prediearent. Iterum comprehenſi ſunt: quibus iudex crudelis iuſſit ut unicuiq; eorum ſubule. xxx. manibus & pedibus & pectore infigerentur: atq; ad ultimum gladio necarẽtur. Paſſi ſunt autem. xvi. calendas iulii.

¶ De ſanctis Rothlando & Vliuero & aliis militibus martyribus. Cap. CXXI.

Othlãdus & Vliuerius atq; multi alii milites chriſtiani qui a ſaracenis in rũciaualle pro fide chriſti pugnantes occiſi ſunt tẽpore caroli magni in catalogo martyrum aſcribuntur. Nam dum ſaraceni totam hiſpaniam occupaſſent Carolus monitu beati iacobi ſibi apparentis atq; iubentis ut terram ſuam ab infidelibus redi-

meret: cum ſuo exercitu hiſpanias ingreſſus: primo qdẽ ciuitatem pampilonem tribus menſibus obſeſſam muris fũditus miraculoſe ruẽtibus cepit: & multos ſaracenos conuerſos baptizari fecit. Quod ſimiliter contingit in ciuitate lucerna in ualle uiridi poſita que nunc eſt inhabitabilis facta. Et cum omnes ciuitates & caſtra hiſpanie conquiſiſſet: eccleſiam beati iacobi apud compoſtellã uiſitauit: omnes honores ei ablatos reſtituit: eãq; amplioribus priuilegiis dotauit. Sed dum rediſſet ad gallias. Aigolãdus rex ſaracenorum aphrice maximã partẽ hiſpanie reacquiſiuit: xp̃ianos eiecit ſpoliauit & occidit. Quod audiẽs carolus ad hiſpaniã rediit: & ut refert turpinus remeñ archiep̃s. xii. annis uel ibi pſonaliter fuit uel exercitũ tenuit. Et primo quidẽ apud ſanctũ facũdũ grauiſſimo bello commiſſo milo rothlãdi pater cũ q̃draginta milibus xp̃ianoꝝ occiſus eſt. Carolus uero equo ſuo occiſo: pedes ſtans cum duobus milibus xp̃ianoꝝ de gaudioſa ſpatha ſua multos ſaracenos p̃ mediũ ſcidit. ¶ Die uero ſequenti cum quattuor marchiones italie cũ q̃ttuor milibus militũ in ſuccurſum xp̃ianoꝝ ueniſſent. Diſcedentes inde ſaraceni ifinitũ exercitũ mauroꝝ. moabitaꝝ: ethiopũ: perſaꝝ: pthoꝝ: aphricanoꝝ: & turcorũ congregarunt. Rex aũt carolus ageniã ciuitatẽ poſt ſex menſes cepit: & decẽ milia ſaracenoꝝ occidit. Inde pſecutus eſt aigolandũ uſq; ſantonas. Deinde rediens galliã nouum exercitum cõgregauit centũ & triginta milia bellathoꝝ: cum quo hiſpaniam repedauit. Inter quos fuerunt p̃cipui. Turpinus remeñ archiep̃s: rothlandus comes cenomanenſ dominus blaui nepos caroli ex berta ſorore: & filius milonis de angleris: oliueri us dux gebenenſ: eſtulphus comes lingonenſ: araſtanus dux britãnie: englerus dux aqtanie: gniferus dux burdigallenſis: gelerus: gelinus: ſalomõ: & balduinus frater rothlandi: gundebõdus rex frixie: naamã dux bauarie: Ogerus dux dacie: lambertus dux biturie: Sampſon dux burgundie: cõſtantinus p̃fectus romanoꝝ: rhegynaldus de alba ſpina: Gualtherius de thermis: guilelmus: gerinus lothoringie dux: Bogo: bertrandus de nublis: Ganalõus traditor de magũtia: & multi alii equeſtres & pedeſtres: q per ciſereos portus trãſeuntes pampilonẽ obſcederũt. Ibiq; cõmiſſo bello ex una parte xp̃ianoꝝ centum & trigĩtaquattuor milia ex alia ſaracenoꝝ centũ milia diuina fauente gratia ſaraceni tãta cede p̃ſtrati ſunt q; xp̃iani uſq; ad baſes in ſanguine mergebanẽ. Occiſoq; aigolando nullus eoꝝ euaſit: niſi rex ſibylie & rex cordube qui cũ paucis aufugerũt. Captaq; urbe oẽs ſaraceni ibidẽ repti trucidati ſunt. De xp̃ianis uero ceciderũt uſq; ad mille. ¶ Sequẽti uero die pugnauit Carolus cum furre principe nauarre: & cũ cum tribus milibus occidit totãq; terrã nauarre adeptus eſt. ¶ Deĩde apud nageram obſidionẽ poſuit: ubi erat gigas quidã nomine ferracutus de genere goliath: quẽ aũdmirandus babylonis cũ uigĩti milibus turcoꝝ miſerat in ſubſidiũ ſaracenoꝝ. Hic lanceam uel ſagittã non formidabat: ſed uirtutem. xl. uiroꝝ fortium poſſidebat. Inito autem ſingulari certamine cum multos milites chriſtianoꝝ ſine alio bello ſolo brachio ex equo leuatos cepiſſet. Tandẽ rothlãdus cũ ipſo congreſſus deo annuente giganté uicit: & per umblicum ſua ſpatha tranſſodit. Sicq; nagera ciuitas capitur: ſaraceni occiduntur: & uincti chriſtiani abſoluuntur. ¶ Poſt hec pugnauit rex apud cordubã cum regibus ſibyllie & cordube: & interfecto rege ſibyllie cum. viii. milibus ſaracenis: a rege altumaior urbem obtinuit: eo pacto q; baptizaretur: & deinde a carolo regnum tenens in dominio priſtino confirmaretur. Sicq; tota hiſpania redempta ſanctum iacobum in galatia iterum reuiſit: honoribus & poſſeſſionibus ditauit: deinde ut rediret galliam: pampilone aliquot diebus reſedit. ¶ Audiens autem q; apud cordubam eſſent duo magni reges ſaraceni: uidelicet marſyrius & baligandus frater eius miſſi de perſide hiſpaniam ab admirando babylonis. mandauit illis rex per ganalonum: ut aut baptiſmum ſuſciperent: aut ſibi tributum exoluerent. Qui cum ganalono conſpirantes miſerunt carolo. xxx. equos oneratos auro & argento & opibus. Ganalono autem. xx. equos ſimiliter opibus iiſdẽ onuſtos obtulerunt: ut pugnatores caroli in manibus eorum traderet: quod ille facere p̃miſit. ¶ Redienſq; ganalonus munera carolo preſentauit: eiq; aſſeruit q; reges ipſi chriſtianos ſe facere diſpoſuerunt: carolumq; rogabant: ut eos in franciam precederet: quem illi uelocius ſequerentur. Cum autẽ carolus in franciam rediret: conſilio ganaloni dimiſit: rothlandum & oliueꝝ cum maioribus pugnatoribus & xx. milibus militibus: ut ultimam cuſtodiam in runcualle facerent: donec rex & omnis exercitus portus ciſereos tranſirent. Cumq; carolus pertranſiſſet: quinquaginta milia ſaraceni qui triduo in nemoribus latuerant: ut ganalonus ordinauerat. fecerunt ex ſe duas acies: Quarum prima que erat. xx. milium equitũ prius exiuit: & cum chriſtianis a mane uſq; ad tertiã acriter dimicauit. Tãdem omnes ſaraceni occiſi ſunt: & rothlandus cum ſuis uictores fuerunt. Poſt hec ſecunda acies. xxx. milium pugnatorum chriſtianos iã fatigatos & laſſos ſuaſerunt: oẽs quoq; ex parte rothlandi occiderunt: preter modicos qui ad nemus cõfugerunt: cum quibus balduinus & tedricus latuerunt: & preter rothlandũ qui redeuntibus ſaracenis ad unã leucam inſonuit buccina: centum chriſtianos qui fugerant reuocauit: cum quibus in ſaracenos uiriliter irruens pluſq; duo milia ex ipſis proſtrauit: & ceteros in fugam conuertit. Tamẽ centum eius ſocios in hoc ultimo bello amiſit. Ipſe autẽ quattuor lanceis grauiter uulneratus ſolus ad runciauallem ſub quercu deſcendit: & tunc ſe mori ſentiens duridandam eius ſpatham in ſaxo confringere uoluit: ne in manibus ſaracenoꝝ deueniret: ſed lapide ſciſſo enſem frangere neq̃uiuit. Tunc; tuba ſua tã fortiter ſonuit: q; flatu tuba ſcinditur: & uene ac nerui colli eius rumpuntur: ſonuſq; tube ad aures caroli per octo miliaria angelo deferente perducitur. Illico ganalonus regem redire uolentem diſſuaſit: dicens q; rothlandus cauſa uenationis buccinaret. ¶ Dum igitur rothlandus ſuper herbam iaceret: ſuperuenit balduinus eius frater: a quo cum ſitiens aquam peteret ille circũquaq; querens inuenire non potuit. Videnſq; illum mori equum pungens: carolum uelociter inſecutus cuncta ei geſta narrauit. Mox ſuperuenit tedricus & rothlandum chriſtum laudantem & reſurrectionẽ mortuorum confitentẽ ac pro ſuis occiſis orantẽ inuenit: ſicq; inter manus illius expirauit. Quo die dũ turpinus archiepiſcopus miſſam pro defunctis celebraret: raptus in extaſi

audiuit demones perstrepẽtes ac dicẽtes se aĩas syrii & saracenoꝝ ad infirma deferre: & michaelem cũ ceto angelico aĩas rothlãdi xp̃ianoꝝ ad paradisum ea hora genasse. ¶ Rediens igit carolus rothlandum mortuum inuenit: & oliuerium in effigie crucis q̃tuor palis in terra fixis cum quattuor retortis extensum & a collo usq; ad pedes excoriatum lãceis & spathis confossum. Et cum carolus iurasset oẽs occisos reuisere: & sol iam q̃ si occumberet: oratione sancti regis sol tanto tempore stetit imobilis: donec rex omniũ peremptoꝝ martyrũ corpora requisiuit. ¶ Tũc ganalonum de proditione cõuinctum quattuor eqs alligari fecit: & cõtra quattuor plagas celi sessoribus equos agitantibus terribili morte in quattuor partes discerpi. Omniũ uero sanctoꝝ militum corpora rex in duobus cemiteriis tumulata diuisit: quorum unum est in aliis campis: aliud apud burdegallẽ. Rothlãdum uero apud blauiam in ecclesia sancti romani quam ipse comes edificauerat: sepeliuit: & satham eius & tubam eburneam ad honorem militie ibidẽ reseruandas deposuit. Passio horum martyrum celebratur decimosexto calendas iulii.

¶ De sancto Himerio ep̃o. Cap. CXXII.

Himerius episcopus emilie in tuscia uirtutibus & miraculis clarus ibidem in pace quieuit. xv. calen. iulii: ibidemq; sepultus fuit. Cuius corpus processu temporis q̃dam episcopus cremoneñ illuc ab imperatore ex aliqua causa directus: dato precio non modico obtinuit: & cremonã translatũ i ecclesia alme uirginis cathedrali honorifice collocauit: ubi & miraculis pollet.

¶ De sancta Helisabet de sconãgia. Cap. CXXIII.

Elisabet de sconãgia uirgo sancta: ut ait sigibertus circa annũ domini. M. clvi. claruit. Que fuit soror monasterii de sconãgia matertera symonis abbatis. Hec enim ab annis puerilibus relicto seculo operibus spiritus uacabat: ieiuniis autem semper & orationibus intendebat: atq; carnem disciplinans: diris se uerberibus flagellabat. Multis aũt annis ante obitũ ipius manus domini super illã grauior extitit: quia diris uulneribus caro eius elãguit: & tamen patientie uirtute munita nunq̃ contristari uisa fuit: uisiones aũt crebras & mirabiles a deo habuit & diuina secreta sibi reuelata cognouit. Rapta aũt in his extasibus quasi mortua sine sensu iacebat: donec spiritu carni reddito aliquando que uiderat referabat: aliquando uero silentio tegebat. Huic ab angelo secũ familiarissime colloquenti annũciatus est liber qui dicit uiarum dei diuinas cõtinens & salutares spiritus admonitiones. ¶ In octaua assumptionis domine nostre: beata uirgo ei apparens: eidẽ se spiritu & corpore assumptã fuisse dixit: & post ascẽsionem xp̃i anno itegro & tanto plus tpe quantũ est ab ipsa ascẽsione: usq; ad mediũ mensem augusti in hoc mũdo fuisse declarauit. ¶ In festo anũciationis eiusdẽ: ipsa gloriosa mater eidẽ dei famule reuelauit: q; anno. xv. uerbum dei concepit. ¶ In festo quodam dominice natiuitatis uidit duas stellas magnas perlucidas: in unum corpus redactas & in circuitu circulum aureum ac in medio uirginem x̃pm gestantẽ paruulũ: que multa ipsius dici mysteria sibi reserauit. Inter cetera aũt quesiuit a domina nostra qd esset de anima origenis doctoris audiuitq; q; errores quos habuerat ex fonte nimie pietatis deuenerant. & q; ipsam dei genitricẽ in suis scripturis maxime honorauerat: ppter que duo modicas penas ubicũq; esset substinebat. Sed quid in die nouissimo de eo fieret deus in arbitrio & dispositione domine nostre posuerat: qd' tamen sibi tunc reuelari nõ licebat. His & aliis uisionibus plurimis & glorioſis ancilla christi a domino sepius uisitata anno etatis sue. xxi. uisitatiõis uero sue. xiii. in sanctitate uite migrauit ad dominum decimoquinto calendas iulii.

¶ De sanctis Marco & Marcelliano martyribus. Cap. CXXIIII.

Marcus & marcellianus fratres rome sub diocletiano imperatore passi sunt: agente fabiano urbis prefecto. Hi nobili genere orti: tranquillini & martie filii fuerunt. Qui cum pro fide christi diebus pluribus in carcere tenti fuissent: data sentẽtia super eos a chromatio urbis prefecto decollari iubent: si infra dies. xxx. diis sacrificare renuissent. Interiq; dati sunt in custodia primicrinio noie nicostrato. Ad quos perentes & uxores cum filiis & affinibus aduenerunt: qui lachrymosis precibus animos iuuenum emollire satagebant: quatenus temporalem euadentes mortem preceptis imperialibus consentirent. Quos beatus sebastianus sua predicatione ad martyrium animauit. Qui postquã zoe uxori nicostrati que dudum muta fuerat: loquendi facultatem restituit ipsum nicostratum cum coniuge & parentes marci & marcelliani ad christũ cõuertit. Chromatium quoq; urbis prefectum cum filio tyburtio sua doctrina salutifera ad fidem adduxit: ut hec omnia dicta sunt supra in passione sebastiani decimotertio calen. februarii: & dicentur infra in passione tyburtii. iii. idus augusti. Sicq; factum est ut diocletianus chromatium urbis prefectum dignitate priuatum in exilium mitteret: & fabianum eidem surrogaret. Qui marcum & marcellianum sacrificare nolentes in carcerem diebus pluribus uinctos detinuit. Demum eductos ad stipitem ligari & eorum pedes acutis configi iussit. Cum autem transisset unus dies & una nox: & illi psallentes christum laudarent precepit illos prefectus lanceis per latera transfigi. Sicque cum corona martyrii ad siderea regna migrauerunt. Quorum corpora christiani occulte noctu tollentes uia ardeatina sepelierunt decimoquarto calendas iulii.

¶ De ſcis cyriaco & Paula uir. mr. Cap. CXXV.

CYriacus & paula uirgo apud hiſpanias in ciuitate malica martyriū paſſi ſunt. Qui a paganis pro xp̄i noīs confeſſione uicti: poſt multa eis illa tormenta lapidibus obruti iter ſaxa celo aīas reddiderūt. xiiii. cal. iunii: ut habet in martylogio adonis ex datorio hiero. ſūpto.

¶ De ſcis geruaſio & pthaſio mr. Cap. CXXVI.

GEruaſius & prothaſius fratres gemini filii beati uitalis militis & beate ualerie ap̄ mediolanū ſub nerone imperatore paſſi ſunt. Hi enī poſt martyriū peretū de quibus ſupra actū eſt in paſſione uitalis & ualerie. iiii. cal. maii: omnē ſuam familiam liberātes oēſq; ſuas facultates pauperibus erogantes ſancto nazario mri dudum adheſerunt: qui oratorium conſtruebat. Dehic mediolanū urbem propriā regreſſi in uno ſe cenaculo cōcluſerunt: & per. x. annos lectioni & orationi uacātes anno. xi. ad martyriū peruenerunt. Cū enim comes aſtaſius ad bellū tenderet qđ ab arcomanis fuerat excitatū: & mediolanū ingreſſus eſſet idolor̄ pōtifices eidem occurerunt aſſerētes: q; dii ſibi reſpōdere conténerent: nec belli ei uictoriā concederent niſi prius geruaſius & prothaſius īmolarent. Continuo igit̄ tenentur: & a comite ſacrificare ſuadētur. Cui cū geruaſius oīa idola ſurda & muta diceret: & ab oīpotēti deo uictoriā exquirendā aſtrueret: iratus comes tā diu illū plumbatis cedi fecit q̄ diu ſpiritum exhalauit. Deīde pthaſiū accerſiuit: eūq; ut ſacrificaret diis admonuit. Recuſanté in equuleo ſuſpēdi iuſſit. Deīde depoſitū fuſtibus cedi. Cum aūt pthaſius comité miſerum appellaret: & cecos oculos cordis hére diceret: ac chriſtum uoce publica proclamaret: iuſſit eū aſtaſius capite cedi. Quor̄ corpora philippus quidā ſeruus chriſti cū filio ſuo rapuit: & occulte in domo ſua in arca ſaxea ſepeliuit: libellū quoq; eorum ortū & uitam & martyrium continenté conſcripſit: & ad capita illor̄ depoſuit. Paſſi ſunt aūt circa annum domini. lvii. xiii. cal. iulii. Horum corpora tépore beati ambroſii epi reuelata ſunt. ¶ Cū idem xp̄i confeſſor in eccleſia ſanctor̄ naboris & felicis oraret: ita ut nec uigilaret aperte: nec dormiret itegre apparuerunt eidé duo iuuenes pulcherrimi ueſtibus cādidiſſimis īduti: caligulis calciati: facie perlucidi ſecū māibus extenſis orātes. Orante aūt ambroſio: ut ſi phātaſma eſſet abſcederet: ſi aūt ueritas plenius appareret: ſimili mō manente gallo: iter̄ ſecū orantes uiſi ſunt. Tertia uero nocte defecto iā ieiuniis corpore nō dormienti ſed ſtupēti cū tertia ſibi apparuere perſona: que ſimilis eſſe beato paulo apoſtolo uidebat: ſecundū quod in pictura cōſpexerat: illiſq; tacētibus apoſtolus ambroſio reſerauit: q; illi martyres xp̄i fuerāt: qui oīa p xp̄o contépſerant: & xp̄m in paſſione imitati fuerāt: admonés ut in eo quo orabat loco. xii. pedibus terrā effoderet: ibiq; eorum corpora in arca marmorea inueniret: ad quorum capita libellum conſpiceret: eor̄ ortum: nomina uitā & martyrium cōtinentem. Cōuocatis igitur ambroſius uicinis epis terram effodiunt: & ut ſupra promiſerat paulus: cuncta ſic euenerunt. Et licet ab eorum paſſione pluſq; anni. ccc. fluxiſſent: ita tamen eorum corpora ſunt reperta: acſi ipſa hora fuiſſent ibi poſita. Ex quibus etiam odor mirabilis fragrabat. Cecus autem quidam tangens pheretrum lumen continuo recepit: & alii plures egri eorum meritis curati ſunt. Quorum corpora in matrice ipſius ciuitatis eccleſia requieſcunt.

¶ De ſancto Vrſicino martyre. Cap. CXXVII.

VRſicinus martyr apud rauennā paſſus eſt tépore neronis īperatoris ſub paulino cōſulari. hic natiōe ligurus arte medicus fuit. Poſtq; aūt multor̄ corpora ſanauit: ſub paulino cōſulari arte humana & aīas uti xp̄ianus arte diuina a iudice tētus poſt multa ſupplicia decollari iuſſus eſt. Qui ut ſupra dictū eſt in paſſione ſancti uitalis. iiii. cal. maii: cū ad locum paſſionis ductus eſſet: qui palme uocabulū habebat: quia ibidem palma ad huc antiqua uigebat: gladium expauit: ſed cum beatus uitalis inde cōfortauit: ne ipſe qui alios curare cōſueuerat: ſeipſum eterne mortis iaculo uulneraret. Mox igitur urſicinus de eo q; formidauerat morté: penitentiā egit: & decollationem ītrepidus ſuſcepit. Cuius corpus uitalis miles intra ipſam ciuitaté ſepeliuit. xiii. cal. iulii. Quod tamen poſtmodum tranſlatū fuit ad eccleſiā ſancti ioannis baptiſte: ubi & ppriū oratoriū ſortitus eſt. Deinde poſt annos. ccccccccc. tépore othonis ſecundi imperatoris ab honeſto archiepō rauennate ad eccleſiā urſicinā leuatū eſt: que grece hagia anaſtaſis. i. ſancta reſurrectio dicitur.

¶ De ſancto Romualdo abbate. Cap. CXXVIII.

ROmualdus abbas ordinis camaldulen̄ fundator tpe othonis. iii. īperatoris claruit. Hic ex illuſtribus parētibus rauēne ortus pre ſergio duce adhuc adoleſcés licet cariſ uitio pcliuius exiſtiret: tamen aliter deo deuotus iā q̄ſi eremum appetebat. Cum aūt pr̄ pro quodā agro cū uno eius propinquo litigaret: & romualdo p̄ſente ipſum occidiſſet. Iuuenis q̄ſi homicidii cōſcius. xl. dies penitentiā in claſſis monaſterio perfecit. Inducebat aūt tunc ab uno conuerſo ut ordiné intraret: qđ hic facere pmiſit ſi ſanctū ſibi apollinaré oſtenderet. Et dū ambobus in eccleſia pernoctātibus ſcūs apollinaris de ſub altari bis exiens ei ſecūdo apparuiſſet: ille exinde corpus mris ibidem iacere nullatenus dubitauit. Et extunc cōſilio & ſuaſu honeſti archiepi rauen̄ olim abbatis claſſen̄ monaſteriū claſſis ingreſſus triénium ibi in uite ſanctitate peregit: deinde abbatis licentia ad quendam eremitam marinum nomine: qui in uenetie partibus degebat deuenit: & ſub eius diſcipulatu manere cepit: ab eodemque uite eremi-

nuptie celebrant. Mense aũt. vi. maria que dominum iam conceperat: uirgo fecunda cognate cõgaudẽs: uenit ad helisabet. Et cũ eã salutasset beatus ioannes iam spirituſancto repletus sensit dei filiũ ad se uenire: & p̃ gaudio i utero mr̃is exultauit: & motu salutauit quẽ uoce non potuit. Beata aũt uirgo apud cognatam tribus mensibus mãsit: natũq; puerũ ioannẽ de terra leuauit: & quasi more gerule officiosissime pegit. ℂ Et notãdũ secundũ ambro. q; laus ioannis baptiste in. vi. cõprehendit. s. ex parentibus: miraculis: moribus: munere: & predicatione: atq; ortus solẽnitate. Laus auteẽ parentum secundũ ambro. ex. v. manifestat: ait. n. sic Plena laudatio quã genus in moribus: mores in equitate: officiũ in sacerdotio: factũ in mãdatis: iudiciũ in iustificationibus cõprehendit. ℂ Secũdo laus eius apparet ex miraculis. Quoꝝ q̃dã fuerũt ante eius conceptioné in utero. s. angelica nũciatio: noĩs impositio: & loquele patris amissio. Quedã q̃tũ ad eius cõceptioné in utero. s. preternaturalis cõceptio: eius in utero sanctificatio: & prophetalis doni repletio. De his plenius dicet in cõceptiõe sancti ioãnis baptiste. viii. idus octobris. Quedã q̃tũ ad eius natiuitate ex utero. s. utriusq; parentis spiritus pphetalis adeptio. Nã & mater nomẽ sciuit quod nõ didicerat a marito: & pater cãticũ edidit edoctus a spirituſancto. Loquele patris reseratio: qa mox ut filii nomẽ scripsit: aptũ est illico os eius & lingua eius &c. Et spirituſsancti repletio: qa zacharias pater eius repletus est spirituſancto. Ambrosius respice ioannẽ q̃ta uis est in eius uocabulo. Cuius nũcupatio redit muto uocẽ: patri pietatẽ: populo sacerdoté &c. Tertio ex moribus qa scissime uite fuit. Cuius qdẽ scitas colligit ex. x. noĩbus qbus nũcupat. Nominat enim: ioãnes: ppheta: amicus spõsi: lucerna: angelus: uox: helias: baptista saluatoris: p̃co iudicis: & p̃cursor regis. In ioanne designat p̃rogatiua pfectiõis: qa ioãnes domini gratia iterpretat. In ppheta p̃rogatiua cognitiõis. In amico sponsi p̃rogatiua dilectiõis. In lucerna ardente p̃rogatiua scitatis. In angelo p̃rogatiua uirginitatis. In uoce p̃rogatiua feruoris. In baptista p̃rogatiua mirabilis honoris. In p̃cone prerogatiua predicationis. In p̃cursore prerogatiua p̃paratiõis. Vnde merito eius scitas habet testimoniũ: a supcelestibus: a celestibus: & a subcelestibus. A supcelestibus. i. ab ipa trinitate. Et primo a pr̃e qa uocat eum angelum mal. iii. Ecce ego mitto angelũ meũ &c. Nã & officiũ angeloꝝ exercuit dominũ nunciãdo: dicens. Ecce agnus dei &c. Secũdo a filio: sicut patet matthei. x. ubi xps eũ cõmendat dicens. Inter natos mulieꝝ nõ surrexit maior ioãne baptista. Tertio a spirituſancto: cũ per os patris sui dixit luc. i. tu puer pphetа altissimi uocaberis &c. Itẽ habet testimoniũ a celestibus. i. angelis: sicut luc. i. ubi eũ angelus multipliciter cõmendat ostẽdens: q̃te sit dignitatis quoad deũ: qa erit enĩ magnus corã domino: q̃te scitatis quoad seipm: qa uinũ & sicerã non bibet & spirituſancto replebit &c. q̃te utilitatis quoad p̃ximũ: qa multos filioꝝ israel cõuertet &c. Itẽ a subcelestibus. i. ab hoĩbus: sicut a pr̃e suo & uicinis q dicebant: qs putas puer iste erit? ℂ Quarto laus eius cõprehendit ex munere. Habuit. n. munus: in uteri ingressu: in uteri egressu: in mundi pgressu & in mundi discessu. In uteri ingressu: habuit triplex mirabile munus gratie. ℂ Primo qua sanctificatus fuit hiere. i. Anteq̃ exires de uentre sanctificaui te. ℂ Secundo qua prophetare meruit. Nam in utero matris exultas deũ adesse cognouit: unde dicit chrysostomus q; ubi beata uirgo helisabet salutauit: sermo p̃cedẽs de utero in quo habitabat dominus: & p̃ aures helisabet ingressus ad ioannẽ descendit: & ipm in pphetã inunxit. Tertio qua suis meritis matri pphetico spiritũ obtinuit. Nã secũdum chrysostomũ. os illius in uerbo cõfessionis aperuit: ut cuius non uiderat personã: cognosceret dignitatem dicens: unde hoc mihi: ut ueniat mater domini mei ad me. ℂ In uteri egressu habuit triplex munus. Quoniã ortus fuit miraculosus: Sanctus: & iocũdus. Quia miraculosus: excludit defectus ipotentie. Quia sanctus: reatus culpe. Quia iocundus: lamẽtum miserio. ℂ In mundi progressu: habuit similiter multiplex munus. Quoniã habuit perfectionem omniũ sanctoꝝ. Nã propheta fuit quando dixit: q post me uẽturus est &c. Plusq̃ propheta: quoniã ipm dignito demõstrauit. Apostolus: quia a deo fuit missus: Nã grece apostoli latine dicunt missi: unde fuit homo missus a deo &c. Martyr: quia pro iustitia mortẽ sustinuit. Cõfessor: quia cõfessus est: & nõ negauit. Virgo: qa puritatẽ angelicã habuit: unde & angelus appellat: ut dictũ est. ℂ In mundi uero recessu habuit triplex munus. Quia efficit martyr inuictus: tunc enim palmam martyrii adeptus est. Dirigit nuncius p̃clarus: Nã his qui erant in limbo nuncium attulit de redemptione ipsoꝝ. Et colit eius exitus gloriosus: eius enim exitus solus ex oĩbus qui ad inferos descenderunt: ab ecclesia specialiter celebratur. ℂ Quinto ex predicatione. Ipse nam q; predicauit primo feruenter: cũ dixit: genimina uiperarum &c. Hic aũt feruor fuit inflãmatus charitate: quia erat lucerna ardens. hiere. i. Posuit os meũ ut gladium acutum. Informatus ueritate quia erat lucerna lucens. ioan. iii. Vos misistis ad ioannem: & ille testimoniũ perhibuit ueritatis. Directus discretione & scientia: unde turbis & publicanis & militibus secundũ quorũcũq; exigentiam propriam legem dedit. Firmus constantia: unde tantũ constanter p̃dicauit: q; ex hoc uitam amisit. Secundo predicauit prudenter: Cuius prudentia in tribus consistit. Primo quia usus est cõminationibus: ut malos terreret dicens. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Secundo promissionibus: ut bonos alliceret dicens penitentiam agite: appropiquabit enim regnũ celoꝝ. Tertio moderationibus: ut mediocres paulatim ad pfectionem attraheret: unde turbis & publicanis & militibus leuia ipponebat: ut postmodũ maiora ꝓueheret. Turbis ut operibus misericordie insisterent. Publicanis ut se ab alienorum appetitu abstinerent. Militibus: ut neminẽ offenderent: & suis stipendiis contenti essent. Tertio p̃dicauit: efficaciter: quoniã eius predicatione multi cõuersi sunt: predicauit enim uerbo per assiduitatẽ doctrine: & exemplo per sanctitatem uite. ℂ Sexto laus eius recolit ex ortus dignitate: quia preter xp̃m nullius hominis natiuitas ab ecclesia celebrat nisi sola btĩ ioannis baptiste. Celebrat aũt eius ortus secundũ magistrũ guilelmũ antisiodoreñ triplici rõne. Primo rõne sanctificationis in utero. Secundo rõne dignitatis in officio. Ipse enim tãq̃ lucifer uenit: & nobis orientis solis gaudium primus nunciauit. Tertio rõne iocunditatis in ortu suo. Nam angelus predixerat: & multi

in natiuitate eius gaudebũt. Et ideo nos merito gaudere: & ortũ eius recolere debemus. ¶ Et notandũ q̃ ioánes euãgeliſta hac die migrauit ad dominũ. Sed ecclesia feſtũ eius in tertiũ diẽ natiuitatis x̃pi celebrãdũ inſtituit: nõ quia euangeliſta baptiſte ceſſerit uti minor maiori: ſed qa tũc eius eccleſia dedicata fuit: & qa ip̃m feſtũ tũc cõgruentius celebrãdũ uiſum extiterit: ut x̃ps natus a p̃tomartyre & apoſtolo & inocẽtibus ſociaret & ioãnis natiuitas i ſuo die deuotius coleret.

¶ De ſanctis Luceia uirgine & Anceia martyribus. Cap. IIII.

LVceia uirgo & anceias eius dominus tẽporalis rome martyrium paſſi ſunt tẽporibus diocletiani. Hec romana origine ab anceia barbarorũ rege capta & in patriã ſuam adducta eſt. Quã dũ barbarus uiolare uellet: audiens ab ea: q̃ deũ celi haberet ſpõſum eius defloratiõis ultorẽ: extimuit: & reuerenter ipſam tractans: in ſolitaria domo repoſuit: ancillis aliis ei ad miniſteriũ deputatis: que die noctuq̃ ieiuniis & or̃onibus intenta erat. Cuius etiã p̃cibus idẽ rex pluriés de ſuis hoſtibus triũphauit: unde & eius ſcitatis exẽplo ad x̃pm cõuerſus uirginẽ manumiſit. Dũ aũt illa repatriare uellet: reuelatione diuina p̃monita: anceias dei p̃uidẽtia deſerto regno uirginẽ uſq̃ romã ſecutus eſt: ubi ambo ipſi pro noſis x̃pi confeſſione detenti gladio martyriũ impleuerunt. viii. calendas iulii.

¶ De inuentione corporis ſancti Marci euangeliſta. Cap. V.

INuẽtio corporis ſci marci facta fuit in ciuitate uenetiarũ tpe ordelaphi faletri ducis uenetorũ. Cũ enim ſacrũ corpus beati euãgeliſte ab alexãdria uenetias trãſlatũ: & in baſilica eius nomini cõſtructa depoſitũ eẽt: ut dictum eſt ſupra pridie cal. febr. cõtigit: ut poſt multorũ decurſus tẽporũ ubi ſanctũ corpus q̃ſceret: inouatis etatibus neſciret. Et cũ poſt diligẽtẽ iq̃ſitionẽ: nemo tũc uiuẽs huius rei cõſcius iueniret: toti urbi uenetiarũ ieiuniũ triduanũ idicit. Quarto q̃ die uniuerſus clerus & populus ad eius eccleſiã cõgregant: i qua letaniis perfectis p̃ceſſione diſpoſita: or̃onibus & lachrymis p̃fuſis: dei miſericordia ip̃lorat: ut eis ſanctũ corpus reuelare dignetur. Tunc ſciſſis marmoribus columne circũpoſitis: arca que iferius claudebat: corpus quoq̃ concludens erupit: & conſpectu oĩum per ſeipſam mirabiliter exiliuit: ſicq̃ beati marci corpus cunctis innotuit: quod a duce & clero & populo cum gaudio reuiſum: & inde leuatum ac honorifice condecenti tumulo in alio loco in ipſa eccleſia locatũ eſt. Ad cuius tumbam miracula diuinitus creberrime fiunt: ubi & ifirmi curant: & demones effugant. Facta eſt aũt iuentio ſiue oſtẽſio huius corporis. vii. cal. iulii.

¶ De ſancto Soſipatre diſcipulo. Cap. VI.

SOſipater diſcipulus beati pauli apoſtoli fuit: & ut abbas dorotheus ſcribit epiſcopus iconii: atq̃ unus ex ſeptuagintaduobus diſcipulis chriſti: Sed origenes ipſum theſſaloniceñ eccleſie epiſcopum fuiſſe ponit traditione maiorum. Qui beato paulo apoſtolo multo tẽpore adherens demum ab eodem pontifex conſtitutus: officiũ predicationis fideliter adimpleuit: & apud beroam obdormiuit. vii. cal. iulii.

¶ De ſcõ Proſpero ep̃o & cõfeſſore. Cap. VII.

PRoſper ep̃s aquitanicus oppido lemouiceñ oriundus fuit. Qui iam clericus exiſtens oĩbus pro x̃po pauperibus erogatis de ciuitate ſua egreſſus pegrinationis gratia romam adiit: & leoni primo pape dudum adheſit. Et cum eodem p̃riter multas epiſtolas ad diuerſas eccleſias conſcripſit: in quibus errores eutycetis & neſtorii tunc maxime pullulantes mirabiliter confutauit. Fuit enim omnium liberaliũ artium dogmate pitus: & tam diuine q̃ humane philoſophie ſtudio plenius imbutus. Peregrinationẽ aũt ſua pacta dum repatriare uellet: leo papa per uiſum diuinitus admonetur: ut proſperũ in rhegynũ ep̃m ordinare debeat ſucceſſurũ ip̃ius urbis p̃ſuli: poſt dies modicos morituro. Quod dum proſper didiciſſet: diutiuſq̃ paſtoralem curam recuſaret: tandem ſummo pontifici humiliter obediuit ipſum q̃ leo papa in ep̃m conſecrauit: & rhegyneñ eccleſie deſtinauit. Et dum ſanctus eidem ciuitati iam proximus eſſet: ep̃s qui tũc erat: humanis exẽptus eſt. cum aũt populus pro eligẽdo ep̃o ſolicitaret: p̃sbytero cuidam ſeniori & ſanctiſſimo omnia que rome geſta fuerant diuinitus reuelant: & quia iam p̃sper ſibi a deo eſſet datus & a leone pontifice cõſecratus. Quã uiſionem eum clerus & populus didiciſſent: leti omnes ſancto ep̃o unanimiter occurrunt & in paſtorem ſuum gratanter ſuſcipiunt. Qui gregem dominicum uerbo & exemplo ſolicite pauit: & in ſanctitate uite p̃fectus in pace q̃uit. vii. cal. iulii. anno domini. ccccl xv. tẽpore hilarii pape: & martiani iperatoris. Sepultuſq̃ fuit in baſilica ſancti apollinaris: quã iuxta eandẽ urbẽ conſtruxerat: ubi & quieuit uſq̃ ad tẽpus ioannis pape. vi. qui ſedere cepit anno domini. ccccccci. regnante iuſtinãdo x̃piano rege lõgobardorũ. Quo tpe thomas rhegynus ep̃s ab ipſo ſancto per uiſum admonitus eccleſiam ingentem ſibi intra ciuitatẽ edificauit: & corpus ipſius ſuauiſſimo fragrans odore illuc tranſtulit. viii. cal. decẽbris. ubi & ad p̃ſens iacet miraculis p̃pollens. ¶ Hic ſanctus uir ſermone ſcholaſticus & aſſertione ueridicus multa opuſcula cõdidit. nr̃e fidei ueritatem redolentia. Nam chronicam beati Hieronymi a tpe ualentis iperatoris uſq̃ ad finem tẽporũ ſecundi theodoſii p̃ſecutus eſt. Chronicam etiã a conditione primi hominis iuxta diuinarũ ſcripturarũ fidem: uſq̃ ad morte ualẽtiani auguſti: & captam a gerſerico urbẽ cõpoſuiſſe fertur. Librũ aduerſus opuſcula caſſiani ſupreſſo nomine cudit. Epiſtole leonis pape aduer-

sum cutycetem de natura christi & icarnatiõe ab hoc notate creduntur. Librum epigrammatum ex dictis augustini partim prosa partim metro exarauit. Ad iulianum uolumen de uita contemplatiua in tres libros digessit. Et alia plura compilauit.

¶ De scõ Gallicano martyre. Cap. VIII.

GAllicanus martyr apud alexandriã tpe iuliani apostate passus est. Hic enim sub cõstantino magno imperatore romani exercitus dux fuit. Cũ aũt gens scythaꝝ daciã & thraciam occuparent: & gallicanus dux gentilis cõtra gentem predictã mitti deberet: cõstantiã cõstantini filiã sibi pro mercede laboris in uxorẽ petebat: qd etiam romani principes plurimũ fieri postulabãt. Pater aũt plurimũ tristabaꝰ sciens filiã suã a beata agnete sanatã ut dictũ est supra in eius legẽda. v. cal. februarii in uirginitatis proposito positã facilius occidi posse q̃ ad consensum inclinari. uirgo tamen de domino cõfidens patri suasit ut eã sibi spõdeat cũ uictor redibit: uerũtamen duas filias suas atticã & artemiã quas ex coniuge defuncta susceperat ipse gallicanus secũ manere permitteret: ut p eas mores & uotũ pris scire posset: & ipsa duos prepositos suos germanos eunuchos ioãnẽ & paulum sibi concederet: in specie quasi maioris firmitatis: rogans deũ ut ipsum & filias ad xp̃m cõuerteret. Que oĩa cũ essent impleta gallicanus assumptis ioanne & paulo & copioso exercitu ꝓficiscit: sed tamẽ a scythaꝝ gente eius exercitus frangit: & in urbe thraciaꝝ ab hostibus obsidet. Cui ioannes & paulus dixerunt: ut uotũ deo celi faceret & ꝓcul dubio uictor esset. Quod cũ fecisset: statim iuuenis ferens crucem sibi apparuit & ut sumens gladiũ se sequeret admonuit. Quẽ ille accipiens per media castra iuit: & ad regem usq; deueniens nullũ occidẽs solo timore precedentis uniuersos hostes subiugauit: & romanis tributarios fecit. Duoq; milites armati eidem apparentes: eum hincinde confirmabant. Factus ergo xp̃ianus romã rediit. & apostoloꝝ mox basilicas uisitauit. Rogauit aũt augustum ut sibi indulgeret: si filiam suam minime desponsaret: eo q; decetero xp̃o cõtinens uiuere proposuisset. Quod dũ constantino plurimum placuisset & due filie gallicani & constantiã uirginem conuerse fuissent: secumq; in monasterio beate agnetis ꝑmanerent. Ipse gallicanus ducatui cessit: & qnq; milia seruoꝝ suoꝝ manumisit: oĩaq; pauperibus tribuens: xp̃o cũ quibusdã seruis dei in paupertate seruiuit: multaq; miracula faciebat: ita ut solo iussu demones ab obsessis corporibus effugaret. Huius sacre opinionis fama in toto orbe terraꝝ intantũ excreuit: ut ab oriente & occidente uenientes: uiderent uiꝝ ex patricio & cõsulẽ lauantẽ pedes pauperũ: ponentẽ mensam: aquã manibus effundentẽ: languentibus solicite ministrantẽ: & cetera seruitutis officia exhibẽtẽ. Perseuerauit aũt gallicanus in scis huiusmodi pietatis opibus usq; ad tẽpora iuliani impatoris: qui cũ imperiũ sublimatus xp̃ianos ꝑsequeret: misit ad ostiã ciuitatẽ: ubi gallicanus degebat: ut titulos fiscales domibus ab eo in subsidiũ pauperũ fabricatis ponerẽt. Sed cũ omnes exactores illuc accedentes a demonio uexarentur: mãdauit iulianus: ut aut diis imolaret: aut exinde discederet. Tanto enim uiro non audebat mortẽ inferre. Ille igit alexandriam perrexit: & per annum in eremo cum sanctis confessoribus habitauit. Deinde tentus a comite raucino cum sacrificare cõtemneret: trãsfixus in corpore gladio martyrii coronam percepit. vii. calendas iulii: alexandrieq; tumulatus iacet in ecclesia eius nomini fabricata.

¶ De scis ioãne & paulo martyribus. Cap. IX.

IOãnes & paulus martyres rome passi sũt sub imperatore apostata iuliano: Quoꝝ prior prepositus: secundus primicerius fuit cõstantie constantini filie uirginis: ut superius dictũ est in passione gallicani m̃ris. vii. cal. iulii. Iulianus uero iperator captus cupiditate sacrilega auaritiam suã euangelii testimonio colorabat. Nã facultates xp̃ianis auferens dicebat: q; xp̃s in euãgelio docuerat: ut nisi qui renũciauerit oĩbus que possidet: nõ potest christi esse discipulus. Audiens aũt: q; ioannes & paulus ex opibus quas cõstãtia uirgo reliquerat: xp̃ianos pauperes sustentarent: mandauit eis: ut sicut constantino ita quoq; & sibi adherere deberent: Qui responderunt: q; cõstantino & cõstanti imperatoribus uti xp̃ianis adheserãt: eisdẽq; in palatio famulati fuerãt. Iuliano aũt uti apostate: & qui religionẽ plenã uirtutibus reliquerat: penitus obedire cõtemnebant. At impator se clericatũ in ecclesia obtinuisse iactabat: sed cõsiderans uanũ esse inertiam & ocium sectari: relicto clericatu militie animũ dederat diis sacrificãdo: quorũ suffragiis ad imperii apicẽ puenerat: unde & ioanni & paulo. x. diex; iducias cõcedebat: ut si ifra ipsum terminũ a xp̃i cultura nõ discederent: & militiam suã reassumere recusarẽt: coacti postmodũ facerẽt: quod sponte facere nõ curabant. Cui sancti dixerunt: ut iam. x. dies ꝑteriisse existimans cõtinuo faceret: quod post. x. dies facere minabaꝰ. Quibus imperator asseruit: q; eos post dictũ terminũ: nõ ut mꝛes: sed ut hostes publicos puniret. Tũc ioãnes & paulus p totos. x. dies elemosynis isistebãt: & oĩa sua inopibus erogabãt. Decima aũt die missus est ad eos terrentianus cãpi ductor ab imperatore hora cenandi: qui ingressus iuenit eos orantes obtulitq; eis ex parte iuliani imperatoris aurea statuunculã iouis: ut ei thura icenderent: alioqn gladio simul perirent. Qui cũ se nullũ alium dominũ habere nisi xp̃m dicerent: hora tertia noctis transacta sicut illi indictũ fuerat: ut sine strepitu punirentꝰ: eos ambos decollauit itra domum ipsoꝝ. Fecitq; fieri foueam: & eoꝝ corpora in ipsa domo inuoluta reponi: faciens famã: q; in exilium missi essent. Demones aũt ex obsessus corporibus intra domum ioannis & pauli eiiciebantur: confitentes sanctam passionem eorũ. Post hec filius terrentiani a demone rapitur: & intra ipam domũ clamare cepit: q; a sanctis martyribus uretur. Quod uidens terrentianus: ad locum accedens: oransq; cũ lachrymis peccatũ suum confitet: & filius eius mox a demone liberat: ac una cum patre cõuersus ad xp̃m baptizat: qui terrentianus scripsit sancto rum martyrum passionem: qui passi sunt sexto calendas iulii anno domini. ccclxiii.

¶ De scõ Vigilio epo & martyre. Cap. X.

VIgilius eps tridentinus & martyr natione romanus a puero xp̃ianus liberalibus studiis athenis edoctus: cum maxentia matre nobili & cũ filiis suis claudiano & mariano ad ciuitatem tridẽtum deuenit: deo seruiens

& miraculis clarens: ubi asterio tridentino epo defuncto: ipse a populo cũ esset annoꝝ. xx. quis dudũ renuens in pontificẽ electus est. Qui oẽm populũ ciuitatis & diocesis tridentine adhuc maiori parte idolis dedi/tum ad xp̃m cõuertit: p̃dicationis gr̃a continue circuiens partes illas: qui etiã de licentia epoꝝ brixienſ & uero/nen̄ in eoꝝ diocesibus predicans: multos ab idolorum cultu eripuit. Et sisinniũ: martyrium: & alexandrum martyres in predicatione socios & coadiutores habuit: de quibus supra in eoꝝ passione actũ est. iiii. calen. iunii. Quoꝝ etiã corpora apud uallemannonis pro christo passoꝝ tridentum transuecta sepeliuit: & ipsoꝝ aias celos ascendere cõspexit. Cum in uno solo eius epatus loco in montanis sito: noie radẽna gentilitatis uestigia remansissent: & ipse cũ miliano p̃sbytero & fratribus suis claudiano & maioriano christum ibidẽ predicasset: ac etiã saturni idolũ euertisset: transiens fluuiũ sarca per quem benacus defluit: a rusticano uulgo in eũ furente insecutus: ac lapidibus solus ipse obrutus est: sociis sine lesione dimissis: cuius corpus ad eccleſiã suam delatum est: ac in eccleſia martyrum geruasii & prothasii: quã ipse edificauerat tumulatũ: uocabulo ipsius eccleſie in noie sancti uigilii mutato. In cuius sepultura & demones effugati sunt: & diuersis langoribus egri curati. Sed & brixienses quidã de eius collecto sanguine partẽ brixiã detulerũt in cuius uirtute plurima fuerunt ostensa miracula. Claruit in epatu annis. xx. Imperantibus gratiano & ualentiano: honorio & theodosio magno pr̃cipibus: & passus est .vi. cal. iulii. Hic ad simpliciũ quendã in laudem m̃r̃m scripsit librũ. Item epistolã eoꝝ gesta supplicia & funera suo tpe apud barbaros continentem. Item ad ioannem chrysostomum epistolã predictoꝝ m̃r̃m sisinnii martyrii & alexandri passionem explicantem.

¶ De sc̃o Vigilio alio epo & martyre. Cap. XI.

Vigilius eps antisiodoren̄. passus est tpe constantini iunioris. Hic in ipo epatu sedit annis. xxv. Edificauitq; de facultatibus ꝓpriis ac dotauit eccleſiam dei genitricis extra muros in qua & cõuẽtũ monachoꝝ & hospitale pauperum cõstituit. Qui ꝓpter suã sanctitatẽ inimicis iustitie odiosus effectus a baracone sceneſcallo regis frãcie: qui ebronio regi sancti leodegarii occisori i regno succeſſerat: in cocia siluaꝑ cõpendiũ occisus est. vii. cal. iulii. Cum autem corpus eius ad suã eccleſiã ueheretur: & per senonas transitum habere cõtingeret: carceres illico diuinitus sunt reserati: uinculis quoq; ac compedibus confractis omnes concluſi & in ergastulis ibi iuxta detenti absoluti sunt: corpus sacrum usq; antisiodorum comitantes.

¶ De sc̃o Vigilio papa & martyre. Cap. XII.

Vigilius papa & martyr natiõe romanus ex patre ioanne cõsule romanoꝝ siluerio papa in põtificatu romano succeſſit: & sedit annos. xvii. mẽses. vi. dies. xvi. Hic cũ siluerii pape deceſſoris sui archidiaconus esset: & ad papatũ ambiens theodore auguste fautor extitit: ut siluerius papa a beliſario patricio de epatu electus in exilium mitteretur: ut supradictum est in passione siluerii .xii. cal. iulii: unde & suasu atq; auctoritate theodore ad papatum promotus est. Qui tamen post mortem siluerii de cõmisso penitentiam egit: & martyrio pasſus feliciter terminauit. ¶ Huius tpibus apud cõstantinopolim. v. synodus celebrat̃ sub iustiniano principe contra theodorã & oẽs hereticos: qui beatiſſimam mariã tantum hominẽ & non deum genuiſſe affirmabant. In qua synodo catholice statutũ est: ut beata maria semper uirgo theotheca diceret̃. i. matri dei & hominis saluatoris unde & ex hoc theodore exosus effectus: ab eadẽ quẽadmodum & predeceſſor eius compulsus est: ut artemiũ patriarcham cõstantinopolitanum ab agapito ꝓpter hereſim de sua sede eiectũ reuocaret: & in sua sede restitueret. Quod cũ facere abnuisset: ab eadẽ auguſta multas perſecutiões passus dehĩc cõstantinopolim adductus & alapizatus est ac demũ de eccleſia sancte sophie: in quã cõfugerat extrahit̃: & misso fune in collo eius per totã urbẽ de mane usq; ad ueſperã trahit̃. nouiſſime quoq; actus i exiliũ morit̃. Corpusq; eius in locello repositũ romã trãſſertur: & apud sanctũ petrum sepelit̃. ¶ Hic constituit missam in eccleſia celebrari uersus partẽ orientalẽ: ut in christi faciem sacerdos intendat: eo q; christus in cruce pendens uersus occidẽtem aspexit. Et ceſſauit eius episcopatus dies quinq;.

¶ De sc̃o uigilio confeſſore. XIII.

Vigilius cõfeſſor & diaconus claruit tpe leonis primi imperatoris. Hic monachoꝝ regulã ex traditione sanctoꝝ patrum totius profeſſionis monaſtice diſciplinã continẽtẽ: que ad ꝓfectũ fratrẽ in cõuentu legitur breuiatã lucido & aperto sermone conscripsit. Et apud urbem regiam constantinopolitanam sanctitate preditus in pace diem extremum concluſit.

¶ De sc̃o maxentio abbate. Cap. XIIII.

Maxentius abbas pictauien̄ tpe clodouei regis francoꝝ claruit. Qui inter cetera ipsius sanctitatis ostensa miracula iuuenem a morte corpis suscitauit. Aues siluestres relicto nemore ad ipsum manſuetius aduolabant: & de manu eius tritici grana & panis fragmẽta legebãt. Sepius uisitabat̃ ab angelis: adeo ut cella ipsius in modũ stellaꝝ splẽdore frequentius uideret̃. Qui etiam pane ordeaceo solo & aqua cõtentus sepius celico pane sibi miniſtrato diuinitus reficiebat̃. Hic die quadã estiuo tpe sitientibus monachis: & aqua in loco deserto carẽtibus baculo terrã feriẽs fontem ex humo ꝓduxit: ex quo lãguẽtes quiq; potati ad p̃sens usq; sanant̃. ¶ Cũ aũt franci cũ rege clodoueo cõtra gothos ad bellũ ꝓcederẽt: uenientes ad mõasteriũ sci uiri: ut illud spoliarẽt: & qdã ex illis abbatẽ pro posse reliſtẽte gladio ꝑimere uellet: gladiũq; sup eius caput eleuaſſet: maus cũ brachio in aere suſpẽſa remansit: quã nec deponere ualuit: & postmodũ se ipm dentibus laniare cepit. Reliq uero excecant̃: & adeo mẽte turbant̃: q; se mutuo cognoscere nõ ualebãt. Quod rex audiẽs ad maxẽtiũ uenit: & pro se ac suis ueniã petiit: cũctisq; ipsis liberationẽ mentis & corpis humiliter ipetrauit. ¶ Cũ quidã cultor segetũ in messem sc̃i manus iniecisset: maus eius subito cõtracta est. Qui ueniens ad uiꝝ dei ueniã de cõmisso postulauit: & sanitatẽ reportauit. ¶ Mulieris cuiusdã cuius die dominico filia torquentis manus inutiles facte fuerant: ipsum iuocantis manus subito resanauit. Obitum suum longe ante presciuit: & monachis suis predixit: & ut predixerat in pace quie/

uit uidelicet ſexto calendas iulii hora nona: ſepultus in monaſterio ſuo pictauien.

¶De ſcõ Creſcente diſcipulo. Cap. XV.

CReſcens diſcipulus beati pauli apoſtoli fuit:qui primo in gallias tranſitum faciens: uerbo predicatiõis multos ad fidem chriſti conuertit. Deinde rediens ad gentem: cui ſpecialiter ẽps fuerat datus: uidelicet galatas uſq; ad beatum finem uite ſue in opere domini populum confortauit:officio quoq; predicationis fideliter peracto in domino quieuit quinto calendas iulii: galatie ſepultus:ut dicit ado. & ex hieronymi martylogio.

¶De ſcis Zoilo & ſociis eius martyribus. Ca. XVI.

ZOilus martyr cum aliis.xix.ſociis ſuis apud cordubã hiſpanie pro chriſti nomine martyrium paſſus eſt.v.calendas iulii. Cuius q; dem zoili corpus cum multo tempore ubi nam ſepultum fuerat:latuiſſet:uenerabili ep̃o eiuſdẽ ciuitatis nomine agapito ex diuina reuelatione manifeſtatum:& ab eodem repertum:atq; honore condecenti collocatum eſt:hec ado.

¶De ſcõ Zoilo preſbytero. Cap. XVII.

ZOilus p̃ſoyter aquileien̄ fuit:qui cum corpus beati martyris chryſogoni & aliorum plurimor̃ pro chriſto paſſor̃ ſepeliſſet: ut dicitur infra in paſſione chryſogoni.vii.calendas decembr̃.apparente ſibi beato chryſogono predicto:& eidem felicem ſuum obitum prenunciante: omni uite perfectione conſumata ad chriſtum migrauit. Sepultuſq; eſt in aquileienſi ciuitate.

¶De ſcõ Leone papa ſecũdo & cõfeſ. Cap. XVIII.

IEo papa huius nominis ſecũdus natiõe ſiculus ex patre paulo agathoni pape in ep̃atu romano ſucceſſit: ſeditq; annũ unum menſes.x.dies.xvii. Hic fuit eloquentiſſimus:in diuinis ſcripturis ſufficienter inſtructus: greca latinaq; lingua eruditus:cantilena ac pſalmodia p̃cipuus:& in ear̃ ſenſibus ſubtiliſſima exercitatiõe ſublimatus:lingua quoq; ſcholaſticus & locutione politus:exhortator oĩum bonor̃ oper̃:pleni florentiſſimam ſcientiã ingerebat:pauptatis amator: erga inopũ prouiſionẽ non ſolũ mentis pietate: ſed etiã ſtudii ſui labore erat ſolicitus. ¶Hic ſuſcepit ſanctã ſextã ſynodũ conſtantinopoli celebratã ſub conſtantino iuniore:cõdemnãs ea:que ipſa damnauerat ſynodus. Hic cõſtituit pacẽ dari in eccleſiis totius xp̃ianitatis fidelibus poſt agnus dei. Conſtituit etiã:ut q ordinatus fuerit archiep̃s:nulla conſuetudine pro uſu pallii aut diuerſis officiis aliqd eccleſie p̃ſoluere debeat. ¶Qua dã aũt die dũ pauperem leproſum ſuſceptũ in ſuo lectulo collocaſſet:& cubiculum ſecreto clauſiſſet: poſt modũ rediens:& camerã aperiens:atq; paupere mini/me repiens:intellexit ſe xp̃m in pauperem ſuſcepiſſe. ¶Huic etiã cum per dies.xl.ieiuniis & or̃onibus ad altare beati petri apoſtoli p̃ſeueraſſet: & pro ſuor̃ uenia criminum apoſtolũ exoraſſet:beatus petrus apparens dixit:oĩa ſua peccata domino fuiſſe dimiſſa: p̃ter peccatũ manus impoſitionis:de quo ſolo in morte ſua rationem reddere oportebat:qui die.iiii.cal. iulii in xp̃o feliciter obdormiuit:& ſepultus eſt ad ſanctũ petrũ apoſtolum. ¶Hic fecit ordinationẽ unã per menſem iunii:& ordinauit p̃ſbyteros.ix.diaconos.iii. ep̃os per diuerſa loca numero.xxiii. Et ceſſauit ep̃atus menſes.xi.& dies.xxii. ¶Hic de multis ſcientiis compoſuit hiſtorias & cantus:& plura eccleſie utilia ſcripſit. Homelias declamatorias multas cõpoſuit. Decretales epiſto.lx x. Sermões ad populũ.lxxx. unde & ſermologus dc̃us ẽ:ut dicit gẽnadius de uiris illuſtribus.

¶De ſcõ Leone papa tertio. Cap. XIX.

IEo papa huius noĩs tertius natiõe romanus ex patre azulpho:hadriano primo pape in pontificatu romano ſucceſſit. Et ſedit annos.xx. menſes.v. dies.xvi. Qui dũ ad capeſcendã ſedem apoſtolicã urbem intraret: audite ſunt uoces angelor̃ concinẽtiũ:Dicit dominus. Ego cogito cogitationes pacis &c. Fuit aũt tẽporibus earoli magni primi ip̃eratoris francor̃. ¶Hic dũ p̃geret in die ſancti marci de laterão ad letaniã maiorẽ apud ſanctũ petrum peragendã ex more:a romanis captus & erutis ſibi oculis:linguaq; preciſa nudus ac ſemiuiuus in monaſteriũ miſſus eſt. Sed dominus oĩpotens eidẽ miraculoſe & loquelã & uiſum reſtituit. Poſteaq; perrexit ad carolũ regem francor̃:a quo honorifice ſuſceptus eſt. Et cũ ei cuncta:que ſibi cõtigerant:ĩti maſſet:rex pre nimio cordis dolore fleuit. Statimq; legatos ſuos romã miſit:& leonẽ cũ honore in ſedẽ ſuã reſtituit. Et poſt tp̃is ſpatiũ cũ carolus de ſaxonia uictor rediſſet:romam uenit:ibiq; honorifice a clero & populo ſuſceptus eſt. Cũq; de quibuſdam criminibus pape obiectis inq̃ſitionẽ feciſſet:& nihil obiector̃ a calumniatoribus p̃bari poſſet:pontifex ipſe corã omni populo ad euangelia ſe purgauit. Et in die natalis domini carolum magnũ imperatorẽ romanor̃ corona uit:populo ſibi laudes imperiales ex more acclamãte. Sicq; imperium ab ea die in francos trãſlatum eſt ex conſtitutione apoſtolice ſedis:filios quoq; caroli pipini num in longobardor̃:lodouicum equitaniorum:carolum uero ſaxonum reges inunxit. Poſt hec carolus imperator inimicos & calumniatores pape: ut maieſtatis reos capite damnauit. Pro quibus ſanctus pontifex pio affectu apud imperatorem interceſſit. Nam & uita & membrorum integritas eis conceſſa eſt. Ceterum pro facinoris magnitudĩe exilio ſunt deportati. Carolus uero ad gallias regreſſus eſt: de quo libro .xi. in eius ſpeciali hiſtoria peragetur. ¶Hic pontifex fecit porticum ſancti petri:qui adhuc eius nomine dicitur ciuitas leonina:& muro eam cinxit propter incurſum ſaracenorum. Et poſt alia opera uirtutũ laudabilia in pace quieuit. Sepultus apud ſanctum petrũ.

Et ceſſauit epiſcopatus dies.iii.

¶ De ſcõ Hyreneo epõ & martyre. Cap. XX.

HYreneus epꝰ lugdunenſis policarpi ſmyrneñ epi auditor: deinde photini epi: q lugduneñ in gallia regebat eccleſiã pꝛbyter fuit. Eidemq; photino iam pene nonagenario martyrium paſſo in epatu ſucceſſit. Floruit aũt tẽporibus eleutherii pape: & antonii pii ueri & commodi imperatoꝝ. Hic etiam preſens extitit cõcilio patrũ celebrato apud ceſaream paleſtine: in quo ſtatutũ eſt: ut paſcha domini die dominico celebretur obſeruata luna.xiiii. menſis martii: ut ait hugo floriaceñ. Qui etiam perſecutione ſeueri imperatoris cum omni ſere ciuitatis ſue populo pro fidei ſacre confeſſione glorioſo martyrio coronatus eſt. Sepultuſq; eſt a zacharia preſbytero lugduñ in crypta ſancti ioannis baptiſte ſub altare. Cui ex utroq; latere adiacent epipodius & alexãder martyres. Paſſus eſt aũt.iiii.cal.iulii. ¶ Hic plurima egregia uolumina compilauit. Scripſit nãq; cõtra hereſes libros.v. Item aliud uolumen ingens & cõſpicuũ contra gentiles. Scripſit & libellũ ad blaſcũ de ſchiſmate. Itẽ aliũ ad florinũ de mõarchia: & q deus nõ ſit creator maloꝝ. Scripſit & libellũ de ogdoade. Itẽ de diſciplina ad martianũ fratrẽ. Itẽ de apoſtolica predicatiõe. Itẽ librũ uarioꝝ tractatuũ. Dialogos etiã ſcripſiſſe dicit. Ferunt & alie ad uictoꝛẽ romane urbis põtificẽ plures epiſtole: ſuper q̃ſtione paſche die dominico celebrande. Hec hier. de illuſtribus.

¶ De ſanctis Potamiena uirgine & ſociis martyribus. Cap. XXI.

POtamiena uirgo cũ matre marcella: ſanctiq; martyres plutarchus Serenus Heraclides Heros Seronius & Baſilides cũ aliis tribus: & uirgo quedã catecumina Hera nomine baptiſmũ martyrii cõſecuti. Alexãdrie paſſi ſunt. Inter quos pcipue emicuit potamiena uirgo: q̃ primo imenſos & inumeros agones pro uirginitate deſudans: deinde etiã pro fide exq̃ſita & inaudita tormenta ppeſſa: tandẽ cũ matre marcella igne martyrium cõſumauit. Baſilides aũt uirginis carnifex: cũ potamiena iã occiſa eũ per uiſum cõfortaſſet: eiq; coronã paſſionis a deo deſtinatam ipoſuiſſet: cõuerſus ad xp̃m capite ceſus eſt. Ceteri oẽs diuerſis ſuppliciis laniati tãdẽ gladio martyrii palmã pceperunt. Hec in libro.vi. eccleſiaſtice hiſtorie.c.v. & .vi. horum omniũ paſſio recolitur.iiii. calendas iulii.

¶ De ſcõ Petro apoſtoloꝝ principe. Cap. XXII.

PEtrus apoſtolorum princeps & chriſti uicarius: alio noĩe dictus ſimon bariona filius ioannis frater andree apoſtoli de ciuitate betſaida galilee a domino de piſcatione uocatus: & apoſtolorum maior effectus. Inter ceteros & ſuper ceteros maioris feruoris extitit. Nam & ſcire domini proditoꝛẽ uoluit: quem ut ait chryſoſtomus ſi ſciuiſſet dentibus trucidaſſet: Hic ſuper mare ad dominum ambulauit. Stateꝛ in ore piſcis inuenit. Claues regni celoꝝ a domino recepit. Solus inter apoſtolos: ut chriſtum a iudeis captũ defenderet: gladiũ exemit. Paſcendas oues a xp̃o ſuſcepit. Tria milia hominũ in prima ſua predicatione die pẽtecoſtes cõuertit. Claudũ cum ioanne erexit: & tũc quinq; milia hominũ ad fidem perduxit. Ananie & ſaphire mortem predixit. Eneam paralyticũ curauit. Corneliũ baptizauit Tabitam ſuſcitauit. Vmbra ſui corporis infirmos ſanauit. Ab herode incarceratur: ſed ab angelo liberat. Hec ex euangeliis & act. apoſtoloꝝ. Cibus autẽ eius: ut ipſe in libro clementis teſtatur: panis ſolus cum oliuis & raro cũ oleribus in uſu erat. Indumentũ aũt tunica ſola cum pallio. In ſinu quoq; ſemper ſudarium portabat: ad tergendam inũdantiã lachrymaꝝ: quas memorans dulcis magiſtri preſentie cõtinere nõ poterat. Eius geſta & paſſionẽ: marcellus eius diſcipulus & clemens: ac leo ſummi pontifices conſcripſerunt. ¶ Cum petrus duos diſcipulos ſuos ad p̃dicandũ miſiſſet: & ipſi.xx. dietas iniſſent: unus illoꝝ defunctus eſt. Quod cum petrus altero ad ſe redeunte cognouiſſet: baculũ ſuum eidem tradidit: & ſuper corpus defuncti ponendum mandauit. Quod cum factum eſſet: ille qui per dies.xl. mortuus iacuerat: reſurrexit. Hic dicit fuiſſe beatus martialis: uel ut alibi legitur ſanctus fronto: qui autem defunctus fuerat fuit pꝛbyter Georgius. ¶ Beatus igitur apoſtolus poſtq̃ ſedem pontificalem.vii. annis antiochie tenuit ut dictum eſt ſupra in prima cathedra ſancti petri.xv. cal. februarii. Deinde hieroſolymam uenit: & cum ſimone mago conflictum habuit. Nam ipſe ſimon eo tempore erat in hieruſalem: qui ſe primam ueritatem dicebat: & ſibi credentes perpetuos effici aſſerebat: & nulla ſibi impoſſibilia aſtruebat. Seipſum autem ut deum adorãdum ab omni mundo prophetabat. Dicebat quoq; q̃ cum puer eſſet: mater ipſius rachel nomine eum ut meteret ad agrum mittebat. Ipſe uero falci precipiebat: ut per ſe meteret: & decuplo ceteris per ſeipſam metebat. Serpentes quoq; eneos faciebat mouere: ſtatuas lapideas & lineas ridere: & canes cantare: que omnia demonum icantationibus operabatur. Hic ergo cum petro diſputare ſtatuit: dieq; conſtituta petrus itrauit & pacem aſtantibus nunciauit. Simon uero ſe ſua pace opus non habere reſpondit cum non ad pacem: ſed pugnam inſimul conueniſſent. Econtra petrus ſimonem redarguit: qui pacem audire recuſauit: cum in diſputationibus ueritas ad pacem captandam requiratur. Ad ſimon ſe deum & dei filium aſſerebat dicens q̃ poterat per aera uolare: nouas arbores producere: lapides in panes conuertere: in igne ſine leſione durare: & omnia ſibi placita perficere. Contra hunc ergo petrus diſputabat: & omnia eius maleſcia detegebat. Tunc ſimon uidens: q̃ petro non poſſet reſiſtere: omnes libros artis magice: ne forte

magus ꝓderetur:in mare proiecit: & romam ut ibi haberet:perrexit.Ibiq; multũ populum suis prestigiis & apparẽtibus signis ad se traxit.Quod ubi petrus cõparuit:ipsum usq; romã insecutus est. ¶Quarto igit̃ anno claudii petrus romã applicuit:& ibidẽ.xxv. annis sedit usq; ad annũ ultimũ neronis cesaris: duos quoq; episcopos linũ & cletũ sibi coadiutores assumpsit:unum intra urbis menia alium extra.Ipseq; predicationi insistens multos conuertebat: & infirmos q̃ plures curabat.Sed & castitatem multum commẽdans:q̃ttuor concubinas agrippe prefecti ad xp̃m cõuertit:que ad prefectũ ulterius redire recusabant:unde agrippa iratus contra petrũ occasionem querebat. ¶Post hec apparuit dominus petro:& eidẽ prenũciauit:q; simon magus & nero cesar contra ip̃m cogitarẽt:sed eũ hortatus est:ne dubitaret:qa semp sibi assisteret:& solatiũ coapostoli pauli in crastinũ urbẽ intraturi eidẽ concederet.Dieq; sequẽti paulus romam ingressus petro adhesit:& secũ predicare cepit.Petrus quoq; sciens se proximũ passioni in cõuentu fratrum positus clementẽ sibi successorẽ in ep̃m ordinauit: & in cathedra loco sui licet diu renitentẽ sedere coegit. ¶Simon aũt magus in tantũ a nerone amabat̃:q; uite eius & salutis & totius urbis custos putabat̃.Quadam die ante cesarẽ assistens:eius effigies subito mutabat̃:ut modo senior mõ iunior appareret. Aliquando dũ in conclaui cũ nerone esset:demon in eius specie foris populo loquebat̃.Quapropter nero ip̃m uere dei filium existimabat.Dixit etiã simon neroni: ut se decollari mandaret:& die tertia resurgens : se uere dei filium comprobaret. Quod cũ fieret : spiculator putans se simonem decollare:arietem occidit. Simõ uero arte magica triduo latuit:& arietis membra colligens abscondit:Sanguis autem animalis cõgelatus remansit.Die autem tertia se neroni ostendit:& surrexisse asseruit:ac ut sanguinẽ suum abstergi faceret imperauit.Quod nero uidẽs obstupuit:& ipsum uerũ deum existimauit.Populus etiã eum reuerentes eidem statuã erexerunt:& titulũ eius noĩs cõscripserũt Petrus aũt paulus ad neronem introibãt : & simonis fallacias cõfutabant.Addiditq; petrus:q; sicut in christo sunt due substantie.s.hominis & dei:sic in simone hominis & diaboli.Simon uero petro cõminabat̃ q; angelis suis preciperet:ut se de apostolo uindicarẽt Petrus uero se eius angelos non timere respondit. Et cum nero simonem habere deitatem diceret : petrus dixit:ut si uere deus esset:diceret:quid petrus cogitabat:& quid latẽter ordinabat.& accedens ad aurẽ cesaris secreto ei dixit:ut panem hordeaceũ sibi occulte deferri iuberet:quem sibi oblatum petrus benedixit: & sub manica abscondit:ac simonem:qui se deum dicebat:quid factum fuisset interrogauit. E contra Simon dicebat:ut petrus propalaret:quid ipse simõ in mente reuolueret.Petrus uero respondit:q; cogitationẽ simonis se scire doceret: dum faceret : quod cogitasset.Iratus autem simon canes maximos aduocauit ut petrum deuorarent.Qui cũ mox uenientes in petrum impetum fecissent:ille panem benedictum eis obtulit:& protinus eos in fugam conuertit. Sicq; petrus quod simon cogitauerat:non uerbis sed factis se cognouisse docuit:dicens q; qui promiserat contra se angelos exhibituros canes exhibuerat:ut sic ostenderet:se angelos nõ habere diuinos sed caninos. Ex hac disceptatione admodũ simon cõfusus est. ¶Post hec cũ simon se iactasset:q; posset defunctos suscitare: & die quadam iuuenis mortuus ad tumulũ portaretur uocatis petro & simone hanc oẽs populi sententiam firmauerunt:ut illũ occiderent: qui mortuũ excitare nõ posset.Tũc simon suis incantationibus fecit:ut caput mortui agitaret.Et cum oẽs petrũ lapidare uellent:Apostolus facto silentio dicebat:ut si defunctus uiueret:per seipsum loquereť & surgeret. Alioq; simone a pheretro separato phantasma diaboli apparet.Separato ergo simone a lectulo puer immobilis permansit.Petrus etiam a longe stans oẽone facta iuuenẽ confestim in xp̃i nomine excitauit. Et cũ populus simonẽ lapidare uellet:petrus pro eo iterceſſit: & libẽr abire fecit.Tunc simon ad domum marcelli discipuli petri canem maximũ alligauit : ut petrũ ad discipulũ ex more uenientẽ laceraret.Post modicũ petrus uenit:& facto signo crucis canem exoluit. Canis aũt omnibus blandiens solũ simonem persecutus in ipsum insiluit:& ut sibi apostolus iusserat corpus quidem eius nõ lesit:sed uestes totaliter lacerauit: populus aũt & pueri simul cũ cane illũ tanq̃ lupũ ex urbe fugarunt.Cuius opprobrii pudorem nõ ferens simõ per annum nusq̃ comparuit.Post annũ uero ad urbẽ rediens:itẽr in neronis gratiam receptus est. Qui & populum urbis cõuocauit:& se grauiter a galileis offensum perhibuit:& ideo diẽ statuit: quo mundum deserens celum ascenderet:quia non dignabat̃ in terris amplius habitare.Igit̃ die statuta turrim excelsam sibi de lignis a nerone fabricatam ascendit: & coronatus lauro uolare cepit.Apostoli aũt ad inuicem cõdixerunt:ut paulus oraret:& petrus imperaret. Cũ autem nero simonẽ deum assereret:& apostolos seductores diceret.Paulus aũt petro suaderet:ut iã domini iussa perficeret:eo q; christus illos ad se uocaret. Petrus surrexit:angelos sathane per christi nomen adiurauit:ut simonẽ amplius nõ ferrens:sed ad terrã corruere permitterent.Et continuo dimissus corruit:& fractus membris omnibus expirauit.Nero aũt se talẽ uirum perdidisse doluit:& apostolos detentos in manibus paulini uiri clarissimi tradidit. Qui eos reclusit in custodia mamertina sub cura militum processi & martiniani:ubi per menses.ix.detenti sunt:ubi etiã beatus apostolus.xlix.milites ibidem detentos cõuertit:& fonte de petra ꝓducto baptizauit: ut supra dictum est in eoꝝ passione pridie idus martii : cõuersi sunt etiã ad xp̃m:processus & martinianus ut dicet in eoꝝ passione.vi.nou̇ iulii:unde & post menses.ix. carcerem aperuerunt & apostolos dimiserunt. ¶Petrus autem multa fratrum instantia ex urbe discessit & cum uenisset ad portam : que nunc dicitur sancta maria ad passus uia apia:uidit sibi christum occurrẽtem:& ait.Domine quo uadis:qui respõdit:uenio romam itẽr crucifigi.Statiq; dominus disp̃uit: & eius adhuc uestigia marmori ipressa cernunt. Petrus igit̃ cũ hoc de passione sua dictum intelligeret rediit.Et a ministris neronis captus p̃fecto agrippe p̃sentat̃:& facies eius sicut sol refulsit:paulus etiã simul cum eo captus est.Tunc iubente nerone agrippa p̃fectus in eos sententiam tulit:ut ambo quidẽ more romano prius flagellis cederentur.Deinde paulus:qui ciuis erat

romanus:capite trūcaret. Petrus uero tanq̄ alienige/na crucifigeretur. Qui dato ſibi pacis oſculo abinuicē ſeparant. Paulus decollatus eſt ad aquas ſalinas in uia oſtien̄. Petrus aūt in uaticano naumachie iuxta pala/tium neronianū crucifixus eſt. ¶ Petrus igitur cum uēiſſet ad crucem:rogauit milites:ut uerſo deorſum capite crucifigeretur:aſſerens non eſſe dignum:ut ip ſe diſcipulus eo modo in patibulo ſtaret: quo Chri/ſtus magiſter in cruce pependit. Tūc illi crucē uerte/rūt:& pedes ſurſum manus autem deorſum confixe runt. Populus uero furore repletus uolebat neronem & p̄fectū occidere:& apoſtolū liberare. Qui eos roga/uit ne paſſionē ſuā ip̄edirent. Dominus aūt apuit ocu los eor̄:qui aderāt & deflebāt:& uiderūt angelos ſtā/tes cū coronis roſar̄ & lilior̄: & petrū confortantes: x̄pm etiā aſſiſtentē & librū apertū tenentē:& q̄cquid petrus populo p̄dicabat:ex ip̄ius libri ſcriptura ſume bat:uidēs ergo petrus q̄ fideles eius gloriā uidiſſent: oronē premiſit:& gr̄as agens deoq̄ fideles cōmendās ſpiritū emiſit. iii. cal. iulii:quo ip̄o die & eodē anno (ut eccleſia tenet) coapoſtolus eius paulus decollatus eſt: ut īfra in eius paſſione dicet. Cuius corpus a mercel/lo & apuleo eius diſcipulis de cruce depoſitū in uati/cani loco ſepultum eſt. ¶ In ipſa autem die petrus & paulus dionyſio apparuerunt:ut ipſe teſtatur: manu ad manum portam urbis intrantes: induti ueſte lu/minis & coronis claritatis ornati. Nero aūt pro hoc & aliis commiſſis ſceleribus a populo furente ex ur/be pulſus manu ſe ꝑpria peremit. ¶ Tēpore cornelii pape greci furati apoſtolor̄ corpora illa exportabāt. Sed ſtatim facto terremotu nimio demones in ido/lis habitantes clamabant:q̄ dii romanorum exporta rētur. Quapropter fidelibus de apoſtolis:paganis ue/ro de ſuis diis intelligēribus multitudo armator̄ il/los inſequit:unde greci timētes apud catacūbas apo/ſtolor̄ corpora in puteū ꝑiecerunt. Que a ſancto cor nelio inde leuata & in eiſdē locis:unde ablata fuerant depoſita fuerunt:ubi iacuerunt uſq̄ ad tempora ſil/ueſtri pape:quando utriq̄ ipſor̄ edificata baſilica ad ipſor̄ eccleſias ſunt tranſlata:ut dicetur infra in dedi catione ipſar̄ baſilicar̄. xix. cal. decembris.

¶ De ſancto Paulo apoſtolo doctore gentium.

Cap. XXIII.

PAulus apoſtolus predicator & doctor gē tium de tribu beniamin tarſo cilicie oriū dus gamalielis doctoris diſcipulus: poſt ſui conuerſionem multas perſecutiones paſſus eſt:multaq̄ miracula operatus: quas hilarius enumerat dicens. Paulus apoſtolus in philippis uir/gis cediť & in carcere poſitū:& in ligno pedibus affi/gitť. In liſtris lapidatť. In iconia & theſſalonica ab emu lis ꝑſequitť. In epheſo feris datť. In damaſco per mur̄ in ſporta dimittitur. In hieruſalem ceditur:ligatur:i/ſidiatur:criminatur. Nauigans in italiam periculo eri pitur. Romam ueniens ſub nerone iudicatur & occi/ditur. Apoſtolatum inter gentes accepit. Quendam contractum in liſtris extendit. Iuuenem qui de fene/ſtra ceciderat & expirauerat ſuſcitauit: & multa alia miracula fecit: Apud mitylenem inſulam uipera ma nu eius inuaſit:ſed nihil eum leſit:quin potius ip̄am in ignem excuſſit. ¶ Refert aimo: q̄ paulus a pullo/rum cantu uſq̄ ad horam quintam labori manuum inſiſtebat:deinde predicationi reſiduo lucis uacabat. Reliquum temporis comeſtioni ſomno & orationi expendebat. ¶ Veniens ergo romam cum nero non/dum eſſet in imperio confirmatus:& etiam audito q̄ de lege iudeorum & fide chriſtiauorum inter paulū & iudeos queſtio uertebatur:non multum inde cu/rauit:& ſic paulus quo uolebat libere ibat: & libere predicabat:hieronymus etiam libro de uiris illuſtri/bus ait:q̄ paulus ſecundo anno neronis romam uin/ctus mittitur:& per biennium in libera manens cu/ſtodia aduerſus iudeos diſputauit. Deinde a nerone dimiſſus euangelium in occidentis partibus predica uit. Ac deinde romam rediit. Eius autem ſapientia & religio ubique diuulgabatur:& ab omnibus admira bilis habebatur. Multos etiam de domo ceſaris ſibi in amicitiam copulauit: & eos ad chriſtum conuer/tit. Cum ſeneca neronis preceptore ſingularem ami/citiam habuit:eique plures epiſtolas direxit: & ab eo ſuſcepit. Quedam etiam ſcripta eius coram ceſare re/citata ſunt:& mirabiliter commendata. Senatus etiā de illo non mediocria ſentiebat. ¶ Quadam die cum paulus in ſolario circa ueſperas predicaret: pincerna neronis nomine patroclus iuuenis imperatoris dile/ctus:ut paulum propter multitudinem commodius audiret:feneſtram aſcendit:unde dormitans cecidit: & fractis ceruicibus expirauit. Quod audiēs nero plu rimum doluit:& alium ſibi in officium ſurrogauit. Paulus uero per ſpiritum hoc cognoſcens: iuſſit de/functi corpus ſibi deferri. Quem allatum continuo ſuſcitauit:& ad ceſarem cum ſociis ſuis miſit. Nūcia/tur imperatori patroclum pre foribus aſtare. Quod nero audiens expauit:eumq̄ ad ſe ingredi recuſauit: ſed tandem ſuaſus ab amicis intrare permiſit. Et in/terrogans an uiueret: illeq̄ dum ſe uere uiuere dice/ret:& a domino ieſu chriſto ſuſcitatum perhiberet: qui eſt rex omnium ſeculorum:qui & deſtruet om/nia regna mundi:& ſolus in eternum regnabit. Nero eidē alapam dedit:interrogans an illi regi militaret. Cū autem patroclus & alii quinq̄ milites ſe x̄po do/mino militare dicerēt:iuſſit nero illos in carcere tru/di:ut nimium torqueret:quos nimis ante dilexerat. Oēs quoq̄ chriſtianos fecit inquiri:& ſine interroga tione per uaria tormēta puniri:inter quos paulus ui/ctus ad neronem adductus eſt. Cū autem nero ipſum interrogaſſet:cur milites ſuos ſibi ſubtraheret: Re/ſpōdit paulus:nedū ex urbe ſed uniuerſo orbe mili/tes regi x̄po congregaſſe:qui tāte extat potentie:ut iu

dex omnium ueniat:& mũdi machinam per ignem reſoluat. Hec audiens nero:ira ſuccenſus: quia mundum per ignem paulus dixerat reſoluendum omnes chriſtianos iuſſit igne cremari. Paulum uero uti reũ maieſtatis capite truncari. Et cum multi chriſtiani romani occiſi eſſent:populus cum furore ad palatiũ irruit:& contra ceſarem inclamare cepit:unde imperator timens edictum mutauit:ut nullus chriſtianos tãgeret:donec de illis plenius iudicaret. Quapropter paulus iterum neronis cõſpectui preſentatur: quem nero turbatus & exclamans ſine mora decollari iuſſit. Paulus uero eidem predixit: q; modico tempore patiens chriſto eternaliter uiueret. Et in huius certitudinem promiſit apoſtolus:q; abſciſſo ſibi capite uiuus ceſari appareret:ut ſic chriſtum dominum uite & mortis intelligeret:& his dictis ad locum ſupplicii ducebatur. Cum autem tres milites ſcilicet lõginus: megiſtus:& aceſtus eum interrogarent:quis eſſet ille rex:quẽ paulus tanũt diligeret:ut pro ipſo mortẽ libẽter ſubiret. Paulus eiuſdẽ chriſtum annunciauit: & ad fidem conuertit. Et querentibus illis quo modo ſaluari poſſent: ordinauit eiſdem:ut mane ad locum decollationis eius uenirent:ibique duos diſcipulos titum & lucam orantes inuenirent: qui cauſa cognita illos baptiſmatis unda perfunderent: & eterni regni coheredes efficerent. ¶Poſt hec cum ab aliis militibus a nerone miſſis ad mortem pauli accelerandam ipſe ad ſupplicium duceretur:paulus in porta oſtienſi obuiauit plautille diſcipule ſue: que alio nomine lemobia dicebatur:que flens ſuis ſe orationibus commendauit: cui paulus uelum: quo caput eius tegebatur:mutuo petiit: ut inde oculos ſuos ligaret:ne mortem uidens paueſceret:ipſumq; ſibi decollatus reſtitueret:quod dum ei tradidiſſet: ipſam carnifices irridebant:quod precioſum ei uelum traderet:quod ſibi mortuus minime reddere poſſet. Cũ ergo ad locum paſſionis ueniſſet: ad orientem uerſus & manibus in celum extenſis diutiſſime cum lachrymis patria uoce orauit:& gratias egit. Poſt hec uale faciens fratribus:oculos ſibi uelo ligauit: & genua flectens collum tetendit. Sicque decollatus ſpiritum deo tradidit tertio calendas iulii. Mox quoque caput eius a corpore exiliens: ieſus chriſtus: qui ſibi tam dulcis in uita fuerat:& quem tam crebro nominauerat: hebraice tertio clara uoce perſonuit. De eius quoque corpore unda lactis uſque in ueſtimenta militis exiliuit:& poſtea ſanguis manare cepit. In aere lux immenſa emicuit: & de corpore odor ſuauiſſimus emanauit. Caput autem abſciſſum tertio ſaltauit:& in uno quoque ſaltu fons de terra ſcaturiit:qui uſque in preſens manant in teſtimonium eius mirifice paſſionis. ¶Reuertẽtibus autem militibus lemobia uelum ſanguine cruentum oſtendit: eiſque dixit:q; eadem hora petrus & paulus urbem intrauerant ueſte preclara induti:& coronis radiantibus ornati:pauluſq; iuxta promiſſum uelum ſibi reſtituerat comodatum. Quo miraculo tres milites conuerſi:adhuc magis in domino crediderunt:& a tito & luca baptizati ſunt:ut infra in eorum paſſione dicetur. vi. noñ. iulii. ¶Audiens nero: que contigerant:uehementer extimuit:& de his cum amicis loqui cepit. Et ecce paulus ianuis clauſis ante ceſarem ſtetit: ſeq; uentem iuxta promiſſum aſſeruit: ſed neroni eternam mortem comminatus fuit:& his dictis diſparuit. Nero autem ex timore nimio uelut amens amicorum conſilio patroculum & omnes uinctos chriſtianos abſoluit: & liberos abire permiſit. ¶Caput autem pauli in quadam ualle proiectum eſt: pre multitudine ibidem decollatorum inueniri nõ potuit. Corpus autem a tito & luca in ipſo loco ſepultum fuit. Cum autem poſt decurſum temporis fouea mundaretur:quidam paſtor caput pauli in uirga leuauit: & iuxta caulas ouium pro ſigno poſuit: uiditque ſuper caput per tres noctes continuas miram refulgere lucem. Quod cum epiſcopo urbis nũciatum eſſet: chriſtiani putantes hoc eſſe caput apoſtoli:egreſſi omnes cum pontifice caput attulerunt: & hanc ſententiam condixerunt:ut caput ad pedes corporis poneretur: & diuina clementia implorata:ſi caput pauli cẽt:corpus miraculoſe conuerteretur:& collum capiti iungeretur. Et ecce cunctis orantibus & ſtupentibus corpus ſe uertit:& in ſuo loco capiti ſe coniunxit. Et ſic omnes deum benedixerunt:& hoc eſſe caput apoſtoli ueraciter cognouerunt. Hec dionyſius.

¶De ſanctis martyribus Marcello & Anaſtaſio. Cap. XXIIII.

MArcellus martyr una cum anaſtaſio uiro militari apud caſtrum argetomaceũ pro fide chriſti comprehenſus & in confeſſione domini utercq; ipſorum inuictiſſimus inuentus ab infidelibus capite plexus eſt tertio calendas iulii:ut dicit ado.

¶De ſancto Caſſio epiſcopo. Cap. XXV.

GAſſius epiſcopus narnieñ apud eandem urbem claruit tempore totille regis gothorum qui prefato regi narnium uenienti occurrit. Cui quia ex natura facies rubere conſueuerat. Hoc rex totilla non conſperſionis eſſe credidit:ſed aſſidue potationis:eumq; iccirco deſpexit. Sed deus omnipotens:ut quantus eſſet: qui cõtemnebatur:oſtenderet:continuo in campo narnienſi:ubi rex erat:coram omni exercitu malignus ſpiritus ſpatharium eius inuaſit:eumque uexare crudeliter cepit. Qui cum ante regis oculos ad ſanctum epiſcopum eſſet adductus:hunc ab eo uir domini facto ſigno crucis expulit:qui in eum ingredi ulterius non preſumpſit. Sicque ab illo die rex barbarus uirum dei cepit uenerari ex corde: quem deſpectum prius iudicabat ex facie. Hic quotidianas hoſtias deo offerebat:& omnia: que habere poterat: in elemoſynas pauperum tribuebat. ¶Quadam uero nocte domi/nus per uiſum cuidam eius preſbytero apparuit eique dixit:ut ad epiſcopum pergens diceret:quatenus ea que ceperat ageret:nec ab icohatis deſiſteret: quoniam in natale apoſtolorum ad ſe ueniret:& tunc ſibi mercedem ſuam redderet. Sed quia dies apoſtolorum uicinus erat:preſbyter epiſcopo indicare uiſionem timuit. Alia nocte chriſtus iterum rediit:& inobedientiam preſbyteri increpans: iuſſa iterum impoſuit. Sed dum preſbyter pergeret: & epiſcopum infirmatum audiſſet:iterum uiſionem referre diſſimulauit:uiſione igitur tertia dominus apparuit: uerbera uerbis addidit:& preſbyterum tam diſtricta cede mactauit:ut uulnera liuoris corporaliter impreſ/

sa uisionem per spiritum habitā confirmarent. ¶Ve niens autem presbyter ad ecclesiam sancti iuuenalis episcopum celebraturum iuenit:eumq; secretius uo cans uisionem aperuit:& uulnera uerberibus inflicta monstrauit.Quod sanctus audiens ex illo iam die lu cra pietatis perauxit:uerum cum sibi consuetudo es/ set annis singulis die apostolorum natalitio romam uenire:hac ulsione suspectus tunc uenire iuxta moré noluit.Eisdemq; diebus quasi de sua nece securus so/ licitus fuit.Sicq; reuoluto postmodum anno & dein ceps annis singulis usq; ad septimum:eo ipso tempo/ re in mortis sue expectatione suspensus fuit.Iā quoq; quodammodo de uisionis ueritate desperauerat.Cū ecce anno septimo dum sacras apostolorum uigilias incolumis celebrasset:dolor eum corporis in uigiliis attigit:atq; in die apostolorum celebrare posse recu/ sauit.Sed magna populi compulsus instantia:eccle si/ am intrans:ut potuit sacrificium obtulit:moxq; ad lectulum rediit.Et cum circunstantes clericos diui/ nis colloquiis admoneret.Inter uerba exhortationis terribili uoce clamauit.Hora est:moxq; assistentibus ipse suis manibus linteum dedit:quod sibi ex more morientium contra faciem tenderetur:quo extenso: ipse spiritum emisit.iii.cal.iulii.Et sepultus est in ec/ clesia sancti iuuenalis ad cuius tumulū miracula cre/ bra diuinitus fiunt.Hec gregorius.iii.dialogorum ca pitulo sexto & libro.iiii.cap.lviii.

¶De cōmemoratione sancti Pauli. Cap. XXVI.

COmmemoratio sancti pauli apostoli ab ecclesia celebratur pridie cal.iulii nō q; eo die paulus apostolus fuerit passus:qa ut dictū est:passus fuit eodé die eiusdé anni: quo & petrus apostolus occisus est:ut tenét expresse hieronymus:& multi doctores.Sed qa festū utriusq; apostolorum eadem die quo ad officium nō poterat celebrari & inconueniens erat:ut alter ipsorum care/ ret officio singulari:ordinauit gregorius papa:ut ipsa die qua passi fuerant fieret:quo ad officium solenni/ tas petri:& sequenti die commemoratio pauli:tum quia petrus maior est dignitate:tum quia prior con/ uersione:tum quia priuatum obtinuit rome:licet au tem petrus paulo sit maior dignitate in ecclesia mili/ tante:non tamē maior sanctitate:nec etiam maior in gloria credit esse in ecclesia triumphāte:unde notan/ dū:q; quādoq; paulus dicitur minor petro:quādoq; maior:quandoq; equalis.Reuera enim minor est di/ gnitate:maior predicatione:equalis sanctitate.

¶De sancta Lucina discipula. Cap. XXVII.

LVcina discipula apostolorum ciuis nobi/ lissima romana fuit:que a beatis apostolis petro & paulo cōuersa:baptizata:& do cta:de facultatibus suis multa sanctorum necessitatibus ministrauit. Plurimos quoq; marty/ res in suo predio in quadam crypta sepeliuit. Demū & ipsa in sancta christi cōfessione uirtutum operibus pollens quieuit in christo.Sepulta in eadem crypta: in qua plures martyres sepelierat pridie cal.iulii.

¶De sancta Lucina martyre. Cap. XXVIII.

LVcina martyr nobilis matrona romano/ rum tempore diocletiani & maximiani in urbe claruit: que plurium sanctorum martyrum corpora in suo predio sepeli/ liuit:inter que sanctorum cyriaci:largi: & smaragdi: nec non beati sebastiani cadauera honorifice cōdidit. Et sanctis christianis pauperibus multa de suis facul/ tatibus ministrauit. Et post hec omnia de omni sua facultate ecclesie romane donationē fecit. Quod ubi imperator maximianus audisset: ipsam proscriptio/ ne damnauit.Beata autem lucina rogauit beatū mar cellum urbis rome episcopum:ut domum suam ec/ clesiam consecraret: quod ille cum omni deuotione adimplere curauit.Sicque lucina in exilium acta post diutinos agones in pace requiescens felicem animam domino commendauit.

¶De sancto Martiale epō. Cap. XXIX.

MArtialis discipulus christi & episcopus ste phani protomartyris consanguineus pa/ tre marcello & matre helisabet de tribu beniamin ortus:unus fuit ex septuaginta duobus discipulis christi: & a beato petro apostolo baptizatus.Hic enim ille puer fuisse dicitur:qui habe bat quinq; panes hordeaceos:& duos pisces: ex qui/ bus dominus quinque milia hominum in eremo satiauit:ut dicitur Ioannis sexto. Hic etiam in ulti/ ma cena domini cum discipulis facta minister astitit: & cum christus pedes discipulorū lauaret: ipse aquā in peluim famulatus officio ministrauit. Et post ascé sionem domini beato petro in iudea quinq; annis de inde in antiochia annis septem adhesit: & cum eodé anno quarto claudii romam uenit: & anno integro secum permansit.Post hec beatus petrus a christo si/ bi apparente per uisionem monitus.Martialem eius discipulum misit ad gallias predicandas: eidemque alpinianum & austriclinianum comites assignauit: q ordinatus episcopus ad partes illas accessit:& duo/ decim angelis sibi continue assistentibus galliarum oppida circuit:& per annos sex in lemouicēū prouin cia predicauit:ubi sex mortuos suscitauit: cecos illu/ minauit:claudos erexit:mutis loquelam tribuit: ob/ sessos a demonibus liberauit:& alia multa & maxi/ ma miracula perfecit.Ecclesias in honore saluatoris: & dei genitricis:& sancti stephani protomartyris & sancti petri:& sancti andree apostolorum in ipsis par tibus dedicauit: omnemque idolorum culturam & spurcitiam elimauit.Ingressus autem oppidū lemo/ uicēū:cum quendam phreneticum nobilis susanne matrone filium sanasset:ipsum cum matre & sorore uirgine nomine ualeria & aliis sexcentis ad christum conuertit.Quem dum idolorum pontifices detentū duro carceri mancipassent:omnes ipsi ictu fulminis subito extincti sunt.Ipse uero luce de celo diuinitus illapsa confortatus:ianuis quoque carceris reseratis eductus est.Cum autem instantia populi sacerdotes templorum fulmine peremptos suscitasset:ipsiq; eo/ rum:que in alio seculo uiderant: testimonium per/ hiberent:tam ipsi omnes q̄ alia multitudo gētilium numero.xxii.milia domino crediderunt. ¶Mortua autem susanna predicta: ualeriam eius filiam deo uirginem dedicauit:que cum a Stephano duce aqui tanie in connubium postulata:eidem nubere nollet: ab eodem tenta ipsiusque iussu decollata est.Statim/ que corpus truncum caput manibus sumens usque ad altare:i quo sanctus episcopus missam celebrabat: stupentibus cūctis accessit:& ibidé cadens expirauit.

Sed & uirginis percuſſor angelos uidit: eius ad celos animam deferentes. Que cum omnia carnifex duci ſtephano nunciaſſet: & confeſtim coram illo corruẽs expirauit. Martialis uero lictorem mortuum ſuſcitauit: & ducem cum quindecim milibus uirorum ad chriſtum conuertit: qui eccleſiam ſancte ualerie fabricauit: & ipſam honorifice ibidem tumulauit. ¶ Poſt hec autem martialis ad beatum petrum reuiſendum romam perrexit: & cum eo iam ſene per aliquod ſpatium temporis commoratus eſt: inde ad eccleſiam ſuam rediit. Et dum eẽt in itinere: quidam hildebertus comitis archadii filius a diabolo in flumine proiectus & necatus eſt. Quem ſanctus martialis a mortuis excitauit: & tres demones: qui eum prefocauerũt in ſpecie nigrorum ethiopum oſtendit: multoſq; cõuertit. ¶ Deinde in ciuitate lemouicenſi mulier quedam uirum ſuum paralyticum baculo uiri ſancti tetigit: qui mox incolumis ſurrexit. ¶ Idem etiam baculis in urbe burdigallenſi multis domibus igne flagrantibus incendio oppoſitus flammas continuo ac penitus excuſſit. Multaq; & maxima alia miracula p eum deus oſtendit. Tandem ante dies .xv. exitus ſui chriſto domino ſibi apparente: & ipſum ad regna celeſtia uocante ad eccleſiam perexit: miſſaq; celebrata populum de omnibus docuit & uale faciens fratribus in pace quieuit pridie calen. iulii. Anno a paſſione domini .lxxiiii. ueſpaſiani uero auguſti anno .iii. epiſcopatus autem ſui .xxviii. Qui & lemouice quieſcit & multis uirtutibus & ſignis nollet.

¶ De ſanctis Alpiniano & Aſtricliniano preſbyteris. Cap. XXX.

ALpinianus & aſtriclinianus preſbyteri diſcipuli ſancti martialis & eiuſdẽ coperatores predicationis multo tempore extiterãt. Et tam ſermonum q̃ ſignoꝝ gloria nõ mediocriter claruerunt. Qui & p̃dicatiõis officio fideliter peracto apud eandem ciuitatem lemouicenſi in domino quieuerunt. Quoꝝ feſtum recolitur pridie cal. iulii: ut ait ado in martylogio ſuo.

¶ De ſancto Aaron ſacerdote. Cap. XXXI.

AAron ſacerdos primus & pontifex ſecundũ legẽ frater moyſi filius amrã de tribu leui & iochabel eius coniugis: q̃ inter patres ſanctos ueteris teſtameti eccleſiaſtici .xlv. plurimum cõmendatur: populum iſrael de terra egypti una cũ germano eduxit: & coadiutor ducatus moyſi: per quadraginta annos in eremo fuit. Ipſe enĩ uti eloquẽtiſſimus a domino datus eſt moyſi: qui erat impeditus in lingua: ut eſſet os eius ad populum: dominus enim moyſi precipiebat: & ipſe aarõ uerba dei narrabat: atq; populo uel pharaoni ex ore moyſi cuncta quaſi internuncius referebat. Sicut habetur exodi .iiii. capi. Ipſe etiam cum moyſe pharaoni aſtitit: & ſigna dei oſtendit. Nam & prima tria ſigna plagarum: quibus egyptus percuſſa eſt: per manum aaron dominus fecit. ¶ Poſtq̃ autem populus iſrael mare rubrum trãſiuit: ut hec omnia copioſius in geſtis moyſi tractabuntur pridie nonã ſeptembris. Et moyſes in montem ſinai iuſſu domini legem accepturus aſcendit: ubi & diebus .xl. ſine cibo corporeo permanſit: cũ moyſes in monte moram faceret redeundi: populus impatiẽs deos itineris duces ab aaron & hur: quos ille ſui loco reliquerat inſtãter poſtulauit. Quibus hur reſiſtens ſputis ab ipſis (ut dicitur) ſuffocatus eſt: unde aaron timore coactus eſt auꝝ & argentũ eoꝝ petiit: que in igne̊ piecit: & egreſſus eſt uitulus cõflatilis inſtar bouis: quẽ in egypto adorauerant: demone opere hoc agẽte: quẽ & populus ſolẽnizans: & hoſtias offerens adorauit. Quod cũ dominus moyſi reuelaſſet: & populi diſperſionẽ cõminatus eſſet: moyſes pro populo iterceſſit: & placato domino de mõte deſcẽdit: uiſoq; tãto ſcelere: tabulas legis ſibi a domino datas indignatus cõfregit: uitulũ quoq; cõbuſſit: pulueremq; in aquã conſperſit: & ex ea populo potũ dedit. Cũq; ut tradit ioſephus auctores ſceleris cognouiſſet: ex colore auri potati: qui miraculoſe apparuit in barbis eorum: filios leui ſibi ad ultionem adiũxit: & ex illis quaſi uiginti triamilia occidit. Cũq; accuſaret aaron: q̃ populum exaudierat: ille ſe excuſauit p timuiſſe populum: quia ꝑnus erat ad malũ: hoc exodi .xxxii. capi. ¶ Poſt hoc ut habetur leuit. ix. moyſes de mãdato domini aarõ & q̃ttuor filios eius: nadab: abiu: eleazar & itamar: prius aq̃ lotos: oleo ſanctificationis perunxit & ſacerdotes ad miniſteria ſacrificioꝝ conſtituit. Quorum omnium aaron ſummus & primus fuit. Cui ſolo ſemel in anno tantũ in ſancta ſanctoꝝ ingredi licuit. Dies aũt conſecrationis aaron & filiorum eius fuit dies octauus anni ſecundi egreſſionis filiorum iſrael ex egypto. Et cum aaron precepto domini hoſtiam in altari poſuiſſet ignis diuinitus adeo egreſſus ſacrificium primitus inflammauit. Et ſeruatus eſt ignis iſte perpetuus per generationes uſq; ad tranſmigrationem babylonis. Eadem die nadab & abiu filii aaron iam ſacerdotes conſecrati: quia igne alieno thus obtulerunt: igne diuino conſumpti ſunt. Quos aaron & alii duo filii eius lugere prohibiti ſunt: propter unctionis ſanctitatem & diuini iudicii reuerentiam: tamen ſepelierunt eos cognati eorũ. ¶ Poſt hec aũt ut ſcribitur numeri .xvi. ca. & .xvii. cũ chore filius iſuar fratris amarã uides fratrueles ſuos honoratos: alterum ſacerdotio alterum ducatu populi inuidit: & murmurãs contra moyſen & aaron. ccl. de leuitis ſecum humit: & dethan & abiron potiores rubenitarũ ſibi adiunxit: & ſeditionẽ in populo excitauit. Quos omnes miraculoſe cum uxoribus & filiis & familiis ac omni eorum ſupellectile terra ſe apiens abſorbuit: propter qd̃ populus in furorem excitatus moyſen & aaron uti multitudinis interfectores lapidare uoluit. Eiſq; ad tabernaculum fugientibus: ignis a domino egreſſus populum deuorare cepit: & quattuordecim milia ac ſeptuaginta de popu-

lo interfecit. Tunc aaron ad suggestionem moysi: tollens thuribulum hausit ex altari ignem diuinum: & posito thymiamate cucurrit cito ad populum: seqꝫ inter uiuos & mortuos incēdio opposuit: & pro eis oravit: confestimqꝫ plaga cessauit. ¶ Adhuc autem non cessante tumultu super sacerdotio aaron: eo qꝺ dicerent filii israel etiam ex aliis tribubus dignos reperiri: qui sacerdotio fungerentur: tulit moyses ex mandato domini. xii. uirgas a principibus duodecim tribuum: & in una quaqꝫ scripsit nomē principis & tribus suę. Nomen autem aaron scripsit in uirga leui: quas composuisset in tabernaculo coram domino: sequēti die inuenit uirgā aaron germinasse: & amigdala cum foliis produxisse. Quo signo ordināte deo: aaron sacerdotium firmissime possedit: quę etiā uirga in testimonium ī tabernaculo reposita fuit. ¶ Cū autem populus per annos quadragesimo in deserto fuisset: & dominus moysen & aaron ne terram promissam ingrederētur: decreuisset: eo qꝺ ipsum ad aq̄s contradictionis non sanctificassent: ut habetur numeri. xx. & dicetur in gestis moysi. Mandauit deus: ut aaron pergeret ad populum suum. Qui ascendit in montem or cum moyse fratre suo: & eleazar filio suo: ubi moyses pontificem aaron omni sacerdotali cultu indutum exuit: & leazar induit. Quo facto cōfestim aaron in ipso monte occubuit calen. iulii: ubi sepulture eius adhuc locus ostenditur. Et fleuerunt eum filii israel. xxx. diebus. Hec unde supra: & ex dictis iosephi & hieronymi: ex historia quoqꝫ scholastica: nec non ex chronicis guilelmi.

¶ De sancta Maria ꝓphetissa. Cap. XXXII.

MAria prophetissa soror aaron & moysi intra numerum sanctarum matrum uetteris legis a iosepho non immerito computatur: qa ut sacra scriptura exodi. xv. inuere uidetur: sicut moyses inter mares israel filios sic & maria inter feminas pro suo modulo ducatum obtinuit: ex quo solo sanctificata fuisse uidetur. Nec enim decens fuit: ut tanto populo quis in utroqꝫ sexu nisi sanctus preesset. Vnde & postquā submerso pharaone in rubrum mare cum omni exercitu suo: moyses canticum exametrorum carminum scilicet Cantemus domino composuisset: ipsumqꝫ primo cum uiris decantasset. Maria deinde chorum mulierum ducens: sumpto musicali tympano: canticum ipsum repetiuit: & domino pro uictoria laudes egit. ¶ Sed cū post annos aliquot: ut habetur numeri. xii. Dum essent filii israel in deserto in loco: qui dicitur astaroth: & aaron & maria contra moysen murmurassent: & se ei de sanctitate pari iactassent. Iubente domino ipsi tres ad hostium tabernaculi accesserunt. Quibus deus in nube maiestatis apparuit: & mariam lepra percussit. Que tamen post dies septem moyse pro ipsa orante: eaqꝫ penitentiam agente: sanata fuit: & aaron a domino ueniam de contumelia postulauit. ¶ Anno uero quadragesimo egressionis filiorum israel de egypto: populo adhuc per desertum agente: mortua est maria in cades: & sepulta in monte sin: quo autē die dormierit: expressum non habetur: iccirco aaron fratri suo eius memoria copulatur. Hec numeri. xx. & aliis locis quibus supra.

¶ De scō Eleazar sacerdote. Cap. XXXIII.

ELeazar sacerdos filius aaron: patri in sacerdotium successit: ut superius dictum est. Hic enim ut habetur in libro iosue in pluribus locis cū iosue duce populi iordanē transiuit: terram ꝓmissam acquisiuit: & eam per sortes duodecim tribus filioꝝ israel mādato dei diuisit: sacrificia pro populo secundum legem a deo datam obtulit: & in tabernaculo domini cum filiis suis iugiter ministrauit. Et post obitum moysi modico tempore populum rexit. Et post hec sanctitate plenus in pace quieuit: & sepultus est in gabaa: que data fuerat sibi & filiis eius in monte effrai. Hic & si non expresse: tamen satis tacite inter sanctos patres ecclesiastici. xlv. numeratur: ubi patris premissis laudibus: phinees filius eius tertius in gloria nominatur: ut sic inter sacerdotes & glorioſos primus & tertius expresse: secundus uero tacite numeratus intelligatur.

¶ De sancto Phinees sacerdote. Cap. XXXIIII.

PHinees sacerdos eleazar successor & filius ecclesiastici. xlv. cap. & primo machabeoꝝ. ii. inter sanctos patres ueteris testamenti commemoratus est. De quo illud memorabile habetur numeri. xxv. qꝺ cū populus israel moraretur in sethim: & multi ex ipis cum filiabus moab fornicationi essent: & ad suggestionem earum beelphegor deo ipsarum sacrificia obtulissent: eosque moyses de culpa redargueret: zarabri prīceps tribus symeon: qui filiam cuiusdam madianite in coniugē acceperat nomine chorbi: coram omnibus professus se alienigenam cognouisse: & idola coluisse: nec legi: quā moyses populo imposuerat: obnoxiū esse: & spectante omni populo: ac flente ingressus est tabernaculū mulieris. Surgensqꝫ phinees arreptoqꝫ pugione ingressus est post illum in lupanar: & perfodit ambos insimul coeuentes in locis genitalibus: & cessauit plaga: que in populo precesserat: &. xxiiii. milia extinxerat. Et quia phinees zelo legis nimio uindictā dei in peccatorē uirum exegit. Iccirco dominus eidē & semini eius sacerdotiū in eternū constituit: qui & cū patre eleazar ꝓmissionis terrā intrauit: & ei in sacerdotiū successit: & glorioſus meritis & fama laudabilis: ī pace quieuit: in sepulchro paterno tumulatus.

¶ De scīs Aaron & Iulio & sociis mr̄i. Cap. XXXV.

AAron & iulius urbis legionū: que est ciuitas in britānia ciues & alii plures martyres utriusqꝫ sexus in eadem ciuitate passi sunt sub persecutione diocletiāi & maximiani: qui ꝓp multa & īsignia miracula: q̄ in passiōe beati albani martyris ostēsa sunt: ut supra in eius passiōe actū est. xi. cal. iul. cōuersi sunt ad xp̄m: & ꝓ eiusdē fidei ac cōfessiōis gloria: & ipi ab īfidelibus martyriū passi triūphatoꝝ celestium numero sociati cal. iulii.

¶ De scō Theobaldo cōfessore. Cap. XXXVI.

THeobaldus confessor ex gallia oriundus tēpore henrici īperatoris. ii. & henrici frātrum regis claruit in partibus ipsis. Qui magnus ac potens mundo abrenūcians seculo & diuitiis eremiticam uitam duxit. Quadā uice cum quibusdam sociis iter agens: uidens comites fame ac siti fatigatos: cum tam escis q̄ potu carerent ad deum orauit: & panem sibi a domino preparatum subito in uia repperit. De quo se & sociis ad satie-

tẽ cibauit. Deinde uas qđ pridie uino fuerat oĩo ua/ cuatũ apportari fecit: iꝑmq; diuinitus uino repletum ſuenit: qđ infuſum cũctis abundãtius ad poculum ſa tiſſecit. De reliqis uero tã panis q̃ uini peregrinos plu res: q eius audita fama de mediolano ad ſe uenerant: diebus pluribus ſatiauit. Nec tamẽ ipſe reliquie con/ ſumpte fuerunt: qn potius ad ſatietatẽ tam ſui q̃ fra/ trum ſuoꝝ per. iii. hebdomadas ſuffecerunt. His & aliis clarus uirtutibus qeuit in pace calẽ. iulii.

¶ De ſcõ Carilepho cõfeſſore. Cap. XXXVII.

CArilephus cõfeſſor ſocius ſancti adiuti ab batis tpe childeberti & lotharii regũ fran coꝝ claruit. Hic in auernẽſi territorio cla ris parẽtibus ortus: litteraꝝ gr̃a ad mona ſteriũ menatenſ̃ miſſus. Ibiq; monachus factus ẽ: ubi aliquo tpe mãſit ſanctitate repletus. Deinde eremiti/ cã uitã ducere cupiẽs: una cũ ſancto adiuto ſocio ſuo de cenobio clãdeſtine diſceſſit. Deuenerũtq; ad ſubur biũ aureliaſ̃ & ad ſanctũ maximianũ abbatẽ ſe cõfe/ rẽtes: cum eodẽ aliquot mẽſibus demorati ſunt. Poſt hec indẽſiores ſiluas in loco q dr̃ piciacus: nũc aũt cel la ſcĩ adiuti uocat: locellũ conſtruxerũt: ubi pluribus annis mãſerũt: ut dictũ eſt ſupra in uita ſcĩ adiuti. vi. cal. februarii. ueꝝ carilephus cupiẽs uitare famã que iã de ſcitate amboꝝ ad aures regias delata fuerat. Ad/ iutũ deſeruit: & interiora eremi apud cenomaneũ ur bẽ cũ Daumero cõmilitone ſuo petiit: tandẽq; ad lo/ cũ uocabulo caſſagallã ſitũ in pecia labroſineũ diuer/ rit: ubi multo tpe deo ſeruire curauit. Et cũ mulierẽ oĩno ſe nõ uiſuꝝ ꝓpoſuiſſet: mulier q̃dã uaga & lu/ brica coma p̃ciſa habituq; uirili iduta monaſterium eius ſe uiꝝ ſimulãs ĩcognita ſcõ ingreſſa ẽ. Qđ dũ per oĩa ambitioſa curioſitate luſtraſſet: oculi eius ex capi te ꝓtinus deciderũt. Que dũ peccatũ confiteret: & pe nitentiã egiſſet: ſcõ pro ea intercedẽte corpore ſanata & aĩo rediit emẽdata. Hic etiã obitum ſuũ ſibi a do/ mino reuelatũ fratribus predixit: & die qua predixe/ rat in pace quieuit: uidelicet cal. iulii. Sepultuſq; eſt in cenomaneſ̃ ciuitate miraculis clarus.

¶ De ſcõ Pambone abbate. Cap. XXXVIII.

PAmbo abbas: ut dicit heraclides. Cũ ſine litteris eſſet ad q̃dã acceſſit: ut ab eo pſal mũ aliquem diſceret. Qui cũ audiſſet prĩ cipium pſalmi. xxxviii. Dixi cuſtodiã ui/ as meas: & non delinquã in lingua mea: ſecundũ uer/ ſum audire recuſauit: dicens q; primus ſibi ſufficeret: dũ tamen illum adimplere poſſet. Et poſt menſes. vi. reuerſus ad magiſtrum. Interrogatuſq; ab eo: cur tan tũ diſtuliſſet reſpondit: q; uerſum: quem didicerat: nondum implere potuerat. Poſt multum uero tem/ pus rettulit cuidam alteri: q; annorũ. xlix. eſſet: & uix adhuc dictum illud pſalmi implere potuiſſet. Deſcen dens alexandriam de ſcythi uidit mulierẽ theatricã: & amare fleuit dicens ſe flere & propter mulieris per ditioné & ꝓpter ſui ipſius negligẽtiam: quia nõ tan/ tũ ſtuduerat deo placere: quantũ illa hominibus. Teo philo epiſcopo eum adeunti: & ab ipſo edificari que/ renti reſpondit: q; ſi ſua taciturnitate non edificabat: neq; ſermone edificari poſſet. ¶ Huic ſancta melania de qua dicef in. xi. cal. nouẽbris tricentas libras argẽti obtulit: quas ille per eutemiũ diſcipulum ſuũ paupe ribus dari iuſſit: ut ait hieronymus. Qui poſtmodũ ſportellã palmis cõſuit: & melanie in ſui memoriale tradidit: dicẽs ſe nullũ aliud habeſis: qđ ſibi dare poſ/ ſet. Quã ipſa poſt eius obitũ omni tempore quaſi ꝓ magnis reliquiis reſeruauit. Hic etiã nulla febre uel egritudine correptus ad extrema deuenit. Et hora mortis ſue aſtãtibus dixit: q; ex quo eremũ intraue/ rat: nec panẽ comederat: nec ſermõis: de quo locutus fuiſſet: aliq̃do eũ penituerat: & tamẽ ſic ad deũ ibat q̃ ſi adhuc initiũ nõ feciſſet ſeruiẽdi domino. Et reꝙſi/ tus an eẽt bonũ laudare ꝓximũ uirtuoſum reſpõdit: q; melius eſſet tacere. Hec heraclides & in uitis patrũ. Quieuit aũt in domino uir ſanctus calendis iulii.

¶ De ſcõ Dominiano abbate. Cap. XXXIX.

DOminianus abbas ĩ territorio lugduneſ̃ ſanctitate uite iſignis claruit. Qui primus illic eremiticã uitã exercuit: plurimoſq; ſi bi in dei ſeruitio aggregãs: magniſq; uir/ tutibus & glorioſis miraculis clarus collectus eſt ad petres in ſenectute bona cal. iulii: hec ado.

¶ De ſanctis martyribus Proceſſo & Martiniano. Cap. XL.

PRoceſſus & martinianus martyres paſſi ſunt rome ĩperãte nerone. Cũ enim nero imparor beatos apoſtolos petrũ & paulũ tradidiſſet paulino uiro clariſſimo magi ſtro militũ. Paulino eos recluſit ĩ cuſtodia mamertia ſub mõte tarpeio: ſub cuſtodia militũ ꝓceſſi & marti niani & alioꝝ. xlix. quos oẽs btĩ apoſtoli ad xp̃m ſua predicatione cõuerterũt: & ꝓducto fonte de ſilice ſa/ xeo: eos ibi baptizauerũt: ut ſupra dictũ eſt in paſſio/ ne militũ. xlix. pridie idus martii: & in paſſione petri apoſtoli. iii. cal. iulii. Cum aũt apoſtoli in ipſo carcere mẽſes. ix. fuiſſent: a ſcis militibus dimiſſi ſunt. Cũq; uir clariſſimus paulinus audiſſet ꝓceſſum & marti/ nianũ baptiſmũ ſuſcepiſſe: & apoſtolos dimiſiſſe: ira/ tos eos teneri fecit: ac ſibi p̃ſentari. Cum aũt eos ad ſa crificia ſuaderet: & illi e cõtra: xp̃m dominum ſolum deũ profiterẽtur. Iuſſit paulinus ora ipſoꝝ lapidibus cõtundi. Deinde ſtatuã auream iouis afferri: ut ei thu ra incenderent. Cumq; ſancti milites in ſimulacrum conſpuiſſent: precepit eos paulinus in equuleo ſu/ ſpendi: & attrahi neruis: ac fuſtibus cedi: Deinde cir/ ca eorum latera flammas apponi: & poſt hec ſcorpio nibus mactari ſub uoce preconia: ne principum pre/ cepta contemnerent. Eademque hora paulinus ocu/ lum ſubito amiſit: & pre dolore quaſi inſaniens: eos equuleo depoſitos in cuſtodia mamertina uin/

tiri mãdauit. Quibus lucina apostolorꝫ discipula mi nistrabat. Post triduum uero paulinus arreptus a de/ monio expirauit. Cũqꝫ filius põponius rem gestã cũ clamore ad palatium detulisset. Iratus nero iussit ce/ sario urbis pfecto: ut eos celerius occidi faceret. Qui fecit sanctos de custodia eiici: & foras muros uia aure lia duci: atqꝫ ambos ibidẽ capitibus amputari: & cor/ pora eorum canibus derelinqui. Sed beata lucina illa noctu collegit: & in harenario iuxta locum: ubi de/ collati fuerant: sepeliuit. vi. nonꝰ iulii.

¶ De scis Lõgino Megisto & Acesto mar. Cap. XLI.

LOngius: megistus: & acestus milites a bea to paulo apostolo cõuersi sunt: cũ ad de/ collationẽ ducerẽt: ut supra dictũ est. iii. cal. iulii in eius passione. Qui iuxta quod paulus eis imposuerat: die sequẽti passionis illius ad sepulchrũ pauli uenerũt: & duos discipulos: uidelicet titũ & lucam orãtes inuenerũt: & in eorꝫ medio pau/ lũ stantem uiderũt: quos discipuli illi uidẽtes territi fugiebãt: pauloqꝫ mox dispareẽte: milites illi post eos clamabant: qꝫ nõ ut eos caperent: persequebãtur: sed ut ab eis baptismũ susciperent: sequebantur: paulúqꝫ in eorꝫ medio se uidisse testant. Hec illi audientes re/ uersi sunt: eosqꝫ cum gaudio baptizauerunt: qui post duos dies a nerone detenti: & pro christi nominis cõ fessione capite cesi sunt. vi. nonꝰ iulii.

¶ De scis Aristone & sociis martyribus. Ca. XLII.

ARisto: crescentianus: eutychianus: urba/ nus: uitalis: iustus: felicissimus: felix: ma/ ria: & symphorosa martyres oẽs apud cã/ paniam ꝓ fidei ueritate: & christiãi nois assertione glorioso martyrio coronati sunt. vi. nonꝰ iu lii: ut ait ado ex hieronymi martylogio.

¶ De trãslatione scĩ Thome apostoli. Cap. XLIII.

TRanslatio corporis scĩ thome apostoli fa cta est tẽpore alexandri imperatoris. Cũ enim idẽ impator rediret uictor de pside prelio: xerxe rege deuicto: supplicarunt ei syri: ut mitteret ad regulos indosꝫ: quatenus corpus beati thome redderẽt ciuibus suis. Quod idem ipera tor q̃is gentilis: propter uictorie tamen gloriã eisdẽ libenter cõcessit. Sicqꝫ factũ est: ut translatũ esset cor/ pus beati apostoli de india: & positũ in ciuitate edessa in locello argẽteo: quod pendet ex argẽteis catenis: in qua ciuitate nullus hereticus: iudeus: uel idolorꝫ cul/ tor uiuere põt. Sed nec barbari eã aliquando inuade/ re potuerunt: ex quo agabarus rex ipsius urbis epistolam manu saluatoris scriptam accipere meruit. Si q̃/ do gens aliqua contra eãdem ciuitatẽ uenit: die qua lecta fuerit epistola per pueꝝ super murꝫ: eadẽ die ho stes territi fugiunt: aut pacati recedũt: tam saluatoris scripti: q̃ oone beati thome apostoli. Et celebrat ip/ sius trãslationis festũ. v. nonꝰ iulii. ¶ Fert: qꝫ in uigilia festi beati thome singulis annis oĩ clero & populo ac peregrinis ad eius ecclesiã cõueniẽtibus celebrant ue/ spere: & patefacto tumulo sancti corporis: archiepus edessenꝰ dũ incohat antiphonã ad magnificat. O tho/ ma didyme &c. Palmite aridum uitis ponit in manu apostoli: & cõpletis uesperis claudit sepulchrũ. Mane aũt iterum oĩbus cõcurrentibus apertoqꝫ tumulo in uenit palmes in naturali uiriditate produxisse race/ mum uue diuinitus: de quo tantum uini liquatur in calice: qꝫ ea die archiepiscopus ex ipso conficit sangui nem iesu christi. Hoc audiui a fide dignis.

¶ De sancto Gregorio episcopo neocesarien. Cap. XLIIII.

GRegorius neocesarie põti eps alio noĩe pri mo uocatus theodorus: origenis discipu/ lus tẽporibus ualeriani & galieni impato rũ doctrina clara murificus refulsit. Signa quoqꝫ & miracula de eo cum laude ecclesie perhiben tur. ¶ Cũ enim pro captura piscium stagni cõmunis: germani duo ad inuicem armis & effusiõe sanguinis decertarent: orante gregorio: aqua stagni repente ab/ sorta arentẽ campũ frugibus copiosum: ac utiliorem germanis iam concorditer diuidendum dereliquit. Verum dum ecclesia in quodam loco artissimo inter montẽ & fluuium posito cõstrui deberet: & spatium sufficiens non esset: ipso sancto in orationibus perno/ ctante: mane facto iuuenta est rupis tanto spatio loco cessisse quantum erat comperens pro ipsa ecclesia fa/ bricanda. ¶ Alio tempore cum in alpibus iuxta pha/ num idolorum hospitatus esset. sacerdotes ab idolo nullũ poterat habere respõsum. Cui per noctẽ demõ in somnis apparuit: eiqꝫ dixit: qꝫ presente Gregorio nullatenus loqui posset. Qui mane gregorium ob/ secrat: ut deum suum loq permittat. Gregorius autẽ demoni epistolã mittit: & ut more solito respondere debeat permisit. Sicqꝫ idolũ respõdere cepit: unde sa/ cerdos uirtute dei in sancto uiro cognita ad xpm cõ/ uersus: & ab eodẽ baptizatus in tantũ ꝓfecit: qꝫ gre/ gorio in epatu successit. Quieuit in pace uir domini .v. nonꝰ iulii. ¶ Hic plurima opuscula fidei catholice expositionem cõpilauit. Super ecclesiastes libro me/ taphrasin magnificentissime opus breue sed peruti/ le protulit. Ad originem scripsit panegyricum: quẽ eo presente uocataqꝫ multitudine recitauit. Vulgo & alie plures & ipsius feruntur epistole. Hec hierony/ mus de uiris illustribus.

¶ De scõ Gregorio epo lingonien. Cap. XLV.

GRegorius lingonien eps ex senatoribus augustudunẽsibus ortus: regionẽ illã. xl. annis summa iustitie seueritate correxit. Hic habuit uxorẽ armentariã: de qua fili/ os ꝓcreauit. Post cuius obitũ eps eligit lingonien. In quo epatu sanctissimam uitã duxit sub pãibus triti/ ceis panẽ ordeaceũ comedens: & aquam uinum solũ/ modo coloratã. Qui etiam a sancto benigno epo sibi apparente cõmonitus ecclesiã supra tumulũ eius edi/ ficauit. In qua per noctes orans uoces angelicas conci nentes frequenter audiuit. ¶ In obitu uero ipsius san cti uiri: quidã uidit celos aptos: uultus quoqꝫ eius si/ cut rosa rubescebat: caro uero uti liliũ candebat. Cor pus aũt eius iuxta corpus sancti benigni collocatum est. Quod dum sepulture traderet: trabes in quibus pedes uictorꝫ astricti tenebãt cõscisse sunt: & captiui liberati: qui uidelicet eiusdem sancti dum exequie il/ lac transirent auxilium obnoxius postulabant. Sepul tus quoqꝫ est in ecclesia lingonien.

¶ De scõ Heliodoro episcopo. Cap. XLVI.

HEliodorus eps altinen uir magne sancti/ tatis & sapientie floruit tẽpore archadii & honorii imperatorꝫ. Qui iuuenili etate ad sacerdotii dignitatẽ promotus: popu/

lum adhuc idolis deditum admonebat. Et dum pro animaꝝ ciuium ſuorum ſalute dominum obnoxius exoraret: hortatus ab angelo publice predicare cepit: adeoq; in predicatione pfecit: ut populus tẽpla deoꝝ deſtruerent & eccleſiã dei genitricis a fundamentis cõ ſtruerent. Poſtmodũ aũt heliodorus adhuc preſbyter chromatiũ aquileieñ epm uiſitauit: & cum eo aliquo tpe cõmorans ab eodem altineñ eps ordinatus fuit. ¶ Hi ſunt duo epi qui leguñ beato preſbytero hieronymo aliquando epiſtolas direxiſſe: & ab eodẽ epigrammata recepiſſe. Ad quoꝝ inſtantiam idem glorioſus doctor quoſdã libros diuine pagine ex hebreo in latinũ tranſtulit: & martylogium primitus cõpilauit. Reuerſus igit ſanctus eps altinũ eccleſiam ſuã diſpoſuit & populum in fide firmauit. Inde hieroſolymam perrexit & optatũ diu hieronymum: quem ſepius in ſcriptis uiderat: corporali lumine uiſitauit: a quo & in melius compoſitus diſceſſit. Inde repatrians iam ſenio confectus & ambroſium ſibi coadiutorem epm ordinauit. Ipſe uero in inſula maris: que a ſancto uiro marcelliano ibi degente marcelliana uocata eſt: eremum petiit. Ibiq; apud prefatũ uiꝝ ſanctum eccleſia dedicata permanſit. Quẽ & die .v. menſis iulii defunctũ ſepeliuit: heliodorus uero dudum poſtea ſupuiuens ciuitatem altineñ ab attila deſtruendam obtuſq; ſui diem predixit. Et ſanctitate cõſpicuus in pace quiit .v. noñ iulii. Cuius corpus ambroſius eps eius ſucceſſor in altineñ eccleſia ſepeliuit. ¶ Proceſſu uero temporis deſolata: ut predixerat: altineñ ciuitate: & albuino longobardoꝝ rege italiam inuadente. Paulus altineñ eps corpora ſcõꝝ heliodori marcelliani theoniſti tabre & tabrate ad inſulas maris confugiens trã ſportauit: ubi nouo altino cõſtructo: quod incole torcellum uocauerunt: corpus ſancti heliodori in principali eccleſia condiderunt in honorem uidelicet beate marie uirginis ad inſtar altineñ eccleſie edificata: ubi & quieſcit uſq; in preſens.

¶ De ſancto Lanfranco cõfeſſore. Cap. XLVII.

LAnfrãcus prior mõaſterii becoeñ & poſtmodum abbas cudonieñ. tpe henrici. iiii. imperatoris claruit. Hic fuit doctor anſelmi cantuarieñ epi: de quo infra dicetur. iii. noñ iulii. Et huic idem anſelmus in becoeñ prioratũ ſucceſſit ſub eluino abbate qui ipſum monaſterium de proprio fundauit. ¶ Hic enim lanfrancus de ciuitate papie oriundus & ſecularibus ſcientiis ſatis clarus. Poſtq; in arbricateñ ciuitate normanie aliquo tempore docuiſſet: & rothomagum ire uellet: a latronibus captus ſpoliatus & in ſilua nudus dimiſſus: manuq; a uiatoribus reductus eſt. Qui mox relicto ſeculo & ſecularibus ſtudiis in predicto monaſterio habitũ monachalem aſſumpſit: & humilem ac deſpectam uitã ducere cepit. Et cum eſſet oĩum doctior: ſapientiam ſuam humiliter occultabat. Tandem fama ipſius cõperta de mandato ſui abbatis ſcholas tenuit: & clericos ac laicos multos in diuina ſapientia auditores habuit: quoꝝ plurimi ditiſſimi ꝑ magiſtri amore multa monaſterio contulerunt. Qui poſtmodũ ipſius loci prior. Inde abbas cudonieñ factus eſt. ¶ Quadã die eo celebrãte diaconus ei miniſtrãs a diabolo arreptus eſt. Qui diebus plurimis uexatur: ſed tãdem eius orationibus liberat. ¶ Huic etiam cum nunciatũ fuiſſet: q; anſelmus eius monachus & diſcipulus nocte in lecto anulum aureum repperiſſet: prenunciauit eũ furtuꝝ epm: & ut predixerat ſic euenit. Hic ex ꝓcepto leonis pape quinti diſputans in concilio toletano contra berengarium turoneñ: qui de eucariſtia praue ſentiebat: eum eloquentiſſimo ſermone confudit. Quieuit in chriſto quinto noñ iulii.

¶ De ſanctis Muſtiola & Hyreneo martyribus. Cap. XLVIII.

MVſtiola & hyreneus diaconus tpe ualeriani ĩperatoris turcio agente uicario apud ciuitatem cluſium paſſi ſunt. Cum .n. predictus turcius felicẽ preſbyteꝝ ꝑ martyriũ cõſum aſſet apud uerniã ciuitatẽ: ut dictũ eſt ſupra in eius paſſione. ix. cal. iulii: ipſiuſq; corpus hyreneus diaconus ſepeliſſet iuxta muros uidelicet ſutrine urbis. Hec audiens turcius: hyreneũ cõprehendi fecit: & cathenis uinctũ poſt redã ſuã traxit uſq; ad ciuitatẽ cluſinã: ibiq; illũ in carcere cõpediuit cũ pluribus xp̃ianis aliis. Quos oẽs muſtiola nobilis matrona claudii prĩcipis cõſobrina in ergaſtulo refouebat. Quod cũ audiſſet turcius: ipſam qdem teneri fecit: & oẽs xp̃ianis detentos decollari: hyreneũ uero in cõſpectu muſtiole equuleo appenſum: tam diu unguibus lacerari: & flãmis appoſitis adduri fecit: donec ſpiritum emiſit. Deinde ſanctam muſtiolã ſacrificare nolentem tam diu plumbatis cedi iuſſit: quouſq; animã exhalauit. Quoꝝ corpora marcus ſeruus dei iuxta muros cluſii ciuitatis deuote tumulauit: ubi & miraculis clarent: qui paſſi ſunt .v. noñ iulii.

¶ De ſcõ Lauriano martyre. Cap. XLVIIII.

LAurianus martyr paſſus eſt in territorio bituriceñ: qui pro chriſti noĩs confeſſione glorioſa amputato capite triumphũ meruit obtinere martyrii: cuius caput apud hiſpalĩ ciuitatẽ deportatũ: ibi digna ueneratõe recolit̃ q paſſus eſt .v. noñ iulii: ut habet̃ ĩ martylogio adonis.

¶ De ſcõ Oſee propheta. Cap. L.

OSee ꝓpheta de tribu iſachar filius beeri ortus in bethleemoth ſub q̃ttuor regibus iuda ꝓphetauit: uidelicet ozia: ioathã: achaz: & ezechia: & ſub hieroboã filio ioas rege iſrael: unde & iſaie ꝓphete cõtẽporaneus fuit. Prophetauit aũt prĩcipaliter cõtra .x. tribus: pauca de duabus loquẽs. De memorato enĩ regũ numero achaz rex iuda & hieroboã rex iſrael: dominũ derelinquẽtes in iſrael idolatrie crimẽ ĩperio ac poteſtate ſua admittere populũ cõpulerũt. Propter qd deus ad oſee locutus ẽ: ut accipiat uxorẽ fornicationũ: & faceret filios fornicatiõis. Fornicariã inq̃t: nõ ex locutione corpe meretri/

cẽ:ſed gentilẽ deũ ignorantẽ apppellat:que dei creatoris ſui amore contẽpto:ſimulacroꝝ ſe ſubiecerat deſideriis. Hinc factũ eſt: ut ira dei in populo iſrael p denũciationẽ ꝓphete ſub tali typo ꝓceſſura diceret. Domui aũt iude miſericordia lectiõe ꝓphete cõprehenſa ab hoc ꝓmiſſa eſt:quia ezechias rex iuda filius achaz ſublatis idolis:que tã pater eius q̃ ceteri reges cõſecrauerunt:templũ dei purificaſſe mõſtrat:ut ſupra in geſtis ezechie dictũ eſt. Prenũciauit aũt oſee iudeos in ultimo tpe ad xp̃m redituros. Tertiũ quoꝙ diẽ domini ce reſurrectiõis p̃dixit. ¶ Hic aũt:ut ait hieronymus: prenuncians dedit ſignũ:ueniet dominus in terra ſicut quercus:que eſt in ſylo &c. quod nõ legit in ſcriptura eius ſecũdũ editionẽ noſtrã:forte quod hieronymus dixit ſignũ:hic epiphanius dixit ꝓdigiũ:dicẽs de oſee:& dedit ꝓdigiũ dicens:Veniet dominus in terra ſicut quercus in ſylo:que ex ſemetipſa in .xii. fuerat partita:& facte fuerãt ex ea totidẽ quercus. Hic poſtq̃ ꝓphetiã ſuã adimpleſſet:ſub ezechia rege placita qete dormiuit .iiii. nonũ iulii:ĩ terra ſua ſepultus:ut hebreorũ ſcriptura colligitur. Hec hieronymus & ioſephus: & ex hiſtoria ſcholaſtica comeſtoris.

¶ De ſcõ Aggeo ꝓpheta. Cap. LI.

AGgeus ꝓpheta poſt captiuitatẽ populi iudeoꝝ in anno ſecundo darii perſaꝝ regis ꝓphetauit in hieruſalẽ. Nã in anno primo cyri regis perſaꝝ:ut ꝑpleret ſermo dei ex ore hieremie ꝓphete:ut habet eſdre primo in principio: Iuſſu ipſius regis populus in iudeã reductus eſt. Cũq̃ a populo iſrael & ſenioribus templũ dei edificari cepiſſet:mortuo cyro rege pſaꝝ:ac regnante dario: qui memorato ſucceſſerat:uicine gẽtes odio iudeoꝝ inſtaurationẽ tẽpli & ciuitatis ĩpedire ceperunt. Qua rõne ductus populus iudeoꝝ reſtaurationẽ ipſius tẽpli necdũ cõceſſum eſſe iuxta ꝓmiſſionem credebant: ꝓpter quod in ſecundo anno regni darii memorati. Aggeus ꝓpheta a deo miſſus ad zorobabel: q̃ erat de tribu iuda:qui poteſtatẽ regni ſuſcepturus erat: & ad ieſum ſummũ ſacerdotẽ filium ioſedech: eos admonet:ut credant cõpleto annoꝝ numero tẽpus reſtaurationis hieruſalẽ adueniſſe. Addito ne incredulitatẽ populi uelĩt imitari. Oĩa aũt q̃ textu ipſius ꝓphetie cõtinent:reuerſionẽ populi:reparationẽ tẽpli: renouationẽ ciuitatis:obſeruantiã ſacerdotalẽ:& interitũ regnoꝝ exteroꝝ ſignificãt. ꝓphetauit aũt una cum aggeo zacharias ꝓpheta:de quo dicet infra. viii. idus ſeptẽbr. Sed duobus menſibus ante zachariam hic aggeus uaticinium ſuum texere exorſus eſt. Quieuit in iudea in pace .iiii. nonũ iulii & tumulatus iacet iuxta ſacerdotum monumenta in hieruſalem. Hic propheta una cum ꝓximo precedente ex numero .xii. illoꝝ ꝓphetarum ſunt:qui minores appellãtur:qui & in ſanctorum patrum catalogo eccleſiaſtici .xlix. cap. deſcribuntur. Hec unde ſupra.

De tranſlatione ſcĩ Martini epĩ. Cap. LII.

TRanſlatio corporis ſcĩ martini facta eſt anno .xiiii. leonis primi:ut ait ſigibertus: anno uidelicet .lxiiii. ab obitu ipius ſancti. Cũ enim ꝓpetuus turoꝝ eps cerneret inſignia miracula: que ad ſepulchrũ ſancti martini fiebant:eccleſiã magnã & ſpecioſam eius nomini fabricauit:iuxta eãdẽ uidelicet ubi uiuẽs degere cõſueuerat. Et congregato clero ac populo uniuerſo cũ corpus ſcĩ ad nouã eccleſiã trãſferre decreuiſſet cal. iulii poſt noctis uigilias & ieſuniũ celebratũ mane ſepulchrũ nullatenus mouere potuerũt. Quod cũ ſequẽti die & tertio iteraſſent loculũ ſimiliter nullo ĩgenio leuare ualuerũt. Cũq̃ iã q̃ſi deſpati opus dimittere cõcepiſſent recordati ſunt:q̃. iiii. iulii .iiii. uidelicet nonũ: ipſius ordinationis beati martini anniuerſaria dies erat. Et q̃ forſitan ipſa die dominus corpus btĩ cõfeſſoris trãſferri diſpoſuiſſet. Ieiunio igit oꝛonibuſq̃ ꝑmiſſis ad tumulũ acceſſerũt. Moxq̃ illis ſenex uenerãdus apparuit: aliasq̃ nunq̃ uiſus: q̃ eos ad opus iuuare cepit. Sãctũq̃ martinũ eiſdẽ ad eſſe dixit:utq̃ corpus trãſferre nõ tardarent admonuit. Sicq̃ cũ ſumma uelocitate loculũ leuauerũt. & in loco ubi nũc colit poſuerũt. Completis quoq̃ officiis cũ ſenẽ ad menſam reqrerent nuſq̃ comparuit. ¶ Ac cidit quoq̃: ut tunc eſſent duo mẽdicantes & multã pecuniã ex queſtu acqrẽtes: quoꝝ unus cecus & alter erat cõtractus: cecus cõtractũ ferebat: & cõtractus ceco uiã oſtẽdebat. Audiẽtes aũt q̃ ad corpus ſcĩ martini multi ſanabant infirmi: dũ corpus in trãſlatiõe ꝓceſſionaliter portaret: timentes ne corpus iuxta eoꝝ habitationẽ duceret: & ſic ipſi forſit ſanarent. Inde receſſerũt: nolẽtes ſanitatẽ cõſequi: ne periret miſeria q̃ſtus ſui. Dũ ergo fugerẽt p uiã unde corpus nequaq̃ ducendũ putabãt ex improuiſo ſcõ corpori obuiãt. Et quia deus multa beneficia p̃ſtat etiã inuitis: ambo contra uoluntatem ipſoꝝ continuo curati ſunt: licet de hoc plurimum triſtarentur. Celebratur autem hec trãſlatio & ipſius ordinatio ac prefate eius eccleſie dedicatio .iiii. nonũ iulii.

¶ De ſcõ Vldarico epõ. Cap. LIII.

VLdaricus eps auguſtenſis nobilis romanus exiſtẽs ĩfantulus in monaſterio ſancti galli educatus eſt. Et cum etate adoleuiſſet: & habitũ monaſticũ aſſumere uellet: a quadã ſancta ĩcluſa ꝓhibitus eſt: que eidẽ aſſeruit ſibi fuiſſe a domino reuelatũ adhuc ĩpm futuꝝ epm. Comẽdatus eſt igit adalperoni auguſtenſi epõ a quo eſt ad ſacerdotii ordinẽ ꝓmotus. Deinde romã ueniẽs a martino papa benigne ſuſceptus eſt. Qui eidem pontifici epm ſuũ mortuũ nũciauit ſibi diuinitus reuelatum. Cũq̃ ipſum papa martinus uellet in epm ordinare: & auguſtenſi urbi in paſtorẽ p̃ficere: uldaricusq̃ recuſaret: ſummus põtifex eidẽ p̃nũciauit: q̃ periculoſo adhuc tpe epatũ ĩpm nõ poſſet euadere. Quod & factũ eſt. Nã epõ auguſtenſi ad epatu hiltinenſi trãſlato uldaricus ei a populo ſuccedere cõpulſus eſt. Qui cũ ſancto cõrado epõ cõſtãtie gregẽ dominicũ uerbo & exẽplo opis bene pauit. ¶ Sup hũc ſcũm di ecene domini criſma cõficientẽ: & die paſche miſſaꝝ ſolẽnia celebrantẽ uiſa eſt dextera dei q̃ ſibi benedicebat. ¶ Quadam die ſancta aphra ſibi apparuit & ut ſe ſeqret admonuit: ipſumq̃ uſq̃ in lechfelth pduxit: ubi p uiſionẽ ſanctum petrũ apoſtolũ cũ quodã alio ſcõ uidit: q̃ arnulphũ ducẽ torigioꝝ pro ſuis criminibus dãnabant. Et notato tpe repertũ eſt eodẽ die & hora arnulphũ e ſeculo migraſſe. Ipſe uir ſcũs pacẽ iter othonẽ ducẽ: & lodolphũ eius filiũ ptractauit. ¶ Iuſſus diuinitus in natiuitate ſancti ioãnis baptiſte bis ĩ die celebrauit. Miſſam aurore uidelicet & maioꝛẽ quaꝝ primam ex conſcientia bis celebrandi omittere ꝓpoſuerat. Et .xi. poſtmo

dum die in pace quieuit:uidelicet.iiii.noũ iulii.Sepultuſq; eſt a uolfgango epiſcopo ratiſponeũ in eccleſia ſancte aphre.

¶De ſcõ locũdiano martyre. Cap. LIIII.

LOcundianus martyr apud aphricam martyrium paſſus eſt.Qui pro confeſſione fidei chriſtiane in mare merſus cum palme triumpho coronam a domino percipere meruit glorioſam quarto noũ iulii:ut habeẽ in martylogio hieronymi & adonis.

¶De ſcá Zoe uxore nicoſtrati mris. Cap. LV.

ZOe martyr uxor nicoſtrati primiſcrini diocletiani ĩperatoris.Rome martyrium paſſa eſt.Que cũ graui infirmitate loquẽdi facultate p.vi.annos caruiſſet beatus ſebaſtianus martyr ipſam curauit:ſibiq; loquelá reſtituit: necnõ ipſam zoem cum uiro nicoſtrato & aliis pluribus ad xpi fidem perduxit:quos ſanctus polycarpus pſbyter baptizauit:ut ſupra actũ eſt in paſſione ſebaſtiani.xiii. cal.februarii.Cũ aũt ſebaſtianus & alii plures martyriũ paſſi fuiſſent:& ipa ad cõfeſſionẽ ſci petri apoſtoli oraret:a perſecutoribus artata & in cuſtodia duriſſima truſa eſt.Deinde a collo & a capillis in arbore quadam ſuſpenſa adhibito ſub ter horribili fumo in confeſſione domini emiſit ſpiritum.iii.noũ iulii.

¶De ſcõ Anſelmo epõ. Cap. LVI.

ANſelmus epẽs ex confinio longardie & burgũdie ortus puerilibus annis litteris a parentibus traditus breui ſpatio multa ſapiẽtia pollens ante annũ.xv.de ſalute anime cogitare cepit:& cogitatũ ad effectũ pduxit. Egreſſus ergo patriá:dũ ex tranſcenſu montis nimiũ fatigatus eſſet:nec quicq; ad edendũ haberet:miniſter eius ex iſperato panẽ cãdidiſſimum diuinitus in ſacculo reperit:ex quo utercq; ad ſatietatẽ comedit. Exactis aũt tribus annis partim in francia partim in burgũdia in normaniá deuenit:& ſub magiſterio lãfranci prioris becoeñ doctoris illuſtris ſe cõtulit: ac deinde in eodẽ monaſterio habitũ religioſum aſſumpſit. Lanfranco aũt in abbatem monaſterii cudoneñ aſſumpto:ut ſupra in eius hiſtoria dictũ eſt.v.noũ iulii. Anſelmus ei in pfato prioratu ſucceſſit:ſanctitateq; & ſapientia ad modũ clareſcere cepit:plurima náq; diuina opuſcula & ſolénia cõpilauit. ¶Cum nocte quadam miraret: quõ pphete per ſpiritũ multa futura pdixerant:& oraret:ut hoc ſibi deus aperiret: p parietes & muros iterpoſitos uidit fratres ad matutinũ exurgẽtes:& eoꝝ officia exequẽtes.Et itellexit:q; ſimiliter deus potuerat ſanctis pphetis abſcondita reuelaſſe. ¶Dũ quadá uice frater ſenior in extremis laboraret: & ſe a duobus lupis uorari uocibus horribilibus inclamaret. Anſelmus pro fratre orauit:& poſtmodũ ad ipſum itrauit: qui mox lupos effugatos aſſeruit:fláma ex ore ſancti in modũ lancee pcedẽte:quá frater ille ſe uidere perhibuit.Abſolutuſq; ab anſelmo hora.ix.ut ſanctus pdixerat:expirauit. Alias etiá dũ in oõne perſiſteret: uiſus eſt ab alio fratre luce maxima circũfuſus. Poſtmodũ aũt ad archiepatum cantuarieñ eccleſie electus eſt: qui dei populo exemplis honeſtiſſimis:& doctrinis clariſſimis pfuit. Ipſe enim feſtũ cõceptionis alme dei genitricis ſibi a domino reuelatum miraculoſe colendum didicit:ipſe & primus celebrauit: & celebrandũ in eius eccleſia conſtituit:ut ſuperius dictũ eſt in conceptione ſancte marie.vi.idus decembris. Cũ aũt quo dá tẽpore in uilla quadam cum ſociis hoſpitatus eẽt: & hoſpes nihil aliud preter panem & caſeũ eis apponendum haberet:iubente epõ:quáuis dudum recuſaſſet:hoſpes ad flumen acceſſit:& miſſo retrutam maximã continuo cepit:ex qua omnes plene refecti ſunt. ¶Alio etiam tẽpore alteri eius hoſpiti conquerenti: q; piſces ei apponendos non haberet:ipſe pdixit: q; cõfortaretur:quia poſt morulã ſibi magnus ſturio mitteretur. Quod & poſt horã modicã factum eſt. Sicq; clarus uirtutibus quieuit in pace.iii.noũ iulii. Sepultuſq; iacet in ſua eccleſia canturienſi. ¶Hic compoſuit librum pſlogion.i.alloquium de deo.Itẽ monologion.i.ſoliloquium de ſancta trinitate.Itẽ de ueritate librum unũ.De concordia liberi arbitrii: & pſcientie diuine:atq; predeſtinationis & gratie librum unum. Cur deus homo librum unũ.De ſacraméto altaris librum unũ.De caſu diaboli librum unũ. De peccato originali librum unũ.De ĩcarnatiõe uerbi librũ unũ. De azyma librum unũ.Meditationũ uel orationum librum unũ.Parabolarum ſiue prouerbioꝝ librum unũ.De grammatica librũ unũ.Super canticis canticoꝝ librũ unum.Epiſtolaꝝ ad diuerſos librum unũ. De cõceptu uirginali & origiali peccato librum unũ. Claruit tẽpore henrici imperatoris tertii.

¶De ſcõ Anſelmo cõfeſſore. Cap. LVII.

ANſelmus cõfeſſor lundonice ciuitatis anglie magiſter opinatiſſimus: & ſapiẽtia celebris:ac famoſus: uite religiõe cõſpicuus tẽpore henrici quinti imperatoris admodum effulſit. Qui inter alia opuſcula preclara ſuper pſalterio gloſas marginales & interlineares cõpoſuit: qui & lundoñ ſepultus miracula oſtendit.

¶De ſcõ Hugone abbate cluniaceñ. Cap. LVIII.

HVgo abbas cluniaceñ auguſtudunenſis ciuis nobili pſapia:patre dalmatio conſulari bellicis rebus intẽto natus eſt.Cũ adhuc eſſet in utero matris: & pſbyter quidam miſſam tam pro illa q; pro fetu celebraret:uidit in calice imaginem pueri reſplendentis hugonis uidelicet nõdũ nati. ¶Hic a puerilibus annis relicto ſeculo ſub abbate odilone monachus cluniaceñ factus eſt: deinde ad prioratum promotus:inde odiloni defuncto in abbatie regimine ſucceſſit. ¶In maxima illum habuit reuerentia henricus imperator ſecundus:cuius filium henricum tertiũ hugo de ſacro fonte leuauit: &

in colonia agrippina cū eo pascha celebrauit. Rediens quoq; cluniacum stephanū papam nouū florentie lā/guentē uisitauit. In cuius presentia: ut idē pontifex p/hibuit: demones ab eo abscedebant: in absentia ad eū redibāt. In cuius etiam sinu idem papa spiritum emi/sit. ¶ Hic abbas cōcilio generali in Remis ciuitate sub leone nono celebrato interfuit: in quo mirabiliter cō tra simoniacos inuexit. ¶ Cū sancius rex hispanie hil/defontiū captiuatū teneret: & pro ipso sanctus hugo orasset: sanctus petrus captiuo apparuit: & ip̄m hugo nis p̄cibus ocyus liberandū promisit: deinde ipse apo stolus sancio reuelaē: & nisi fratrē dimittat: mortē ei subitaneā cōminatur: sicq; statim hildefontius libera tur. Spiritu etiā pphetico claruit: quod in plurimis: q̄ predixerat: cōtingentibus apparuit. ¶ In quadā uigi/lia natiuitatis domini uidit in ecclesia uirginē filium paruulū in ulnis gestātem: & de festo natalis filii exul tantē: ac inimico humani generis insultantē. Ad hāc uocem diabolus de humo erupit: & uerba domine ex probrauit: quē gloriosa uirgo: ut ei uisum est: tā de ce nobio q̄ de ecclesia effugauit: ut supra actū est in legē/da natiuitatis domini. viii. cal. ianuarii. Tandē sanctita te plenus migrauit ad christū. iii. nonū iulii. ¶ In cuius transitu qdā frater apud nēgetū uidit matrē x̄pi cum monachoꝝ choro lucidissimo sagittarios quosdā ef/fugātes. Inter quos erāt martinus ep̄s & benedictus ab bas hugonis animā in nube lucidissima collocātes. Ea dē quoq; nocte qua migrauit a seculo. Abbas quidam uidit duos lectos ornatissimos manibus angeloꝝ ad astra deferri: in quibus collocādos audiuit anselmum cantuariēsē: & hugonem cluniacēsē: qui ambo eadem ipsa die debitum exoluerant carnis. Et ut uiderat sic eos ambos transiuisse cognouit. Sepultus est in abba/tia cluniacēsi.

¶ De scō Hugone confessore. Cap. LIX.

HVgo de scō Victore pisiēsi canonicus con/fessor sanctus in scripturis diuinis erudi/tus religione & scientia clarus in libera li/bus nullū suo tpe secundū habens tpe hē/rici quīti imperatoris floruit. Qui in ecclesia dei opu scula plurima & proficua condidit uidelicet. Librum de sacramentis. Hierarchiā beati Dionysii explanauit. Super ecclesiastē homel. xv. fecit. Super lamentationes hieremie librū. i. Librū didascalion cōposuit. Sup an/gelicā hierarchiam dionysii librū. i. De arca siue clau/stro anime librū unum. De uirtute orandi librum. i. De institutione nouitioꝝ librum. i. De arca noe lib. v. De anima Christi librum. i. De perpetua uirginitate beate marie librum. i. Super uerbo. Tota pulchra es li brū. i. Notulas super quibusdam uersibus psalmoꝝ. Soliloquiorum hominis cū anima & alia plura. De clausträlibus lib. i. Quieuit in pace conrado tertio. Im perante anno domini. M. cxxvi.

¶ De scō Isaia propheta. Cap. LX.

ISaias propheta nobili genere ortus in hie/resalem patre amos non illo quidem qui ex. xii. minoribus prophetis tertius est: sed altero nobile hierosolymita pgenitus fu/isse probatur. Hic enim de hierusalem ille de thecua oriundus extitit. Hic genere non infimus: ille pastor ouium & rusticanus fuit. Huius enim sanctitati diui/na scriptura testimonium in locis pluribus perhibet: & ipsum omnes doctores & Iosephus iudeorum hi/storiographus necnon eius uite exitum: quem marty rio peregit in sanctorum patrum catalogo computā/dum expressius docent. ¶ Cepit autem isaias prophe/tare sub ozia rege iuda & hieroboam rege israel: Cu/ius prophetia protenditur per tempora trium regum subsequentiū: uidelicet ioatham: achaz: & ezechie re/gū iuda: ut ipsemet in exordio suo testatur: Et sub ma nasse rege pphetandi & uiuendi finem fecit circa prin cipium regni. Hic autē ut ait hieronymus: in sermo/ne suo disertus est: quippe ut uir nobilis & urbane ele gantie nec habēs quicq̄ in eloquio rusticitatis admix/tum: unde accidit ut pre ceteris florem sermonis eius translatio non potuerit cōseruare: Qui etiā non tam propheta dicendus est q̄ euangelista. Ita enim uniuer/sa x̄pi ecclesieq; mysteria ad liquidum prosecutus est ut non eum quis putet de futuro uaticinari: sed de p/teritis historiā texere. Prophetauit aūt isaias in hieru/salem & in iudea: necnon. x. tribubus in captiuitatem ductis: ac de utroq; regno nunc cōmixtim nunc sepe ratim texit oraculum. Et licet interdū ad presentem respiciat historiā: & post babylonie captiuitatem redi tum populi significet: in iudea tamē omnis ei cura de uocatione gentium: & de aduentu x̄pi est. ¶ Hic san/ctus propheta ezechiam regem iuda diuino responso ad se facto confortauit ne timeret a facie sennacherib regis assyrioꝝ cū hierusalem obsedisset: promittēs re gi & in hostibus plagā: & in populo dei salutem affu/turā. Quod & factum est: angelo domini in castris as/syrioꝝ centum & octuagintaquinq; milia percutiēte: & sennacherib effugante: ut supra dictum est in gestis ezechie regis. ¶ Huius etiam orationibus dominus placatus super lachrymis eiusdē regis: cū illum occide re primitus decreuisset: adiecit uite ipsius annos. xv. in cuius signum solem per. x. horas in ecliptica retrogra dari fecit: ut supra in eadem historia dictū est. ¶ Hu/ius etiam pphete tēporibus erat piscina extra urbem quādo exercitus sennacherib regis babylonis obsedit hierusalē. Sed precibus suis ip̄etrauit isaias a domino: q; siccabat: quādo hostes ad eam descendebant: & cū ciues egrederent descēdētes ad ip̄m fontem: erant ibi aque sicut prius. Et secūdū q; dicit epiphanius ad pre ces isaie copiosius solito egresse sunt aque de fonte sy/loe. Hoc enim stagnū uocat in euangelio natatoria sy loe. ¶ Mortuo aūt ezechia cū filius eius manasses re/gnare cepisset: & idola ac aras simulacroꝝ q̄ pater su/us destruxerat renouasset: & populū in uiis gentium errare fecisset: eū quoq; prophete missi a domino re/darguerent: nemini eoꝝ p̄cebat: sed plateas hierusalē prophetarum sanguine purpurabat: iter alia uero sce lera sua: isaiam prophetam auum suum maternum secundum hebreos: uel secundū alios affinem: ciectū extra hierusalē circa dictā piscinam syloe serra lignea per mediū secari fecit. Qui dum in principio sectiōis angustiaret: petiit sibi dari aquā: ut biberet. Et cū nol lent ei dare dominus de sublimi īmisit aquam in os eius: & continuo expirauit: nec inde carnifices destite runt a sectione: Ob hanc enim aque missionem cōfir/matū est nomē syloe: qd interpretat missus. Nec sepe lierūt eū in sepulchro pphetaꝝ sed sub quercu rogel iuxta transitū aquaꝝ memorate piscine quem fecerat ezechias: unde in iugem memoriam sancti prophete

adhuc aque in piſcina ſyloe nõ iugiter:ſed incertis horis ebulliũt. Et qa oõne ſancti uiri aque ille a domio diuinitus date fuerãt:populus ꝓphetã glorioſe ſepeliuit in loco predicto pridie noñ iulii:etiã ut oõnibus eius poſt morte ipſius indeſinenter huius aque beneficio potirent. Hec ioſephus & hieronymus & ex hiſtoria ſcholaſtica atq; ex chronica guilelmi.

¶ De ſcõ Tranquillino martyre. Cap. LXI.

TRanquillinus martyr tpe diocletiani rome paſſus eſt. Hic fuit pater ſanctoꝝ martyꝝ marci & marcelliani:quos ex martia uxore genuit:q ad p̃dicationẽ beati ſebaſtiani martyris cũ cõiuge ſua ad xp̃m cõuerſus:ut ſupradictũ eſt in paſſiõe eius. cal. xiii. febr̃. & a ſcõ policarpo p̃sb̃ro una ſecum ſacri fontis unda perfuſus eſt. Et cũ graui morbo ipſe tranquillinus laboraret: mox ut baptizatus eſt:ſanitatẽ ꝓcepit: Poſtq̃ marcus & marcellianus eius filii paſſi ſunt:ut ſupra in eoꝝ paſſione actũ eſt. xiiii. cal. iulii. & martia mater illoꝝ poſt dies modicos in pace migrauit ad xp̃m. Poſt hec aũt cũ audiſſet tranquillinus:q; zoe uxor nicoſtrati pro chriſti nomine paſſa eẽt:ut dictũ eſt ſupra de ea. iii. noñ iulii: & ipſe in mediũ prũpens cõqueri cepit: q; femine uiros ad palmã ꝓcederent:& ſe xp̃ianũ libere in fori medio ꝓclamaret:a paganis furentibus lapidatus martyrium conſumauit pridie noñ iulii.

¶ De ſcõ Goar confeſſore. Cap. LXII.

GOar monachus & cõfeſſor ſanctus: anno .xvii. mauritii imperatoris ueniẽs ex equitania claruit in gallia:ut ait ſigibertus:cuius ſanctitatis famã ſigibertus rex frãcoꝝ audiẽs:ip̃m per nuncios requiſiuit: quẽ ad petitionẽ populi treuereñ ep̃m cõſtituere uoluit:ille aũt ſatis recuſauit. Tãdẽ dieꝝ .xxx. inducias poſtulauit:ut ad cellã ſuã ꝓgeret:& monaſterii facta diſponeret. Quo dũ pueniſſet:orauit ad dominũ:ut ſe ab huiuſmodi iugo liberaret:q; mox febre ꝓcuſſus p. vi. ãnos cõtinuos graui lãgore decũbẽs redire nõ ualuit:& ſic in ſenectute bona ibidẽ in pace qeuit pridie noñ iulii:cuius corpus ibidẽ tumulatũ mirabilibus effulget.

¶ De ſcõ Nicoſtrato martyre. Cap. LXIII.

NIcoſtratus martyr maritus ſancte zoes primiſcrinius ĩperatoris diocletiani fuit: cuius uxorẽ ſanctus ſebaſtianus:que pre gra uedine lõge ifirmitatis dudũ loquelã amiſerat:liberauit:& ip̃m uiꝝ eius ac cõiugẽ cũ aliis multis ad xp̃m cõuertit:quos ſanctus policarpus p̃sb̃r baptizauit:ut dictũ eſt ſupra in paſſione ſebaſtiani. xiii. cal. febr̃. Poſtq̃ aũt zoe uxor eiuſdẽ nicoſtrati martyrium paſſa eſt:ut ſupra in eius paſſione actũ eſt. iii. noñ iulii. Et ipſe nicoſtratus tentus atq; fabiano urbis p̃fecto preſentatus:cũ in xp̃i noĩs confeſſiõe cõſtãs pſiſteret:ab eodem prefecto decollatus eſt noñ iulii.

¶ De ſanctis Nicoſtrato & ſociis martyribus. Cap. LXIIII.

NIcoſtratus:claudius:caſtorius:uictorinus: ſymphorianus:ſeuerus:ſeueriãus:ſimplicius:& carpophorus martyres rome paſſi ſunt ſub diocletiano imperatore iudice fabiano. Quos idem fabianus per dies. x. detẽtos minis & blanditiis agens:ut ſacrificarent: cum in nullo eos poſſet penitus commouere:iuſſit eos tertio torqueri: ac demum mari precipites dari. Qui paſſi ſunt noñ iulii:ut dicit ado.

¶ De ſcõ Panteno p̃sb̃ro & cõfeſ. Cap. LXV.

PAntenus p̃sb̃r ſtoice philoſophie ꝓfeſſor: marci euangeliſte apud alexãdriã diſcipulus fuit:& uetuſto de more ibidem eccleſiaſtice ſchole prefuit clariſſimi probatiſſimiq; doctoris fungens officio:tante nãq; ſcientie non ſolũ in diuinaꝝ ſcripturaꝝ eruditiõe:ueꝝ in ſeculari litteratura fuit:tãtoq; ſtudio & amore uerbi dei p̃dicandi claruit:ut in indiã requiſitus per legatos ipſius gentis a demetrio alexandrino ep̃o mitteret:ubi uerbũ dei feruenter & feliciter p̃dicauit oĩbus gentibus q̃ in oriẽtis ultimis finibus recõdunt. Et demum ad indiã ĩferioré rediuit:repperitq; bartholomeũ apoſtolũ aduentũ domini & fidei ſemina primũ ibi ſecũdũ matthei euangeliũ ſeminaſſe:quod quidẽ inde hebreis ſcriptũ litteris regrediens alexãdriã ſecum tulit:ubi & ip̃m in grecũ trãſtulit. Multa uiri huius doctrine eccleſiaſtice extare dicunt apud alexãdrinos moniméta ſed uiue uocis oraculo plus eccleſie cõtulit. Docuitq; ſub ſeuero prĩcipe & antonio cognométo caracalla ĩperatore. Et apud alexãdriã qeuit in pace noñ iulii.

¶ De ſanctis Cyliano ep̃o:colonato & romano martyribus. Cap. LXVI.

YLianus ep̃s:colonatus preſbyter & romanus diaconus martyres apud uircz burch oppidum germanie paſſi ſunt. Hic.n. ſanctus geuere ſcotus nobilibus parentibus ortus:a pueritia ſacris litteris eruditus: adhuc iuuenis oĩbus pro xp̃o relictis monachus factus eſt:ſanctitateq; & uite cõuerſiõe cõſpicuus claruit:& ad p̃sbyteratus ordinem in monaſterio aſcẽdit. Cũq; cõcurſum ſeculariũ ad ſe ex fame opinione confluentiũ fugeret: inde diſceſſit:& primo qdẽ britanniã: deinde galliã: ac poſt germaniam uenit. Et ad oppidũ uircz burch: quod latine dicit uiridoꝝ caſtellum diuertit:ubi populus adhuc gentiliũ credulitate tenebat. Quoꝝ errori ſanctus cõpatiens romã acceſſit:& a ſummo pontifice ſe gentis illius ep̃m conſecrari obtinuit: atq; auctoritate pape ad idem oppidũ ad predicandũ rediit: adiunctis ſibi colonato preſb̃ro & romano diacono. Ipſe uero comites ſuos qui ſecũ ex ſcotia egreſſi: fuerãt. Colũbanũ:uidelicet in italia:Gallũ uero in allemania dimiſit:& ad uircz burch caſtrũ acceſſit:ubi predicationi inſtando ducẽ ciuitatis gothbertũ nomine & omnẽ populũ ad fidẽ conuertit:& cũ datis ſibi ſociis baptizauit. Cũ aũt ducem de xp̃i cultu diligentius inſtruxiſſet:de illicito matrimonio ip̃m corripuit eo q; ipſe gerlanam coniugẽ fratris uxoré duxerat:quod ſecundũ fidei xp̃iane doctrinã ꝓpanũ erat. Sed cum ducẽ ad bellũ ꝓcedere oporteret: ꝓmiſit ſancto ep̃o: q; gerlanã dimitteret:poſtq̃ in pace rediſſet. Poſt cuius diſceſſum mulier hoc cõperto ad ſanctos dei noctu in eccleſia orantes iugulandos carnifices duos miſit: cyllianus uero a deo per uiſionẽ de martyrio ꝑmonitus ſocios ad patientiam hortabatur. Sicq; omnes ipſi pariter gladio temporalem uitã terminantes eternã adepti ſunt. Quorũ corpora ueſtes & libros ſatellites de mandato mulieris humi condiderunt:ut eos de finibus illis diſceſſiſſe credibiliter pretendi poſſet. Quedam aũt burgunda eoꝝ diſcipula ſanguinem eorum

terre infusum collegit:& sibi pro reliquiis conserua/ uit.Gerlana aũt ne factũ proderetur.Iussit in ipso co/ rum sepulture loco aialia stabulari.Sed tamen tumu lus ubi sanctoꝝ corpora quiescebant ab eoꝝ immun ditia illibatus seruatus est.Rediens autem dux de san ctis quesiuit:& gerlana eos occulte inde abisse simula uit.Statimq; unus carnificũ qui eos peremerant a dia bolo arreptus seipsum propriis dentibus lacerauit.Al ter uero in furorẽ uersus semetipsum gladio per uen trẽ transfixit.Gerlana uero ab immundo spiritu ue/ xata:clamante demone per os sceleris nequitiam pro palauit.Dux quoq; a suis iterfectus & filius ipsius de principatu iectus est.¶ Tẽpore procedente atalogus presbyter in ipso sepulture loco scholas regebat.Die uero quadam pueri repẽte diuinitus aspirati:cylianũ eis nunq̃ auditũ clamare ceperũt:& locũ digitis osten derunt.Presbyter uero mysterium ignorans illos ut tacerent uerbis & uerberibus corripuit:ipsaq; nocte lumen oculorum amisit.Sed per uisum a quodam ei dicit:q; nisi credat dictis puerorꝝ nunq̃ illuminari me rebit.Cũ aũt de hoc sancto & sociis ab antiquis dili/ genter inquisisset:& qui fuerint didicisset:ad eoꝝ tu/ mulum orauit:& lumen perditũ recuperauit.Effos/ soq; loco corpora martyrꝝ cyliani colonati & romani reperta leuauit:& honorabiliter collocauit:que in op pido ipso uirczburch.i.herbipolis quiescunt clarentia signis.Qui passi sunt anno quinto Constantini im/ peratoris.viii.idus iulii.

¶ De sancto Norberto episcopo ordinis premon/ stratẽsi. Cap. LXVII.

NOrbertus archiep̃s fundator loci & ordi/ nis premonstratẽsi.anno domini.M.cxx. de lothoringie partibus oriundus claruit. Qui relictis seculi diuitiis quibus afflue bat presbyter ordinatus est.Et cũ quibusdã dei famu lis qui uitã artiorem ducere cupiebant ad gelasiũ pa/ pam secundũ:tunc apud sanctũ egidium in gallia sy/ nodũ celebrantem accessit.A quo & predicandi uerbi licentiam impetrauit.Ac deinde auctoritatẽ pape ca/ lixti secundi gelasii successoris de nouo ordine inco/ hando secundũ augustini regulã obtinuit.Et sub epi/ scopo lugdunẽsi nomine bartholomeo in loco p̃mõ/ strati cum sociis predictis monasteriũ & ordinẽ fun/ dauit.Multis quoq; miraculis claruit.¶ Apud nigel/ lã demonem qui puellam obsederat:primo quidem uirtute xp̃i:ut latine & teutonice & gallice loqueret cõpulit:deinde ab ea eiecit:uenientiq; coloniã pro reli quiis sanctoꝝ acquirendis una de numero undecem milium uirginũ se ei reuelauit:& locum ubi corpus suũ iacebat ostendit.Quod mane repertũ ipse secum premonstratũ tulit.¶ Die sequenti apud sanctũ gero nẽ orans uidit ipsum sanctũ:locũ ipsi:ubi corpus ipsi us dudum iacuerat omnibus incognitũ demonstran te:quod mane ibidẽ repertum atq; inde leuatum est. Eius quoq; corporis partẽ norbertus quasi pro mer/ cede suscepit:& ad monasteriũ suum deportauit.Post obitũ uero calixti secundi ab honorio secũdo succesꝰ re summo pontifice cõfirmationẽ ordinis accepit.Et tunc se futuꝝ ep̃m parthenopolis diuinitus agnouit. Rediẽs aũt ad locũ suũ in herbipoli oppido:in die pas che missa celebrata mulieri cuidã cece uisum restitu/ it.¶ Dein de factus est ep̃s parthenopolis ciuitatis suc cessore ipsi hugone in babatiam ordinato.Qui potẽs opere & sermone annis.viii.episcopatu fideliter admi nistrato:quieuit in christo.Sepultus in ecclesia dei ge/ nitricis ipsius urbis.viii.idus iulii.

¶ De sanctis Aquila & Priscilla eius uxore discipulis. Cap. LXVIII.

AQuila & priscilla eius uxor discipuli apo/ stoloꝝ christi fuerunt:de quibus in acti/ bus apostoloꝝ.ca.xviii.scribit:de quibus etiã paulus apostolus ad romanos.cu.salu/ tatiõe facit.Qui in sanctoꝝ ministerio quotidie fi/ deliter laborantes apud asiã minorẽ pleni bonis ope/ ribus in domino qenerũt.viii.idus iulii:ut dicit ado.

¶ De scõ Paulo martyre. Cap. LXIX.

PAulus martyr cõstantinopoli nobilis ori/ undus:passus est ibidẽ tpe constantini im peratoris heretici.Qui cum esset dux mi/ litie iperialis & uere miles xp̃i catholicus imperatorem de cõbustione sanctaꝝ imaginũ que p ip̃m in ecclesia apud blaquernas fiebat:cõstãter redar guebat:& reuerendas imagines xp̃i & sanctoꝝ uene/ randas efficaciter cõprobabat.Ob hoc ab iperatore de tẽtus & primo in carcerẽ missus durisq; cõpedibus ui ctus est.Inde iussu cõstantini post aliquot dies educit: & dum pro catholica ueritate ageret:nasus ei precidi/ tur.Iterũq; custodie mãcipat.Dehinc post dies.viii.ite rũ,pductus pice & sulphure liquatis capite pfusus:cũ in tormẽtis gr̃as deo ageret:oculi ipsi eruti sunt.No/ uissime pedibus ligatis p mediũ foꝝ trahit:& mem/ bris oĩbus corpis dissipat:sicq; satis collisus excusso cerebro spiritum exhalauit.viii.idus iulii.Cuius cor/ pus ad partes asparis tractũ:ibiq; dimissum ab hereti cis:ut a canibus uoraret:a catholicis uiris ibidẽ sepul/ tũ est.Impator aũt cõstantinus pro tãto scelere & aliis cõmissis ultione diuina uermibus scaturiẽs uitã mise randã finiuit.Cui michael filius eius uir p oĩa catholi cus ei successit.¶ Post annos uero.cxxii.xp̃iani & reli/ giosi uiri diuina reuelatione corpus sanctũ inde subla tũ ad monasterium charmonã trãstulerunt:miris re/ fragrans odoribus & miraculis corruscãs.Quod post modum a uenetis inde leuatum & uenetias delatum in monasterio sancti Georgii maioris quiescere dici/ tur ab incolis eiusdem ciuitatis.

¶ De sancto Procopio martyre. Cap. LXX.

PRocopius martyr in palestina passus est: qui a scythopoli ductus cesareã ad primã eius cõfessionẽ:& respõsiõis eius cõfidẽtiã a iudice fabiãno capite cesus est.viii.idus iu/ lii:ut ait hierõymus:& colligit ĩ martylogio adonis.

¶De ſcō Cyrillo ep̄o & martyre. Cap. LXXI.

CYrillus ep̄s & martyr rome paſſus eſt: qui flāmis iniectus illeſus euaſit: ac ſtupore tā/ti miraculi a iudice dimiſſus eſt. Qui etiā poſtmodum: cum chriſtum inſtanter & alacriter predicaret: & plurimos ad dominum con/uertiſſet: iudex penitentia ductus ipſum capite cedi fecit ſeptimo idus iulii.

¶De ſcō Cyrillo martyre. Cap. LXXII.

CYrillus diaconus & martyr in heliopoli ci uitate: que eſt circa montem libanū impe rante cōſtantio paſſus eſt. Hic enim cum multa idola contriuiſſet: & ignibus cōbuſ ſiſſet: pagani ipſum tenuerunt: quē nō ſolum pereme runt: gladiiſq; & lanceis effoderunt: ſed etiā nimia pie tate eius uentrem execantes inteſtina eduxerūt: & ex iecore ipſius comederūt. Veꝝ quicūq; huius īmanita tis ꝓtipes extiterūt: ultionē cōdignā conſecuti ſunt. Nā aliq ſubito dētes oēs amiſerūt. Aliquoꝝ lingue pu tredine cōſumpte ſunt. Aliqbus oculi de capite cecide runt. Hec caſſiodorus. vi. libro hiſtorie tripartite.

¶De ſancta Anatholia uirgine & audace martyri/bus. Cap. LXXIII.

ANatholia uirgo & audax martyres in ciui tate tyro italie paſſi ſunt tempore decii ce ſaris ſub fauſtiniano preſide. Poſtq̄ enī ana tholia uirgo uictoriā uirginem ad pudici tie obſeruantia cōuertiſſet: ut ſupra dictū eſt in paſſio ne uictorine. x. cal. ianuarii: & in piceno oppido mul/tos infirmos curaſſet: & demoniacos liberaſſet: in p̄ſa ta tyro ciuitate a fauſtiniano preſide detinet̄: & diuer ſis plagarum ac tormentoꝝ generibus cruciat̄: dein/de cum ſerpente horribili in carcere per noctem iclu/ditur: ſed ab eo minime leditur. Mane quoq; aperto carcere ſerpens audacē ueneficum: qui ip̄m ad uirgi/nem īmiſerat: aggredit̄: ſed eius morſibus iuſſu ana/tholie liberat̄: & ſerpens illico effugat̄. Sicq; audax ad fidem conuertitur: & ipſe quoq; in cuſtodia duriſſi/ma uinculat̄. Virgo aūt chriſti cum in oratione perſi/ſteret: iuſſu preſidis gladio per latera trāſuerberatur. Cuius corpus a chriſtianis in tyro oppido ſepelitur. Audax uero de carcere educitur: & chriſtum cōfeſſus capitali ſentētia coronatur. Et quia de oriente fuerat: corpus eius ab uxore & filiis eo trāſlatum eſt: qui paſ/ſi ſunt. vii. idus iulii.

¶De ſcō Brithyo ep̄o. Cap. LXXIIII.

BRithyus ep̄s in ciuitate martula claruit: q dum chriſtum dominum predicaret: a iu dice martiano comprehenſus eſt: cui iuſ/ſit preſes os eius lapide diu contundi: de/inde in equuleo ipſum leuari & crudeliter torqueri. Et cum in dei confeſſione perduraret: in carcerem tru ſus eſt. Nocte uero facto permaximo terremotu ciui/tas tota concutitur: & ruente pariete martianus oppri mitur. Brithyus aut̄ ab angelo & a beato petro apo/ſtolo uiſitatus: de carcere eductus eſt. Qui deide mul to tempore chriſti euangelium circūquaq; predicās: magnaſq; populorum multitudines omnipotēti deo lucrifaciens ſeptimo idus iulii quieuit in pace. Cuius animam aſtantes uiderunt in ſpecie columbe niuee ce los agiliter aduolantem.

¶De ſcis Zenone & aliis martyribus. Ca. LXXV.

ZEnon & alii. x. milia ducenti & tres marty/res chriſti rome ad guttam iugiter manan/tem martyrium paſſi ſunt. Qui per diuerſa ſupplicia trucidati chriſtum dominum in ſuis corporibus glorificantes coronas triumphi cele/ſtes obtinere de manu domini meruerunt ſeptimo idus iulii: ut dicit ado.

¶De ſancto Zenone abbate. Cap. LXXVI.

ZEnō abbas in eremo thebaidis claruit: de quo ſcribit̄: q; de cella egreſſus dum per ere mū oberraret: iā triduo fatigatus fameq; de fectus q̄ſi mortuus cecidit: cui repente puer ſpecioſus aſtitit: panemq; ei ac uinum preſentauit: ille aūt phantaſma dubitās oratione premiſit: & ſic ſecu/rus mā ducauit. Eodemq; inſtante puero: & ut ſe ſeq̄/retur admonente: eidem ducatum uie prebuit: & ad cellā uſq; reduxit. Quo cum ſanctus intrans oraſſet: il le diſparuit: & abbas ipſum angelum dei fuiſſe cogno uit. Hec in uitis patrum.

¶De ſcis ſeptē fratribus martyribus. Ca. LXXVII.

SEptem fratres filii ſancte felicitatis marty ris rome ſub antonino prīcipe paſſi ſunt. Quoꝝ noīa hec ſunt: ianuarius: felix: phi lippus: ſiluanus: alexander: uitalis: & mar/tialis: hoꝝ mater in uiduitate manēs ſuā domino uo/uerat caſtitatē. Quos oēs fratres ſimul cum matre ad ſuggeſtionem pōtificū idoloꝝ antoninus imperator detentos publio urbis p̄fecto tradidit ad deoꝝ ſacrifi cia cōpellendos. Qui primo qdem matri ſuadebat: ut ſui & filioꝝ ſuoꝝ miſereri deberet. Cum aūt felicitas: nec blanditiis allici: nec terroribus frangi poſſet: quin potius filios hortaretur: ut in xp̄i confeſſione cōſtātes perſiſterent. Iuſſit eā p̄fectus alapis cedi: deinde in car/cere recipi: ubi multo tpe macerata eſt. Poſt hec cū pu blius oēs ſeptē fratres ſingillatim uocatos hortaret̄: ut diis īmolarent: illiq; oīno eius monitiones contem nerent. Iuſſit illos ſucceſſiue flagellis cedi: deinde in cu ſtodiā recipi. Et cū hec oīa imperatori ſuggeſſiſſet: mi ſit antoninus illos per uarios iudices: ut uariis ſuppli/ciis punirent̄. Ex qbus primus iudex ianuariū tā diu plūbatis cedi fecit: q̄ diu ab eo ſp̄m excuſſit. Alter ue/ro felicem & philippum fuſtibus mactauit. Alter ſil/uanum precipitio interemit. Alter alexandrū: uitalē & martialē capitalem ſubire ſententiā mādauit. Qui paſſi ſunt. vi. idus iulii. Mater uero felicitas poſt men/ſes. iiii. paſſa eſt: ut in eius paſſione dicetur. ix. calendas decembr is circa annos domini. cx. Quorum corpora rome a fidelibus tumulata ſunt.

¶De ſanctis Rufina & Secunda uirginibus & marty ribus. Cap. LXXVIII.

RVfina & ſecunda ſorores uirgines rome martyrium paſſe ſunt ſub perſecutiōe ua/leriani & galieni imperatorum. He nobi/les ciues romane: patre aſterio: matre au/relia claris orte natalibus ab infantia chriſtiane armē tario & uerino gētilibus in ſpōſas tradite ſunt. Quas cum ſponſi earum chriſtianas cognouiſſent: ſatage/bant eas ad deorum ſacrificia perducere. Quorum p/ſuaſiones uirgines chriſti declinare cupientes: aſcenſo uehiculo urbem egreſſe ad predium ſuum quod in partibus tuſcie poſſidebāt confugere cupiebāt: Quod ubi armentarius & uerinus comparuiſſent accuſaue/

runt eas archeſilao comiti:qui eas cum ſuis militibus inſecutus miliario ab urbe.xiiii.in uia flaminia ipſas cepit:& ad urbem reuocans iunio donato prefecto p̃ſentauit:& q; chriſtiane forent denunciauit.Quas p̃fectus uſq; ad diem tertiam carceri tradidit:deide rufinam ſibi preſentari iuſſit:& ut diis immolaret ꝑſuadere cepit.Cum autem illa chriſtũ confiteret:& deos gentium deteſtaretur:mandauit eam acriter flagellari:& ſecundam de carcere adduci:ut ſororem cedi cõſpiceret:& ſic eius animum deterreret. Secunda autẽ exclamabat q; prefectus ſororem ſuam glorificabat: & ſe multum inhonorabat.Stanſq; ſecunda ſororem in uerberibus confortabat.Tũc iuſſit eas prefectus in tenebroſo loco recludi:& fumum ſtercorum fieri.Fumus autẽ ille ut tymiama exhalabat:& delectationẽ naribus uirginum miniſtrabat.Tenebre autem carceris luce quaſi meridiana ſuperinfuſa effugate ſunt. Iterum iuſſe ſunt in ſuis balneis includi:& nocte ĩtegra lignorum incẽdia miniſtrari.Et ingreſſi miniſtri poſt tres horas diei ſubſequentis: ut earum corpora inde eiicerent exanimata:inueniunt intus balneum tepidũ & uaporatum.Quas prefectus inſimul fecit colligari: & ligato ſaxo ad collum ambaꝝ in tyberim precipitari.Cum quo ſaxo per dimidiam fere horam emerſerunt:& que unde miſſe fuerant in ſuperioribus undarum ſericis indute apparuerunt.Quod audiens prefectus:& artibus hec magicis attribuens tradidit eas archeſilao comiti puniendas. Qui iuſſit eas duci in ſiluam in uia cornelia miliario.x.ab urbe in fundo q uocatur buxo:& illic rufinam ceruice cedi. Secundã uero gladio capite percuti:& corpora lupis uoranda derelinqui.Sancte autem uirgines per uiſionem matrone cuidam plautille apparentes gemmate:uidelicet in thalamo ſedentes eam admonuerunt:ut ipſarum corpora tumularet. Quod illa deuotius adimplere curauit:& in ipſo ſuo predio uirginum corpora recondidit ſexto idus iulii.

¶ De ſcõ Paterniano ep̃o & cõfeſſore. Cap. LXXIX.

PAternianus epiſcopus cum eſſet abbas in paleſtina: & congregationem monachorum in omni religione corrigeret:& tunc temporis chriſtianorum perſecutio deſeuiret:orauit ad deum cum lachrymis ut ſibi locum oſtenderet:in quo ſe cum monachis ſuis ſaluare poſſet.Cui apparuit angelus raphael eũq; monuit: ut in egyptum pergeret:& ibi ſalutem animarum & corporum inueniret. Quod cum abbas fratribus rettuliſſet maurentius prepoſitus fratres hortabat:ut iuxta uiſionem oſtenſam cum abbate peregrinarent.Igitur aſſumptis ſarculis ad terrã colendam: & ſeminibus ad ſeminandum profecti ſunt:& angelo raphaele ducatum prebente ad egypti eremũ deuenerunt: ubi & paruum ſibi cenobiũ conſtruxerunt.Ibiq; die ac nocte deo in iciuniis & orationibus ſeruire curauerunt. ¶ Cum aũt eſcas aliquas ad edendũ nõ haberent: nec in loco ipſo inuenire poſſent: & fratrum congregatio murmuraret:orauit paternianus ad dominũ. Et ecce apparuit angelus domini in ſynogali ciuitate cuidam diuiti admonens eum:ut famulis dei qui fame deficiebant ac frigore ueſtes & cibaria miniſtraret.Qui conſulto quodã ſapiẽte.lxx.camelos oĩbus cibariis & monachoꝝ cucullis onerauit:& ad collũ primiſquillinã appẽdit:ut uiã ceteris exhiberet. Qui recto curſu angelo duce ad cellã paterniani ꝑuenerunt:qđ monachi uidẽtes: deo gratias egerũt:& camelis exoneratis pedes lauerunt:atq; poſt dies tres eos oleribus onerãtes ad eoꝝ dominũ remiſerũt:qui dei nutu ꝑ uiã quã uenerãt:regreſſi ſunt. ¶ Poſt hec tertia die apparuit diabolus in ſpecie puelle uiro dei dicens:q; puella uenalis in terram egypti uenerat:quam dominus ſuus ad aquam hauriendã miſerat:que domum redire uolẽs in uia errauerat:& ad locum ipſum deuenerat:querẽs a ſancto uiro manſionem. Quam cum ſanctus uti ſpecioſam iuuẽculam licentiaret:puella allegabat: q; eius negligẽtia faciliter a feris deuorari poſſet:& abbas de eius anima deo rationem redditurus eſſet:quod audiens paternianus ipſam quaſi ex cõſcientia intromiſit: cuius allectus pulchritudine tentari cepit:ſentiens uero figmenta diaboli ignem accendit:& ipſum in faciem puelle excuſſit:moxq; diabolus euanuit. ¶ Deinde uenerunt ad eum ciues de oppido uris: & ipſum in ſuum epiſcopum conſtituerunt:qui in ipſo epiſcopatu prefuit annis.xlii.& multa miracula oſtendit: inter que ſaluiam ancillam dei:que annis.vii.ceca fuerat illuminauit:& claudum unum erexit.Nouiſſime angelus domini ei apparuit:obitumq; ſuum poſt dies. xxx.futurum predixit:& ad uicum thanatum in fundo bathyganio:iuſſit:ut accederet: ubi & pauſaturus eſſet:ſignumq; uocationis ſue fumum de uico exiturum predixit:& q; terra fuliginabit. Qui mox ad locum conſtitutum properauit:& ſignis ab angelo datis apparentibus:ipſe in pace quieuit ſexto idus iulii: ſepultus in ſuo epiſcopatu.

¶ De ſcis Ianuario & ſociis martyribus. Ca. LXXX.

IAnuarius:marinus: nabor: & felix apud aphricam paſſi ſunt: qui perſecutione uigente aduerſus chriſtianos: cum ſacrificare idolis recuſarẽt:a perſecutoribus decollati triumphum meruerunt obtinere martyrii ſexto idus iulii:ut ait ado in martylogio.

¶ De trãſlatione ſancti benedicti. Cap. LXXXI.

TRanſlatio corporis ſancti benedicti abbatis:tempore cõſtãtis imperatoris facta eſt: ut ait hugo floriacẽſis. Cũ enim mõaſterium mõtis caſſini qđa beato benedicto edificatũ fuerat:a longobardis deſtructum eſſet: corporaq; beatoꝝ benedicti & ſcholaſtice eius ſororis in eodem ſepulchro tumulata ibidem ſine ulla ueneratione dimiſſa fuiſſent.Mimolinus abbas floriacẽſis diuina re-

uelatione premonitus: misit aigulphum monachū suum ad predictum monasterium cassineī, ut inde corpus sancti benedicti floriacum deferret. Quo tempore etiam ex urbe cenomaceī quidam aduenerant ad corpus sancte scholastice transferendum: qui aigulpho adheserunt: donec romam insimul peruenerunt. Cum autem aigulphus causam aduentus illorum didicisset, Ipse uero eisdem cur uenerat minime reuelasset: cogitauit utrumque corpus habere posse. Dimissis ergo sociis rome: ipse montem cassinum festinus accessit: ubi nocte orans super sepulchrum sanctorum lucem maximam conspexit. Mane autem facto: effracto tumulo ossa sanctorū benedicti & scholastice in sporta collegit: & asportauit. Rediens autem in itinere socios dimissos inuenit: qui audito: q; utrūque corpus haberet: corpus ab eo scholastice de gratia petierunt. Aigulphus autem hoc facere non posse respondit: nisi abbati suo istud placeret. Sicq; cenomacenses secum usq; floriacum uenerunt: & a mimolino abbate corpus sancte scholastice de gratia obtinerunt. ¶ Cum autem ossa benedicti ab ossibus scholastice aliter secernere nescirent: singula locula paraue runt: & ossa maiora in uno & minora in alio uti melius eius uisum fuerit: segregatim posuerūt: iudicantes ex arbitrio maiora maris: minora esse mulieris. Quo facto ipsorum iudicium uerum fuisse: tali examine probauerunt. Nā corpus defuncti uiri super ossa: que putabant esse scholastice: corpus autem defuncte femine super ossa: que putabant esse benedicti posuerunt. Et neutrum eorum uitam recepit. Cū autē conuerso: corpus uiri super ossa maris: corpusq; femine super ossa multis collocassent: & oratione premissent: uterq; mortuorum continuo uiuus surrexit. Quo miraculo ossa utriusq; uera cognita sunt: cenomanenses ergo secum ad ciuitatem suam tulerūt corpus uirginis & floriacenses monachi in loco suo sepelierunt corpus abbatis. ¶ Sigibertus dicit: q; penonus ciuis nobilis & diues Brixieī tempore Gregorii pape secundi cassinum monasterium: quod annis ex destructum fuerat: de proprio reparauit. Anno x. constantini iiii. ut prefatus hugo scribit. Cassineī monachi auctore carolomano rege francorum a zacharia papa impetrarunt: ut eis corpus sancti Benedicti a floriacensibus redderetur. Qui uenientes floriacum: dum corpus leuare uellent: tali cecitate percussi sunt: q; se inuicem uidere non poterant: nec a deo usq; lumen eis restitutum est: donec intelligētes, corpus sanctum ibi quiescere uelle: id dimittere proposuerunt. Facta est autem eius transl atio. v. idus iulii.

¶ De sancto Pio papa & martyre. Cap. LXXXII.

PIus papa & martyr natione italus de ciuitate aquileia ex patre rufino: igino pape in episcopatu romano successit: & sedit annos duos menses quattuor dies. xxi. Hic constituit hereticum ex iudeorum heresi uenientem suscipi & baptizari: & constitutum de ecclesia fecit. Sub eius episcopatu hermes librum cōposuit: in quo mandatum continetur: quod ei precepit angelus domini: cum ad eum uenit in habitu pastoris: & precepit ei: ut sanctum pascha die dominico celebraretur. Quod & ipse pius episcopus constituit. Hic fecit ordinationes. v. per mensem decembrium presbyteros. x. diacones. xxi. & epos per diuersa loca. xii. Sub eius etiā tēpore rome due sacratissime germane uirgines claruerunt. s. potentiana & praxedis. Qui etiā sub persecutione antonini & marci martyrii gloriā adeptus é. Et sepultus est cū fratribus suis iuxta corpus beati petri i uaticano. v. idus iulii. Et cessauit epatus dies. xiiii.

¶ De scis Eulogio & sociis mribus. Ca. LXXXIII.

EVlogius cū aliis tribus martyres apud cōstantinopolim passi sunt. Quoꝝ dies triumphi recolit. v. idus iulii: ut ex martylogio adonis scriptum habetur.

¶ De scō Eulogio pbyte. & cōfes. Ca. LXXXIIII.

EVlogius presbyter alexādrinus: ut ait hieronymus: & heraclides cogitationes hominum a deo ipsi reuelatas cognoscebat: quosdamq; eucharistiam sumere uolētes a communione sacra remouebat: eisq; peccata sua secretius reuelabat: & sic illos ad penitentiam prouocabat. Hic dei amore elephantiosum quēdam omni tēpore uite sue fouere promisit. Quem dum annis. xv. sedule confouisset ille diabolo procurante ingratus beneficii in eulogio conuitia importabilia inferebat. Cū autem eulogius hinc propter uotum emissum: hinc ꝓpter infirmi iportunitaté perplexus maneret. Antoniū abbatem una cū leproso adiit cōsulendum. Qui cū ad monasterium macarii deuenisset: repperit & illuc antonium attigisse. Qui ab eo aduocatus & super patina ac perseuerātia doctus: infirmus quoq; ab eodem antonio ad gratitudiné est ꝓuocatus: unde ambo ipsi sedato scandalo adinuicem perseueran/tes manserunt: & ad cellam suam redeuntes post dies. xl. Eulogius inde post triduū leprosus spiritū tradiderunt. Festum autem eulogii agitur quinto idus iulii. Hec heraclides & in uitis patrum.

¶ De scis Ianuario & Pelagia mr. Cap. LXXXV.

ANurius & pelagia mres apud minorē armeniā in ciuitate nicopoli passi sunt. Qui tempore prosecutionis pro cōfessione nominis xpi sub licinio imperatore primo: in equuleo leuati & diutius torti. Deinde ungulis cruciatis laceratis ac demum in carcere uicti testarumq; fragminibus diebus quattuor cruciati glorioſum matrimonium impleuerūt. v. idus iulii: ut dicit ado.

¶ De sanctis hermacora episcopo & fortunato martyribus. LXXXVI.

HErmacoras eps & fortunatus archidiaconus mres apud urbē aquileiā passi sūt. Imperante nerone sub preside seuasto. Cum enim beatus marcus euangelista apud eādem urbē a beato petro apostolo directus multo tpe predicasset: & ad magistrū reuisendū accedere uellet. Hermacorā ciuem aquileieī: eius discipulū a populo in epm electum romā secum adduxit: quē beatus petrus loco marci aquileie epm consecrauit: & ad ipm ecclesiā gubernandā destinauit. Marcum uero alexandriā misit: ut hec omnia dicta sunt supra in passione sancti marci. viii. kal. maii. Igitur beatus hermacoras aquileiam ueniens ecclesiam suā feliciter gubernauit: & plures sacerdotes & leuitas ordinauit. Inter quos fortunatum quendam eius archidiaconem constituit. Ipse autem uerbum domini iugiter predicabat: & miraculorum insignium gloria clarebat. Nā

& cecos illuminabat:& egros quoscūq; sanabat:& obsessos a demonibus liberabat: unde & infinitum ex multis ciuitatibus ad se concurrentem populū cōuertebat. ¶ Cum autem seuastus quidam preses ciuitatem aquileie ingressus esset:pontifices idolorum accusauerūt hermacoram episcopū:q; templa deoꝝ destrueret:& populū ab eorū cultura subtraheret. Qué preses comprehendi iussit & sibi presentari. Cui cum preses suaderet:ut deos coleret & a christi predicatione cessaret. Respondit hermacoras:q; ex iussione dei ordinatus episcopus non posset quiescere a predicatione christi:ut a diabolo detentos reuocaret ad regnum domini. Cūq; in cōfessione nominis christi cōstanter persisteret. Iussit illum preses extendi & neruis crudis diutius cedi. Et cum sanctus martyr in his gratias ageret:& presidis tormenta derideret:fecit eū in equuleo suspendi:& pectus eius unguibus radi:postea precepit laminas ferreas candentes eius pectori imprimi:& lampades ardētes lateribus applicari. Et cum ipse multomagis christum laudaret: populusq; unanimiter exclamaret:q; sanctus dei sine ulla causa tormenta substineret. Seuastus furorem populi metuens eum carceri mancipauit:ubi orante hermacora lumen ingens per noctem refulsit:& odor suauissimus emanauit. Quod cernens pontianus custos carceris conuersus est ad christum & ianua reserata ad pedes sancti martyris ueniam postulabat. Quem sanctus hermacoras uocato fortunato diacono suo:post triduanum ieiuniū baptizauit. Qui egressus se christianum cepit proclamare:& deos gētium demonia asserere:unde & eius exemplo multitudo populi ad carcerem concurrentes conuertebantur. Quidam uero uidentes lumen carceris inde nullatenus discedebant. ¶ Hec audiens gregorius quidam nobilis ciuitatis filium suum annorum .xii. qui per triennium a demonio uexatus fuerat:ad sanctum martyrem adduxit:quem ille premissa oratione continuo liberauit:& ipsum una cum patre ad christum conuertit: uenienſque media nocte ad domum eius permittente pontiano:gregorium cum cōiuge & duobus filiis atq; cum familia baptizauit. Deinde ad carcerem spō te rediit:& instātibus presbyteris & clericis:ut si martyrium preelegisset:uel saltem sibi pastorem concederet:fortunatum eius archidiaconum illis delegauit. ¶ Hec cum audisset illustris quedam uidua nomine alexandria que lumen dudum amiserat oculorum de consensu pontiani nocte ad sanctum hermacoram in carcerem ingredit̄:& ab eo mox illuminat̄ atq; conuertit̄. Et intra domū suam cū omni familia a fortunato diacono baptizat̄. Quod cum preses audisset:fortunatum detineri fecit: & cum hermacora custodia mancipari. Cūq; multa miracula per eos fierent in carcere consistentes. Seuastus preses ad suggestionem pontificū timens populū qui per eos cōuersus erat:misit nocte speculatorem:& utroscq; in carcere decollari fecit:quoꝝ corpora ac sanguiné collectū pontianus custos carceris recollegit:& occulte reposuit. Deinde gregorius & alexādria memores beneficiorum susceptorum corpora martyrum subtulerunt:& iuxta muros aquileie in agro memorate alexandrie cum aromatibus condiderūt. Qui passi sunt quarto idus iulii.

¶ De scis Nabore & Felice mrib⁹. Ca. LXXXVII.

NAbor & felix martyres passi sunt in ciuitate laudēse sub maximiāo iperatore. Cūm idē cesar mediolani degeret:& p̄dicti duo milites tanq̄ xp̄iani eidē accusati fuissent: Imperator eos detineri fecit:& singillatim interrogatos cū eos christianissimos cognouisset: in carcere p dies .xii. affligi mandauit:ita ut nec panis:nec aq̄ ministraretur eisdem:& die .xiii. eos educi fecit:& cepit illos ad sacrificia suadere:& cū nullatenus aīos eoꝝ inclinare posset. Iterum eosdem in custodia recipi precepit. Post dies uero quattuor de custodia educi:& extensos fustibus cedi:deinde naboré in equuleo appendi: & lāpadibus aduri: ac ungulis laniari inspectante felice. Et cum hec omnia superasset: iussit eos ambos igne cōsumi:quī missi in ignem incolumes permanserunt. Pro quo iterum eos carceri mancipauit. Post aliquot uero dies cum imperator pergeret in ciuitatē laudeū. Iussit sanctos catenis uictos ad exemplū christianorum post se trahi:& post tertium diem ambos extra ciuitatem sibi presentari. Quos in christi cōfessione firmiter perseuerantes:fecit eos primo fustibus cedi:deide capite puniri. Qui decollati sunt iuxta portam ciuitatis laudensis apud fluuium celeram:quoꝝ corpora quedam matrona sabina noctu rapiés in eodem loco sepeliuit quarto idus iulii.

¶ De sancto Nasone discipulo. Cap. LXXXVIII.

NAson discipulus xp̄i:ex antiquis & prioribus fuit:& ex .lxxii. unus ut in martyrologio adonis ponitur:qui apud insulam prum xp̄i euangelium p̄dicauit:& plenus uirtutibus ibidem scō fine quieuit .iiii. idus iulii. us

¶ De sancto Iohele propheta. Cap. LXXXIX.

IOhel ꝓpheta de tribu ruben filius fatuel natus in agro bethoren eodem tēpore & sub eisdē regibus:quibus & osee ꝓpheta uit:uidelicet ī diebus ozie:ioathan:achaz: & ezechie regū iuda. Et sicut ille sub noīe effraim ad .x. tribus dirigit uaticiniū suum: qui uel samariā uel israel sepe memorat:sic in hoc ꝓpheta:omne qđ dicit ad tribū iuda directū esse ītelligere debemus. Descripsit enī terrā duaꝝ tribuū eruca:brucho: locusta:rubigineq; uastandā. Et post euersionem prioris populi p̄dixit spiritussanctus effusioné futurā sup seruos dei & ancillas:quod factum est die pētecostes in cenaculo mōtis syon. Et hic in bethoren in pace mortuus est: & sepultus .iii. idus iulii. Hic ꝓpheta ex numero .xii. ꝓphetaꝝ colligit̄:q; minores appellati in sanctoꝝ patrū catalogo ecclesiastici .xlix. capitulo conscribunt. Hec iosephus & hieronymus:& ex historia scholastica.

¶De sancto Zorobabel duce. Cap. LXXXX.

ZOrobabel filius salathiel dux & prĩceps iudeorum de tribu iuda: inter ueteris legis patres ecclesiastici.xlix. capi. conscribitur. Hic tempore reedificationis templi domini & hierusalem fecit: sub dario hydaspis rege persarum claruit. Cum enim: ut habetur in libris esdre & neemie: cyrus rex persarum & medorum anno primo regni sui dedisset iudeis licentiam redeundi ad terram natiuitatis sue: quinquaginta fere milia eorũ duce zorobabel & iesu magno sacerdote: de quo ifra proxime dicetur: de chaldea: ubi captiuati fuerant: in iudeam reuersi sunt. Et afferentes secũ uasa tẽpli domini aurea & argentea. M.cccc. que reddiderat eis rex cyrus persarum: ceperunt edificare templum domini in hierusalem: uerum impedientibus samaritis intermissum est opus usq; ad annum secundum darii hydaspis: igit̃ anno primo darii predicti: zorobabel filius salathiel unus de nobilioribus iudeorum: familiaris quondam ipsius darii: cum audisset: q; darius ipse regnaret in persida: fiducialiter aggressus est templum domini edificare in hierusalem: aggeo & zacharia prophetis ad hoc exhortantibus populum iudeorum. Principes uero regis persarum: qui erant trãsflumen hoc agnoscentes: interdicebãt reedificationem. Cumq; respondissent seniores iuda: q; deus suus hoc eis preceperat: placuit utriq; ut res addarium regem persarum deferretur: Et ascendit zorobabel cum nũciis principum ad regem: qui honoratus est ab eo ultra q̃ sperabat. Nam cum aliis duobus cubiculariis in regis cubiculo dormiebat. ¶Porro darius rex cenã exhibuit satrapis & prefectis persarum & medor̃ ac magistratibus. cxxvii. puinciarum. Eadem nocte expergefactus rex proposuit questionem tribus custodibus corporis sui: quod de tribus fortius uideret̃. s. rege uino & muliere: promittens munera & honorẽ ei qui sapientius responderet in crastino. Die uero sequenti coram satrapis & magistratibus accesserunt illi tres: & ait primus regem esse fortiorem ceteris. Cum enim homo presit cunctis animãtibus rex preest hominibus & ad nutum eius omnia fiunt. Secundus autem pretulit uini fortitudinem: quia cum homo presit ceteris in fortitudine: uinum superat aĩam animi fortitudinem. Zorobabel uero tertius mulierem fortiorem rege uinoq; asseruit. Nam regibus & eis qui uites plantant: mulieres uinum conferunt & alimoniam & ad robur usq; producũt: & pro mulieribus animas ponere non timent homines. Sup hec autem omnia ueritatem dixit esse fortiorem: quia ĩmutabilis est & sempiterna. Quod cum ab omnibus iuxta dictum huius approbatum eẽt: dixit rex ad zorobabel: ut peteret ab eo qcquid uellet. Et postulauit templi reedificationẽ & uasa domus domini remitti in hierusalẽ. Et gauisus est rex. Nã idipsum meminit se uouisse anteq̃ fieret rex: si deus faceret ipsum regẽ. Et scripsit epistolam principibus suis trãsflumen: ut nullatenus impedirẽt iudeos sed de sumptibus regis iuuarent eos. Qui zorobabel reditum faciẽs per chaldeam contribulibus suis regis mandata patefecit. Et ascenderunt multi tũc hierosolymam cum eo. Et sic laxata captiuitate iudei ceperunt reedificare templũ domini in hierusalem: anno secundo darii hydaspis regis persarum: quod anno. vii. ipsius consumatũ est: qui erat quadragesimus sextus a prima licentia quã dedit cyrus rex persarum reedificandi illud. Iuxta qđ in euangelio legitur. Quadraginta & sex annis edificatum est templum &c. Conuenerunt autem filii israel ad dedicationẽ templi: & dedicauerunt illud mẽse. xii. qui apud latinos martius dicit̃. xxiii. die mẽsis. Et celebrauerũt pascha secũdum legẽ domini. De arca uero quomodo receperũt eam ĩcertum est. Sed si uer̃ est quod epiphanius dicit eã usq; ad iudicii diem nõ egressurã de latibulo pene: in qua eã hieremias abscondit: ut dictum est supra in legenda hieremie prophete cal. maii: certũ est q; iudei instar prioris edificauerunt alterã. Nam inter manubias quas tulerũt romani de iudea leguntur trãslata & arca domini & cã delabrũ & mensa. Cõpleto uero tẽpli edificio zorobabel in hierusalẽ principatum tenuit iudeor̃. Quo feliciter administrato cum patribus suis in pace dormiuit. & sepultus est in hierusalem iuxta sepulchra regalia. Hec ex dictis iosephi & hieronymi & ex historia scholastica: necnon ex chrouicis guilelmi.

¶De sancto Iesu sacerdote. Cap. LXXXXI.

Arnulphus epiſcopus turonenſ̃: ut ait ſigibertus claruit in gallia tempore anaſtaſii imperatoris: qui ſancti remigii remenſis epiſcopi ĩ baptiſmate filius fuit: cuius etiam parentes primo gentiles tamen poſtmodũ a ſancto remigio conuerſi & baptizati: ille rogatianus illa autem euphroſyna nominati fuerunt: qui omnia ſua pauperibus diſpenſanda ſancto remigio tradiderunt. Remigius uero regi clodoueo iam chriſtiano arnulphum eius ſpirituale filiũ cõmẽdauit. Cui rex uti nobiliſſimo: ſtambergã neptẽ ſuã in uxoré tradidit. Ipſos tamen ambos coniuges ſanctus remigius ad uirginitatis obſeruatiã iduxit. ℂ Poſt hec arnulphus reuelatione diuina oĩa ſua p teſtamentũ uxori relinquẽs: eã remigio cõmendãs in habitu laicali p annos. xxvii. peregrinatus eſt. ℂ Quodã die dominico dũ poſt matutinũ oraret in eccleſia rauẽnate: uidit aĩam cuiuſdã peccatoris nup defuncti: que ad inferna a demonibus trahebať: que cũctis aſtantibus audiẽtibus ſancti arnulphi auxiliũ implorabat. Pro qua uir domini oranit: & ſtatim aĩa ad corpus rediit: ipſeq; peccator ſurrexit: & q̃ ille uir dei eſſet: eiuſq; p̃cibus ipſe ſaluatus fuiſſet: oĩbus patefit. Et cõcurrẽtibus ad eũ turbis populoꝝ ipſe ad uitãdã famã cõfeſtim inde diſceſſit. Deinde apud ſequanã fluuiũ alium mortuũ e pheretro ſuſcitauit: quẽ ſecũ ad ſanctũ remigiũ informãdũ adduxit. ℂ Iteꝝ quoq; rhemenſem populũ ad ſe cõfluẽtem fugiens: iterũq; peregrinãs: cũ eſſet turonis & eẽ patus uacaret: angelo reuelante eps turoneũ factus eſt: qui laudabilem uitam ducens: & miraculis clarens in domino quieuit. xv. calendas auguſti.

ℂ De ſancto Rophilo ep̃o. Cap. CXIIII.

Rophilus epiſcopus popilieũ fuit: qui uerbum domini inſtanter predicans: & que docebat exemplo operum confirmãs miraculorum gloria inſignis fuit. Dum aũt

in media uia posita inter popilieñ & luilieñ oppidum draco immanis apparuisset:qui homines & animalia deuorabat:& flatu uenefico plurimos morbidabat. Sãctus rophilus populo suo triduanum ieiunium & orationem indixit:sanctoq; mercuriali epõ luilieñ: ut hec eadem cum sua plebe faceret:persuasit: & deinde ambo ipsi epi una cum clero & populo utriusq; ciuitatis ad locum accedunt:orationeq; premissa sancti prefules draconem de antro producunt:stolis quoq; suis ipsum uti agnum mãsuetissimũ collo nectentes pertraxerunt:& in puteo profundissimo incluserunt:memoriale quoq; supra puteum in testimonium miraculi signauerunt:quod ibi manet usq; in presens. Rophilus autem ad ecclesiam suam rediens:obitusq; sui diem longe ante predicens.xv.calẽ.augusti quieuit in xpõ. Sepultusq; est in ecclesia sua miraculis clarus.

¶ De sancto Filiastro confessore. Cap. CXV.

FIliaster confessor sanctus dei sacerdos: credens deo fide plenissima exiẽs de terra sua relicto seculo presbyter factus est: & pauli apostoli mente & opere imitator: omnem pene romanum orbem sua predicatiõe lustrauit:multosq; christo populos acquisiuit. Non solum enim gẽtilibus restituit:& iudeis:sed etiã arriane perfidie tunc uigenti:nam & mediolani gregẽ dominicum ab auxentio episcopo arriano sancti ambrosii predecessore uiriliter defensauit:& brixiam ciuitatẽ in fide adhuc rudem sua predicatione ad uiam ueritatis plene reduxit. Et postquam plurimis miraculis effulsit apud eã dem urbẽ brixiensem in pace quieuit.xv.cal. augusti.

¶ De sancto epaphra discipulo. Cap. CXVI.

EPaphras discipulus de.lxxii. unus ut ait hieronymus: de quo apostolus ad colosceñ primo mentionem facit. Hic enim iubente paulo uerbum domini colosscensibus pdicauit:& ab eodem colosceñ episcopus ordinatus:clarus uirtutibus palmam martyrii pro sibi commendatis ouibus uirili agone pcepit. Sepultusq; est apud eandem urbem.xiiii.calen.augusti.

¶ De scis Iusta & Rufina martyribus. Ca. CXVII.

IVsta & Rufina martyres in hispania ciuitate hispali:sub diogeniano preside martyrium passe sunt. He matrone christianissime paupertate detente uasa fictilia mercabantur. Ex quo questu necessariis sibi ad uictum reseruatis:indigentium inopiam substentabant. Cum autẽ in platea ciuitatis uasa distraherent:matrone ipsius oppidi idolum lapideum nomine salabouem circũferentes:iuxta morem suum gentilem postulabant a sanctis feminis uas aliquod ad usum dei sui sibi offerri. Quod cum ille uti christiane facere denegassent:indignate matrone idolum super earum uasa fictilia iacta uerunt:eaq; omnia contriuerunt. Iusta uero & rufina idolum econtra longius abiicientes confregerunt: ppter quod a preside diogeniano detẽte primo equulei extensione:& ungularum laniatione uexate sunt:post modum in carcere inedia & uariis doloribus afflicte. Inde quoq; educte cum preses ad partes alias iter arriperet per loca aspera & cõfragosa nudis pedibus post eum trahuntur. Tandem iusta spm in carcere exhalauit. Corpusq; eius in putem proiectum:inde a sabino episcopo leuatum atq; sepultum est. Rufine uero cer uix in confessione confracta est. Cuius est cadauer cõbustum. Ossa autem illius ab eodem episcopo collecta una cum corpore iuste in ciuitate hispaleñ. tumulata sunt. Harum passio celebratur.xiiii.cal.augusti.

¶ De scõ Arsenio abbate. Cap. CXVIII.

ARsenius abbas cum adhuc in palatio imperatorum archadii & honorii cõsisteret: & ut ad salutem dirigeretur oraret audiuit a domino ut homines fugeret & saluaretur. Accedens igitur ad monachalem uitam & ibidem orans audiuit:arseni fuge:tace:quiesce. ¶ Matrona quedam nobilis & senex uenit:ut abbatem arsenium ex deuotione uideret:qui rogatus a teophilo archiepiscopo:ut se uideri permiteeret:nullatenus acquiuit. Tamen illa ad cellam properans:ipsum foris ante hostium inuenit:& se ad pedes eius prostrauit. Ille autem cum indignatione nimia eam eleuauit:eamq; dure increpauit:quia cum mulier esset:tantam uagationem facere presumpsisset. Nam cum alie mulieres ab ea redeunte audirent:q; abbatem arsenium uidisset: ipse similiter ad eum uidendum confluerent. Illa autẽ se nunquam alicui dicturam promisit: q; cum uidisset:supplicans ut tantum pro ipsa oraret. Abbas uero se deum oraturum dicebat:ut memoriam eius de corde suo deleret. Hec illa audiens turbata nimiũ ad ciuitatem uenit:& pre tristitia egrotare cepit:quod archiepũs audiens ad eam consolandam accessit:eiq; iter cetera dixit:ne de uerbis senis miraretur: quia inimicus per mulieres uiros sanctos impugnat. Nam credere dedebat:q; uir sanctus pro eius anima semper exorabat:& sic consolata conualuit:& ad propria remeauit. ¶ Arsenius autem per totum uite sue tempus sedens ad opus manuũ panum habebat in sinu propter lachrymas:que iugiter de oculis eius fluebant:& totã noctem insomnem ducebat. Mane aũt cum propter nature lassitudinem dormire uellet:somnũ tanq; malum seruum uocabat:& sedẽs parum somni surripiebat:statimq; surgebat:dicebat enĩ sufficere monacho: si dormierit una hora:si tamen pugnator est. ¶ Cum pater sancti arsenii nobilissimus senator uitam finiẽs & testamentum faciẽs:magnam hereditatem filio dimisisset:tabellio testamentum ad eum detulit: quod abbas accipiens scindere uoluit. Tabellio uero eius pedibus prouolutus rogabat:ne hoc faceret:quia caput eius precideretur. Cui arsenius respõdit:q; prius mortuus fuerat q̃ pater eius:qui ipsum heredem fecerat: & ideo ipsum instituere nõ potuerat:& remisit testamentum nihil recipere uolens. ¶ Quadam uice facta est uox ad arsenium:ut exiret:& opera hominum uideret:& egressus uidit ethiopem ligna incidentem:& sarcinam sibi importabilem facientem: cũq; ipsam fere non posset:iterum ligna cedebat:& ad sarcinã diutius addebat. Viditq; rursum hominem haurientem aquam de lacu:& eam fundentem in cisternam pertusam:quam aquam perfundebat in lacum:& ipsam nihilominus cisternam implere uolebat. Iterum uidit templum & duos homines in equis portantes lignum trãsuersum:uolẽtes autem templum introire non poterant: quia lignum in transuerso portabant. Et exposuit ei uox uisa dicens:q; ultimi sunt:qui portant lignum iustitie cum superbia: nec humiliantur: propter quod a regno dei excluduntur. Qui ligna in

tidit:homo eſt in peccatis multis:& pro eo ut agat penitentiam non ſubtrahit de peccatis: ſed iniquitates addit. Qui autem aquam haurit:homo eſt bona opera faciens ſed quia cum eis ſunt permixta mala perdit opera ſua. ℂ Veſpere ſabbati ueniente die dominico: relinquebat poſt ſe ſolem:& extendebat manus ad celum:donec mane ſole aſcendens faciem eius illuſtrabat:& ſic reſidebat. Quieuit autem in pace uir domini. xiiii. calen. auguſti. Hec in uitis patrum.

ℂ De ſcō Ioſeph iuſto diſcipulo. Cap. CXIX.

IOſeph qui uocabatur barſabas qui cognominatus eſt iuſtus:unus ex. lxxii. chriſti diſcipulis non fuit barnabas ut rabanus & q/dam putauerunt:ſed frater iacobi alphei ac ſimonis:& iude:filiuſq; marie ſalome ſecundogenite ſancte anne & ſororis uterine genitricis domini:ut infra dicetur in geſtis ſancte anne ſeptimo calend. auguſti. Hic enim cum matthia ſtatutus eſt ab apoſtolis ad ſortiendum in locum iude ut habetur act. primo. cap. Qui predicationis & ſanctitatis officio ſeruiens ac fideliter cōplens mmultaſq; perſecutiones a iudeis pro chriſto ſubſtinens:uictoriosiſſimo fine apud iudeam quieuit. xiii. calend. auguſti. De quo refertur q; uenenum biberit: & nihil ex hoc triſte pertulit propter domini fidem.

ℂ De ſancta Margarita uirgine & martyre. Cap. CXX.

MArgarita uirgo apud antiochiam ſub olibryo prefecto paſſa eſt. Hec fuit filia theodoſii gētilium patriarche:que nutrici traditur & ad adultam etatem ueniens baptizatur. & propter hoc exoſa patri plurimum habebatur. Cum autem annos. xv. attigiſſet:& cum aliis uirginibus oues nutricis ſue cuſtodiret:prefectus olibrius illac tranſitum faciens in eius amorem exarſit: & concitos pueros ut ad ſe illā ducerent deſtinauit: quatenus ſi libera eſſet:eam in uxorem acciperet:ſi autem ancilla in concubinam teneret. Quam ſibi preſentatam de nomine & genere ſuo ac religione requiſiuit. Illa auté reſpondit ſe genere nobilem & nomine margaritam ac religione chriſtianam. Quam prefectus redarguens quia crucifixum coleret:eam in carceré tradi fecit. & ad deorum ſacrificia properauit. Sequenti uero die eam ſibi preſentari fecit:& ad deorum ſacrificia inuitauit. Quam diis immolare recuſantem in equuleo ſuſpendi:& uirgis tam crudeliter crdi:q; ſanguis de eius corpore uti de fonte manaret. Ita ut omnes aſtantes ſuper eam deflerent:& ad conſentiēdum prefecto ipſam confortarent. Quos uirgo cum indignatione repellebat:maloſq; conſiliarios eſſe dicebat. Iterum prefectus iuſſit eam ungulis lacerari adeo ut ipſemet faciem operiret:quia ſanguinem eius fluenté uidere non poſſet. Et deinde depoſitam in tenebroſo carcere recludi mandauit. Orauit autem uirgo ad dominum:ut inimicum qui ſecum pugnabat ipſi uiſibiliter demonſtraret. Et ecce draco immaniſſimus ibidem apparuit:qui os ſuper caput eius ponens & linguam ſubter calcaneū extendens ipſam protinus trāſglutiuit. Sed dum ſe abſorbendam uirgo cōſpexiſſet: ſigno crucis ſe muniuit:& ſtatim draco per medium crepuit:& uirgo illeſa exiuit: Diabolus iterum ut eam deciperet in ſpem hominis ſe mutauit. Quem uidés in orationem ſe dedit:& cum ſurrexiſſet demō ad eā acceſſit:& manū eius tenuit. Qué illa per capillos apprehendit:& ſub ſe ad terram deiecit:ac ſuper ceruicé eius dextrum pedem poſuit. Demon auté clamabat. Illa uero coegit:ut ipſi diceret:cur chriſtianos tā multipliciter tentarent. Qui reſpondit naturale ſibi odiū eſſe contra uiros uirtuoſos:& quamuis ab eis ſepius repellatur:tamen deſiderio ſeducendi infeſtus exiſtit: quia inuidet homini de felicitate quam amiſit:quamuis eam recuperare non poſſit. Addiditq; q; ſalomon infinitam demonum multitudinem in quodam uaſe incluſit:poſt cuius morté cum de ipſo uaſe demones ignē emitterent & homines ibidē theſaurū eſſe putarent:uas cōfregerūt:& demones exeūtes aeré impleuerūt. His dictis uirgo pedem ſubleuauit & demō ſtatim euanuit. Moxq; colūba de celo ueniens cū luce nimia uirginé confortauit. Theotimus aūt quidā uerba uirginis auſcultās ſcribebat:nutrixq; illius ipſam ī carcere refouebat. ℂ Poſt dies plures cōueniētibus populis iudici p̄ſentat:& ſacrificare conténés itez; in equuleo leuat:corpuſq; eius facibus exurit:mirātibus cunctis fortitudinē tenerrime puelle:deīde in magno uaſe aque uincta mittit:ut ex penaz; cōmutatiōe creſceret uis doloris. Sed ſubito terra cōcutit & uirginis uincula ſoluunt:ipſaq; illeſa pauētibus cūctis egredit. Colūba quoq; celica cū ingéti lumine de celo aduolauit: & in capite margarite aureolā poſuit. Quo miraculo quattuor milia gentiliū exceptis paruulis & mulieribus xp̄o crediderūt:& capitalé ſententiā acceperūt:p̄fectus aūt timés ne alii cōuerterent:concitus beatam margaritā decollari mandauit. Illa aūt pro ſe & ſuis p̄ſecutoribus:necnō & ſui memoriā agentibus orauit ad xp̄m:addens ut quecūq; in partu periclitans ſe inuocaret illeſam prolem emitteret. Factaq; eſt uox de celo q; in ſuis ſe nouerit petitionibus exauditam. Et ſic gladio percuſſa martyrii coronam percepit. Cuius corpus a xp̄ianis antiochie ſepultum eſt. xiii. cal. auguſti. Alibi autem legitur & paſſa eſt. iii. idus iulii.

ℂ De ſancta Praxede uirgine. Cap. CXXI.

PRaxedis uirgo filia fuit beati pudentis & ſoror potentiane nobiliſſima romanorū de quibus ſupra dictum eſt. xiiii. calen. iunii. Hec poſt mortem parétum cum ſore potentiana omnes facultatem dimiſit: & ceperunt ambe ditiſſimum patrimoniū uēdere: & pecunias pauperibus erogare. Mortua uero potentiana in ſancto uirginitatis propoſito. Praxedis uirgo cum beato

pio papa ipſam ſepeliuit:& exinde pauperes chriſtia/nos in domo propria ſuſcipiens:eis miniſtrare cepit. Defuncto quoq; ſancto nouato ipſius uirginis ger/mão: beata praxedis thermas illius in uico lateritii p manus ſancti pii epiſpiſcopi eccleſiam cõſecrari fecit: in qua & baptiſterium ordinauit. Martyrum quoq; ſymmetrii preſbyteri & ſociorum: ſub perſecutione antonini imperatoris pro chriſto paſſorum corpora tumulauit:de quibus ſupra dictum eſt.vii.calẽ. iunii. Cumq; perſecutio quotidie ingraueſceret:beata pra/xedis orauit ad dominum:ut eam ex hac uita ſuſcipe ret.Que a domino exaudita:poſt dies modicos egro/tare cepit.Et poſtq̃ omnem ſubſtantiam ſuam paupe ribus & eccleſie diſpenſauit:& in ipſa ſancto uirginita tis propoſito perſeuerans ad chriſtum ex hac luce mi grauit.xii.calen.auguſti.Sepulta a ſancto paſtore pre/ſbytero:iuxta patrem & ſororem uia ſalaria in cemi/terio priſcylle.

¶De ſcis Victore & ſociis martyribus. Ca. CXXII.

VIctor martyr cum ſociis ſuis ſub maximia no imperatore in ciuitate maſſilia paſſus eſt.Qui maximianus perfecta cede marty rum thebeorum in ciuitate ſeduĩ maſſili am deuenit:uictoremq; militem eidem de chriſtiani/tate delatum comprehendit.Quem ſacrificare nolen tem funibus per totam urbem diſtractum:aſterio p̃/fecto puniendum tradidit.Qui ipſum dudum in pa/tibulo affictum in carcerem trudi iuſſit: ubi ſanctus uictor celeſti lumine & angelica uiſitatione conforta/tus eſt.Que cum uidiſſent tres milites eum cuſtodié tes ideſt Alexãder Lõginus & Felicianus cõuerſi ſunt ad chriſtum.Quos in confeſſione fidei imperator de collari mandauit. Prefectus uero uictorem equuleo ſuſpenſum & fuſtibus ac neruis ceſum:iterum in cu/ſtodia repoſuit.Sed poſt triduum ĩde eductus ſtatu/am iouis ſibi oblatã:ut ei thura incenderet pede euer/tit:Cui pes ille ſtatim preciditur.Deinde mole molen dini ſuppoſitus crudeliter conteritur:uerũ poſt pau/lulum machina ipſa diuinitus diſſipata: dum adhuc martyr domini aliquantulum palpitaret:gladio cedẽ te uere uictor ac triumphator efficitur. Nam & eodẽ inſtãti uox de celo audita eſt:uiciſti uictor beate.Cor/pora uero ſanctorum martyrum iuſſu ceſaris in pela go proiecta angelis miniſtrantibus ad oppoſitum lit tus enatantia deuecta ſunt:& a chriſtianis ſepulta.Ad quorum tumulum dum puer eleutherius nomine chriſtianus perſecutionem fugiens declinaſſet, orans emiſit ſpiritum.eiſdẽ ſanctis ſepultura ſociatus. Qui paſſi ſunt.xii.calen.auguſti.

¶De ſancto Daniele abbate. Cap. CXXIII.

DAniel abbas & preſbyter egyptius fuit: q dum maneret in ſcythi cum fratribus ſu/is ieiuniis & orationibus ſemper intẽtus: uenit ad uillã que thementi dicit̃:ut ope/ra manuũ ſuarum uenderet:de quibus inopibus ſub ueniret.Rogatus autem a iuuene in domum ſuã de/ſcendit:& pro uxore ipſius:que ſterilis erat:orauit:ut deus ei ſobolem largiretur. Cumq; mulier poſt dies modicos concepiſſet:murmurabant:emuli: q; de ab/bate:qui in domo illa fuerat:puella pregnans eſſet:eo q; a uiro nunq̃ potuerat grauidari.Quod audiens ab bas miſit ad iuuenem:ut cum uxor eius peperiſſet:ip ſi nunciare curaret. Nato itaque puero uenit Daniel ad domum iuuenis: fecitq; illum omnibus propin/quis & notis conuiuium preparare. Quibus preſen/tibus puerum.xxv.dierum adductum per deũ adiu/rauit: ut exprimeret patrem ſuum.Infans autem cla/ra lingua iuuenem illum nominauit:eumque digito oſtendit: & ſic emuli confuſi ſunt. ¶In alia uilla erat homo latomus nomine eulogius:qui arte ſua fideli/ter laborans:peregrinos quoſq; hoſpitio ſuſcipiebat: qui dum abbatem danielem ſuſcepiſſet:& eidem fide liter miniſtraſſet:orauit pro eo ad dominum ut auge rentur ſibi bona temporalia:ad hoc ut ille latiora im pendere poſſet.Cui oranti ſenex uenerãdus apparuit: & abbatem interrogauit:an latomum in fide ſua uel/let ſuſcipere:ſi forte a bonis operibus deficeret. Qui mox pro eo fideiuſſit:& pro anima ſua ſe deo rationẽ redditurum ,pmiſit. Poſt dies modicos dum homo ille lapidem excideret:audiens ſonum concaui percuſ ſo lapide foramen inuenit:in quo theſaurum multũ latentem repperit. Timens autem ne inuenta ſibi ab urbis principe tollerentur:conſtantinopolim abiit:& ſub iuſtino imperatore collocatis muneribus factus eſt prefectus pretorii:cõſtructoq; palatio pauperes tra didit obliuioni.Quod cum daniel comperuit:cõſter/natus animo conſtantinopolim perrexit: ut homini loqueretur:ſed ab eius familia ceſus cum iniuria ex/pellitur:unde & ante crucifixum orare cepit:ut a fide iuſſione eriperetur.Cui beata uirgo apparuit:& ſe pro eo interceſſuram promiſit.Confortatus abbas alexan driam rediit:cui poſtea chriſtus apparẽs dixit:q; a ua/dimonio abſolutus eſſet:ſed de cetero ab huiuſmodi caueret.Cum autem ad eremum reuerſus eſſet: poſt menſes tres iuſtinus imperator moritur: & iuſtinia/nus eius filius coronatur:& officiales imperii mutan/tur.Eulogius a perfectura deponitur: & de mala ad/miniſtratione requiſitus omni ſubſtantia ſpoliatur. Reuerſuſq; ad uillam ſuam artem primam repetiit: & hoſpitalis ut prius eſſe cepit. Ad quem ueniẽs ab bas: omnia prout contigerant: enarrauit: illeque in melius uitam mutauit. ¶Aſcendit aliquando Da/niel cum diſcipulo in ſuperiorem thebaidam:& uiſi/tatis fratribus:& ab eis reuerenter exceptus: adeo ut ipſi ueſtimenta proſternerẽt:uenit ad cenobium mo/nialium:quod dicitur ſancti hieremie.Et dum hoſpi tium quereret:& uirgines denegarent:eo q; uir clau/ſtrum illud nunquam intraſſet:audito q; abbas Da/niel eſſet:abbatiſſa illum gratanter ſuſcepit: & ad re/fectionem uocauit:ubi eum inter alias uidiſſet unam iuxta uiam laternarum in terra iacentem: & que illa eſſet queſiuiſſet: audiuit: q; ebria & inſana erat:& q; quaſi ſemper ſic permanebat:ſed pietate dei eam eiice re nolebant:uiliaq; ei officia imponebant. Cum ergo ſero omnes ad cellas ſuas iuiſſent: abbas in oratione pernoctans uidit illam ſurgere: & cum lachrymis inſtanter orare: quod abbatiſſe ac diſcipulo oſten/dit: eiſque dixit: quia per ſpiritum illam ſemper ta/lem fuiſſe cognouerunt: & propter eam ſolam ad monaſterium ipſum uenerat: que humilitatis cau/ſa ſe amentem ac ebriam fingebat: ut omnibus con/temptui haberetur.Dum ergo abbatiſſa ex hoc nimi um compuncta eſſet:& mane omnia ſororibus retru liſſet: dum uellent ab ea ueniam petere: ipſam necu/

bi inuenerũt:ſed ianuas cenobii apertas conſpexerũt: ſchedulamq; foribus affixã in qua ſcriptum erat:quic quid in uos peccaui parcite:& in chriſto ualete. Sicq; omnes abbati danieli de commiſſis in ſanctam uirgi/ nem ueniam poſtularunt. Ipſe quoq; ad cellam ſuam rediit:& ſanctitate perfectus in pace quieuit. xii. calen. auguſti. Hec in uitis patrum.

¶ De ſancta Maria magdalena. Cap. CXXIIII.

MAria magdalena a magdalo caſtro cogno/ minata clariſſimis natalibus exorta patre ſyro matre eucharia cum fratre ſuo lazaro & ſorore martha magdalum caſtellum: quod eſt ſecundo miliario a geneſareth: & bethaniã: que eſt iuxta hieruſalem & magnam hierolymorum partem poſſidebat:ita ut maria magdalũ a quo nun/ cupata eſt magdalena:& lazarus partem urbis hieru/ ſalem:& martha bethaniam inter ſe diuiſſent. Cũ au/ tem hec diuitiis abundaret:quia rerum abundantiã uoluptas comes ſequitur:quanto magis pulchritudi ne ſplenduit tanto corpus ſuum uoluptati ſubſtrauit unde iam nomine proprio perdito peccatrix diceba/ tur. Cumq; chriſtum in domo ſimonis leroſi recũ/ bere cognouit:ad eũ acceſſit: lachrymiſq; pedes eius rigauit & capillis exterſit:ac unguento perunxit:& in tẽpore gratie prima ſolẽne penitentiã perfecit. unde & dominus oĩa ei peccata dimiſit. Hec eſt illa cui chri ſtus tanta beneficia contulit & tam maxima ſigna di/ lectionis oſtendit. Nam ab ea. vii. demonia. i. uniuerſa uitia expulit:in ſuo eam amore totaliter accendit: fa/ miliariſſimã ſibi conſtituit:eã ſemper dulciter excuſa uit:uidelicet apud phariſeum:qui dicebat eam ĩmun dã:apud ſororem:que dicebat eã ocioſam:& apud iu/ dam qui dicebat eam ꝑdigam. Cuius dilectiõe quatri duanũ fratrem ſuſcitauit:cuius amore marthã a flu/ xu ſanguinis liberauit. Hec ad pedes domini ſedens eius uerba audiuit:domini caput perunxit: iuxta cru/ cẽ in paſſione xp̃i ſtetit:unguenta parãs eius corpus ĩ/ ungere uoluit:a monumẽto quoq; diſcipulis recedẽ/ tibus nõ receſſit:cui xp̃s reſurgẽs primo apparuit: & apoſtolo; apoſtolicã fecit. ¶ Poſt aſcenſionẽ igit̃ do/ mini anno. xiiii. poſt ſtephani lapidationẽ & diſcipulo rũ diſperſionẽ de qua habet̃ act. vii. iudei magdalenã cũ pluribus xp̃ianis rapientes. Inter quos erãt beatus maximinus unus ex. lxxii. diſcipulis:cui a beato petro ipa magdalena fuerat ſpecialiter commẽdata:lazarus frater eius:& martha ſoror eius:atq; marcilla marthe pediſſequa:necnõ beatus cedonius q̃ fuerat cecus a na tiuitate quẽ dominus illumĩauerat:& alii plures: oẽs iſtos naui ĩpoſitos & pelago ſine remo uel remige ex/ poſitos ut in põto necarent̃ a iudee finibus ꝑpulerũt. Qui deo duce maſſiliã appulerunt:ubi cũ nemo illos reciper ſub porticu cuiuſdã tẽpli morabant̃. Cũ autẽ populus ad phanũ cõflueret:ut idolis ĩmolaret:maria magdalena uultu iocũdo linguaq; diſerta cepit xp̃m cõſtantiſſime ꝑdicare:& plebẽ a cultura demonũ re/ uocare:unde multi admirãtes corporis ſp̃em & lĩgue facundiã conuerſi ſunt. Principi etiã ꝓuincie cũ uxore ad ſacrificia accedẽti:ut prolẽ a diis ĩpetraret magda/ lena deo; ĩmolationes diſſuaſit:& xp̃m illis annũcia uit. ¶ Interea apparuit magdalena ꝑ uiſum cõiugi prĩ cipis:eãq; de credulitate redarguit:eo q; abũdans deli/ tiis ſeruos dei fame & frigore mori ꝑmitteret: addẽs & minas niſi ui; ĩduceret:ut eo; inopiã ſubleuaret. Quod cũ bis admonita facere neglexiſſet: tertia uice magdalena per uiſionẽ utriq; cõiugi apparuit:& uul/ tu igneo terribiles minas ĩuexit:niſi feſtinãter ſcis ui/ ris de uictu & hoſpitio ꝓuideret. Cũq; ambo euigilã/ tes mutuo ſomnia rettuliſſent:exterriti cõtinuo ſcõs diſcipulos hoſpitio:receperũt:eiſq; de neceſſariis ꝓui/ derunt. ¶ Poſt hec cũ princeps prole careret: mariam rogauit:ut ſibi filium a deo ſuo ĩpetraret:ꝑmittẽs in xp̃m cũ coniuge credere:ſi hoc ei obtinere poſſet. Tũc magdalena ꝓ eis orauit:& poſt dies modicos matro/ na illa cõcepit. Cũq; princeps ad beatũ petrũ uidendũ romã proficiſci diſponeret:nauiq; parata eũ mulier iã tumente utero ſequi uellet:uir eius q̃uis dudũ renitẽs inſtantia coniugis deuictus aſſenſum prebuit: & na/ uem cũ familia & uxore aſcendit:quo; humeris ma/ ria ad eo; tutelam ſignũ crucis impoſuit. Cui prin/ ceps ciuitatis & domus cuſtodiam cõmẽdauit. Poſtq̃ autem flante uento proſpero die integro nauigaſſent: ſubito tempeſtas in mari exoritur:& intumeſcente ꝓ cella dolore parturiendi mulier anguſtiat̃. Que inter preſſuras pelagi filiũ peperit & cõtinuo expirauit. Cũ igitur infans uagiẽs mãmillas; ſolatia quereret & pa/ ter nec ubi matrem ſepeliret locum haberet: nec un/ de infantulum aleret prouidere poſſet:lachrymabili/ ter lamentabatur:& de magdalena plurimũ conque/ rebatur:eo q; ipſius cauſa tanta ĩcurriſſe mala uideba tur. Naute aũt clamabãt:ut corpus in mare proiicere/ tur. Cũq; peregrinus inſtanter exoraret:ut aliquantu lum ſubſtineret:ſi forte mulier aliqua detenta extaſi reſpirarrt:ut ſaltẽ nato puero ubera preberet: ecce nõ procul a naue collis apparuit uixq; princeps a nautis precibus & precio:ut illuc applicaret exegit. In cuius antro ſecretiori corpus coniugis collocauit & pue/ rum mammis apponens chlamyde operuit:& deo ac beate marie magdalene aĩam defuncte necnon curam pueri cum fletu amariſſimo cõmendauit:& poſtmo/ dum nauẽ cõſcendit:nec ꝓpter ea accepto itinere deſi ſtere uoluit. Cũq; romam ad petrũ ueniſſet. & cauſam itineris expoſuiſſet:petrus pricipẽ ſuper caſu qui ei de uxore & filio contigerat cõfortauit:& in fidei uerita/ te firmauit. Deinde una ſecũ hieroſolymam perrexit: & omnia loca ſacra cum eo perluſtrauit ac demũ ad urbem repatriauit. Princeps igitur elapſo biẽnio a pe/ tro conſolatus diſceſſit:& nauem aſcendens ad patriã redire diſpoſuit. Perueniens autem ad collem ubi cor pus cõiugis cum paruulo dimiſerat applicuit: & pue/

rum a maria magdalena cõseruatum ac educatũ inue nit:qui morte puerorũ in littore cũ lapillis & glareis ludebat:uidensq; nautas applicantes quos nũquã ui derat:expauens ad matris ubera solita recurrebat: & sub chlamyde latitabat. Qué postq̃ pater matris mã mas suggenté aspexit admirans pre gaudio ineffabili flere cepit. Et ecce mulier a mortuis respirauit: & q̃si de somno euigilãs magdalene gras egit:q̃ sibi in puer perio obstetricis ipleuerat officiũ:& se ac suũ cõserua uerat paruulũ:addés q; de eadé peregrinatione q̃ uir suus uenerat:& ipsa ueniebat:& oia loca in qbus fue rat:seriosius referebat. Nã sicut petrus uirũ suũ ad ip sa loca perduxerat:sic & illam beata maria magdale na eodem comitata fuerat. Sicq; princeps recepta cõ iuge & paruulo iam bimo massiliam repetiit: & mag dalene:que sibi euenerant:enarrauit:omniaq; idolorũ templa destruens cũ omni populo baptisma suscepit. Tunc ecclesiã in xpi noie cõstruxerũt:& beatũ lazarũ in epm massilie cõstituerũt. Deinde ad ciuitatẽ aquen accedentes predicatione ac miraculis cũctum populũ cõuerterunt:& maximinũ ibidem in pontificẽ ordi narunt:ut dictũ est supra in eius gestis.iiii. idus iunii. ¶ Interea beata magdalena eremũ asperrimũ petiit: & in loco angelicis manibus pparato.xxx. annis inco gnita mãsit: ubi nec aquarũ fluenta.nec plante cuius piam erat solatia:ut sic daret intelligi:q; non terrenis dapibus sed epulis tantũ celestibus eam xps dispositue rat satiare:ibiq; p singulos dies septé horis canonicis ab angelis in ethera leuabatur:& celestibus cõcẽtibus reficiebatur:indeq; per eosdem angelos ad ppria redu cebat. Sicq; saciata nullis aliis corporalibus alimentis indigebat. Sacerdos autem quidã solitariam uitã eli gẽs:qui sibi ad.xii.stadia ab eodé loco cellã cõstruxe rat:die quadã uoces angelorũ audiuit:& oculis corpo reis aspexit:q̃liter magdalena ab angelis in ethera le uabat:& post horã ad ipm locũ reducebat. Qui cũ p̃ dictam uisionem subtilius intueri uellet:deo se cõmẽ dãs ad locũ accessit:& cũ esset uicinus tremore resolui cepit:ita ut uix incedere posset:& itelligens ibidé esse celeste sacramentũ ipsam psonã uel creaturã: que ibi erat per xpm adiurat:ut qd uel qualis esset sibi edisse rat. Qué magdalena:ut ppius accedat: hortat: & ap propinquanté benigne alloquitur:seq; peccatricé illã famosam esse testatur:que in euãgelio memorat:que xpi pedes lachrymis abluit:& suorũ criminũ uenia p meruit:que & in ipso loco per annos triginta oibus i cognita manserat:& quotidie talibus dapibus refecta nullo alio cibo aliquando egerat. Et quia obitũ suũ sibi a domino reuelatum agnouerat: imposuit sacer doti:ut ad sanctum maximinũ epm accederet: & om nia sibi uisa narraret:ac ipsum sui parte rogaret: qua tenus die dominico pximo hora matutinali in eccle sia sua esset:ubi magdalenã angelicis allatã manibus inueniret:que dominica sacramenta ab eodem perci pere uellet. Qui ad eius petitionem ei chlamydé suã concessit:ut nuditatem suam tegeret:quatenus ad ec clesiam honestius ire posset. Sacerdos igitur concitus maximinum adiit:eiq; iussa cuncta ac uisa per ordinẽ patefecit:qui die & hora statutis ecclesiam ingressus magdalenam repperit in choti medio angelorum: q eam adduxerant consistentem:que duorum cubito rũ spatio a terra eleuata extensis manibus in aere sub sistebat:cuiusq; uultus ex frequentia angelorũ: quasi solis radius refulgebat. Ad quam cũ maximinus acce dere formidaret:ab ea cõfortatus est:ut filiã suã agno sceret. Qui cõuocatis clericis & sacerdote predicto cor pus xpi eidem obtulit:quod sancta dei cum magna la chrymarũ inundatione percepit:deinde corpore ante altare prostrato spiritus inter angelorum manus ad deum euolauit.xi.calen.augusti: corpusq; nimio odo re per septé dies fragrauit: quod beatus maximinus ibidem deuotius sepeliuit:& post mortẽ suam se iux ta eam tumulari precepit. ¶ Temporibus autem caro li magni scilicet anno domini.ccccccxlix. gerardus burgundie liberis carens:multa pauperibus largiter erogabat:& multas ecclesias & mõasteria fabricabat. Cum autem celiacen monasterium construxisset:mi sit ipse & abbas ipius loci quosdã canonicos ad aquen ciuitatem: ut inde beate marie magdalene reliquias transportarent. Qui uenientes predictam ciuitatem a paganis euersam inueniunt:Casu tamen quoddam ex marmore sepulchrum aspiciunt: cuius sculptura demonstrabat:q; corpus magdalene ibidem quiesce bat:quod noctu confringentes: assumptas reliquias ad hospitium deportarunt: quorum principalior in ipsa nocte per uisum a magdalena admonetur: ne ti meant:sed ceptum opus perficiant. Cum autem ad mediam leucam ad celiacen cenobium propinquas sent: nullatenus inde mouere reliquias potuerunt: donec abbas & monachi omnes sancto corpori ob uiam processionaliter exierunt: & ipsum cum om ni reuerentia susceperunt: quod ibidem iacet mira culis coruscans.

¶ De sancta scyntyche discipula. Cap. CXXV.

SCyntyche discipula apostolorum fuit: de qua beatus paulus ad philippen.iiii.ca.mẽ tionem facit. Hec in uita apostolica cum omni religione perseuerans philippis dor miuit:ibidem sepulta.xi.calẽdas augusti ut dicit ado ex hieronymi martylogio.

¶ De scõ Platone martyre. Cap. CXXVI.

PLato martyr apud ancyram ciuitatem ga latie prouincie passus est tempore maxi miani imperatoris sub prefecto agrippi no:q paruulus & locuples aparentibus re lictus omnia sua pauperibus dispensauit. Quem & p fectus teneri fecit:ut sacrificaret:quod cum renueret: a.xii.uiris sibi uicissim succedentibus:primo quidem grauiter ceditur:sed immobilis persistens carceri ma cipatur:deinde post dies.vii.super ferreum lectum ex tendit:& carbonibus subterstratis oleo resina cera ac bitumine perfusus torretur. Cum autem predicta in eum nil preualerent:cunctis cernentibus angelica ui sitatione confortatur:odoreq; nimio fragrante refo uetur. Quo miraculo plures ad dominũ cõuertunt. Post hec in equuleo appenditur:malaq; ferrea ignita eius lateribus adhibent. Et cũ hec etiã patienter tole rasset:mãdauit iudex:ut corrigie de eius corpore tra herent:quas sanctus suscipiens in facié pfecti iactauit: dehinc in custodiã reductus.xviii.diebus fame affici tur:sed a domino cõfortat. Nouissime aũt iubente p fecto extra ciuitatem in locũ:qui dicit campus:ducit: & ibidé gladio capite truncat:ubi & a fidelibus digna reuerentia tumulatur.xi.calen.augusti.

¶De scō Vandegisillo abbate. Cap. CXXVII.

Andegisillus abbas qui & uando ut ait si/gibertus ansegisi maioris domus nepos ex ualciso fratre floruit tpe iustiniani secū di. Qui cenobia fiscanū & fontanellā do/mino fundauit. Hic in ueredinēse regiōe ortus nobili paréte. ualciso pipini frācoꝝ regis filio: sub rege da/goberto comes palatinus ab eo cōstitutus strenue of/ficiū exercebat. Cui iuito illustré puellā rex in uxoré tradidit: quā tamé ipse ad castitaté suasit: unde & illa scimonialis: ipse uero deserta curia mōachus effectus est. Qui cū scō uiro ualtfrido in loco q dr̄ mons falco nis primotenus habitauit. Cū aūt rex sanctū licet pro posse renitentē de monasterio eductū uioléter ad cu/riā traheret: intrās palatiū pauperē cū uehiculo offen/dit: & in lutū ꝓiecit: quē cū alii ptereunt uādegisillus de quo descēdēs pauperē e ceno subtraxit. Statiq; an/gelus inopi uiro astitit & uestē deturpatā emēdas cā/didioré q̄ ante fuerat reddidit. Quo miraculo cōspe/cto rex illū ad monasteriū redire pmisit. Inde ad terri toriū helisgangiū perrexit: ubi & cenobium in ꝓprio fundo cōstruxit: ubi & plurimas diaboli īsidias ppes/sus: oēs dei gra superauit. Deide iussu diuino p̄moni/tus ueniēs rothomagū a scō andoeuo subdiaconus: i/de leuita ordinat. Ac postmodū carnotū tendēs a scō audomaro in p̄sbyteꝝ consecrat. Post hec fontanelle monasteriū cōstruxit: in quo cū godone eius nepote deo seruire studuit: ueꝝ alimentis sibi deficiētibus a bathylde regina p uisum a deo monita plaustris onu stis cibariis uisitat. Ibiq; usq; ad annos etatis sue. xcii. labori manuū insistēs in dei seruitio pmansit. Demū graui egritudine p̄ssus triduoq; ī extasi raptus: ianuā sibi celi patefactā ꝓspexit: Sicq; deo spūm reddidit. xi. cal. anguſti auditaq; est in eius transitu a quodā disci/pulo melliflua cātilena. Sepultusq; est in ecclesia san/cti pauli: ubi & per annos. xl. permānsit: ubi & sanctus ausbertus eps annis. xi. & scūs ulphranius annis. ix. qe uerūt. ¶ Anno aūt domini. ccccccl. xxxii. hoꝝ triū cor pora miro odore fragrātia & tā in mēbris q̄ in uesti/bus oīno incorrupta ad ecclesiā sancti petri translata sunt cal. aprilis ubi miraculis coruscātia requiescunt & digna fidelium ueneratioꝰe coluntur.

¶De scō Apollinare epō & mr̄e. Cap. CXXVIII.



Apollinaris eps apud rauennā passus est tē/pore uespasiani ꝑperatoris. Hic antioche/nus genere beati petri apostoli discipulus cū eo ex antiochia romā uenit: qué petrus rauenne epm destinauit. Et appropians ciuitati apud quendā militē noīe ireneum hospitatus: filiū eius ce/cū inuocato xp̄i nomine illuminauit: ip̄m cū parenti/bus baptizauit. Quod miraculū cum tribunus a mi/lite didicisset. Apollinaré aduocauit: ut uxoré suam noīe theclam per annos plurimos decūbēté sanaret: quā nullus medicoꝝ erigere poterat. Cuius manum ap̄hendēs mox illā erexit: & ipsam cū uiro & filiis ac omni familia: necnon pluribus ex militibus ad x̄pm cōuertit. Et apud eundē tribunū annis pluribus mā/sit: ubi & ad se infirmos ueniētes sanabat: & multos ad x̄pi fidem adducebat: ac p̄sbyteros & clericos ordi nabat. Post annos uero. xii. cum predicta dux saturni nus audisset: apollinaré detineri fecit: ac pontificibus capitolii rauēnatis tradidit. Ductusq; ad templum io uis ut immolaret: cum diceret sacerdotibus aurum & argentum idolis oblatum melius pauperibus dari q̄ ante demones appendi: protinus fustibus ceditur: & semiuiuus relinquitur: sed a discipulis collectus in domo cuiusdam christiane uidue. vi. mensibus refo/uet. ¶ Inde uenit ad ciuitaté classis: ut quendā bonifa cium nobilissimum mutū effectum curaret. Et cum domum ingrederetur puella habés spūm immundū clamabat: ut īde discederet. Alioquin ligatis pedibus eum extra oppidū trahi faceret. Qué apollinaris īcre pans confestim ex illa exire coegit. Et post hec inuoca to x̄pi nomine muto loquendi facultatem restituit. Sicq; plusq̄ quingentos gētiles cōuertit: post dies mo dicos a paganis apprehensus: iterumq; fustibus cesus prohibebatur iesum nominare: qui iacens in terra ip sum uerum dei filium exclamabat. Tunc nu dis pedi/bus ipsum super prunas stare fecerūt. Deide extra ur bem classis eiecerunt. Qui cum christianis extra mu/ros in tugurio latitabat: & ad se ueniētibus christum predicabat. Inde ad emiliam prouinciam euangelizā dam accessit. Interimq; calocerus presbyter rauenna/tem ecclesiam gubernauit. ¶ Regressus igitur rauen nam ad domum rufi patricii adductus est: ut filiam eius infirmam sanaret. Sed mox ut ingressus est do/mum puella defuncta est. Rufus autem deflebat: de/osq; contra se propter illius aduentum iratos dicebat & ob id filiam suam occiderant. Cum autem sanctus orasset: & puella de morte resurrexit: & nomen chri/sti confitens cū matre & magna multitudine baptis/ma suscepit: & uirgo pmānsit. Rufus uero postmodū martyriū pertulit: ut dicet de eo in eius passione. vi. cal. septēbr̄. Audiens hec cesar scripsit ad messalinum prefectū pretorii: ut apollinaré aut sacrificare faceret: aut in exiliū mitteret. Prefectus ergo ip̄m sacrificare nolenté fustibus cedi iussit: & ī equuleo extēsum tor/queri: deinde aquā ferueté in eius uulneribus iacta/ri: & sic graui pōdere ferri uinctū in exiliū mittere uo luit. Tūc x̄piani aīo accēsi in paganos irruerūt: & plus q̄ ducētos ex eis ceciderūt. Prefectus aūt fugiit: & apol linaré in carceré trudi fecit: deinde catenis uinctū na/ui īposuit: & cū tribus eū sequētibus clericis in exiliū destinauit. Ortaq; tēpestate: nauiq; soluta: sanctus dei cū duobus clericis: & duobus solū ex militibus nau/fragiū euadens: ipsos milites baptizauit: cum quibus mysiā perrexit: & nobilé quendā leprosum mūdauit & plurimos ad fidem perduxit. Inde ad ripam danu/bii in partes thracie pertrāsiuit. Cumq; eorum idola

nulla darent respōsa:uix ab uno eoꝝ didicerent.q̄ do nec apollinaris in partibus illis maneret:dii eoꝝ nullū eis respōsum dare possent:quem pagani repertum exuerūt:& fustibus cesum nauigio rauēne remiserūt. ¶Post annos igit̄ tres ad eccleſiā suam regredit̄: & a xp̄ianis cū summa letitia suscipit̄.Iteꝝ autē post dies aliquot a gentilibus capit̄:& ad tēplū apollinis adducitur:cuius simulacrū uidens maledixit:& continuo confractū corruit.Quod uidētes pōtifices ipsum tauro iudici p̄sentarunt:cum aūt filium eius cecū illuminasset:taurus credidit:& ipsum de manibus paganorum ereptum q̄ttuor annis in p̄dio suo manere fecit: ubi ad se uenientes in fide xp̄i docebat:& multa super languētes miracula faciebat.Post hec taurus a pōtificibus uespasiano accusat̄.Qui respōdit:q̄ iperatores deos uindicare nō habent:sed ipsi de inimicis suis se ulciscī possunt:si ab eis leduntur:misit tamē legationē ad demosthenē patricium:ut apollinarē secundū leges iudicaret:qui sanctū martyrem ad suasioné pōtificū tradidit cuidā centurioni christiano in carcere detinendū:cuius rogatu dū in uicū leprosoꝝ pergeret:ut ibi pp furorē gentiliū latitaret:a paganis īsecutus:& usq̄ ad mortē diutissime cesus é:ubi p̄dies.vii. supuiuens:& discipulos admonēs spiritū tradidit:& iuxta muros classeū oppidi sepultus fuit.x.cal.augu. circa annos dñi.lxx. ubi & gescit miraculis redolens.

¶De scō Apollinare ep̄o & cōfes. Cap. CXXIX.

APollinaris hieropolitanus episcopus tempore marci antonini imperatoris claruit: qui uir eximius doctrina & sanctitate refulsit.Librum apologeticum pro christiana religione eidem principi conscripsit. Extant eius & aduersum gentes quinq̄ uolumina. De ueritate duo.Item librum aduersum cataphrygarū heresim montani:scilicet priscille & maximille insanorum & pseudo prophetarum.In hieropolitana quoq̄ ciuitate diem obiit:ibidemq̄ corpore quieſcit. Hec hieronymus libro de uiris illustribus.

¶De scā Christina uirgine & mar. Cap. CXXX.

CHristina uirgo in tyro ciuitate italie: que est circa lacum uulsinum passa est sub p̄side iuliano:Hec nobilibus parentibus orta in eodem oppido a patre urbano presīde in quadam turri cum.xii.ancillis collocata est: deos aureos & argēteos secū habens.Et cum ꝓpter eius elegantem pulchritudinem a multis in coniugiū peteretur:parentes eius nulli eam concedere uolebant: cupientes ut in deorum cultura uirgo diutius permaneret:ipsa autem a spiritusancto docta deorum sacrificia abhorrebat:& incensa diis īmolanda in feneſtra orientali deo celi incendebat.Cui oranti angelus apparuit:eamq̄ de christi fide plenius instruxit. Cū autem pater ab ancillis eam christianam esse didicisset: blanditiis multis ad culturam deorum prouocabat: illa uero uni deo se sacrificium offerre respondebat. ¶Post hec autem Christina idola patris confregit:& descendens ad turris ianuam aurum & argentū pauperibus erogauit. Rediens uero pater: ut deos suos adoraret:cum id quod filia fecerat: ab ancillis audiuisset:iratus iussit eam expoliari: & a duodecim uiris sibi uicissim succedentibus cedi:donec ipsi lassi desicerent:deinde catenis uinctam in carcerem recluſit. Audiens hec mater scissis uestibus ad carcerem perrexit:& filie pedibus se prostrauit:obsecrans eam.ut paterna uota perficeret.Cumq̄ nihil posset suadere ad uirum rediit:& quid sibi illa responderat indicauit. Quam pater urbanus ad tribunal suum adductam ad immolandum diis hortabatur.Cumque omnino contemneret:iussit carnes eius ungulis ferreis radi:& omnia eius membra tenera lacerari. Christina autē de carnibus suis accipiens:in uultum patris proiecit: dicēs ut carnem a se genitam:ut canis roderet: & suo se sanguine satiaret.Tūc ipsam rote alligari fecit igne suppositō & oleo desuper effuso:sed erumpens flamma mille & quingentos gentilium interfecit. Pater autem hec omnia magicis artibus ascribens: ipsam iterum in carcerem mitti iussit:que statim angelo uisitante sanata est & refecta.Facta quoque nocte iussit pueris suis:ut molarem lapidem grandem ad collū eius ligarent:& sic in mare:idest in lacum uulsinum proiicerent:Quam mox angeli assumpserunt: & super aquas eam enatare fecerunt. Christus uero ad eā descendit:& ipsam in eodem lacu manibus propriis baptizauit:nomēq̄ suum eidem imposuit: Ac demū illam michaeli archangelo commendauit: qui eā in columen ad littus reduxit.Quod audiens pater christinam iterum detentam custodie mancipauit: eāq̄ mane decollari mandauit.In ipsa autem nocte urbanus repentina morte extinctus est. ¶Huic succeſſit preses iniquus nomine dion:qui cunam ferream succensam oleo resina & pice liquatis plenam fecit parari:& Christinam ibidem immissam a quattuor uiris agitari.Que dominum tota mente laudabat: qui eā nuper renatam ut īfantulam incunabulis agitari uolebat.Et cum nil lesionis pertulisset:putans iudex q̄ maleficia in capillis eius laterent:fecit caput eius radi & nudam ad apollinem duci.Que idolo imperauit: & confestim in puluerem redactum corruit. Quod iudex audiens expauit:& spiritum mox emisit. Quo miraculo tria milia hominum ad christum conuersi sunt. ¶Huic succeſſit & tertius preses iulianus:qui fornacem succendi fecit:& uirginem ibidem includi: ubi per dies quinq̄ cum angelis cantans & deambulans illesa permansit. Cum autem hoc iudex magie attribueret:duos aspides:duas uiperas:& duos colubros ad eam per ueneficum dimitti mandauit:sed uipere pedes uirginis lingunt: aspides nil nocentes ab uberibus pendent:colubri collo se uoluentes sudorem fugunt.Cumq̄ ueneficus bestias irritare uellet: serpentes in eum impetum fecerunt: & protinus occiderunt:uirgo autem domini serpentes suo imperio ad desertum misit:& orans mortuum suscitauit: & ad christum conuertit.Tunc preses mamillas eius precidi fecit:de quibus lac pro sanguine fluxit. Post hec linguam eius amputari iussit. Que linguā abscisam in faciem iuliani proiecit & oculum eius percutiens excecauit.Cūq̄ lingua precisa diserte nihilominus loqueretur. Iratus iudex duas sagittas circa cor & unam in latus eius dimitti precepit. Sicq̄ percussa spiritum deo reddidit.Sepulta in tyro ciuitate a christianis.ix.calē.augusti. Circa annū domini.cclxxxvii. Corpus autem eius delatum uenetias in monasterio monialium sancti marci de amianis episcopus torcelli ab incolis loci nunc quieſcere peribetur.

¶De ſcis Niceta & Aqlina mribus. Cap. CXXXI.

Niceta & aquilina ſorores martyres in lycia ciuitate amon paſſe ſunt. He ſpecioſe puelle de corporis ſui ꝓſtitutione uiuentes: cũ beatus xp̃ophorus martyr in eadẽ ciuitate a rege dagno in carcere detineret: iuſſu eiuſdẽ regis ad ip̃m ſanctũ martyrẽ miſſe ſunt: ꝓmiſſis eis muneribus: ſi eũ ſecũ peccare facerent: & ad deoꝝ ſacrificia ꝓuocarent. Quas beatus chriſtophorus ad xp̃m cõuertit: ut dicet in paſſiõe eius. viiii. cal. auguſti Quod audiens rex puellas cõprehẽdi fecit: q̃s ad deorum ſacrificia inuitauit. Que dixerunt: ut iuſſu regis platee mundarent: & oẽs populi ad templum cõgregarent. Quo facto cum ille templũ introiſſent cingula ſoluẽtes in colla deoꝝ poſuerũt: & ad terrã trahentes cõfregerũt. Qua ꝓp rex dagnus iratus eas catenis ſuſpẽdi fecit: & dudũ torq̃ri: & dehic ĩ igné copioſum iactari. Que cũ ĩde illeſe egreſſe fuiſſẽt: iuſſit rex ãbas piter ĩ xp̃i cõfeſſiõe gladio cedi: q̃ paſſe ſũt. ix. cal. aug.

¶De ſcis Victore & ſociis mribus. Cap. CXXXII.

Victor militaris cum duobus germanis: uidelicet trichino & antiogeno apud hermicam hiſpanie ciuitatem paſſi ſunt: qui diuerſis exanimati ſuppliciis: tãdem ꝓ chriſti nominis cõfeſſione glorioſa: gladio capite trũcati: martyrii palmam percipere meruerũt. viiii. calen. auguſti: Hec ado in ſuo martylogio.

¶De ſcõ Iacobo maiore apoſtolo. Cap. CXXXIII.

Iacobus apoſtolus qui dr̃ maior ad differẽtiã alterius iacobi qui dr̃ minor: nõ q̃ hic maior illo fuiſſet etate: ſed prior uocatione filius fuit zebedei & marie ſororis matris domini: a quo & ipſa maria iacobi cognominata eſt. Sicq̃ conſobrinus extitit chriſti: & frater ioannis euãgeliſte. Qui poſt aſcenſionẽ domini dũ per iudeã & ſamariã predicaſſet: in hiſpaniã tandem iuit: ut ibi uerbũ domini ſeminaret. Sed cum ibi quaſi nihil ꝓfi cere uideret: eo q̃ ſolũmodo. ix. ibi diſcipulos acquiſiſſet: duos ex illis ibidẽ cauſa predicationis reliquit: & alios. vii. ſecũ aſſumens in iudeã rediit: ubi dũ euangelizaret xp̃m: magus quidã nomine hermogenes cũ phariſeis diſcipulum ſuum nomine phileteẽ ad eũ miſit: ut eum diſputando conuinceret q̃ ſua predicatio falſa eſſet. Sed cũ apoſtolus ecõtra eum rationibus ſuperaſſet: & multa corã eo miracula feciſſet: rediit phileteas ad hermogenem doctrinam iacobi approbãs & miracula recitans: ac ſe iã eius diſcipulum effectũ conteſtans. Quẽ hermogenes iratus arte magica adeo ligauit: ut ſe moueri nõ poſſet. Quod cum phileteas iacobo per puerũ nunciaſſet: miſit ad eum apoſtolus ſudariũ ſuum: cuius contractu confeſtim ſolutus phileteas. Hermogenis artibus inſultauit: & ad apoſtolum ꝓperauit. Tunc hermogenes demones ad illos miſit: ut ambos uinctos ad ſe adducerent. Qui ad iacobum uenientes in aere ululabãt: aduentuſq̃ ipſoꝝ cauſam publice cunctis audientibus propalabant: ſeq̃ catenis igneis religatos: & plurimum cruciatos ab angelis deplorabant. Quos apoſtolus mox uxoluit: eiſq̃ mandauit: ut ad hermogenem accederent & ipſum in nullo ledentes ligatum ſolummodo ſibi deferrent. Qui abeuntes manus ei a tergo ligauerunt: & uinctum ad iacobum perduxerunt. Et conquerentes: q̃ eos cruciandos miſiſſet: apoſtolum rogabant: ut eis poteſtatẽ concederet: quatenus ſuas iniurias & ipſoꝝ icẽdia uindicarent. Cũq̃ ille eos interrogaret: cur phileteẽ ipſis aſſiſtentem nõ tenerent. Demones reſpõderũt: q̃ nec formicã: q̃ eẽt in eius cubiculo cõtingere poſſent: Iacobus autẽ exẽplo magiſtri bona pro malis reddere cupiens: phileti iuſſit: ut hermogenẽ: qui ip̃m ligauerat: ſolueret: & eius libertati redderet. Cõfuſus hermogenes ſtabat: & recedere nõ audebat: q̃ irã demonum: ne eũ occideret: nimiũ timere dicebat. Cui apoſtolus baculum ſuũ dedit: & ille ſecurus abiit: ac oẽs libros artis magice ad iacobum cremandos apportauit. Apoſtolus uero ne forte odor incẽdii uexaret incautos: illos in mari demergi mãdauit. Quo peracto hermogenes ad apoſtolũ rediit: & ueniã poſtulauit: cepit quoq̃ in dei timore adeo pfectus eſſe: ut etiã in noie eius plurime uirtutes fierent. ¶Hec uidẽtes iudei zelo cõmoti apoſtolũ adierunt: & q̃ ieſum crucifixũ predicaret: increpauerũt. Qui poſtq̃ eis aduentũ & paſſionẽ ac reſurrectionẽ xp̃i per ſcripturas euidẽter ꝓbaſſet: & plurimi credidiſſent. Abiathar pontifex anni illius ſeditionẽ in populo excitauit: & ip̃m teneri fecit. Tũc ioſias ſcriba funẽ in collo eius miſit: & cũ multitudine iudeoꝝ apoſtolũ ad herodẽ agrippã pertraxit: quẽ herodes iudeis cõplacere curans decollari mãdauit. Cũq̃ ad martyriũ duceret: quidã paralyticus in uia iacens ad eũ clamauit: ut ip̃m ſanaret: quẽ apoſtolus cõfeſtim iuocato xp̃i noie ſanũ efficit: qd̃ uidens ioſias ſcriba ꝑfatus: q̃ funẽ in collo eius miſerat: ad xp̃m cõuerſus eſt: & cũ apoſtolo decollatus: ut infra ꝓxime dicet. Apoſtolus ergo domini ad locũ adductus capitis obtrũcatione martyriũ cõſumauit. viii. cal. aprilis uidelicet in die annũciationis & paſſionis xp̃i: &. viii. cal. aug. corpus eius in cõpoſtellã trãſlatũ eſt. Ne igit̃ feſtũ ſaluatoris ex apoſtoli ſolẽnitate ĩpediret: ſtatuit eccleſia: ut feſtũ paſſionis eius in die trãſlationis eius corporis tpe uidelicet magis cõgruo celebret. ¶Decollato igit̃ iacobo diſcipuli eius nocte ꝓpter iudeoꝝ timorẽ corpus naui impoſuerũt: & ſepulchrũ eius diuine ꝓuidẽtie cõmittẽtes nauẽ ſine remige cõſcenderũt: & angelo duce in gallitiã in regno lupe regine applicuerũt. Corpus autẽ de naui deponentes ſuper manũ lapidẽ poſuerunt: q̃ ut cera tenera corpori ceſſit: & in modũ ſarcophagi ſe corpori mirabiliter adaptauit. Ingreſſi ergo diſcipuli ad reginam re & noie uere lupam: eidem dixerunt: qualiter xp̃s ipſi corpus apoſtoli ſui miſerat: ut quẽ noluerat ſuſci

charias papa:ex ipſo tollēs monaſterio cubicularium
ſuū fecit:ipſumq; p̄sbyterꝝ cardinalē in titulo beate
cecilie conſecrauit.Sed & reliq;s,ſtephanus & paulus
beati pōtifices eūdē in ſuo ſeruitio ſimiliter detinue/
runt.In cuius ſinu paulus papa ſp̄m emiſit.Quo nec/
dū defuncto otho dux nēpeſine ciuitatis cū exercitus
multitudine ſubito elegit cōſtantinū fratrē ſuū tunc
laicū exiſtentē.Qué georgius eps preneſtinus & ſer/
gius oſtien̄:ab ipſa multitudine coacti cōtra canonū
ſtatuta ip̄m clericū faciētes:gradatim ad ordines pro
mouerūt:& ſeq̄nte die dominico ep̄m cōſecrauerūt.
Nō multos poſt eiuſdē ſergii qui eū cōſecrauit māus
aruit.Sicq; lāguens uitā finiuit.Cōſtantinus aūt poſt
annū ſeditiōe cōmota de ſede ep̄atus expulſus eſt. Se/
quenti quoq; die clerus & populus uniuerſus unani/
mes ſtephanū p̄sbiterꝝ ſancte cecilie in pōtificē elege/
runt:& cū laudibus in patriarchale palatiū lateranen̄
detulerunt.Cōſtantinus uero in eccleſia ſaluatoris co
rā ſtephano papa de tyrānica ambitione penitentiam
egit:quē pontifex in monaſterio detruſit:qué & non
poſt multos dies in ultionē criminis:a furore populi
deus ip̄m excecari pmiſit.Sicq; erutis oculis miſerabi
liter uitā finiuit.¶ Stephanus aūt papa ex omni gal/
lia & italia rome ſynodo conuocata: oīa ordinata ab
eius p̄deceſſore cōſtantio filii noīs pōtifice imo ſedis
apoſtolice inuaſore reuocauit, preter baptiſmum &
chriſma ab ipſo cōfectum.Oés quoq; per ipſum ordi
natos degradauit.Execrabilē quoq; ſynodū tūc nup
in partibus grecie celebratā in qua ſtatutū fuerat: ut
ſacre ſanctorꝝ imagines deponerēt damnauit.¶ Hic
conſtituit ut oī die dominico a.vii. ep̄is cardinalibus
hebdomadariis q in eccleſia ſaluatoris obſeruāt miſ/
ſaꝝ ſolēnia ſup altare beati petri.Gloria ī excelſis deo
diceret.Mycaliū quendā in archiep̄m rauēnatē per i/
p̄ſſionē brachii ſecularis intruſum depoſuit.Et ī ope
ribus ſanctis laudabiliter uitā finiuit. Et ſepultus eſt
ad ſanctū petrū.Et ceſſauit epiſcopatus dies.viii.

¶ De ſcis Theodora & filiis mr̄ibus. Cap. XIIII.

THeodora cum tribus filiis ſuis ſub diocle
tiano īpatore apud niceā ciuitatē paſſa eſt
Hec ex ,puicia bithynie ciuis nicena cum
aṕ ſiriniū p̄ſecutionē fugiēs declinaſſet a
paganis tēta:& diocletiano a macedonia redeūti obla
ta eſt.Qui tā tradidit leocadio comiti īperatori,pmit
tēti:q; eā aut idolis īmolantē in uxore aſſumeret:aut
crudeli morte pimeret.Cū aūt comes eius cōiugium
peteret:theodora ei ſuadet:ut prīo ad facultates ſuas
exgrendas & obtinēdas pergat:& poſtmodū rediens
ipſam aſſumat.Quod ille adiplere curauit. Intereaq;
ſanctaq; dei cū anaſtaſia xp̄iana ſanctis paupibus mi/
niſtrabat.¶ Reuerſus āt comes cū eā expeteret: illaq;
ei cōſentire nullatenus uellet:ipſam uictā ferro cū tri
bus filiis ad cōſularē bithynie deſtinauit.Qui filium
eius primogenitū noīe enodiū xp̄m confitentē fuſti/
bus cedi iuſſit:mater uero aſſiſtens illū hortabaṫ ad
palmā.Poſt hec tradita ē hyrtaco lenoni: ut eā prius
illuſam īter publicas cōſtituere meretrices.Et dū ip/
ſam leno trahere uellet apparuit iuuenis q eū ī uultu
pcuſſit ſanguiſq; de naribus eius ſtillare cepit. Tūq;
cōſularis hec uidens ipſam cū tribus filiis igne cōſu/
mi fecit.Qui paſſi ſunt.iiii.noñ auguſti.

¶ De inuentione corporum ſanctorum ſtephani p/
tomartyris & ſociorum. Cap. XV.

NUētio corporꝝ ſanctorꝝ ſtephāi ,ptomar
tyris:nicodemi:gamalielis:& abidō anno
domini.ccccxvii.anno uidelicet.vii.hono/
rii īpatoris fcā ē.Quorꝝ reuelatio fcā ē p̄/

bytero luciano eccleſie gaphargamala: que eſt in territorio hieroſolymitano. Dũ enĩ in ſtrato ſuo quieſceret:& pene uigilaret in baſilica baptiſterii feria.vi. illuceſcente in exceſſum mẽtis raptus:uidit uirũ ſenẽ ſtatura procerum uultu decorum,plixa barba:pallio candido amictũ:cui gẽmule auree & cruces erant cõtexte calciatum caligis in ſuperficie deauratis: q manu uirgã auream tenens:de qua eũ tetigit:& tertio ex noĩe uocauit:iuſſitq; ut ſumma diligentia ſuũ & ſocioꝝ tumulũ patefaceret:qui ĩdecẽter in deſpecto loco ſepulti eẽnt. Mãdauitq; ut ioãni hieroſolymitano epõ diceret:ut ipſoꝝ corpora in honorabili loco reponeret:qa cũ ſiccitas & tribulatio orbẽ concuteret: eorum ſuffragiis deus mundo ꝓpiciari decreuiſſet. Cũq; lucianus eũ interrogaſſet quis eſſet:& qui illi ſorent quos ſecum iacere diceret:dixit ſe eſſe gamalielẽ qui paulum apoſtolum enutriuit:& ad pedes ſuos legem perdocuit. Qui autem ſecum iacebant primus erat ſtephanus ꝓtomartyr:qui a iudeis lapidatus extra ciuitatem proiectus fuerat:auibus & feris deuorãdus:cuius corpus ipſe collegerat & in ſuo tumulo ſepeliuerat. Alius autem erat nicodemus nepos ſuus q nocte ad ieſum uenit:& a petro & ioanne baptiſma ſuſcepit:qui a iudeis omni ſubſtãtia ſpoliatus & uſq; ad ſeminecem ceſus ab ipſo gamaliele collectus & refectus fuerat. Cuius & corpus ex ipſis uerberibus morientis:ipſe in eodem ſepulchro locauerat. Tertius uero erat abibon filius ſuus:qui anno etatis ſue.xx. una ſecum baptiſma ſuſcepit:& in uirginitate perſeuerãs in maxima iuuentute in pace dormiuit:uxor uero ipſius gamalielis artea & progenitus eius ſelemias: qui fidem chriſti noluerunt ſuſcipere nequaq; ſanctorum ſepultura digni fuere:ſed alibi depoſiti fuerant: quorum tamen ſepulchra inania & uacua erant. Hoc dicto ſanctus gamaliel diſparuit. Lucianus uero euigilans dominũ exorauit:ut ſi hec uiſio in ueritate fieret:eidem ſecũdo ac tertio appareret. ¶ In uero ſequẽti ſexta feria eidem ſicut prius apparuit:& cur ea:que ei iuſſerat:neglexiſſet:Lucianum interrogauit: & ad uiſionis certitudinem ex his que ei dixerat: ſimilitudinem obtulit:ſingulorumq; loculos & reliquias docuit:dicens q; in poſſeſſione ipſius gamalielis inuenirentur:que lingua ſyra dicitur delagabria ſiue debatralia:oſtenditque ei gamaliel tres calathos aureos: quorum unus plenus erat roſis rubeis:alii duo roſis candidis:quartum etiam calathum argenteum croco plenum. Dixitque calathos eſſe ſanctorum ſingulorum loculos. Nam calathus roſis rubeus plenus: erat loculus ſancti Stephani:qui ſolus ex illis martyrio meruit coronari. Alii duo roſis albis referti gamalielis & nicodemi erant loculi: qui ſyncero corde in confeſſione perſeuerauerant chriſti. Quartus uero argenteus croco plenus erat abibon filii ſui loculus:qui candore uirginitatis floruit: & mundus de mundo exiuit. Hiſque dictis iterum diſparuit. ¶ In tertia uero ſexta feria ſequẽtis hebdomade eidem iterum iratus apparuit:& de dilatione & negligentia ipſum grauiter imprecauit. Concitus igitur lucianus hieroſolymam adiit: & ioanni epiſcopo cuncta per ordinem enarrauit:qui conuocatis cuſtonio ſebaſteñ: & eleutherio hiericontineñ epiſcopis ad locum deſignatum acceſſit:& in quodam aceruo lapidum fodi iuſſit. Eademque nocte ſanctus gamaliel per uiſum cuidã migetio monacho apparuit: dicens q; in uanum in illo loco foderent:quia ibi corpora non eſſent:ſed ea requirerent in loco illo:qui dicitur uirorum bonorũ poſſeſſio:qui cum uiſa ioanni epiſcopo & lucião preſbytero rettuliſſet:& locum deſignatum oſtendiſſet: ad locum ipſum omnes acceſſerunt. ibiq; fodere ceperũt Tuncq; ſubito terra concutitur:& odor ſuauiſſimus ſentitur:ad cuius fragrãtiam.lxxiii. homines a diuerſis infirmitatibus liberantur. Sicq; ſanctorum corpora prout oſtenſa fuerant inuenerunt:& ea in ſanctam eccleſiam ſyon:ubi quondam ipſe ſtephanus archidiaconus fuerat:detulerunt:& ibidem honorifice cõdiderunt. Hec autem inuẽtio facta eſt ea die:qua ſancti ſtephani paſſio celebratur:uidelicet ſeptimo calendas ianuarii:& eius paſſio hac die fuiſſe creditur: ſcilicet tertio noñ auguſti. Quare autem feſta ab eccleſia mutata ſunt:ſuperius in alio eius feſto dictum eſt:uidelicet ſeptimo calendas ianuarii. ¶ Corpus autẽ beati ſtephani proceſſu temporis hoc modo conſtantinopolim tranſlatum eſt:ut ait auguſtinus. Alexander quidam ſenator cum uxore iuliana hieruſalem adiit:& protomartyri ſtephano pulcherrimum oratorium conſtruxit:ac loculum argẽteum obtulit: & poſt eius obitum iuxta corpus martyris ex ſumma deuotione in ſimili argenteo loculo ſe ſepeliri fecit. Euolutis igit̃ ſeptem annis cum uxor repatriare uellet:corpus uiri ſecum deferendum ab epiſcopo poſtulauit. Qui precibus eius annuens loculos argenteos protulit:dicens q; ex illis non nouerat loculum uiri ſui:at illa ſe illuc noſce aſſerens:dum corpus uiri putat accipere:caſu protomartyris corpus accepit. Cum autem nauem cum corpore aſcendiſſet:hymni angelici reſonant:& ſuauiſſimus odor effragrat. Demones clamant:corpus ſtephani ſe exurere: ſeuamq; tẽpeſtatem excitant. Sed nautis naufragium formidantibus ſtephanus inuocatur:ipſoq; eis apparente ſubito tempeſtas ſedatur. Tunc princeps demonum demones quinque miſit:ut nauem incenderent: quos ſtatim angelus domini cunctis uidentibus in profundum demerſit. Et cum chalcedoniam ueniſſent: demones ululabant:q; Stephanus illuc adductus eos incendebat. Conſtantinopolim igitur incolumes peruenerunt:& corpus ibidem reuerenter depoſuerunt. Hec auguſtinus.

¶ De ſanctis Gamaliele & Abibon confeſſoribus.

Cap. XVI.

GAmaliel confeſſor honorabilis legis doctor:& occultus chriſti diſcipulus:& apoſtoli pauli in lege moyſi didaſcalus cum abibon filio ſuo annorum.xx. ab apoſtolis ſanctis poſt aſcenſionem domini ſacrum baptiſma ſuſcepit. Et ipſorum apoſtolorum predicantium in concilio phariſeorum caute defenſor fuit:ſicut legitur actum quintum capitulum. Qui corpora ſtephani protomartyris & nicomedi diſcipuli in ſua poſſeſſione uigeſimo ſecundo miliario a hieroſolyma diſtante necnon in proprio tumulo ſepeliuit. Et cum eodem filio ſuo: qui in uirginitate iugiter perſeuerauit: omnibus diebus uite ſue deo ſeruire ſtuduit. Qui poſt opera laudabilia temporibus apoſtolorum in Chriſto quieuerunt: & iuxta

corpora ſanctorum ſtephani & nicodemi in eodem ſepulchro reconditi fuerunt.

¶ De ſancto Stephano anachorita. Cap. XVII.

STephanus anachorita in parte locorum mareotidis per annos ſexaginta deguit: q̄ tantum indiſcernenda rerum ambiguita te iudicium habuit: ut nullus ad eum q̄/cunq; cauſa ueniret: qui poſt eius ſermonē triſtis ab/ſcederet. Hic licet in uerendis nature ſumma egritu/dine laboraret: funes tamen iugiter de foliis palmar̄ contexens: nec ab opere manuū aliquando deſiſtebat nec ſermonem aliis exhortatorium intermittebat: ce teras uero corporis partes medico ferro patienter p̄/bebat. Tanta enim erat patientia predotatus: ut mēte celeſtibus occupatus a dolore corporis quodammo/do fieret alienus: adeo ut genitalibus exciſis nihil om nino ſentire uideretur. Quieuit in chriſto tertio nonī auguſti. Hec heracl: des.

¶ De ſcō luſtino p̄sb̄ro & m̄re. Cap. XVIII.

IVſtinus preſbyter & martyr rome paſſus eſt ſub decio imperatore. Hic a beato ſix/to papa. ii. preſbyter ordinatus: eius ſancti tatis imitator effectus eſt. Ad hūc beatus Laurentius martyr uenit in uicū patricii latentem in crypta nepotiana: ut theſauros a beato ſixto ſibi com mendatos pauperibus erogaret: ut infra dicet in paſ/ſione ipſius. iiii. idus auguſti. Inuenitq; cum eo. lxiii. chriſtianos: quor̄ ſingulis ipſe beatus Laurentius cū iuſtino preſbytero pedes lauit: & pacis oſculum cum elemoſyna tribuit. Hic ſanctus preſbyter poſtquam beatorum ſixti pape & ſociorum & Laurentii archi/diaconi ac hippolyti: & omnis eius familie: aliorūq; plurium martyrum corpora: ſepulture commenda/uit: cuoluto anno & ipſe ſub perſecutione decii galic/ni & uoluſiani confeſſionis gloria inſignis martyriū capitis obtruncatione permeruit. Sepultus rome uia tyburtina iuxta corpus beati laurentii in agro uera/no pridie nonī auguſti.

¶ De ſancto Ariſtarcho diſcipulo. Cap. XIX.

ARiſtarchus diſcipulus beati pauli apoſto/li: unus ex. lxxii. diſcipulis chriſti fuit. De quo ad col. iiii. cap. & act. xx. mentio ſpiri/tualis habet. Qui comes indiuiduus pau li & concaptiuus in uiculis rome fuit: & cum eo uſq; ad finem eius perſeuerauit. Sed poſt paſſionem pau/li: quia ab eo epiſcopus theſſalonicenſium cōſtitutus fuerat: uel ut abbas Dorotheus ponit: epiſcopus apa/mie poſt lōgos agones a chriſto coronatus fuit. Quie uit in pace pridie nonas auguſti.

¶ De ſancto Tertulino martyre. Cap. XX.

ETertulinus martyr rome paſſus eſt ſub ua leriano imperatore. Hic cum eſſet procu/rator rerum olympii tribuni. Qui p̄ chri ſti nomine paſſus fuerat: ut ſupra in eius & ſociorum paſſione geſtum eſt. vi. calen. auguſti: & licet adhuc gentilis tamen tormenta que chriſtianis inferebantur abhorreret: corpora ſanctorum boni preſbyteri & ſociorum ſepeliuit: ut dictum eſt in eo/rum paſſione ſupra calen. auguſti. Et dehinc ueniens ad ſanctum ſtephanum papam ab eodem fidei rudi/menta ab baptiſma ſuſcepit: atq; preſbyter ordinatus fuit. Quē imperator ualerianus teneri fecit: ut facul/tates olympii proderet: & diis ſacrificaret. Qui cū di/uitias domini ſui diceret in celis per manus ſeruor̄ chriſti ſublatas: & deos gentilium uti demonia cōfu/taret. Iuſſu ceſaris extenditur: & fuſtibus diutius cedi tur. Ignis quoq; lateribus eius ſubterponitur. Deinde prefecto ſapritio examinandus traditur. Qui tertuli/num ante ſuū tribunal adductum: cū ab eo nec facul/tates olympii exigere: nec ipſum ad ſacrificia cogere poſſet: iuſſit in equuleo extendi & neruis diutius con torqueri. Deinde ignibus concremari. Et cum nun/ciatū eſſet ualeriano: ipſum hec omnia conſtanter p/tuliſſe: data ab eo ſententia de equuleo depoſitus eſt: & uia latina miliario ſecūdo ab urbe ductus atq; ibi/dem decollatus. Cuius corpus ibidem a fidelibus in crypta harenaria ſepultū eſt. pridie nonī auguſti.

¶ De feſto niuis ſancte Marie uirginis. Cap. XXI.

ETū ſancte marie ad niues ab eccleſia cele brari inſtitutum eſt: nonis auguſti. ꝓpter miraculum quod rome apparuit: ꝓpter quod eccleſia ſancte marie maioris in ho norem dei genitricis edificata eſt tempore liberii pa/pe. Cū enim uſq; ad illud tēpus nulla intra urbis am/bitū in honorem beate uirginis fuiſſet eccleſia fabri/cata. Accidit ut quidam ioannes patricius rome mo/ribus & nobilitate preclarus diuitiis & poſſeſſiōibus abūdaret. Qui dum filium minime procreaſſet: qui tot diuitium heres fieret: ad beatam genitricem dei mariam una cū coniuge ſua ſpirituale deuotionem elegerunt. Rogantes ipſam aſſidue: ut eis uel filiū he/redē concederet uel eos de aliquo ei grato: in quo fa/cultates ſuas poſſent impendere informaret. ¶ Men/ſe itaq; auguſti. v. uidelicet ipſius menſis die: quo tem pore homines ſolis aduſtionibus magis decoquunt: uolens beata uirgo in monte qui ſuperagius dicitur ſibi eccleſiam edificari: aerem repente contra naturā fecit immitari: & copioſa niue miraculoſe cadente lo cum illum ipſius montis tantum infudit in illo uide licet ambitu: in quo fuerat eccleſia conſtruenda. Ea/demq; nocte beata uirgo liberio pape apparuit: ſeque dei genitricē eſſe dixit: omniaq; ei geſta narrauit: atq; mandauit: ut māe cū uniuerſo clero & populo ad p/dictū montē accederet: & ītra niuis ambitū ſibi eccle ſiam fabricaret. Quam de facultatibus ioannis patri/cii conſtrui uolebat: & iccirco eidem ſimilem uiſio/nem oſtenderat. ¶ Eadem hora apparuit ioanni & uxori ſue beata uirgo maria: dicens orationes eorum exaudiſſe: & ſeipſam ſibi ſuccetricem bonorum ſuo/rum a domino impetraſſe. Precepit igitur ut in pre/dicto monte in loco uidelicet quem tantum nix ope/ruerat de conſilio pape liberii eccleſiam ſuo nomini fabricarent: & largiflue dotarent. Mane autem facto ioannes ad papam acceſſit: eique uiſionem narrauit: atque ab eo ſimilia percepit. Et conuocato clero & uniuerſo populo ad montem ſuperagium acceſſerūt & niuem loci ambitum miraculoſe repleuiſſe inue/nerunt: ubi de mandato pape ioānes eccleſiam in no/mine dei genitricis erexit: ipſamq; ſancte marie ma/ioris nominauit: & de ſuis facultatibus largiflue do/tauit: quam & liberius pontifex conſecrauit: Vbi de capillis & ueſtimento ipſius alme uirginis: & corpus beati matthie apoſtoli: ac glorioſi doctoris hierony/mi requieſcunt.

¶De ſancto Dominico confeſſore ordinis predicatorum. Cap. XXII.

DOminicus ordinis predicatorum dux & fundator ſclytus ex hiſpanie partibus: uilla que dicitur calaroga exomeñ dioceſis patre felice matre ioanna originem duxit:cuius mater ante ipſius ortum uidit in ſomnis ſe catulum geſtantem in utero ardentem in ore faculã baiulantem:qui natus totam mundi fabricatam incendebat. ¶Cuidam matrone:que ipſum ex ſacro fonte leuauerat:uidebatur: ꝙ puer dominicus ſtellã haberet in frõte:que totum orbem illuſtrabat. ¶Dũ adhuc eſſet puerulus: a nutrice ſepe deprehenſus eſt lectum dimittere: & ſuper terram iacere: quaſi iam carnis delitias abhorreret. ¶Miſſus deinde palẽtiam amore ſapientie adiſcende uinum per decennium nõ guſtauit:ubi cum fames eſſet ualida:libros cum omni ſupellectili uendidit:& precium pauperibus erogauit. Ab epiſcopo quoque exomenſi in ſua eccleſia canonicus regularis efficitur: & a canonicis ſupprior ordinatur:qui lectioni & oratiõi iugiter uacabat: aſſidue deum exorans :ut gratiam ſibi infunderet:qua ſe totum aliquando ſaluti proximorum impenderet. Pergens autem cum epiſcopo toloſam:hoſpitem ſuum heretica prauitate corruptum ad fidem ueritatem reduxit. ¶Cum die quadam aduerſus hereticos predicaſſet:auctoritates ſuas in ſcriptis redegit:& cuidam heretico ſchedulam ad deliberandum tradidit: qui ſociis ſero ad ignem congregatis ſchedulam produxit. Ipſi uero omnes ad inuicem condixerunt: ut ſchedula in ignem proiiceretur:ut ſic ex eius combuſtione uel conſeruatione: fides eorum uera uel falſa probaretur. Que uel tribus uicibus in flammas iecta tertio de igne proſiliuit illeſa. Heretici tamen in ſua duritia permanentes:ſibi uiciſſim ſuper miraculo ſilentium impoſuerunt. Quod tamen nutu dei ab aſtante milite catholico reuelatum eſt. Epiſcopo uero exomenſi defuncto ceteris recedentibus: Dominicus cum paucis ibidem permanſit: & uerbum dei inſtanter predicans: multa ab emulis opprobria & perſecutiones pertulit:quas omnes diuina gratia ſuperauit. ¶Reperiens quendam qui ex paupertate hereticis adheſerat:decreuit ſeipſum uendere: ut ſic illius inopie ſubueniret: & illum ab errore ſubtraheret:quod & feciſſet:niſi eius inopie diuina gratia ꝓuidiſſet. ¶Alias etiam mulieri:que filium a ſaracenis captum deflebat:ſe uendendum pro eius redemptione obtulit:ſed mulier non acquieuit. ¶Poſt hec cepit de inſtitutione ordinis cogitare:cuius officiũ eſſet per mundũ diſcurrere:& fidẽ ab hereticis defenſare. Qui poſtq̃ decẽ annis toloſe permãſerat:ad cõciliũ generale:qđ rome celebrabat:cũ fulcone epõ ſuo adiit:& ab innocẽtio tertio papa ordiné predicatorũ inſtituẽdum & cõfirmandũ poſtulauit. Cũq̃ in hoc ſe papa difficilem exhiberet:nocte quadã uidit in ſomnis lateranẽſem eccleſiam ruinã minantem:& dominicũ humeris ſuppoſitis caſuram illã fabricatam ſuſtentanté. Qui euigilans & uiſionẽ intelligẽs petitionem uiri dominici acceptauit:& ut ſibi approbatam aliquam regulam eligeret mãdauit. Dominicus ergo cũ .xxv. fratribus regulam auguſtini doctoris & ꝑdicationis aſſumpſerunt:& ſic ordinem incoharũt. Cõfirmationem uero innocẽtio iam defuncto ab honorio .iii. eius ſucceſſore obtinuerunt anno domini .M. ccxvi. ¶Dum ergo rome in eccleſia ſancti petri ꝑ dilationem ordinis exoraret:apoſtolorũ principes eidẽ apparuerunt:quorũ petrus baculum paulus librũ ei tradiderunt:atq̃ ad predicandũ miſerũt:qui fratres inumeros ſui ordinis mox aſpexit per mundũ diſcurrentes & uerbum domini predicantes. ¶Quidam frater minor uidit in ſpiritu xp̃m in aere exiſtentem: & tres lanceas cõtra mundũ uibrãtem:ſeq̃ illis omnes homines uelle perimere ꝓteſtãtem:cui occurrẽs beata uirgo orauit:ut modicum ſubſtineret: cum duos ſtrenuos pugiles haberet:qui ad mundum conuertẽdum ſufficientes eſſent. Obtulitq̃ filio beatos dominicum & franciſcum:quos ambos chriſtus approbauit:& ut mater illos ad mundum predicandum mitteret:imperauit. ¶Exiſtenté eo bononie quidam cõuerſus frater a diabolo arripitur:& a fratre Rainerio Dominico preſentatur. Adiuratuſque ſpiritus dixit in eum introiſſe:cum precedẽti ſine licentia & abſq̃ ſigno crucis in ciuitate bibiſſet. Sed cum ſignum ad matutinum pulſaretur:demon ſe amplius ſtare ibidem non poſſe dixit:quia capuciati ſurgebant. Et ſic orante ſancto exire compulſus eſt. ¶Cum in partibus toloſe libri eius in flumine ſine conſeruatorio cecidiſſent:poſt dies duos a piſcatore in rete inueniuntur:adeo omni aque humore illeſi acſi fuiſſent in armario cuſtoditi. ¶Veniens ad quendam locum nocte cum fratres inquietare nollet dormientes oratiõné fudit:& clauſis ianuis cum ſocio ĩtroiuit. ¶Alias etiã exiſtens cũ quodã conuerſo ordinis ciſtercienſi: cũ ſero ad eccleſiã ueniſſent eamq̃ clauſam repperiſſent oratione fuſa ſe intra eccleſiã ſubito inuenerũt:& nocté in oratione duxerũt. ¶Scholaris quidã lubricus cũ ipſius celebrantis manuũ deoſculatus eſſet: maximã inde fragrantiam ſenſit:moxq̃ in eo oĩs carnalis eſtus refriguit. ¶Quidã magiſter ſciẽtia & fama preclarus toloſe in theologia legens: quodã mane uidit in ſomnis .vii. ſibi ſtellas lucidas preſentari:que eo denouo xenio admirante totũ mũdũ illuſtrare uidebãtur. Et ecce dũ ſcholas intraſſet:beatus dominicus cũ ſex ex ſuis fratribus magiſtrũ adeũt:& ut eos in ſuos auditores ſuſciperet humiliter depoſcũt. Qui uiſionẽ recolẽs illos eſſe ſtellas quas uiderat ĩtellexit:eoſq̃ gratiſſime recepit. ¶Exiſtẽte rome beato dominico quidam magiſter rhegynaldus ſancti auiani aurelianẽſis de canus cum ordinem ingredi propoſuiſſet: & hoc

uiro dei indicaſſet: ſubito ad mortem infirmatus eſt: pro quo dominicus beatā uirginem cui ſpecialiter cu ram ordinis cōmiſerat exorauit. ¶ Regina ergo mi/ſericordie cū duabus uirginibus rhegynaldo in extre mis laboranti nocte apparuit: & unctione mirifica ip ſum p ſingulas corporis partes iunxit: formaſq; uer/borum ad ſingulas unctiones ꝓtulit ad die tertia ip/ſum plene ſanandum promiſit: eiq; habitū predicato rum ordinis demonſtrauit. Quam uiſionem cū per omnia ſimiliter uir dei cōſpexiſſet: māe ad rhegynal dū acceſſit: & ipſum ſanatum repperit nedū ab eſtu febris ſed etiam a cōcupiſcentia carnis. Aquo ſerié ui/ſionis audiuit: & habitum a uirgine demonſtratum aſſumpſit. Nā antea fratres ſuperpelliceis utebantur. Rhegynaldus ergo ſanatus ordiné ītroiuit & miſſus bononiam officium predicationis feruenter peregit. ¶ Iuuenis quidam nepos domini ſtephani cardinalis de foſſa noua cū equo in foueam precipitio lapſus: in/de mortuus eſt eductus: qué beatus dominicus ora/tione fuſa cū lachrymis continuo ſuſcitauit. ¶ In ec/cleſia ſancti ſixti architectus quidā cecidit diuq; ſub cumulo cadentis macerie iacens expirauit. Cuius ca/dauer ad ſe delatū: uir domini orationem ſuffragio a mortuis excitauit. ¶ In eadem eccleſia apud urbé cū fratres. xl. manerent: & panis ei quadam uice defice/ret: modicū panem repertū per bucellas fratribus di/ſcūbentibus diuiſit. Et ecce duo iuuenes forma & ha/bitu decori refectorium intrauerūt: palliaq; plena pa/nibus detulerunt: quibus uiro dei cunctis uidétibus ſilenter oblatis ſubito diſceſſerunt. ¶ In itinere poſi/tus cum grauis pluuie inūdatio fieret: a ſe & ſocio im brē adeo ſigno crucis reppulit: q; circa eos ad ſpatiū triū cubitoꝝ nec aque uel unica gutta deſcédit. ¶ Cō ſtitutus in itinere cum quodam uiro religioſo: cōuer ſatiōis domeſtico ſed loquela alieno: dolēs q; diuinis eloquiis ſe mutuo refouere non poſſent: impetrauit a domino ut alter alterius lingua loqueretur: & ſic p trium uerba alterutrius idiomate uariantes mutuis ſe collationibus cōfortarunt. ¶ Hominé quendā plu ribus uexatum demoniis ſtolam collo ipſius īponés fugatis immundis ſpiritibus liberauit. ¶ In partibus toloſanis ex pluribus conuictis hereticis & incendio dānatis unum reſeruari fecit: quem ſpiritu ꝓphetico futuꝝ fratrem & egregium predicatoré preuidit atq; predixit: & ut predixerat ſic euenit. Nā & ſpiritū pro/phetie ipſum habuiſſe multoꝝ que predixit euentus ꝓbauit. ¶ Apud ſanctū ſixtum in urbe fratribus ad capitulum cōuocatis omnibus prenūciauit. iiii. ex fra tribus in breui: duos uidelicet in corpore & duos in anima morituros: Et poſt modicū duo ad dominū migrauerunt & duo ex ordine receſſerunt. ¶ Exiſtēs bononie in uigilia aſſumptionis domine: priori mo/naſterii caſemaris ordinis ciſtertieñ ſibi amiciſſimo exigente materia familiariter reuelauit: q; nunq; a do mino aliquid poſtulaſſet: quod iuxta uotū non obti/nuiſſet. Cui cū prior ille diceret: ut a domino impetra ret q; magiſter cōradus teutonicus ordinem aſſume ret: quod fratres ſummo deſiderio affectabant: finito cōpletorio cunctiſq; diſcedentibus fratribus: ſolus ip ſe in eccleſia manſit: & in ordine more ſolito perno/ctauit. Conuenientibus ergo fratribus ad primam cū cantor hymnum: iam lucis: incepiſſet: ecce noue lucis nouum ſidus futurus magiſter conradus aduenit: & ad pedes uiri domini ſe proſternens habitum ut peti it perſeueranter accepit. ¶ Frequenter dū corpus do/mini leuaretur in tanto mē tis rapiebatur exceſſu ac/ſi ibidē chriſtum incarnatum uideret. Mira uero pe/nitentia corpus affligebat: & noctibus orationi inten tus dies predicationibus impendebat. ¶ Tandem ap propinquante peregrinationis termino apud bono/niā grauiter infirmatus: uidit iuuenē pulcherrimum ſe ad celi gaudia inuitātem. Cōuocatis igitur duode/cim ex fratribus conuentus bononie teſtamentū cō/didit: & que poſſederat eis iure hereditatis dimiſit: charitatē ſcilicet humilitatem ac uoluntariā pauper/tatem: prohibens oīno ne quis in ordine ſuo poſſeſ/ſionis induceret temporales: maledictioné dei & ſuā imprecās ei: qui ordiné illum quem paupertatis pre/cipue decorat ꝓfeſſio: terrenaꝝ diuitiarum puluere preſumpſerit maculare. Fratribus quoq; deceſſum ſuū egre ferentibus eos dulciter cōſolatus eſt: ꝓmit/tens q; utilioré ipſum forent poſt obitū habituri. Sic/que ad extrema deueniens anno domini. M. ccxxi. no nis auguſti obdormiuit in domino: ſepultus in terra in cōuentu bononieñ. ¶ Eadē hora frater guale pri/or conuentus brixieñ & poſtmodum ipſius ciuitatis epūs: uidit in ſomnus celū apertum: & duas ſcalas can/didas ad terram demitti: quaꝝ ſummitas xp̄s cū ma tre tenebat: & angeli per eas aſcendebant: in medio āt frater ordinis in ſede poſita reſidebat: quē ieſus & ma ter ſurſum cū ſcalis trahebant: donec ipſum in celum eleuato apertura celi clauſa eſt. Qui diē & horā notās ueniens bononiam inuenit ſanctū eodem tempore a corpore migraſſe. ¶ Eadem hora frater rhao poſitus apud tybū cum miſſam celebraret: & ī canone patré dominicū more ſolito cōmendare uellet: in extaſi ra/ptus uidit ſanctū dominicum corona aurea & īmen/ſo lumine adornatum: duobus reuerēdis uiris comi/tatū extra bononiā procedentē: qui diē & horā ſimili ter notauit: tūcq; uiꝝ dei in pace quieuiſſe cognouit.

¶ Cum aūt corpus eius ſub terra multo tempore ia cuiſſet: miraculis creſcentibus & fama a fratribus in eminentioré locum tranſlatū eſt: quod tam mira fra grātia redolebat: ut totā quaſi ciuitatē repleret: & cū/ctoꝝ aromatum odorem ſuperaret: que tranſlatio fa cta eſt. ix. calen. iunii. Quieſcitq; ibidem ſanctum cor pus inſignibus miraculis pollens.

¶ De ſcō Oſualdo rege & martyre. Cap. XXIII.

Sualdus rex bernicioꝝ & martyr ut ſcri/bit beda. iii. libro primo cap. ſucceſſit fra/tri ſuo eanfrido: q fuerat xp̄ianus ſed apo ſtatans a rege britonū cedualdo in bello fuerat interfectus. Poſt cuius occiſioné oſualdus cū paruo exercitu fide xp̄i munitus ſuperuenit: & ſuos in xp̄i nomine exhortans crucē ligneam terre affixit: & ante ipſam cū exercitu procidétes: & xp̄m in ſui ad iutoriū inuocātes de hoſtibus uiriliter triūpharunt. In teſtimonium ergo miraculi & ſanctitatis oſualdi: de ipſa cruce lignea fruſta cōceduntur: & in aquā mit tuntur: cuius aque potus ſanitatē cuiuſcūq; egritudi/nis preſtat hominibus ac iumentis. ¶ Oſualdus igit percepta uictoria regnoq; ſuſcepto in fide xp̄i anima/tus ad gentem ſcotoꝝ inſule miſit: in qua dudū fue/rat delegatus: ut ſibi catholicū aliquem epm mitte/

rent qui gẽtem ſuam fide xp̃iana imbuerẽt. Miſſuſq; eſt eps hadrianus cuius ꝑdicatione regiſq; fauore atq; ſuaſu gens bernicioꝝ xp̃i fidem ſuſcepit. Rex enĩ eṕo lingua ignoranti ſemp aſtitit:eiuſq; interpres ad populũ fuit. Tũc cepit rex eccleſias cõſtruere:& pauperibus largiflue miniſtrare. ¶ Quodã die paſche poſita mẽſa & diſco argenteo cũ regalibus uaſis:nunciatum eſt ei infinitã paupeꝝ multitudinẽ pre foribus aſſiſtere elemoſynas poſtulãtes:qui nedũ oẽs eſcas ad prandiũ paratas eis largiri fecit:ueꝝ etiã diſcũ argenteũ cũ uaſis oĩbus per fruſta cõcĩſa eiſdẽ impartiri mãdauit. Quo pietatis ope uiſo eps manũ utrãq; tãgens dixit. Nunq̃ putreſcãt he manus:quod & euenit:nam & rege interfecto:ut dicẽt:manus cũ brachiis a cetero corpore p̃ciſe uſq; in preſens incorrupte permanent. Hic rex ſanctus inter berbenoꝝ & doricoꝝ ꝓuincias dudã ab inuicẽ diſcordes pacem ꝓcurauit:& ad finẽ optatũ pduxit. Totũq; regnũ britãnie primus acquiſiuit: & obtinuit:cuius partẽ ſolũmõ eius deceſſores poſſiderant:iṕm aũt felici regimine gubernauit. Poſtq̃ aũt .ix. annis regnaſſet cõtra paganoꝝ exercitum gẽtilẽq; regem mercioꝝ pro fide dimicans ac regni ſalute in bello martyr occiſus eſt anno etatis ſue .xxxviii. noñ augu. In quo loco oĩs quorũcũq; languentiũ hominũ uel animaliũ egritudines ſanant. Puluis quoq; de loco ubi interfectus fuerat aſſumptus quocũq; delatus: & in potũ lãguentibus datus:eandẽ obtinet gratiã ſanitatũ. Sepultuſq; eſt in ciuitate regia noĩe beba mira culis iſignis. Manus autem cum brachiis per ſe in uaſe argenteo poſite oĩno incorrupte ſeruantur.

¶ De ſcõ Emigdio eṕo & martyre. Cap. XXIIII.

EMigdius eps de ꝓuincia francie auſtrali: q̃ dicit germania:cum eſſet adhuc preſbyter inde egreſſus eſt cum .xii. fratribus ſuis tribuſq; diſcipulis. ſ. euplo germanio & ualentino tempore quo rex polymnius gentilis in ciuitate eſculana xp̃ianos ꝓſequebat:uenitq; romã multa miracula feciendo. Quod audiens cecus quidã aſſumpto ductore uenit eum requirendo:ut ab ipſo illuminaretur:cui in uia adiunctus eſt miles habens filiã fluxum ſanguinis quinquennio patientẽ:qui cũ ſanctũ emigdium inueniſſent:cecũ quidẽ preſentẽ illuminauit: filiã uero militis abſentẽ:dũ pro illa oraſſet: a ꝓfluuio liberauit:ipſoſq; oẽs cum .cl. hominibus ꝓmiſcui ſexus baptizauit. Sed poſtq̃ idolum aſclepii ſigno crucis cõminuit:ſacerdotem eius cõuertit cũ .M.xxx. uiris & aliis paruulis & mulieribus multis. Quod audiẽs urbis prefectus querebat emigdiũ occidendũ: ueniens quoq; ad marcellũ papam ab eodẽ eps eſculanĩ ciuitatis ordinat:& ad predicandũ illuc deſtinat. Ipſe aũté miracula multa oſtendens uenit eſculũ:ſecutus a multitudine fideliũ. In cuius ingreſſu demones ſe incendi clamabãt. Qua ꝓpter ad eum uenientes egri numero .cl. qui ab eoꝝ diis curari nõ poterant:ꝓcepto ab eo ſacro baptiſmate oẽs a diuerſis langoribus ſanati ſunt: unde & ꝓpter hec miracula populi templa .xii. euerterũt:idolaq; igni tradiderũt:ueꝝ cũ ſanctus oratiõné ad deum fudiſſet:mox facto terremotu cetera phana idoloꝝ numero .xxii. ſubito corruerunt: multiq; ad xp̃m uiſis tot miraculis conuerſi ſunt:& in xp̃o oppido tres eccleſias cõſtruxerũt. Cũ aũt a rege quereretur perſecutionẽ fugiẽs ad urbẽ picenam uenit ſuſceptus a matrona chriſtiana:ubi demerſo in fluuium ſimulacro phanoq; oratione deſtructo multos ad xp̃m cõuertit. ¶ Tãdẽ rex polymnius ipſum detinuit:& hortabatur ut diis ĩmolaret: ꝓmittẽs ei ſe filiã ſuam in cõiugem datur. Quãq; ei tradidit ut iṕm ad ſacrificia ꝓuocaret. Emigdius uero puellã ſetẽtantem ad xp̃m ſua predicatione cõuertit:aquãq; de ſaxo ꝓducẽs ipſam cõtinuo baptizauit. Alios quoq; plures quos a diuerſis primũ langoribus ſanos effecerat:eadẽ unda pfudit. Quod rex audiens iṕm in eodẽ loco iuxta flumen rheonti decollari precepit. Sed anteq̃ decollaret dicitur oraſſe: ut in ciuitate eſculo nullus aliquando eſſet leproſus uel demoniacus: & q; nullus exercitus ipſam urbem ultra .ix. dies obſidere poſſet aut ibi perſeuerare. decollatus quoq; caput ſuum in byrrho ſuſcepit:& trecentis paſſibus perambulauit uſq; ad mõtem cenobitarum:qui mons ſe mirabiliter aperuit:& corpus cum capite intra ſe recepit ſeq; continuo reclusit:ubi uſq; in preſens quieſcit:Sanguis autem ipſius a chriſtiana quadam collectus:eſculi reſeruatur in eccleſia ſua. Qui paſſus eſt noñ auguſti.

¶ De ſcõ Menio eṕo & cõfeſſore. Cap. XXV.

MEnius catalaneñ eps nobilis romãus a ſancto petro apoſtolo in eṕm conſecratus: cũ ſancto Dionyſio & aliis epĩs ad gallias predicationis gratia directus eſt:adiuncto ipſi ſubdiacono maximiano. Sed cũ .xviii. miliario ab urbe elongati forent:ſubdiaconus mortuus eſt. Menius uero ad petrum rediit:& ſocium defunctũ nunciauit. Accepta quoq; ab apoſtolo de fimbria ueſtimẽti eius particula:reuerſus cadauer adhuc ihumatũ tetigit:& continuo mortuus reſurrexit. Alia quoq; ſigna plurima ꝑ illos dominus oſtẽdit. Cũ aũt ad urbẽ catalaneñ ueniſſet:& populum ad conuertendũ duxꝝ repperiſſet:miliario uno a ciuitate in loco deſerto cepit in ſpelunca cõtemplationi uacare:multiſq; inibi miraculis clareſcere. Nam pueꝝ nobilẽ qui cadens in fluuiolo q nauta dicit & iuxta ciuitatem labitur necatus fuerat: ſuſcitauit:multoſq; uiſo mirabili ſigno ad xp̃m conuertit. Sicq; a populo cũ honore ad ciuitatẽ ducit & in eṕm ſublimat. In ipſo quoq; urbis ingreſſu tres leproſos mũdauit & totidem cecos illuminauit: demonem quoq; ab obſeſſo quodam eiecit. Gregem aũté dominicum uerbis & exemplis refouens annis .lxxx. ſedem ſuam feliciter gubernauit. Et cõfectus ſenio in pace quieuit noñ auguſti.

¶ De ſcõ Iuſto epiſcopo. Cap. XXVI.

IVſtus eps lugdunenſĩ fuit. Qui cum epiſcopatu relicto aliquot annis in eremo angelicam uitam egiſſet. ibidem ſancto fine migrauit ad dominum. Cuius ſanctum corpus lugdunenſes ciues ſolicite requiſitum: ac in eremo uaſtiſſima repertum a remotis terre partibus ad ſuam ciuitatem tulerunt:& ibidem in eccleſia ſui ſacerdotii honorifice condiderunt noñ auguſti.

¶ De ſcõ Caſſiano eṕo. Cap. XXVII.

CAſſianus eps ex alexandrinorum nobili genere ortus a ſancto zenone eius urbis eṕo diuinis litteris eruditus eſt. Qui omnia ꝓ chriſto relinquens in horteñ ciuitate eccleſiam conſtruxit. Ibiq; degens ſub iouiniano imperatore chriſtianiſſimo a populo eṕus conſtitutus eſt. Et

cum ipſam ſedem dudum in ſanctitate gubernaſſet: peregrinationis gratia inde diſceſſit:& per mare maſſiliam nauigauit.Indeq; auguſtuũ uenit:& ſancto ſimplicio epo triennio adheſit.Quo defuncto ois clerus & populus caſſianũ ſibi in epm conſtituit.Qui uita & miraculis clarens anno.xx.ſui epatus in paee quieuit nõ.augu.¶De hoc frater uincentius ait q; dum ſanctus germanus antiſiodoreñ eps de britãnia rediens ad tumulũ huius oraret.Interrogauit caſſianum quomodo ſe haberet.Qui ſtatim ex tumulo cunctis audientibus reſpõdit:ſe pfrui dulci quiete:& ſecundũ ſaluatoris aduentũ expectare.Cuius ſe germanus orationibus commendauit:& ut in ipſo ſecũdo aduentu parte ſecũ habere mereret:humiliter ſupplicauit.

¶De ſancta Aphra martyre. Cap. XXVIII.

APhra martyr apud cretã in ciuitate auguſtana martyriũ paſſa eſt.Hec cũ eſſet pagana & meretrix matrẽ hilariã de lenocinio uitã exigẽtem habebat.Ipſa uero cũ tribus ancillis ſuis:uidelicet:digna:eumenia:& eutropia ſe cũctis petẽtibus pſtituebat.Sed per p̃dicationẽ narciſſi hieroſolymoꝝ epi ad xp̃m cõuerſa & cũ omni domo & mre baptizata:atq; a peccato reuocata eſt.Que a iudice cõprehẽſa cũ ſacrificare nollet:ſed diceret ſufficere ſibi peccata ſua:qbus de corpe ſuo & ancillaꝝ lubriũ faciẽs deũ offenderat:qui tamẽ eã peccatricem ad pniam cõuerteret:uiua icendi iuſſa eſt: unde iuxta ſiluã lethei fluminis adducta flãmiſq; tradita: ſic ſp̃m emiſit:ut corpus oĩno pmaneret iuſtũ.Ancillas uero que eã ad martyriũ ſecute fuerãt:puer cũ nauicula apparẽs cõtinuo trãſuadauit.Que cũ corpus icõbuſtum inueniſſent:nec ipm ſepelire poſſent nec nũciũ p quẽ matri nũciarẽt paratũ haberent:puer q eas trãſtulerat eis flumẽ natauit:& predicta hilarie matri nunciauit.Que ueniẽs noctu cũ ſacerdotibus & ancillis corpus abſtulit:& ſecũdo miliario ab auguſta ciuitate in monumento proprio ſepeliuit nõ.auguſti.

¶De tranſfiguratione domini noſtri ieſu chriſti. Cap. XXIX.

TRanſfiguratio domini in quibuſdã eccleſiis.viii.idus auguſti celebraſ:non q; ea die: ut quidã aiunt: trãſfiguratio ipſa facta fuerit:ſed ea die p apoſtolos publicata.Nã ut dicũt trãſfiguratio facta eſt circa principiũ ueris.Veꝝ diſcipuli ꝓpter ꝓhibitionẽ eis a domino factã: ne uiſionẽ quã uiderant:alicui dicerent:donec filius hoĩs a mortuis reſurgeret:ipſam tã diu celauerunt:& in hac die manifeſtauerũt:ita legiſ in libro:q diciſ mitralis.¶Circa hãc tranſfigurationẽ q̃ttuor ſunt attendẽda. Primo quare dominus ſe trãſfigu rare uoluit.Secũdo qũo ſe trãſfiguratũ oſtendit.Tertio quos ſue glorie teſtes adhibuit.Quarto qualiter ipam uiſionẽ cõfirmauit.¶Circa primũ ſciendũ:q; xp̃s corã diſcipulis trãſfigurari uoluit ꝓpter tria.Primo ad cõfirmandã eoꝝ fidem:cũ enim paulo ante dominus apoſtolos interrogaſſet:quẽ ipm homines eſſe dicerent:illiq; uarias hominũ opiniones reſpõderẽt:petro uero in pſona omniũ apoſtoloꝝ ipm eſſe xp̃m filiũ dei uiui ꝓteſtãte: ad confirmandã fidẽ ipſoꝝ xp̃s eis gloriã diuinitatis ſue oſtẽdere uoluit:ut tam ex uiſiõe uultus ſplendẽtis q̃ ex auditiõe patris ipm eſſe dei filiũ exclamãtis:qđ ipſi primo de ieſu credabãt:in eoꝝ cordibus efficaciter & ſine ulla heſitatione firmareſ:ut qa paſſurus erat: cũ apoſtoli eũ tãq; hominẽ ueꝝ mortuũ cernerẽt: etiam tãq; ueꝝ dei filiũ reſurrectuꝝ non dubitarent:& quia ipſa trãſfiguratio ſumme deitatis myſterium repſentat:ideo nõ oĩbus diſcipulis tãq; ſecretũ diuinũ reuelãda fuit:ſed eis ſolũmodo q ceteris excellẽtiores erant: & nõ uni tãtũ:qa teſtimoniũ unius q̃ſi nullius reputatur:ſed tribus diſcipulis:eo q; in ore duoꝝ aut trium teſtiũ ſtat omne uerbũ.¶Secũdo ad augẽdũ eoꝝ ſpẽ: ut ꝑ talem uiſionem diſcipuloꝝ aĩos ad paſſionẽ firmaret.Oportet enim ad hoc:ut aliquis directe ꝓcedat in uia: q; ſine aliqualiter p̃cognoſcat: ſicut ſagittator non recte iaciet ſagittam niſi ſignum proſpiciat: unde dicebat thomas Ioã.xiiii.Domine neſcimus: quo uadis:& quomodo poſſumus uiam ſcire? Et xp̃s per paſſionem nõ ſolũ gloriam anime obtinuit: quã habuit a principio cõceptionis:ſed etiã corpis:& ideo cõueniens fuit:ut diſcipulis gloriã ſue claritatis corporalis oſtẽderet:ut ſic ſpem future glorificatiõis in eoꝝ corporibus demõſtraret:ſecundũ illud phi.iii.Reformabit corpus humilitatis nre cõfiguratũ corpori claritatis ſue.¶Tertio ad ꝓficiendũ charitatẽ.Apoſtoli enim licet in xp̃o diuinitatẽ crederent:ſolã tamẽ humanitatẽ cõſpexerãt:& ideo uix aliqd in xp̃o diuinũ diligebãt:quia difficile eſt amare:qđ nõ uideſ: ideoq; xp̃s eis gloriã ſue diuinitatis reuelauit:ut cũ ipſum etiam deũ ex tali uiſiõe cõſpicerent:etiã in ipſo diuinitatẽ manifeſte cognoſcerẽt:& p cõſequens ut deũ ipm diligerent.¶Circa ſecũdum ſciendũ:q; iuxta textum euangelii facies eius reſpleduit ſicut ſol: & ueſtimẽta eius facta ſunt alba ſicut nix.¶Et notandũ:q; iter q̃tuor dotes corporis claritas eſt ipſius pſone in ſeipſa. Alie uero tres nõ percipiunt niſi aliquo actu uel motu.Chriſtus aũt licet aliis tẽporibus alias corpis dotes in ſe oſtẽderit:uidelicet agilitatẽ:quãdo ſup mare ambulauit.Subtilitatẽ:quando clauſo uirginis utero in mũdum ꝓdiit.Impaſſibilitatẽ:quãdo iudeis cũ lapidare uolentibus de manibus eoꝝ exiuit:nõ tamẽ propter illas dicit tranſfiguratus:ſed per ſolã claritatem quã diſcipulis in mõte oſtẽdit:que ſola ptinet ad aſpectum perſone.Figura enim circa extremitatẽ corporis cõſideraſ.Nam figura eſt:que terminis cõtinet:& ideo ſola claritatis aſſumptio dicitur tranſfiguratio: & hec claritas deriuaſ ab aĩe claritate:quam xp̃s ſemper habuit:eo q; ipſius aĩa ſemp beata fuit:ideo & corpora noſtra poſt reſurrectionẽ ſicut ſol refulgebunt: que lux ex aĩe claritate: que beata erit: originẽ habebit.Matth.xiii.Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eoꝝ.Nec eſt dicendũ:q; xp̃s oſtenderit tantã claritatem:quantã habuit:ſed quantã oculis diſcipuloꝝ

pcipiendam poſſibile fuit. Et ſicut caro xp̄i ex clarita te anime ſplendorem illum cōtraxit: ſic etiam ueſtes eius ex carnis ſplendore candorem niueum cōtraxe/ rūt: ſicut uerbi gratia: aqua ex ſolis radio percuſſa re/ ſplendet: & paries ex aqua ſplendēte repcuſſus reſul/ get. ¶ Circa tertiū eſt ſciēdū: q̄ chriſtus huius ſue glo rioſe uiſionis teſtes adhibere uoluit patres noui ac ue teris teſtamenti. De ueteri aūt teſtaméto duos: de no/ uo autem tres aſſumpſit: quia uidelicet uetus teſtamē tum tanq̄ ex dualitate: qui eſt numerus diuiſionis: im perfectum fuerat: nouū aūt ex trinitate perfectiorem in ſe gratiam cōtinebat. Vez̄ per moyſen & heliā lex & pphetia deſignaf̄ in quibus omnia ueteris teſtamē ti mandata continenf̄: quod enim lex primo manda/ uit: & pphetia poſtmodū confirmauit. Vel p moyſen & heliam denotanf̄ duo ſtatus antiqui tēporis. Quo rum unus fuit cōiugatoz̄ deſignatus in moyſe: alius continentum deſignatus in helia. Vel per moyſen ſi/ gnificantur omnes defuncti ſuſcitandi per heliam in corpore uiuentem omnes uiui reperiendi & a domi/ no in nubibus rapiēdi cum uenerit in gloria ſue maie ſtatis ad iudicandum uiuos & mortuos & ſeculū per ignem: quod iam per hanc tranſfiguratione denota/ tū eſt. ¶ Tres aūt diſcipuli: uidelicet petrus iacobus & ioannes ſignificant tres ordines eccleſie militantis: qbus aureola datur: ad quos omnes ceteri reducunf̄. Petrus enim ſignificat doctores: quia ipſe fuit eccleſie omniū primus paſtor. Ioannes oēs uirgines: quia uir/ go a domino electus eſt. Iacobus uero martyres: quia primus iter apoſtolos martyriū pertulit. Primus aūt ordo pugnat cōtra diabolum. Secūdus contra carnē. Tertius contra mundū. Ad primū ordiné reducūtur cōfeſſores: ad ſecundū cōtinentes ad tertiū penitētes. ¶ Vel p iſtos tres apoſtolos ſignificanf̄ tres uirtutes theologice p q̄s ad gloriā eterne felicitatis puenire de bemus. Petrus enim denotat fidē: quia ipſe ſolus cōfeſ ſus eſt gloriā deitatis dicens. Tu es xp̄s filius dei uiui. Iacobus denotat ſpem quia primus omniū apoſtolo/ rū paſſus fuit ppter ſpem retributionis eterne. Ioānes uero charitatē: quia ip̄m xp̄s ſpeciali prerogatiua ſup oēs dilexit. ¶ Vel p ipſos tres apoſtolos ſignificantur tres pnie partes ſine qua ad claritatē eternā nemo pue nit. ¶ Petrus enim qui interpretaf̄ agnoſcēs denotat cōtritionē: que ex ſola peccati notitia puenit. p̄s. Quo niā iniq̄ me ego conoſco. unde & petrus: culpa ſua co gnita fleuit amare. ¶ Iacobus qui interpretaf̄ ſupplā/ tator denotat cōfeſſionē: qua diabolus ſupplātatus eli ditur. ¶ Ioannes qui interpretaf̄ gr̄a domini denotat ſatiſfactionē: qua homo penitēs ad gratiā reuocatur. ¶ Circa quartū ſciendū eſt q̄ in baptiſmo xp̄i: qđ fuit myſteriū prime regenerationis: & in trāſſiguratione: qđ eſt myſteriū ſecūde: declarata eſt opatio trinitatis. Nā in xp̄i baptiſmate apparuit pater in uoce: filius in carne: ſpiritusſanctus in colūbe ſpecie. Hic aūt ſe re/ uelat pater eadē uoce & eadē uerboz̄ ꝓlatione: filius eadem carne ſed refulgente: ſp̄s aūt ſanctus in forma nubis perlucide. Nam ſicuti in baptiſmo ſpirituſſan/ ctus dat innocentiā: que p columbam deſignatur: ſic in reſurrectione dabit claritatē glorie & refrigeriū ab omni malo: quod in nube oſtendit. Et quia xp̄s uenit gratiā actualiter dare in re; gloriā uero incredibiliter ꝓmittere in ſpe. Ideo in tranſfiguratione in ducuntur homines ut ipſum audiant non autem in baptiſmo. ¶ In hac die uinū nouum ſi inueniri poteſt in ſangui nem xp̄i cōficitur: uel ſaltē de matura uua in calice ali quātulum eliquaf̄. Racemi etiā benedicunf̄ & popu/ lus cōicat. Cuius ratio eſt: quia dominus diſcipulis in die cene dixit. Nō bibam amodo de hoc gemine uitis donec illud bibā nouum in regno patris mei. Illa ue/ ro tranſfiguratio domini: & qđ dixit nouum uinum repreſentat glorioſam innouationem: quam chriſtus poſt reſurrectionem habuit. Et ideo in hac die tranſfi gurationis que reſurrectioné repreſentat nouū uinū inquiritur: in quo nouitas eterne dulcedinis oſtendi/ tur: que ſanctis poſt reſurrectionem in patria propi/ nabitur. Hec ex libro mitrali.

¶ De ſanctis Sixto papa ſecundo & ſociis martyri/ bus. Cap. XXX.

SIxtus papa & mr̄ huius noīs ſecūdus feli/ ciſſimus & agapitus diacōes rome ſub de cio ceſare paſſi ſunt. Hic natiōe grecus ex pr̄e ſophoro athenieū prius qđē philoſo/ phus poſtea uero xp̄i diſcipulus ſtephano pape primo in pōtificatu romano ſucceſſit: ſeditq̄ annos. ii. mēſes. xi. dies. vi. Hic cōſtituit ut miſſa celebraref̄ ſup altare qđ antea nō fiebat. Et ut ſacerdote īcipiente miſſā actionē: chorus decātaret hymnū. Sāctus: ſanctus: ſan ctus dominus deus ſabaoth &c. Qui cū prefatis duo/ bus diaconibus detētus. Decio ceſari & ualeriano p̄ſe cto p̄ſentatus: cū nullis p̄ſuaſionibus ad ſacrificandū poſſet īclinare iuſſus eſt duci ad tēplū martis: ut aut ſacrificaret: aut ī cuſtodia mamertina recipef̄. Sed dū ſacrificare renuēs ī cuſtodiā duceref̄: beatus laurētius eius archidiacōus eidē obuiauit: & quo ipſe pater ſine filio tenderet clamare cepit: atq̄ ne ſe derelinqueret ī/ ſtanter exorauit. Sed beatus ſixtus eidē predixit: q̄ ip/ ſum nō deſerebat ſed ad martyriū precedebat: cū ipſi maiora certamīa poſt triduū deberenf̄. Mādās ut the ſauros eccleſie quos ei cōmendauerat paupibus diſpē ſaret. Quod & laurentius fideliter ad īpleuit: ut diceſ̄ īfra in eius paſſiōe. iiii. idus augu. ¶ Poſt duos dies bea tus ſixtus de cuſtodia educit̄ cū duobus diaconibus feliciſſimo & agapito: & p̄ſentatus decio & ualeriano iubenf̄ duci ad tēplū martis: & ibi ſacrificare. Quod ſi renuerent: ibidē capite trūcari. Ducti ſunt ergo foras muros porte apie ad templum martis. Et cum oraſ/ ſet ſixtus cecidit aliqua pars templi & idola cōminu/ ta ſunt. Cūq̄ duceref̄ ad decollandum beatus lauren/ tius poſt eū clamare cepit: rogans ne ſe deſereret: eo q̄ theſauros ſuos quos ſibi tradiderat iam expendiſſet. Tunc milites audientes de theſauris laurentium te/ nuerunt. Sixtum uero cū feliciſſimo & agapito ibidē decollauerunt. Chriſtiani autem cum iuſtino preſby/ bero corpus ſixti raptum ſepelierunt in cemiterio ca/ lixti uia apia. Feliciſſimi uero & agapiti poſuerunt in cemiterio pretexati. viii. idus auguſti. Referuntur etiā paſſi cum beato ſixto. iiii. alii diacones uidelicet: ianua rius: magnus: uincentius: & ſtephanus: & ſeuerus pre ſbyter & claudius ſubdiaconus: & creſcentius lector & romanus hoſtiarius. ¶ Hic fecit ordinationes du/ as per menſem decēbr̄is preſbyteros quattuor diaco/ nes ſeptem epiſcopos uero duos. Et ceſſauit epiſco/ patus dies. xx.

¶ De ſcō Sixto papa tertio. Cap. XXXI.

SIxtus papa huius noĩs.iii.natiõe romanus ex pre priſco celeſtino.i.pape in ẽpatu romano ſucceſſit:ſeditq; an.viii.& dies.viiii. Hic de regione celii mõtis:cõſtituit ut nullus clericus in pecia alterius ordinari ꝓſumat. Hic cõgregata ſynodo pro crimine ſibi illato corã.lvii.epis ſe purgauit. Et condemnat baſſus:qui hoc ei apud auguſtum crimen intulerat:ita tamen ut ultimo die uite eius uiaticum ipſi non negaret:propter humanitatem pietatis eccleſie:qui baſſus cũ defunctus eſſet corpus eius ſixtus eps manibus ꝓpriis ſepeliuit. Hic edificauit eccleſiã ſancte dei genitricis marie:que dr̃ ad preſepe:& hodie maior uocat in monte ſuperagio iuxta macellũ libye. Hic & in diſtribuẽdas pauperibus elemoſynas ſtuduit & multas auro & argento baſilicas decorauit:plenuſq; ſanctitate feliciter in xp̃o quieuit: & ſepultus eſt in uia tyburtina in crypta iuxta corpus beati laurẽtii:& ceſſauit epatus dies.xxii. Hic occidẽta liũ epoꝝ ſentẽtias neſtorii damnantes erroré: oriẽtalibus ſcripſit epis:in ſigni uolumine contentas.

¶ De ſcis mribus Iuſto & Paſtore. Cap. XXXII.

VStus & paſtor martyres apud urbẽ complutum hiſpanie puincie ſub daciano ꝓſide paſſi ſunt. Hi germani fratres xp̃ianis parentibus orti & ipſi xp̃iani: cum adhuc pueri litteris imbuerent:ad paſſionẽ animati: pictis in ſchola tabulis ſponte ad martyriũ cucurrerũt:idola ſpernentes:qui a daciano ꝓſide tenti nec auditi: eo q; dubitaret:ne ipſoꝝ utpote infantiũ exemplo alii ꝓuectiores ad martyriũ incitarent:uerberibus diris afflicti ſunt. Cũ aũt preſidi relatũ eſſet: q; ſe mutuis exhortationibus cõſtantius roborarent:eos extra ciuitatẽ adductos gladio cedi iuſſit:quoꝝ aĩas etiam ipſi gẽtiles ab ipſo xp̃o concinentibus angelis ad celũ deferri uiderunt:corpora uero a chriſtianis in eo quo paſſi fuerant loco tumulata ſunt multis clarentia ſignis: ubi & baſilica deſuper edificata eſt:paſſi ſunt autem. viii.idus auguſti.

¶ De ſcõ Donato epo & martyre. Cap. XXXIII.

DOnatus eps & martyr apud arretium cuitatẽ tuſcie paſſus eſt tẽpore iuliani ĩperatoris. Hic cũ iuliano imperatore ꝓdicto nutritus & eruditus:atq; cũ eodẽ clericus effectus eſt a ſancto pygmenio ꝓſbytero in urbe roma: qui iulianus ad ſubdiaconatus ordinem aſcendit:ipſe uero donatus lectoris officiũ ſuſcepit. Sed cũ iulianus apoſtataſſet:& in imperiũ ſublimatus eſſet patrem & matrem donati occidit. Donatus uero fugã arretium petiit:& cũ hilariano monacho habitauit. cũ quo & multis claruit ſignis. ¶ Cũ enim mulier q̃dã noĩe ſyrana gẽtilis & ceca ad eos ueniſſet:petẽs in xp̃i uirtute illuminari ab eiſdẽ:primo mentis cecitate ſanata una cũ filio ſuo:oĩa idola cõbuſſit:& ad ſatyr̃ epm arretinũ adducta ab eodẽ cũ filio baptizata eſt:& cum ſacro chriſmate liniret:oculoꝝ mox lumen recepit. ¶ Deinde donatus cum hilariano aproniani ꝓfecti ciuitatis filiũ demoniacũ aſterium nomine ad ſe adductum ab ĩmundo ſpiritu liberauit:clamante demone q; donatus ſpm de domo ſua cohartaret exire. ¶ Vir qdam euſtaſius noĩe exactor fiſci in tuſcia publicam pecuniam euphroſyne cõiugi in cuſtodia dereliquit:& abiit: Que timore hoſtiũ ſupuenientiũ pecuniam abſcondit:& repentina morte ꝓuenta ſepulta eſt. Cumq; uir eius rediens pro exactiõe theſauri cũ filiis ad ſupplicium traheret:ad donatũ cõfugit:qui una cũ ad ſepulchꝝ uxoris perrexit:& oratione fuſa euphroſynã de tumulo ex noĩe nocauit: & ubi eſſet pecunia iterrogauit. Que reſpõdit:q; ĩ ingreſſu domus ſuffoſſa iacebat: qua ibidẽ repta euſtaſius liberatus eſt. ¶ Poſt hec donatus a ſatyro epo in preſbyterꝝ ordinat:eoq; defuncto ab omni populo in epm eligit. Cũq; die quadam celebrans populũ cõicaret: & diaconus antimus ſanguinẽ xp̃i in calice uitreo populo ꝓpinaret:ſubito paganoꝝ impulſu cecidit:& calicẽ fregit. Cumq; ex hoc omnes triſtarent:donatus fragmẽtis calicis collectis oratione fuſa ipſum in formã priſtinã reſtaurauit: una aũt particula a diabolo abſcõſa defecit:q; tamẽ ad teſtimoniũ miraculi ꝓfecit. Quo ſigno uiſo.lxxix.gentilium ad xp̃m cõuerſi ſunt. ¶ Poſt dies aũt.xxviii. quadracianus auguſtalis ꝓſes tenuit beatos hilarianũ & donatum. Et primo quidẽ hilarianũ in ciuitate oſtia detentum fuſtibus cẽſum martyrẽ xp̃i fecit: ut ſupra in eius paſſiõe actũ eſt.xvii.cal.auguſti. Deinde donatũ in ciuitate arretina detentũ:cũ ſacrificare nollet:& deos blaſphemaret:iuſſit:cum lapidibus ore contundi:& deinde in cuſtodia retrudi:ubi dum egroꝝ multitudo ad eũ accedens a diuerſis langoribus ſanaret: iuſſit illum quadracianus in eadem cuſtodia capite truncari:cuius corpus a chriſtianis in eadem ciuitate tumulatum eſt.vii.idus auguſti.

¶ De ſcõ Donato epo & cõfeſſore. Cap. XXXIIII.

DOnatus eps apud ciuitatẽ epiri ueteris in tẽpore theodoſii ĩperatoris iunioris multis ibidẽ miraculis clarebat. ¶ In quodã loco nomine hiſauria erat fons aque adeo infectus:ut quicunq; de illo biberet protinus moreret. Ad quem locum ſanctus uir cum clero & populo ꝓceſſionaliter acceſſit: ut oratione aquam ſanaret. Et dum uectus aſinulo fonti appropinquaret:celo nubibus tenebrato:& fulguribus ac tonitruis erumpentibus:draco terribilis inde erupit:& pedes aſini cauda ĩuoluens contra donatum ſe erexit:quem ille leui ictu baculi percutiens:uel ut alibi legitur in os eius expuens continuo interfecit. Quem octo boum paria uix traxerunt ad ignem. Orauit autem uir ſanctus ad dominũ:& omne uenenũ a fonte fugauit. Miſſo quoq; puero cum ſitula aquã hauſtã bibit:& oĩbus ad bibẽdum ſaluberrimã exinde cõceſſit. ¶ Alias etiã dũ ipſe cũ ſociis ſiti urgeret:ſua oratione fontẽ de terra ꝓdu-

xit. ¶ Cum filia theodoſii ĩperatoris a demone uexaretur: & pr̃e adhuc gentile ad ſingula ſacrificia deorũ duceret: & nullo modo liberari poſſet. Imperator audiens de uirtutibus ſancti ip̃m ad ſe accerſiuit: & ut natã ſuam liberaret iſtanter rogauit. Qui demoné iterrogauit: unde illuc ueniſſet. Illeq; de eremo ſe ueniſſe reſpõdit: quẽ ſanctus dei ad locũ ipſum redire coegit: demonq; uniuerſam domũ cõcutiẽs euanuit. Sicq; ĩperatorẽ cũ uxore & filia & uniuerſa familia ad x̃pm cõuertit. ¶ Cũ quidã mortuus efferret aduenies creditor chirographũ protulit: dicẽs ſibi deberi ſolidos ducẽtos & iuxta legẽ ĩperialẽ nõ permittebat eũ ſepeliri. Quod cũ uxor eius donato cũ lachrymis idicaſſet: aſſerens q; homo ille pecuniã totaliter recepiſſet: aſſurgẽs homo dei ad locũ iuit: & manũ defuncti tenẽs corã oĩbus excitauit: atq; ut creditori ſatiſfaceret iuſſit. Qui reſidẽs in pheretro ip̃m de ſolutione debiti conuicit: & chirographũ manu ſcidit: atq; iubẽte ſancto iterũ obdormiuit. ¶ Cũ fere tribus annis non pluiſſet & ſterilitas magna eſſet. Infideles ad ĩperatorẽ cõueniunt: petẽtes ſibi tradi donatũ: q per artem magicã hoc feciſſet. Ad ĩperatoris ergo inſtantiã ſanctus egreſſus dominũ exorauit: & ſtatim pluuia copioſa deſcendit ceteriſq; infuſis ab imbre ipſe leuibus ĩdutus & ſiccis ueſtibus domũ rediit. Et ſic omnẽ ciuitatẽ cõſtantinopolitanã ad fidẽ cõuertit. ¶ Poſt hec ab imperatore ĩpetrauit ĩmunitatẽ loci ubi ipſe fontẽ ſanauerat. Ibiq; iuxta ciuitatẽ luſloniã eccleſiã conſtruxit & clarus uirtutibus ĩ pace quieuit. vii. idus auguſti. Corpuſq; eius poſt multos annos a uenetis inde ſublatum poſitũ eſt in eccleſia beate marie de muriano ſub ep̃atu torcellen̄ſi: ubi & ſignis mirabilibus fulget.

¶ De ſanctis Cyriaco largo & Smaragdo martyribus. Cap. XXXV.

CYriacus largus & ſmaragdus martyres rome paſſi ſunt ſub maximiano ĩperatore. Hic cyriacus a ſancto marcello papa diaconus ordinatus eſt. Cũ aũt maximianus imperator thermas edificaret noĩe diocletiãi: & x̃pianos plurimos dãnaſſet ad fodiendã harenã. Inter ceteros deducti ſunt ad miniſteriũ predictũ ſancti martyres cyriacus & ſiſinnius: qui non ſolũ ſuas ſed etiã alienas ſarcinas dei auxilio portabant. Nã cum ibi eſſet ſanctus ſaturninus ſenex: qui ex ſenectute harenam ferre nõ poterat: ſiſinnius & cyriacus ipſum ad portandũ iuuabant: ut dictũ eſt ſupra in paſſione marcelli pape. xvii. cal. februarii. Quod cũ audiſſet maximianus imperator ſaturninũ & ſiſinniũ ac cyriacũ in carcere detineri fecit. Et ſiſinniũ quidem ac ſaturninũ p diuerſa ſupplicia interemit: ut ſupra actũ eſt in paſſione eorũ. iii. cal. decẽbris. Cyriacus uero cũ duobus ſociis largo & ſmaragdo in carcere detẽtus eſt per annos tres: donec edificatis thermis diocletianus rediit de partibus aphrice. ¶ Poſt dies aũtẽ paucos filia diocletiani noĩe artemia cepit a demonio uexari: clamãte demone per os eius q; niſi cyriacus ueniret: inde nunq; diſcederet. Qua de re cyriacus cũ ſociis de cuſtodia eductus eſt: & ad filiã ĩperatoris adductus. Cui demõ dicebat: ut ſi ip̃m ex puella exire uellet: uas aliqđ ſibi daret in quo itraret. Et cũ cyriacus ſeip̃m offeret: demõ dicebat: qa in uas ſuũ intrare non poterat: quia undiq; ſignatum erat. Addiditq; cõminans: q; ſi inde ip̃m eiiceret in pſidem illũ uenire faceret. Et cũ coactus ex puella exiſſet artemia clamauit: q; deum quẽ predicat cyriacus uideret. Quã ſanctus cyriacus cũ mr̃e ſerena ad x̃pm cõuertit & baptizauit. Cui diocletianus iuxta palatiũ ſuũ domũ cõceſſit: ut ibidẽ cũ ſociis ſecurus in x̃piani tate maneret. ¶ Poſtmodicũ tẽpus uenit legatio a ſapore rege pſaꝝ ad diocletianum: ut cyriacũ ad ſe mitteret: quia filia eius iobia noĩe a diabolo uexabat. Ad preces ergo diocletiani cyriacus cũ ſociis naui ĩpoſitis neceſſariis in babyloniã letus iuit. Et cũ ad puellã perueniſſet in x̃pi noĩe ĩmundũ ſp̃m ab ea eiecit: clamãte demone p os eius q; nomen x̃pi terribile ip̃m coartabat exire. Et ſic ſanatam puellã cũ parentibus & omni cognatione numero. ccccxx. cyriacus baptizauit. Et cũ multa ſibi munera eſſent oblata recipe noluit: ſed .xly. diebus ibidẽ in pane & aqua ieiunãs tandẽ romã reuerſus eſt: & a diocletiano gratãter exceptus. Quo poſt duos menſes defuncto. Maximianus eius filius ſucceſſit. Qui iratus de ſorore ſua artemia: cyriacum comprehendit: & nudũ ac catenis ligatũ ante redã ſuam trahi fecit: ad exemplũ x̃pianorũ. Deinde ip̃m carpaſio uicario cũ ſociis tradit puniendũ. Qui picẽ reliquatã ſuper capita ipſorũ iuſſit perfundi: deinde diebus .iiii. in carcere fame macerari. Poſt hec cyriacũ edu ctum & ſacrificare nolentem iuſſit in cataſta extendi & attrahi neruis ac fuſtibus cedi. Et cũ in his hoĩbus gratias ageret: iuſſu maximiani ductus eſt uia ſalaria intra thermas ſaluſtii: & ibidẽ decollatus eſt cũ ſociis ſuis largo & ſmaragdo: & aliis x̃pianis ꝑmiſcui ſexus numero. xxi. Quorũ omniũ corpora ioãnes preſbyter in eodẽ loco ſepeliuit. Sanctũ uero cyriacũ cum largo & ſmaragdo per ſe poſuit: ſub die. xvii. cal. aprilis: poſt aliquot menſes corpora ipſorũ ſanctorũ a ſancto marcello papa & lucina matrona inde leuata ſunt & tranſlata in uia oſtenſi miliario ab urbe octauo. vi. idus auguſti: quo die prefatus pontifex ipſorum feſtum recolendum ordinauit. ¶ Carpaſius autem cum domum cyriaci impetraſſet: & ad deriſionem chriſtianorũ in loco: ubi baptizabat: ſe balnearet: & ludis ſcenicis ac epulis cum. xix. ſociis ſepius uacaret: omnes ſubito die quadam mortui ſunt. Et extunc clauſo balneo gentiles chriſtianos uenerari ceperunt.

¶ De ſcõ Seuero ep̃o uennenſi. Cap. XXXVI.

SEuerus ep̃s uiennenſi natiõe indus fide x̃pi feruentiſſimus: cauſa predicationis laboriоſiſſime ad prefatam urbem ueniens: in gentem paganorum multitudinem uerbo & miraculis ad fidem chriſti conuertit: ubi ep̃s a populo conſtitutus: poſt laudabilem uitã inibi in pace quieuit. vi. idus auguſti: conditus in baſilica ſancti ſtephani ſignis clarus.

¶ De ſcõ Hormiſda papa & cõfeſ. Cap. XXXVII.

HOrmiſda papa natione campanus de ciuitate freſclon ex patre iuſto: ſymmacho papę in pontificatu romano ſucceſſit: & ſedit annos. viiii. dies. xvii. Hic clerum compoſuit: & pſalmos canendos ordinauit. ¶ Cum aũtẽ anaſtaſius imperator in hereſim eutychianam corruiſſet: duas in chriſto naturas denegans. Hormiſda papa direxit enodiũ epiſcopum ticenenſi alioſq; cum eo conſtantinopolim legatos: quatenus anaſtaſium imperatorem & acacium patriarcham ei complicem: ſi

reſipiſcerent:ad eccleſie gremium reducerent:ſinautē anathemate ligarent:qui non ſolum eorum ſalubria monita ſpreuit:ſed etiam graui cōtumelia illos expulit: nauiq; fragili impoſitos mandauit: ne uſpiam ad aliquam grecie ciuitatem accederent. Quam eius impiam temeritatem ultio diuina ſecuta eſt. Nam. xxvii. eius iperii anno fulminis ictu percuſſus iteriit:moxq; omnes grecos ad catholicā ueritatem redeuntes hormiſda papa reconciliauit. ¶ Hic poſtq; multas elemoſynas pauperibus erogaſſet:necnon pluribus baſilicis diuerſa ornamenta contuliſſet: apud ſanctum petrū trabem argenteam mille &. xl. librarum relinquens ibidem ſepultus requieſcit:dormiuit autem in domino. vi. idus auguſti.

¶ De ſcō Hormiſda martyre. Cap. XXXVIII.

HOrmiſda martyr apud pſas paſſus eſt ſub rege ipſius prouincie ſapore:qui nobiliſſimus fuit ex patre prefecto perſaꝝ: quem dum rex ſapor chriſtianū agnoſceret: iuſſit ut nudus camelos exercitus traheret. Quod dum multis diebus patienter feciſſet: ille cum ex alto ſole aduſtum conſpicens:ueſte linea pietate motus ipſum operuit:deinde ei:ut negaret chriſtum:blandiri cepit. At ſanctus illico conciſam ueſtem depoſuit:moxq; ipſum rex indignatus gladio necari mandauit.

¶ De tranſlatione ſancti Quirici. Cap. XXXIX.

TRanſlatio corpis ſancti quirici epi & martyris apud anconā. vi. idus auguſti celebratur:quo uidelicet die ipſius beati martyris corpus ſanctiſſimum de hieroſolyma ad ipſam ciuitatem delatum multis clarens ſignis atq; miraculis digna ueneratione reconditum eſt: ut habetur in martylogio.

¶ De ſcō Romano martyre. Cap. XL.

ROmanus martyr rome paſſus eſt ſub decio ceſare. Cum enim beatus laurentius in cataſta extēſus ſcorpionibus cederetur: ut dicetur infra in eius paſſione. iiii. idus auguſti Romanns miles inter alios ibidem aſtans cepit clamare:q; uidebat ante martyrem iuuenem pulcherrimum aſſiſtentem:& uulnera eius linteo extergētē. Et cū hoc audientes decius ceſar & ualerianus prefectus magicis artibus aſcriberent:& laurentiū de cataſta ſolutum in cuſtodiā hippolyti recipi iuſſiſſent. Aſſuit romanus ad pedes eius afferens urceū cum aqua: & ſe baptizari inſtanter exorans:quem beatus laurentius credentem baptizauit. Quod cum decius audiſſet:iuſſit eum cū fuſtibus exhiberi:& cū non interrogatus ſe chriſtianū proclamaret:iuſſu decii foras muros porte ſalarie eductus:& ibidem capitali ſententia punitus eſt:cuius corpus a iuſtino pſbytero collectū: ſepultū eſt in crypta in agro uerano. v. idus auguſti.

¶ De ſanctis Secūdiano ueriano & marcelliano martyribus. Cap. XLI.

SEcundianus:uerianus:& marcellianus rome paſſi ſunt ſub decio ceſare. Secundianus enim togatus cum ueriano pictore in chriſtianos ſeuiebat: qui dum die quadā cum marcelliano eloquentiſſimo & ſapiētiſſimo oratore gentile de ſententiis diſputarent:ueniētes ad uirgilium & tractantes que de chriſto in ſuis bucolicis ſcripſerat:Magnus ab itegro ſeculorum naſcitur ordo. Iam redit & uirgo:redeunt ſaturnia regna. Et noua progenies celo demittitur alto. Et infra. Tu modo naſcenti puero quo ferrea primum Deſinet: ac toto ſurget gens aurea mundo &c. Et hec ad inuicem conferentes ea:que de xpō dicta eſſe intelligentes conuerſi ſunt:& a timotheo preſbytero baptizati atq; a ſancto ſixto papa confirmati. Quod audiens ualerianus prefectus nunciauit decio:qui eos tentos miſſoſq; cen tūcellis:tradidit eos promoto conſulari tuſcie puniē dos. A quo primum fuſtibus ceſi ſunt. Et dū in idolū conſpuentes ipſum cōminuiſſent:in equuleo ſuſpenſi:& unguibus abraſi:atq; flammis lateribus appoſitis diutius cruciati ſunt:quod dum fieret unus ex miniſtris ſubito expirauit:ceteri uero a diabolis obſeſſi ſunt. Quod cernens promotus illos decollari iuſſit & corpora eoꝝ in mari iactari. Sed diuina puidentia ad littus euecta:a quodam deodato tumulata fuerūt: in loco ubi erāt decollati. Qui paſſi ſunt. v. idus auguſti.

¶ De ſcis Firmo & Ruſtico mribus. Cap. XLII.

FIrmus & ruſticus martyres apud ueronā paſſi ſunt:ſub anolino proconſule tempo ribus maximiani iperatoris. Hi ciues bergomenſes ex eadem parētela orti ſunt:Sed firmus erat notiſſimus maximiano imperatori. Qui audiens eum xpianū miſit ad ipſum detinendū. Qué milites in uilla eius inuenientes euangeliū legentem: uinctum adducunt mediolanū. Cui occurrit & ruſticus:ſeq; xpianū profitens tentus ac ſimul ductus eſt. Imperator aūt ipſos ſacrificare nolētes a binis tornionibus fuſtibus cedi iuſſit. Et iteꝝ incluſos in cippo pedibus artari. Deinde eos anolino preſidi tradidit puniendos. Qui eos ſecum uinctos ueronā ducens dedit in cuſtodia militi caucario nomine uicario ciuitatis triduo inedia macerandos. Cum autem ille eos media nocte cauētes audiſſet:& lucem celitus effuſam ac ipſos diuinis refectos cibis uidiſſet:ad xpm cōuerſus eſt. Poſt dies. vi. iuſſu anolini educunt. Dūq; proculus eps ueroneñ. eos inſequeret:dicens ſe xpianum:& ipſe uinctus preſidi preſentatur. Qué ille ut decrepitū arbitrans inſanire in facie ceſum dimiſit:ut ſupra dictum eſt in geſtis proculi epi. v. idus decēbris. Sanctos uero martyres ſuper teſtas accenſas diutius uoluptatos in ignē miſit. Sed flāma in quattuor partes diuiſa plures incendit:ipſi uero illeſi permāſerunt. Quos pſes demū extra ciuitatē eductos & fuſtibus mactatos decollari mandauit:corporibus beſtiis derelictis. Sed caucario nocte iuxta corpora uigilāte. vii. uiri ſe negociatores aſſerentes corpa abſtulerunt nauigio impoſita & ultra non cōparuerunt. Corpora aūt ipſa diuino nutu trāſuecta ſunt ad carthaginē. puinciā in ciuitatē:que dicitur predones ibiq; ab angelis ſepulta multo tpe iacuerunt. Proceſſu uero tēporis dū terentius quidā de hiſtria ciuitate capris:haberet filium nomine gaudentium:cū eo mercationis gratia per mare diſcurrebat. Filius aūt eius repente a demone opprimitur clamante per os eius diabolo q; nemo inde ipſum eiiceret niſi firmus & ruſticus martyres. Pater autem dum ſanctorum corpora dudum nauigans requiſiſſet:tandem dei prouidentia ad locum ubi iacebat applicuit:puerq; mox liberatus eſt:ubi ſepulchrum tetigit. Pater autem ſanctorum corpora inde ſurripuit: & ad ciuitatem ſuam perducta tumulauit: ubi quie-

uerunt:donec a ſancta maria ueroneñ dicta conſola/trice ueronam reportata ſunt:ut ſupra in eius legen/da habetur calendas auguſti.Paſſi ſunt autem ſancti martyres.v.idus auguſti.

¶De ſancto Laurentio archidiacoñ.& martyr.

Cap. XLIII.

LAurentius archidiaconus eccleſie romane ſub decio ceſare & ualeriano prefecto ro/me glorioſum martyrium paſſus eſt. Hic genere hiſpanus & beati ſixti pape ſecũdi diſcipulusfuit. A quo leuita rome ordinatus una ſe/cum predicationi inſiſtebat.Eodem tempore philip/pus imperator primus ex imperatoribus & filius eius nomine philippus fidem xp̃i perceperunt conuerſi a ſancto pontio martyre. Qui philippus regnauit an/no milleſimo ab urbe condita.¶Veꝝ ipſo imperato re philippo decio occiſo:ut dicitur infra in eius paſſio ne libro.xi.philippus iunior timens fugam arripuit & theſaurum patris ac ſuũ beato ſixto pape com mẽ/dauit:ut ſi ipſum a decio interfici contingeret ipſum theſaurum pauperibus erogaret. Cum aũt decius in imperatorem electus eſſet a militibus:licet nunq̃ a ſe natu confirmatus: ꝓpter quod non imperator ſed ce ſar dictus eſt:xp̃ianorum perſecutionem exercere ce/pit:& multa milia martyꝝ per diuerſas mundi par/tes interfecit.Inter quos etiam philippus philippi ip̃e ratoris filius martyrio coronatus eſt. ¶Poſt hec de/cius de theſauro philippi inquiſitionem faciens obla/tus eſt ei beatus ſixtus tanquã qui xp̃m coleret:& im peratoris theſauros haberet.Qué decius in carcerem recipi iuſſit.Cui cum laurentius obuiaſſet clamare ce pit:quo ipſe pater ſine filio pergeret & ne ſe miniſtrũ ſuum ullomodo deſerreret.Beatus aũt ſixtus per ſpi/ritũ eidem reſpondit:q; eũ non deſerebat: ſed ad mar tyrium precedebat:cum ipſi maiora poſt triduũ cer/tamina deberentur:mandans ut theſauros ſibi com/miſſos pauperibus diſpẽſaret:pro ut hec oĩa acta ſunt ſupra in paſſione ſixti.viii. idus auguſti. Beatus ergo laurentius xp̃ianos die ac nocte diligenter inquiſiuit: & unicuiq; pro ut opus fuerat miniſtrauit:ueniẽſq; in celio mõte ad domũ cyriace uidue:que multos xp̃ia/nos in domo ſua abſconſos habebat:ipſam uiduã im poſita ei manu a longo dolore capitis liberauit:& pau peꝝ pedes lauans eiſdẽ elemoſynas cõtulit.Eadẽq; no cte in domũ cuiuſdam xp̃iani ueniens:cecũ quendam nomine creſcentium ſigno crucis facto illuminauit. Deinde uenit ad uicum patricii in crypta nepotiana: ubi inuenit iuſtinum preſbyteꝝ a ſixto papa ordina/tum:cũ quo uidelicet pauꝑ xp̃ianoꝝ ibidẽ latenti/um pedes lauit eiſq; largifluas elemoſynas conceſſit. ¶Poſt hec aũt cum beatus ſixtus ad decollandũ du/ceretur beatus laurentius poſt eũ clamare cepit rogãs ne ſe derelinqueret:eo q; theſauros eius ſibi traditos expẽdiſſet.Tunc milites audientes de theſauris laurẽ tium tenuerunt:& parthemio tribuno tradiderunt: deinde ſixtũ eꝑm decollauerunt.Parthemius aũt lau rentiũ decio preſentauit:qui ipſum ubi eſſent theſau ri eccleſie interrogauit:qui cũ uerbum ei non reſpon/deret:tradidit eũ decius ualeriano prefecto:ut aut the ſauros ꝓdat:& ſacrificet diis:aut diuerſis eũ faciat in terire tormentis.Valerianus aũt laurentiũ hippoly/to uicario in cuſtodiã tradidit:quẽ ille cum multis ali is in carcere recluſit.Erat aũt ibi quidã gentilis lucil/lus noĩe multo tẽpore detentus qui plorando lumen oculorum amiſerat.Cui cum laurentius lumen ſe re/ſtaurare promitteret:ſi in xp̃m crederet:& ſe baptiza ri permitteret:ille ſe baptizari inſtantius poſtulauit. Accepta ergo aqua ipſum laurentius de fidei articulis interrogatum baptizauit:ſtatimq; lucillus lumẽ ocu loꝝ accepit.Quapropter multi ceci ad eũ ueniebãt:& ab eo manu eis impoſita illuminati redibant.¶Cum aũt hippolytus laurentiũ de theſauris interrogaret:il leq; ei reſponderet:q; ſi in xp̃m crederet: & theſauros ei oſtenderet:& uitã eternã promitteret : cõuerſus eſt hippolytus:& cũ omni familia ſua ꝓmiſcui ſexus nu/mero.xix.ſacrum baptiſma ſuſcepit.Baptizatuſq; ani mas innocentiũ letas gaudere ſe uidiſſe ꝓhibuit.Dein de de mãdato decii hippolytus ualeriano laurentiũ p̃ ſentauit:fitq; iteꝝ ab illo inquiſitio de theſauris. Lau rentius aũt biduo inducias petiit:quas ualerianus ei/dẽ ſub hippolyti pollicitatione cõceſſit.In hoc ergo bi duo laurẽtius pauperes cecos & claudos ac debiles col legit:eoſq; in palatio ſaluſtiano corã decio & ualeria/no obtulit:dicens hos fore theſauros eternos:qui nũ/quam minuunt:ſed creſcunt:quoꝝ manus in celum theſauros eccleſie deportarũt.Cũq; decius & ualeria/nus ſe deluſos putarent:& laurentio ſuaderent:ut ar/tẽ magicã deponeret:& diis ĩmolationes deferret: ip/ſeq; deos gentiũ demonia eſſe uiua uoce reſpõdiſſet: iuſſit eũ decius ſpoliatũ ſcorpionibus cedi: deinde oẽ genus tormentoꝝ in cõſpectu eius afferri. Qui cũ ta/les epulas ſe ſemp optaſſe diceret:fecit eũ decius uin/ctũ catenis in palatiũ tiberianũ adduci:ſibiq; in tẽplo iouis tribunal parari:& cũ ip̃m iteꝝ de theſauris req/ſiſſet:ac ut oẽs ꝓphanos ſibi ſimiles declararet:reſpõ/dit laurentius:q; uere in eternis theſauris confidebat: nomina aũt eoꝝ quos decius interrogauerat in celis ſcripta fuerant:quorum aſpectibus ille indignus erat. ¶Tunc iubente decio nudus fuſtibus ceditur: dein/de a terra leuatur:& lamine ardentes ad latera eius ap ponunt. Et cũ his oĩbus martyr xp̃i gaudens gratias ageret.Deciuſq; magicis artibus eius conſtantiã aſcri beret:iuſſit eũ plumbatis diutiſſime cedi. Orauit aũt ad dominũ:ut acciperet ſpiritũ eius : uoxq; ei de celo facta eſt audientibus cunctis:q; adhuc ei multa certa/mina deberent. Cũ aũt ceſar aſtantibus diceret : q; ip/ſum per magias demones confortarent:iuſſit eum in cataſta extendi:& iteꝝ ſcorpionibus uerberari. Tunc romanus miles inter ceteros aſſiſtens ibidẽ: uidit an/

te laurentium iuuenem pulcherrimum:eius uulnera linteo extergẽte.Et cum iuſſu decii & ualeriani de caſta ſolutus hippolyto redditus eſſet cuſtodiendus: affuit romanus ad pedes eius:& urceum aque attulit: ſeq; baptizari inſtanter poſtulauit:quem beatus laurentius credentẽ baptizauit:ꝓpter quod a decio detẽtus & fuſtibus ceſus ac decollatus eſt:ut dictum eſt ſupra in eius paſſiõe.v.idus auguſti.¶Eadem nocte iuſſit ſibi decius ceſar cũ ualeriãno ꝓfecto parari tribunal in thermis olympiadis ſibiq; laurentiũ ꝓſentari.Cum aũt hippolytus fleret:& ſe chriſtianũ clamare uellet: dixit ad eũ laurentius:ut in interiori homine xp̃m abſconderet:paululũq; ſubſtineret:& dũ ipſum xp̃s uocaret:ad eum ueniret.Omnia ergo torm̃etoꝝ genera deferunt.Dixit aũt decius laurentio:ut aut ſacrificaret:aut ipſam noctem in eũ cum ſuppliciis expẽderet. Cui laurentius reſpondit:q; nox eius nihil obſcuꝝ habebat:ſed oĩa ſibi in lucẽ clarebãt:tũc iuſſit:ut os eius cũ lapidibus tunderet.Et cũ in hoc rideret:& xp̃o gratias ageret:iuſſit:ceſar:ut afferret lectus ferreus:ĩ quo requieſceret:cõtumax laurẽtius.Allatus aũt eſt lectus cũ coſtis ferreis tribus in modum craticule.Miniſtri ergo laurentiũ exunt:ſuper cratẽ ferream extendunt: & allatas prunas ſubterponunt:atq; ipſum deſup furcis ferreis compreſſerunt.& cõtinue carbones magis accenſos ſub crate miniſtrabant.Cumq; martyr xp̃i ad decium diceret:q; carbones ipſi ſibi refrigerium p̃ ſtabant:ceſari autem eternum ſupplicium miniſtrabant.Valerianus prefectus illum itez ad deoꝝ ſacrificia ſuadebat.At martyr xp̃i inter incendia conſtanter perſeuerauit:& iam morti ꝓximus ad deciũ irridens dixit:ut quia ipſum una parte ſatis aſſaſſet: aliã regyrans coctã manducaret:& gr̃as agens deo:quia ianuas celi ingredi meruiſſet:emiſit ſpiritũ.Confuſus decius cũ ualeriano ambulauit in palatiũ tyberii:relicto corpore ſup ignem:quod hippolytus ſummo diluculo aapuit:& in predio cyriace uidue:quod eſt uia tyburtina:occultauit:atq; iuſtino p̃ſbytero nunciauit:q; ambo hora ueſptina corpus tulerunt:& ibi iuxta in agro uerano in crypta ibi poſitum ſepelierunt.iiii.idus auguſti.Chriſtiani aũt ieiunantes triduo ſup corpus uigilias celebrarũt:mugitus dantes & lachrymas effundentes.paſſus eſt circa annum domini.cclx.

¶De ſcĩs centũ &.lxv.martyribus. Cap. XLIIII.

CEntum & ſexagintaquinq; martyres milites.Rome paſſi ſunt ſub aureliano ĩperatore.Quos oẽs xp̃ianos repertos idẽ ĩperator extra urbẽ uia ſalaria duci precepit & ibidem omnes ſimul capite truncari.Quoꝝ ibidem corpa a xp̃ianis recõdita ſunt.Qui paſſi ſunt.iiii.idus auguſti:ut ex martylogio adonis habetur.

¶De trãſlatione ſancte corone domini. Ca. XLV.

TRanſlatio ſancte ſpince corone domini facta eſt tp̃e caroli magni ĩperatoris:ut helli nãdus teſtatur.Cũ enim patriarcha hieroſolymitanus a paganis de ſede ſua fuiſſet expulſus ciuitaſq; uaſtata:ueniens ac conſtantinopolim ad imperatorẽ conqueſtus eſt ſibi de p̃ſecutione p̃ gentiles in xp̃ianos illata.Qui ſuper hoc miſſis litteris carolũ magnũ in ſubſidium requiſiuit. Ipſe uero congregato exercitu mare tranſiuit:& ciuitatẽ ſanctã a paganis redemit:eiſq; expugnatis patriarchã in ſede ſua repoſuit.¶Cũq; poſt uictoriam conſtantinopolim rediſſet.Imperator conſtantinopolitanus obtulit ſibi quicquid petiiſſet.Qui reliquias paſſionis dominice pro premio petiit & accepit.Nam poſt triduanũ ieiunium omni populo indictũ:cunctis ad eccleſiam conuenientibus:aperta eſt theca in qua corona xp̃i ſpinea ſeruabat.Statimq; mira odoribus reſperſa fragrãtia per totam ciuitatẽ trecenti egroti a diuerſis langoribus ſunt ſanati.Educta autẽ corona lignum eius reuiſcere cepit & flores producere.Cũq; daniel eps neapolitanus coronam ſecaret:ut pars eius carolo concederet magis adhuc floreſcere perſeuerabat. Et dũ carolus de floribus collectis thirothecam unã ex ſuis ĩpleſſet:& eam tenendã hebronio archiep̃o tribuiſſet: ut aliam ſimiliter impleret:atq; uterq; ipſoꝝ ex deuotione nimia lachrymis ꝓfuſus eſſet: putauit carolus chirothecam in manu archiep̃i poſuiſſe: ipſeq; putauit eam accepiſſe:ſed ex inundantibus lachrymis acie oculoꝝ obtuſa.neq; carolus chirothecã in manu archiep̃iſcopi poſuit:nec ipſe eam accepit. Sicq; chirotheca plena floribus in aere pependit:donec aliam rex floribus impleuit:& conuerſus primũ pendere cõſpexit.Ex quibus poſtmodũ effuſi flores predicti:in manna conuerſi ſunt quod uſq; hodie in monaſterio ſancti dionyſii ſeruatur.¶Quidam uero exiſtens cecus ſurdus & mutus:qui ipſas ĩfirmitates per annos. xxxii.paſſus fuerat:in eductione corone uiſum recepit:in ipſius ſectiõe auditum in florum emiſſione loquelam.Obtinuitq; rex partem corone & clauum dominicum:cuius tactus uirtute puer habens manum aridam cum dextero latere ſanatus eſt. Obtinuit etiã fruſtum magnum dominice crucis:ſudarium domini:camiſiam uirginis:& faſciam pueri ieſu:ac brachium ſymeonis prophete.Redienſq; domum dum eſſet in caſtro ligmedo:ipſaꝝ reliquiaꝝ uirtute & contactu mortuus unus reſurrexit. Deinde ueniẽs aquiſgrani ſanati ſunt egri quaſi innumeri a diuerſis langoribus.Sicque partem dominice corone cum aliis ſacris reliquiis premiſſis pariſius detulit:& ibidem honorifice collocauit.iii.idus auguſti.

¶De ſcõ tyburtio martyre. Cap. XLVI.

TYburtius martyr rome paſſus eſt ſub dio cletiano & maximiano ĩperatoribus:agente p̃fecto urbis fabiano.Cuius pater chromatius prefectus cum morbo grauiſſimo laboraret:& audiſſet quoniam trãquillinus eius attinens pater ſanctorum marci & marcelliani.graui infirmitate detentus a ſancto ſebaſtiano conuerſus & baptizatus ſanitatem percepiſſet:ut ſupra dictum eſt in paſſione ſancti ſebaſtiani.xiii.cal.februarii:rogauit tranquillinum:ut ad ſe adduceret illum:qui ſibi dederat ſanitatẽ.Cũq; ad eum ueniſſent ſebaſtianus & p̃ſbyter policarpus:& ipſe pro ſui ſalute exoraret:dixit ei ſebaſtianus ut prius omnia idola abnegaret:& confringendi ea ſibi poteſtatem concederet:& ſic ſanitatem acciperet.Quod cum ille licet multum renitens tandem annuiſſet:policarpus & ſebaſtianus accincti pluſq; ducenta idola cõfregerunt.Et cum ſic nec chromatius liberatus eſſet dixerunt:quia ex quo ſalutem non perceperat certum erat q; aliqua idola reſeruauerat. Tunc indicauit habere thalamum in quo erat omnis diſciplina ſtellaꝝ: pro quo pater ſuus ducẽta

auri põdera expẽderat & per hoc futura oĩa preuide/ bat. Et cũ ſuadentibus ſanctis ut ip̃m opus deſtrui cõ ſentiret: & filius eius tyburtius iuuenis opus tam pre clarum diſſolui cõtradiceret, tandem ad hoc deuenit ut duo clibani accenderent̃: ut ſi deſtructo opere pa/ ter ſuus ſanitatem nõ perciperet: ambo ſancti uiui cõ cremarent̃. Opere ergo deſtructo angelus p̃fecto ap/ paruit: & ipſum de lecto ſanum eleuauit: ſicq; chro/ matius cum filio ſuo tyburtio & omni familia ſua numero. M. cccc. promiſcui ſexus fidem perceperũt: omneſq; baptizati ſunt. ¶ Poſt hec dum feruente p/ ſecutione diocletiani & maximiani chromatius pre/ fectura depoſitus: cũ multis chriſtianis in cãpaniam exilio actus eſſet. Filius eius tyburtius amore marty/ rii flagrãs in urbe reſedit cum ſancto papa caio cõti/ nue ieiũniis & orationibus uacans. Qui die quodam trãſiens occurrit homini qui de alto lapſus adeo ca/ put & omnia mẽbra quaſſauerat: ut iã de ſola ſepul/ tura eius ageretur. Et cõuocatis ſeorſum parentibus indicauit eis uirtutem nominis chriſti. Atq; dũ ſuper corpus hominis lente dixiſſet oratione dominica & ſymbolum apoſtolor̃: ſanum & cõſolidatũ parenti/ bus reſtituit. Quos cõuerſos una cũ iuuene ad papã caium adduxit: qui eos oẽs baptizauit. ¶ Interea ſeui ente perſecutionoe torquatus quidem xp̃ianus q apo ſtatauerat: ſcõ caio pape ſe callide ſociauit: & ſimula/ ta xp̃ianitate arte egit ut ipſe una cum ſcõ tyburrio orantes ab infidelibus comprehenderentur: qui & fa biando prefecto preſentati ſunt. Et dum confeſtim torquatus xp̃m negaſſet: & hoc idem tyburtio ſua/ deret: ipſeq; magis xp̃m confiteretur. Iuſſit fabianus carbones accendi: & ut tyburtius aut thura ſuper eos diis imponeret: aut nudis pedibus deſuper ambu/ laret. Qui inuocato xp̃i nomine nuda planta ſuper carbones incedens illeſus permanſit: quem fabianus uia lauicana extra urbẽ eductum decollari precepit: ubi & ſepultus eſt. iii. idus auguſti.

¶ De ſancto Chromatio & ſociis martyribus. Cap. XLVII.

CHromatius martyr cũ ſociis ſuis marty/ riũpaſſi ſunt apud campaniam tempori/ bus diocletiani & maximiani impatorũ: q chromatius prius fuit urbis prefectus: & pater ſancti tyburtii ſupradicti: qui graui langore dudum preſſus a ſcis ſebaſtiano martyre & policar/ po p̃ſbytero ſanatus: & ad xp̃m conuerſus atq; bapti zatus eſt: ut ſupra ꝓxime actũ eſt in paſſione tybur/ tii. Cũ autem xp̃ianor̃ perſecutio ſub p̃fatis impato/ ribus ebulliret. Chromatius de cõſilio pape caii cum multitudine xp̃ianor̃ & cũ omni familia. M. cccc. nu mero ꝓmiſcui ſexus: ut p̃ſecutiõe declinarent in campaniam perrexerunt: ibiq; degentes a diocletia/ no ꝓſcripti ſunt in exilium & multa inopia afflicti in cõfeſſione xp̃i poſt longũ tempus in pace quieuerunt martyrio coronati. Quorũ dies dormitionis ignoti ſunt: unde & ſancti tyburtii paſſiõi ſubdunt̃: quorũ principalior chromatius pater ipſius tyburtii fuit.

¶ De ſcõ chromatio epõ. Cap. XLVIII.

CHromatius epiſcopus aqleieñ fuit & cla/ ruit tempore theodoſii imperatoris: & damaſi pape ſub cuius metropoli floruit heliodorus epiſcopus altineñ: de quo ſupra actum eſt in eius geſtis quinto idus iulii. Ipſe enim heliodorus hunc ſanctum chromatium uiſita/ uit: & ab eodem ordinatus altinenſis epiſcopus diu ſecum permanſit: ſacrarum litterarum ſtudiis inten dentes. Hi duo epiſcopi beato hieronymo preſbyte/ ro familiari dilectione coniuncti: plures eidem epi/ ſtolas direxerunt: & ab eodem receperunt. Ad quo rum inſtantiam libros plurimos ſacre pagine idem Hieronymus in latinum tranſtulit: & martylogium ſanctorum compilauit. Chromatius uero epiſcopus poſt laudabilem uitam & multarum uirtutum ope/ ra quibus gregem dominicum uerbo & exemplo pa/ uit: plenus ſanctitate aquileie in pace quieuit: ibidem tumulatus.

¶ De ſcã Suſanna uirgine & martyre. Cap. XLIX.

SVſanna uirgo rome paſſa eſt ſub diocle/ tiano imperatore: que fuit filia gabini pre ſbyteri fratris caii pape: de quo ſupra di/ ctum eſt in paſſione gabini. xi. calen. mar/ tii. Hec patri ſuo unica & dilecta a cunabulis chriſtia na ſacris litteris erudita eſt. Quia uero erat de genere diocletiani imperatoris: idem imperator miſſo ad pa trem eius claudio ipſius cõſanguineo & ſuſanne au/ unculo puellam filio ſuo in coniugem requiſiuit. Pa ter aũt gabinus inducias petiit: ut filie uoluntatẽ req/ reret: quam cũ requiſiſſet: illa ſe chriſto deſpõſatam reſpõdit: denegaus omnino cõiugium: potiſſime q̃a chriſtianã non decebat cultori demonum copulari. Poſt dies tres reuerſus claudius: ut eius reſpõſionẽ au diret: a ſuſanna conuerſus eſt ad chriſtũ. Reuerſuſq; domum cum omnia prepedigne uxori ſue rettuliſ/ ſet: ipſa etiam ad chriſtum cõuertitur. Et ſic ipſe clau dius cum coniuge & filio alexãdro atq; filia cutia no/ cte a ſancto caio papa baptizãtur: & ſacra euchariſtia communicantur. Claudius igitur omnibus ſuis uen ditis miniſtrare cepit egentibus chriſtiãis. ¶ Poſt di/ es autem. xlvi. ſuſanna iterum requiritur in cõiugiũ filii imperatoris per maximum comitem rei priuate eo q̃ ipſam uti ſponſam iuuenis nimium adamaret: uenienſque comes ad claudium: ut ſecum de matri/ monio tractaret: ab eodem ad fidem conuerſus eſt: & poſt dies quinque a Caio papa baptizatus: qui & ipſe cepit chriſtianis miniſtrare. Quod audiens Dio/ cletiãus ſerene auguſte uxori ſue ſuaſit: ut ſuſannam accerſitam de coniugio filii hortaretur. Auguſta ue/ ro cum eſſet occulte chriſtiana: puellam ad ſe uoca/ uit: & una ſecum ꝓ dies plures orationi uacauit. Hoc autem imperator cõperiens claudiũ cum uxore & fi/ liis: & maximo fratre ſuo iuſſit apud oſtiam in mare iactari: de quibus ſupra in eorum paſſione dictum ẽ. xii. calẽ. martii. Gabinum uero in carcere detineri fe/ cit. Suſannã uero remiſit ad ipſius domũ: ut eam ibi/ dem filius ſuus uel uiolenter polluer̃et: nolẽs palatiũ ſuum contaminari. Ingreſſus autem iuuenis ad eam noctu uidenſq; angelum ſplendidum iuxta eam ti/ muit: & fugit: aſſumptoq; curtio iterum ad eam re/ diit: qui ambo angelica uiſione exterriti fugerunt. Quod imperator audiens & maleficiis deputans: mi ſit ſuſanne ſtatuũculam iouis: ut eã aut adoraret: aut gladio periret. Quam inſufflans in puluerem rede/ git. Tunc imperator miſſo macedonio tribuno: iuſ/ ſit eam primo fuſtibus ceſam intra domum ipſius

decollari:cuius corpus a ſerena ſperatrice incrypta ſepultũ ẽ:& ſanguis in linteo collectus.iii.idus auguſti.

¶De ſancto taurino epo. L.

TAurinus eps fuit filius tarquinii nobiliſſimi romãi: & matris eutychie grece in ciuitate aureliaĩ. Ad quem uenientes duo magi: cambyſes & zari: qui fuerant ſacerdotes diane cum.xx.diſcipulis ſuis ut eum occiderent:oppoſito ſibi ſigno crucis ſubſtiterũt: nec ultra procedere ualuerũt. Quod uidẽtes magni ſcipos pre dolore ceciderũt. Illi autem.xx.a ſcõ ſunt conuerſi: & baptizati. Hoc audiens licinius prefectus ipſum cõprehẽdit:& ſacrificare nolentem uirgis cedi iuſſit. Statim manus carnificũ aruerunt:& leonilla uxor licinii conuerſa eſt tanto miraculo cõſpecto. Inter hec nunciat licinio filiũ eius marinũ cum paſchaſio armigero: q uenatiõi inſiſtebant ex equis precipites interiſſe. Cũq; illos ſcũs taurinus ſuſcitaſſet: & illi que in eternis penis uiderant enarraſſent. Conuerſus eſt licinius cum filio & armigero & aliis.M.cc. ¶Poſt hec dum zabulus princeps cũ exercitu orientalium gallos inuaderet:reuelatur taurino animas ſuoꝝ ciuium ab hoſtibus ſaluandas:locum uero penitus deſoladũ:ipm uero ad dominũ die.viii.migraturũ. Qui hec oĩa populo nũciauit:& ipos in xpo cõfortauit. Igitur diũica die ſubſequẽte celebrata miſſa:& facto ſermone populo: apparuit multitudo candidatorũ circa altare eum ad celos inuitantium:nubeſq; odore fragrans eccleſiam impleuit. Qua poſt horã recedente:inuẽtus eſt in ſede ſua manibus expanſis & oculis in celum erectis ad dominũ conuolaſſe. Dubitãtibus aũt ciuibus ne corpus ſanctũ ab hoſtibus raperetur ſepultũ:apparuit ſenior quidã :eoſq; ut ſe ſequerentur admonuit. Qui corpus ide tollẽtes quaſi tertia miliarii parte extra urbẽ ſenioré ſequunt. Qui ibidẽ ſubſtitit: & ipſum ibi ſepeliri mãdauit. Quibus adhuc heſitantibus corpus ſe erexit & ut ibidẽ conderet uiua uoce commonuit. Quod & factum eſt:poſt hec a ſeniore ut inde ueloci ter fugerent admonent. Ipſo poſt nuſq; ulterius cõparente. Illiſq; abſcedẽtibus hoſtes ſubito in ciuitatem irruerunt:& eam ut ſanctus predixerat euerterunt. Quieuit autem in domino.iii.idus auguſti.

¶De ſcis ſeptẽ dormiẽtibus mribus. Cap. LI.

SEptem dormientes in ciuitate epheſi orti ſunt. Quorũ nomina ſunt hec: maximianus:malchus:martinianus:dionyſius:ioãnes:ſerapion:& conſtantinus:& apud ipſam ciuitatem in monte celio dormientes requieſcũt ſine ulla corporum aut ueſtium corruptione. Cum enim decius imperator perſequens chriſtianos ueniſſet epheſum:& cunctos ad idoloꝝ ſacrificia compelleret:prefati ſeptem chriſtiani in ipſa urbe nobiliſſimi:in domo ſua ſecreto ſe cellantes:accuſati apud decium q; chriſtum colerent:ante ipſum ſtatuuntur:& dato eis ſpatio reſipiſcẽdi uſq; ad reditũ decii: qalio pgebat dimittunt. At illi interim primõia ſua paupibus erogãtes:inito cõſilio in mõte celio ſeceſſerũt: & ibidẽ ſecretius eẽ decreuerũt. Quibus malchus cõtiue miniſtrabat:& quotiẽs urbẽ ĩtrabat ut cibos emeret ſe medicihabitu ueſtiebat. Cũ ergo decius epheſũ re디ſſet:& eos ad ſacrificandũ pquiri iuſſiſſet. Malchus miniſter eorum ad ſocios territus rediit:& eis furoré ceſaris indicauit. Eis tamen panes allatos appoſuit:& in domino cõfortauit. Qui nimio timore pauefacti cũ lachrymis ſero comederunt:& ſe mutuis exhortationibus cõfortantes ſicut deus uoluit obdormierũt. Taliq; ſomno diuina diſpenſatione ſoporati in eodẽ loco iacuerũt uſq; ad annũ trigeſimum theodoſii iunioris per annos uidelicet. C.lxxxxvi. Mane aũt facto cũ queſiti inueniri nõ poſſent:& decius tales ſe uiros perdidiſſe doleret:accuſati ſunt q; omnia ſua pauperibus diſpenſaſſent:& hucuſq; in monte celio latuiſſent in xpianitatis ꝓpoſito permanentes. Iuſſit ergo decius parẽtes ſuos adeſſe:& minis ac terroribus ab eis extorſit:q; in ipſo mõte laterent ſicut ei fuerat per alios ſuggeſtum. Tunc cogitans quid de ipſis faceret: nutu dei iuſſit os ſpelũce lapidibus obſtrui ut ibi deficerent fame & inopia circunclauſi. Quod cum fieret duo ex miniſtris chriſtiani: theodorus & rufinus eorũ martyrium deſcribẽtes in tabulis:& ſigillãtes cautę inter lapides poſuerunt. ¶Mortuo igit decio & tota illa generatione: poſt annos.cxcvi. anno uidelicet. xxx.imperii theodoſii iunioris pullulauit hereſis eorũ qui negabant reſurrectionẽ mortuoꝝ:unde contriſtatus xpianiſſimus iperator:quia fidẽ tam impie agitari uidebat:in cinere & cilicio cum lachrymis in oꝛone quotidie perſiſtebat. Quod uidens miſericors deus confirmare ſpem de reſurrectiõe mortuoꝝ uoluit:& ita predictos martyres ſuſcitauit. Miſit ſi quidẽ in cor cuiuſdam burgẽſis epheſi:ut in illo loco edificaret ſtabula paſtoribus ſuis. Cementariis ergo ſpeluncã aperientibus ſurrexerũt ſancti:& ſe inuicẽ ſalutantes putabãt ſe una tantũ nocte dormiſſe & pridiã triſtit iam recordantes:ſe mutuo ad martyriũ exhortabantur. Iuſſeruntq; malcho ut ad urbẽ deſcenderet:& plures panes q̃ heri afferret:atq; quid iuſſiſſet decius nunciaret. Qui aſſumpto medici habitu iuxta morem.v.ſolidos accepit:& de ſpelunca exiuit: uidenſq; lapides admiratus eſt:ſed aliud cogitans de lapidibus parum curauit:ueniens ergo timidus ad portã ciuitatis:ultra modum ſtupefactus eſt: uidens ſignum crucis ſuperpoſitum & mutatã in omnibns ciuitatem. Et ad ſingulas accedens portas: ita per omnia reperit:ſignanſq; ſe ad primam portã rediit:ſe exiſtimans ſomniare. Ingreſſus tãdem cum tremore nimio homines de xpo loquentes audiuit:& maiorem ſtuporem incurrit:nec putabat illam eẽ epheſiorum ciuitatem:& cum interrogans ipſam eſſe epheſum intellexiſſet:uere ſe erraſſe putauit:& ad ſocios redire

cogitauit. Acceſſit tamen ad eos : qui panem uendebant:& cum argenteos ꝓtuliſſet:mirati uẽditores monetam incognitam:dicebant ad inuicem:ꝙ ille iuuenis theſauꝝ antiquum inueniſſet.ille uero eos ad inuicẽ colloquẽtes uidens putabat:ꝙ ipſum ad imperatorem trahere uellẽt:& territus rogabat: ut panes & nũmos retinerẽt:& ſe dimitterẽt. Qui eũ tenentes interrogabãt: ubi theſauros imperatorũ antiquorũ inueniſſet:q nõ inueniebat quid eis diceret pre timore.Miſſo igitur fune in collo eius ꝓ uicos ad medium ciuitatis trahiẽt:& exiit rumor:ꝙ iuuenis theſauros inueniſſet.Cõgregatiſq; omnibus ad eũ: ipſe a nemine cognoſci poterat:ſed nec ipſe circũſpiciens aliquẽ de ſua cognatione uidebat:quos ueraciter uiuere putabat:& nullum inueniens q̃ſi inſanus ſtabat in medio populi.Quod audientes marinus epũs & antipater ꝓcõſul:eũ ad ſe duci iuſſerũt:& cum ad eccleſiã ducere tur:ad deciũ ſe trahi exiſtimabat.Epũs igitur & ꝓconſul mirantes eũ interrogant:ubi theſauros antiquos inueniſſet.Qui reſpõdit ſe nihil inueniſſe.ſed de ſaculo parentum ſuoꝝ nũmos illos habuiſſe. Et interrogatus cuius ciuitatis eſſet:reſpõdit:ꝙ erat ipſius ciuitatis:ſi tamẽ illa eſſet ciuitas epheſina.Et iterrogatus de noĩe parentum ſuoꝝ:ut pro ipſo teſtarent: cũ ipſos nominaſſet:& nullus eos cognoſceret:dicebant eum fingere:ut aliquo modo euadere poſſet. Dicentes ꝓconſule:ꝙ pecunia illa parentum ſuoꝝ eſſe nõ poterat:eo ꝙ ſuperſcriptio fere ducentorum annoꝝ erat:quo tempore parentes ſui fuiſſe nõ poterant : & ꝙ tali modo ſapientes & ſenes epheſi uolebat delude re.luſſitq; eum tormentis tradi:donec ueritatem cõfiteretur.Tunc malchus ꝓcidens eos pro deo adiurauit:ut ei dicerent:ubi decius imperator eſſet. Epiſcopus uero reſpondit:ꝙ tunc non erat in terra: qui decius nominaretur:ſed ante longum tempus fuerat imperator.Malchus uero ſtupefactus ſtabat. narrauitq; eis ꝙ furorem decii in mõte celio cum ſociis auſugerat:& quomodo in ſero precedenti decius ipſam ciuitatem intrauerat.ut chriſtianos perſequeretur : ſe tamẽ ipſa eſſet ciuitas epheſioꝝ in cuius teſtimonium rogabat:ut ſecum irent:& ſocios ſuos eis oſtenderet. ℂ Tunc epũs cogitans:ꝙ hec eſſet diuina uiſio:cũ ꝓcõſule & uniuerſo populo ducente eos malcho perrexit ad montem celium:& ingrediente prius malcho ad ſocios inuenit epiſcopus inter lapides litteras ſigillatas duobus ſigillis argenteis ſanctorum paſſionem continentes:quas coram omni populo legit: & mirãtibus cunctis uiderunt ſanctos in ſpecu ſedentes:& facies eorum quaſi roſas florentes : omneſq; glorificabant deum cernentes corpora ipſorum & ueſtes incorruptas ac ſi ſola una nocte dormiſſent.Statimque hec omnia theodoſio imperatori per litteras ſignificare curarunt.Qui ſurgẽs de loco in quo orabat glorificans deum cõcitus uenit epheſum:ueniens quoq; ad ſpeluncam:uidit ſanctorum facies ſicut ſol refulgentes:& ꝓcidens ante ipſos ac ſingulos eoꝝ amplexans fleuit cũ gaudio dicens:ꝙ ſic eos uidebat : quaſi ſi uideret chriſtum lazaꝝ de monumento uocãtem. Qui reſpondebant:ꝙ ad hoc deus ipſos ſuſcitauerat: ut crederetur indubitanter reſurrectio mortuoꝝ.Sicut enim infans eſt in matris utero non ſentiens leſionem & uiuit:ſic fuerant uiuentes & dormiẽtes & nihil ſentiẽtes: & his dictis inclinãtes capita ſua iterum obdormierunt:quos imperator deoſculãs ſuper eos fleuit.Et cum iuſſiſſet fieri loculos aureos:in quibus mitterentur:in ipſa nocte apparuerũt imperatori dicentes:ut ſicut hactenus in terra iacuerant:ſic eos dimitteret:donec eos dominus iteꝝ in ultima reſurrectione ſuſcitaret.Iuſſit ergo impator locum illũ inauratis lapidibus adornari:& oés eos negantes reſurrectionem ab epiſcopatu deponi.Dormierũt ergo ſancti martyres prima dormitione.vi.calendas auguſti. Surrexerunt uero.iii.idus ipſius mẽſis:quo die feſtũ ipſoꝝ ſolẽnius recolitur:anno domini.ccccxlviii.

ℂ De ſancta Clara uirgine. Cap. LII.

CLara uirgo ordinis dominaꝝ pauperum ſancti damiãi de ciuitate aſſiſii nobilibus orta parentibus ab annis puerilibus chriſti ſeruitio mancipata uirginitatem ſuam domino dedicauit:que a beato franciſco ordinis minorum fundatore edocta:monitis ipſius relicto ſeculo:die dominico palmarum adhuc iuuencula ad eccleſiam in omni ueſtium ſuarum ornatu procedens: a ſummo pontifice innocentio tertio palme ramum accepit.die quoq; ſequenti ad beatum franciſcum acceſſit:& apud ſanctam mariam de portiuncula ab ipſo habitum monachalem cum humilitate petiit & aſſumpſit.Deducta ergo ad eccleſiã ſancti pauli graui perſecutione conſanguineorum ſibi excitata: ipſa in ſancto propoſito perſeuerans bella omnia triumphauit:deinde a ſancto frãciſco apud eccleſiam ſancti damiani incluſa ſororum pauperum ordinem incohauit:&.xlii.annis in ſanctitate & perfectione uite perſeuerauit.Ieiuniis quoq; & oꝛonibus ſemper intẽta paternam oẽm hereditatẽ monaſteriis eccleſiis & pauperibus diſpẽſauit.Cuiuſq; regulam prefatus papa innocentius confirmauit.Miraculis etiam pluribus & inſignibus claruit. ℂ Nam ſemel panem unicum in domo repertum:cum fratribus elemoſynã petẽtibus dimidiauit:reliquãq; medietatem inter.xl.ſorores diuidi fecit:oĩbuſq; ſaturatis plenius abũdauit. ℂ Alias etiam uas olei uacuum eius oratione repletum inuẽtum eſt. ℂ Cum tempore federici imperatoris italiã de uaſtantis:ſaraceni ab eo conducti uallem ſpoletanam depopulati eſſẽt:hi quoq; aſſiſiũ inuaſiſſent : cũ ipſa langueret:ſe in ianua clauſtri hoſtibus irruentibus opponi fecit:chriſtoq; puerulo ſibi apparente: & liberationẽ loci ac ciuitatis ꝓmittente:orans ifideles illos diuinitus nõ ſolum a monaſterio effugauit : ſed etiam ciuitatem ab eoꝝ euerſione ſaracenis mox per aliam portam quaſi in fugam exeuntibus liberauit. ℂ Alias etiam uitalẽ quendam de aduerſa ciuitatem eandem obſidentẽ ſua oratione adeo perturbauit: ut diſſoluto exercitu:mane ſequenti recederet qui poſt dies modicos iugulatus eſt . ℂ Sancta autem uirgo in principio ſue conuerſionis agnetem germanã poſtulauit a deo ſibi in eodem propoſito ſociandam: quod & obtinuit . Nam & ipſa poſt dies.xvi. relinquens mũdum religionis habitum ſuſcepit:& in eodem monaſterio una ſecum uirgo permanſit: totidemque diebus poſt eius tranſitum claram ad celeſtia ſecuta eſt. ℂ Cum aliquando in natale domini infirma lecto decumberet:matutinali officio in ſpiritu rapta preſens fuit : chriſtumq; puerum aſpexit om-

niaq; diuina corporaliter audiuit:& que geſta fuerāt rettulit:cum tamen tanto longe poſita eſſet q; uoces cantantium humanitus audire non potuiſſet. A ſero quoq; cene dominice uſq; in ſabbato ſancto de mane in extaſi aſſumpta paſſionem dominicam in ſpiritu contemplata:& ad ſe rediēs unius fere hore ſpatio pu tauerat ſe dormiſſe:Sicq; ſignis & uirtutibus clarens per annos.xxviii.longo caſtigata langore aſſiſtente ſi bi domino gregorio papa.ix.ſibi deuotiſſimo cū car/ dinalium cetu uirtutibus predita feliciter migrauit ad chriſtum pridie idus auguſti. Ab eodem pontifice in eccleſia ſancti gregorii tumulata:ubi & qeſcit mi/ raculis clarens.

¶De ſancto Euplo martyre. Cap. LIII.

EVplus martyr in ciuitate cataniēſium tē/ poribus diocletiani & maximiani impe/ ratorum paſſus eſt ſub caluiſiano cōſula/ ri. Dū enim idem caluiſianus in tēplo ido lorum ſacrificaret:& euplus ſe chriſtianū publice ꝓ/ clamaret tentus eſt:& queſitus quem deum coleret. Qui cum quattuor euangeliorum codicem quem ſe cum habet aperuiſſet:& coram eo legiſſet chriſtum confitendo ab eodem iudice diutius tortus:deīde cō/ tra eum dictata ſentētia decollatus eſt pridie idus au/ guſti. Sepultuſq; eſt in ipſa ciuitate.

¶De ſcā Hilaria & ſociabus mr̄ibus. Cap. LIIII.

EHilaria martyr mr̄ ſancte aphre fuit. De q̄ ſupra dictum eſt nonis auguſti. Que cum ancillis filie ſue:digna:eumenia:& eutro/ pia apud cretam in ciuitate auguſta paſſa eſt. He cum corpus predicte aphre martyris ſepeliſ/ ſent:die ſequenti ad tumulū eius orātes reperte ſunt & comprehenſe:atq; iudici preſentate. Que dū chri/ ſtum confiterentur in monumento de lignis facto ī/ cluſe ſunt:& catenis uincte:ipſoq; tumulo feno & ſpi nis repleto:igne ſuppoſito:martyrium compleuerūt pridie idus auguſti. Quarum corpora iuxta aphram martyrem condita ſunt.

¶De ſcīs Quiriaco & ſociis mr̄ibus. Cap. LV.

QViriacus:largus: creſcētianus: meminia: iuliana:leonides:eutythianus: diomeda: chariton:philadelphus: agapes & petrus cū aliis.xiii. apud eandem ciuitatē augu/ ſtam in creta paſſi ſunt. Qui omnes ꝓ confeſſione no minis xp̄i decollati martyriū conſumauerunt pridie idus auguſti. Hec ado ex martylogio hieronymi.

¶De ſcīs Hippolyto & ſociis mr̄ibus. Ca. LVI.

HIppolytus & omnis eius familia utriuſq; ſexus numero.xix. rome poſſi ſunt ſub de cio ceſare & ualeriano prefecto. Cū enim hippolytus beatum laurentium in cuſto/ dia haberet ſibi a prefecto ualeriano cōmendatum:& uidiſſet eum manus ſuper oculos cecoꝝ imponentē: & eos illuminantem conuerſus eſt & eum omni do/ mo ſua baptizatus:ut dictum eſt ſupra in paſſiōe lau rentii.iiii.idus auguſti. Poſtq̄ autem corpus beati lau rentii cū iuſtino preſbytero ſepeliſſet:uenit domū:& dans pacē omnibus ſeruis & ancillis ſuis:oēs ſacramē to altaris quod iuſtinus preſbyter obtulerat cōmuni cauit:& poſita menſa prius q̄ cibū ſumeret:uenientes milites eum rapuerūt:& ad decium adduxerūt. Quē decius interrogauit:an magus effectus eſſet:eo q; cor pus laurentii abſtuliſſet:illeque reſpondit:ſe non eſſe magū ſed chriſtianum. Tunc decius fecit eū expoliari habitu chriſtiano:& os eius lapidibus tūdi: agens ut ſacrificaret:ne per torméta ſicut laurētius periret. Cū aūt diceret ſe uelle exemplū beati martyris laurentii imitari:iuſſit eum decius fuſtibus cedi:& cardis fer/ reis laniari:& tum tormenta huiuſmodi derideret: fecit ipſum ueſtiri ueſte militari: qua ante utebatur: hortans ut amicitiam & militiam priſtinam obtine/ ret:cui hippolytus ſe Chriſto militare dicebat:quem tradidit Decius Valeriano prefecto:ut omnes eius fa cultates acciperet:& tormentis afficeret. ¶Valeria/ nus autem inuenta omni eius familia chriſtiana om nes ſibi exhiberi precepit: & cum ad ſacrificia coge/ rentur:concordia nutrix hippolyti pro omnibus re/ ſpondit:q; optabant cum domino ſuo magis pudice mori q̄ impudice uiuere. Valerianus autem dicens: q; genus ſeruorum niſi per ſupplicia non emenda/ tur: iuſſit eam preſente ſancto Hippolyto tam plū/ batis cedi: quouſque ſpiritum emitteret:deinde ex/ tra portam tyburtinam ſanctum Hippolytum cum omni eius familia duci fecit: quos cum ipſe ad mar/ tyrium hortaretur: iuſſit Valerianus eos omnes in conſpectu ſancti Hippolyti decollari: ipſum ue/ ro pedibus ad colla īdomitorum equorum ligari fe/ cit: qui ſic per cardos & tribulos tractus emiſit ſpi/ ritum. Quorum corpora iuſtinus preſbyter rapu/ it: & iuxta corpus beati Laurentii in agro uerano ſepeliuit. Corpus uero concordie inuenire non po/ terat:quia fuerat in cloacam proiectum. Miles au/ tem quidam nomine porphyrius credens concordi/ am aurum & margaritas in ueſtibus habere: quen/ dam cloacarium nomine ireneum: qui erat occul/ te chriſtianus aduocauit:& ei ſecretius ubi corpus eſ/ ſet intimauit: promiſſione ſibi facta: q; aurum uel gemmas repertas eidem concederet: ipſe uero cor/ pus haberet. Cumque ei locum indicaſſet:& extra/ cto corpore nihil inueniſſet:porphyrius fugit:& ire/ neus uocato alio chriſtiano nomine abundio corpus ad iuſtinum preſbyterum detulit:qui illud iuxta cor pora Hippolyti & aliorum ſepeliuit. Paſſi ſunt aūt idibus auguſti.

¶De ſancto Hippolyto ep̄o. Cap. LVII.

HIppolytus ep̄s aphricanus claruit tempo/ re alexandri imperatoris:qui uite ſancti/ tate plenus & doctrine ſuauitate melli/ fluus plurima in dei eccleſia opuſcula cō/

didit:uidelicet librũ de paſcha compoſuit.Itẽ in exameron.Item contra martionem.Item in cantica canticorum.Item in geneſim.In zachariam prophetam In librũ pſalmorum.In iſaia.In daniele.In apocalypſi.In puerbiis.In eccleſiaſtice cõmentarios edidit.Librũ compoſuit de ſaule & phythoniſſa.De antichriſto.De reſurrectione.De laude domini ſaluatoris:& proſhomelion:& plenus uirtutibus in pace quieuit: ut dicit gẽnadius libro de illuſtribus.

¶ De ſcõ Caſſiano epõ & maſe. Cap. LVIII.

CAſſianus epiſcopus paſſus eſt apud ciuitatẽ forum ſylle ſiue cornelii a ſylla cornelio duce romanoꝝ dictam que nunc imola nuncupat.Hic genere nobilis pontifex fuit ciuitatis brixinenſi:que ciuitas ẽ in affinibus allemanie poſita:q peregrinationis gra uenit ad imolenſem ciuitatẽ:ubi dũ ſcholas puerorꝝ regeret:& chriſtũ dominũ predicaret tpe perſecutionis a paganis tẽtus queſitũ eſt qd artis:aut quid haberet officii.Reſponſumq; eſt:q; pueros lris erudieret:Statiq; a pſecutore qué ſpreuerat:per ſniam addictũ eſt:ut ipſius diſcipuli in magri ſanguiné quo uellent:cũ corporis lacerationе ſeuirent.Statuitur ergo in mediũ ſpoliatus: & poſt terga ligatus manibus.Armati itaq; ſtilis pueri circũſtates ac tabulis illudebãt mgro:& in capite ipſius fractis tabellis acutiſſimis ſtilis mẽbra eius non ceſſabant effodere.Multis itaq; uulneribus dei martyr perfoſſus:uix retrahens ſuſpiria:humili eos hortabatur uoce:ut eſſent uiribus fortiores: & eos nos uirtute tranſcenderent.Sicq; per uenas totius corporis ſanguis effuſus piam animam conditori ſuo cum gloria reddidit & corona & ſepultus iacet in ipſa ciuitate:qui paſſus eſt idibus auguſti.

¶ De ſancto Caſſiano preſbytero & confeſſore. Cap. LIX.

CAſſianus preſbyter de quo frater uincentius & gẽnadius:claruit tẽpore honorii iperatoris:uir illuſtris & facũdus. Alio nomine dictus ioãnes eremita. Qui de eccleſia conſtantinopolitana per hereticos eiectus in maſſilia gallie preſbyter ordinatus:duo condidit monaſteria uiroꝝ & mulierum que hodie extant. ¶ Scripſit multa opuſcula ad fidei nre exhortationé. Scripſit.n.uitas patrũ in egypto degentiũ & regulas: que multaꝝ animarum edificationé cõtinent:& luculento ſermone niteſcũt.Scripſit & res oĩum monachoꝝ neceſſarias.i.debitũ & de canonica oõne atq; pſalmodia:que in egypti monaſteriis die noctuq; tenetur libros quattuor:Inſtitutionum librum.i. De origine & qualitate ac remediis.viiii. prĩcipalium uitiorum libros octo ſingula ſingulis explicans.Digeſſit & collationes cum patribus egyptiis habitas: uidelicet de deſtinatione monachi ac fide.De diſtrictione.De tribus ad ſeruiendum deo uocationibus.De pugna carnis aduerſus ſpiritum:& ſpiritus aduerſus carné. De natura omnium uitiorum.De nece ſanctorũ.De nobilitate anime.De principibus.De qualitate orationis.De perfectis.De caſtitate. De protectione dei. De ſcientia ſpirituali.De diuinis chariſmatibus. De amicitia.De diffiniendo uel non diffiniendo. De tribus antiquis generibus monachorum: & quarto nuper exorto. De fide cenobite & eremite. De ſatiſfactione penitentie.De remiſſione quĩquageſime.De nocturnis illuſionibus.De eo quod dicit apoſtolus.Non enĩ quod uolo facio bonum:ſed quod nolo malum hoc ago.De mortificatione:ad extremum rogatus a leone archidiacono poſtmodum romano epiſcopo: aduerſus neſtorium de incarnatione dominí.vii. condidit libros:in qbus apud maſſiliã ſcribendi:& uite terminũ dedit.Imperantibus theodoſio & ualẽtiniano.

¶ De ſancta Radegunde regina. Cap. LX.

RAdegundis regina nitigorũ nobiliſſima clotharii regis francoꝝ uxor:claruit anno.xxx.iuſtini imperatoris:ut ait ſigibertus.Hec natione barbara patre regе berẽgario noĩe progenita:dum regio ſua a frãcis eſſet depopulata:de patria ſua in galliã in predã abducta: ueniens in ſortem clotharii ob nimiã ſpecioſitatem abeo in coniugem ducta eſt. Que tamen deo potius q̃ regi ſeruiebat ieiuniis: uidelicet elemoſynis & orationibus uacans carnem cicilio domans: deſuper regalibus induebatur. Adhuc in palatio regis conſiſtens: dum in prurina uilla per pomerium ambularet:& audiſſet uoces compeditorum eius miſericordiam implorantium:pro ipſis in orationem ſe dedit: & cõtritis cõpedibus illico omnes abſoluit. Dum autem frater regis in bello occiſus eſſet: ille ex hoc motus uxori dudũ poſtulatã & optatã petitionẽ cõceſſit: q;.ſi.deo libere ſeruire poſſet. Que ueniẽs ad ſanctum medardũ nouionenſi epm:ab eo cõſecratur in Xpi ſpõſam:& pictauis monaſterio cõſtructo: ordinante rege clothario ibidẽ ſe ĩcluſit: omnibus ſuis paupibus traditis:multiſq; in ibi ſororibus cõgregatis: earum abbatiſſa facta cum eiſdem ancills xpi in ſanctitate uite pollens ſolis diuinis inſiſtebat: pauperes quotidie recreans:& carnem penitentia dira caſtigans. Multis quoq; miraculis claruit. ¶ Nam mulierem a diabolo obſeſſam ſolo imperio in xpi nomine liberauit: qui cũ fluxu uentris ea in eccleſie pauimẽto diſtẽta egreſſus eſt. ¶ Arborem lauri de aliquo loco euulſam & in horto ſuo pro ſolatio tranſplantatam:dum aruiſſet:omnino ad uitam & uiriditatem reuocauit. ¶ Infantulam unam ex monachabus nuper defunctam in cellula ſua recluſam dudum ſuper corpus orãs cũ lachrymis a mortuis ſuſcitauit. ¶ Cũ imperator iuſtinus eidem per nuncios ſuos partem ligni crucis dominice auro contectam deſtinaſſet: illiq; redeũtes in mari naufragium paterentur:ſanctã inuocantes regina:columbã tertio circa nauem uolantem cõſpiciunt. Cui dũ unus ex cauda tres pennas auelleret:& in mare miſiſſet:tranquillitas mox ſubſecuta eſt. ¶ Tribunus quidam nomine domebenus gutturis preſocationem patiens:die quo ſancta migrauit a carne:uidet in extaſi reginam radegundem ad ſe uenientem & eadem hora ſe de corpore exiſſe nunciantem: eũq; admonentem:ut eccleſiam ſancti martini in loco ſibi oſtenſo edificet:& detentos relaxet: & ſic ſanitatem recipiet. Qui poſtquã hec promiſit ad ſe rediit: ſeque ſanatum reperiens:diem horamq; notauit: & inuenit ſanctam a ſeculo tunc migraſſe:unde mox dimiſſis.lxxiii.detentis in uinculis eccleſiam ſancti martini in loco ubi nunc eſt de proprio edificauit. Quieuit in pace ſancta radegundis ĩdibus auguſti in ſuo cenobio pictauis tumulata.

¶De ſancto Helia propheta. Cap. LXI.

HElias propheta de galaad originem trahens:cuius tamen nomē patris in ſcriptura non habet:non ſolū eccleſiaſtici.xlviii. cap.Inter patres antiq; ꝓpis glorioſus commendat:ſed etiā ab ipſo ſaluatore in aliq; euāgelii parte magnificat.Qui ꝑpe achab regis iſrael & iorā filii eius in iſrael claruit:non ſolū inſignis ꝓphetie gratia: ſed etiā excellenti miraculoꝝ gloria: que a.xvii.ca.iii. libri regū uſq; ad ſecūdū quarti cōmemorant. ¶Cū enim achab rex iſrael ad inſtantiā impie cōiugis iezabelis oēm iſrael adeo preuaricare & baal adorare feciſſet:ad preces helie prophete in ultionē tanti ſceleris: dominus clauſit celū:nec dedit pluuiā ſuper terrā annis tribus & mēſibus ſex: ꝓpter quod fames & ſterilitas magna fuit ꝑ uniuerſum regnū iſrael. Helias aūt ex ꝑcepto domini latuit in torrēte charit iuxta iordanem:ubi corui deferebant ei panes & carnes mane & ueſpere & bibebat de torrente donec ſiccaret. Poſtea uero ueniēs in ſareptā ſidonioꝝ que eſt inter tyrum & ſidonem urbs modica:uidit mulierem uiduā colligentem ligna.Ad quam cum petiiſſet modicū aque ad bibendum:& illa pergeret ut afferret:petiit & buccellam panis ad edendum.Cumq; illa diceret ſe non habere niſi modicum farine in hydria quantū eſt pugillus & parum olei in lecytho. Iuſſit helias ſibi fieri ſubcineritium panem de ipſa farina: promittens per nomen domini:quia nec farina nec oleum deficerent uſq; ad tempus fertilitatis.Et ſicut ipſe predixerat ſic factum eſt. ¶Deinde cū filius uidue ipſius apud quā helias commanebat defunctus eſſet. Helias puerum mortuum ſuper lectulum ſuum poſuit: & oratione facta eum a mortuis ſuſcitauit.Hunc tradunt hebrei fuiſſe ionam prophetam:ſicut dictum eſt ſupra in geſtis ione prophete.vi.calen.februarii.Tunc iezabel regina omnes prophetas domini quos inuenire potuit occidi mandauit. Abdias uero procurator domus achab abſcondit in ſpelunca.ioo.uiros prophetas: & pauit eos pane & aqua:propter quod poſtmodū ſpiritu prophetico dotatus eſt.De quo ſupra actum eſt in geſtis eius.ix.calen.ianuarii. ¶Poſt tres annos & dimidiū ſterilitatis & famis helias ꝓpheta:qui uſq; tūc latuerat:achab regi iſrael ſe oſtendit:dū ipſe rex propter ſterilitatē quereret pabula equis ſuis:& non inueniret:increpauitq; eū ꝓpheta:q; dominum reliquiſſet:& deos gentiū ſequeretur:& coleret:Deinde hortatu eius ad imperium regis cōgregatis multitudine populi & octingentis & qnquaginta ꝓphetis baal in mōte carmeli:Helias ad populū ait:ne in duas partes claudicaret ſed aut dominū deum patrum ſuoꝝ:aut baal ſequerent:deditq; eis optionē talē:ut duo boues educerentur:quoꝝ unus daret ꝓphetis baal: & alius ſibi ſoli:& una queq; pars bouem ſuū in fruſta conciſum ſuper ligna poneret:igne non ſuppoſito:& inuocaret deū ſuum:& qui exaudiret igne dato de ſublimi:ipſe eſſet uerus deus. Placuitq; ꝓpoſitio populo. Cūq; ſacerdotes baal feciſſent:quod dixerat helias inuocantes baal a mane uſq; ad meridiem tranſiliebāt altare:quod fecerāt:& incidebant ſe iuxta ritum ipſorum lanceolis:ut ſanguine perfunderent. Demones enim plurimum delectantur perfuſiōe ſanguinis humani.Tunc helias p̄ſente populo altare ipſorum deſtruxit:& nouo in honorē domini conſtructo ligna & fruſta bouis ſuperpoſuit:& aquā abundanter deſuper iactare fecit:donec aqueductus impleret: ne putarent arte magica ipſum de uiſceribus terre ignem ſuſcitaſſe.Factaq; oratione ignis de celo deſcendit: qui holocauſtum ligna & lapides ac puluerem:etiā ipām aquā cōſumpſit.Quo uiſo miraculo populus cōuerſus eſt:& iuſſu helie oēs prophetas baal occidit iuxta torrentē ciſon. ¶Deīde dixit achab:ut comederet:& feſtināter deſcenderet:ne ipm pluuia ſuperuētura occuparet.quo comedēte helias inclinato capite orauit: & miſſo puero ſepties ad uidendū contra mare: ſeptima uice uidit nubeculā aſcendentē:que uſq; tunc nō apparuerat.Feſtināteq; achab domū:facta eſt pluuia grādis:& oēm terram irrigauit. Iezabel autē audito qđ helias fecerat de ꝓphetis baal querebat:ut occideret eū:q timēs fugit ī berſabe iuda:& dimiſit ibi puerū ſuum:& perrexit in deſertū uia unius diei: ſedēſq; ſubter iunipeꝝ:petiuit anime ſue: ut moreret: poſt modū uero dormitauit:& excitatus ab angelo & cōfortatus:atq; pane celico ei delato refectus ambulauit in fortitudine cibi illius.xl.diebus:uſq; ad montē dei oreb:ubi preceptum accepit a deo de ungendo azael regem ſuper ſyriam in damaſcum:& iehu filium nāſi regem ſuper iſrael:& heliſeū filium ſaphat de abela in ꝓphetam pro ſe:ut iſti tres interficerent idolatras iſrael.Que omnia helias adimpleuit iuxta mandatum domini. ¶Mortuo uero achab rege iſrael:regnauit pro eo filius eius ochozias qui ambulauit in uiis malis patris ſui & matris ſue impie iezabelis:propter quod deus puniuit eū:ut cadens de cācello cenaculi ſui ad mortem egrotaret & ſamaria ciuitate.Miſitq; nuncios ad conſulendū beelzabuth deum achaROB:an liberari poſſit de infirmitate ſua:quibus exꝑcepto dei occurrēs helias:eos redarguit:dicēs q; ochozias de ipſa egritudine moreret.Cumq; rediſſent nūcii ad regem:& ei uerba narraſſent:queſito ab eis de habitu uiri:itellexit ipſum eſſe heliā: miſitq; ad eum principem quinquagenariū & quinq̄ginta:qui erant ſub eo:ut uocarent heliam uel inuitum traherent.Et ad mandatum helie deſcendit ignis de celo: & deuorauit eos.Rex quoq; miſit alium quinquagenariū & ſuos quinquaginta:qui ſimilia paſſi ſunt. Deſtinatus uero tertius:q abdias fuiſſe dicit:curuauit genua cōtra heliā:& eius miſericordiā imploraūit.Et ꝓpheta domini cū eo iubēte angelo de mōte deſcendit: & ingreſſus ad ochoziā ipm de idolatria redarguit: mortēq; ei imminere ꝓphetauit:qui & mortuus eſt iuxta uerbum helie. Pro quo ioram frater eius regna-

uit:eo q̃ ochozias filiũ nõ haberet.℣ Anno uero primo ioram regis iſrael:cum helie reuelatũ eſſet: q̃ deus ipſum tollere uellet:iuerunt helias & heliſeus de galgalis in bethel:& deĩde in hiericho:ac demum deuenerunt ad iordanem ſequentibus eos quinq̃ginta ex filiis prophetarum:qui diuino ſpiritu raptum helie prenouerant.Tunc helias ſtans ſuper ripam iordanis:tulit pallium ſuum:& percuſſit aquas: que diuiſe ſunt in duas partes:& tranſierunt ambo per ſicum:helias uidelicet & heliſeis.Dixitq̃ helias ad heliſeum:ut peteret quod uellet ab eo: antequã ab ipſo tolleretur.Qui petiit:ut duplex ſpiritus eius in eo requieſceret ſcilicet ad prophetandum & miracula faciendum.Cũq̃ pergentes ad inuicem loquerentur, helias curru igneo & equis igneis raptus eſt ab heliſeo & per turbinem in celum:hoc eſt in ſuperiora aeris aſcendit:tranſlatuſq̃ eſt in paradiſum terreſtrem ut creditur:ubi cum enoch corporaliter uiuit reditu ri in fine ſeculi:& contra antichriſtum cõflictum habituri:quos ipſe demum occidet:ſed eos dominus ſuſcitabit:ut habetur apocal.xi. Leuauit autem heliſeus pallium helie:quod ceciderat ei:& percuſſis aquis iordanis ſecunda uice diuiſe ſunt: & tranſiuit heliſeus per ſiccum ad aliam ripam ubi erant filii prophetarum:qui uiſo miraculo diuiſionis aquarum intellexerunt ſpiritum helie in heliſeo quieuiſſe. Celebratur autem dies raptus helie prophete ab hebreis decimonono calendas ſeptembris: quo die tradunt eum in paradiſum fuiſſe tranſlatum. Hec ex libris tertio & quarto regum:capitulis quibus ſupra:ex dictis ioſephi:& hieronymi:& ex hiſtoria ſcholaſtica: atque ex chronica guilelmi.

℣De ſcõ Euſebio preſbytero. Cap. LXII.

EVſebius preſbyter rome claruit tempore conſtantii auguſti: & liberii pape hereticorum:qui uir catholicus & doctrina p̃clarus: dum fidem catholicam conſtanter defenſaret:& conſtantium auguſtũ atq̃ liberium urbis rome epiſcopum hereticos predicaret:eo q̃ arriane fidei conſenſiſſent.Ab eodem cõſtantio rogatu liberii detentus eſt: & in quodam cubiculo domus ſue incluſus habẽte in latitudine pedes.iiii.& ibi multis mẽſibus in oratione perſeuerauit.Incluſus tamen adhuc poſt mẽſes.vii.dormitionem accepit.xix.calẽ. ſeptẽbris.Cuius corpus gregorius & oroſius preſbyteri ſepelierunt uia apia in cemiterio calixti:iuxta corpus beati ſixti pape & martyris in crypta. Quod audiens conſtantius auguſtus gregorium preſbyterum cepit:& uiuum in eadem crypta ſepeliuit:ubi poſt dies tres in pace quieuit.

℣De ſcõ Euſebio epõ emeſſeno. Cap. LXIII.

EVſebius eps emeſſenus tẽpore cõſtantii ĩperatoris claruit:q uir elegantis rhetorici q̃ ĩgenii innumerabiles cõpoſuit libros magis ſecutus hiſtoriã:& q ad plauſum p tinent ab his q declamare uolunt maxime leguntur. Quoꝝ precipui ſunt aduerſus iudeos & gentiles atq̃ nouatianos. Ad galatas quoq̃ ſcripſit libros.x. Et in euangeliis homelias plurimas breues.Quieuit aũt in xpo apud antiochiam.Ibidem ſepultus in pace. Hec hieronymus libro de uiris illuſtribus.

℣De ſancto Euſebio abbate. Cap. LXIIII.

EVſebius abbas diſcipulus beati hieronymi fuit.Hic natione cremonẽſis nobili p ſapia ortus:cũ ad terram ſanctã uiſitandã perrexiſſet beatum hieronymũ ibidẽ reperit qui apud bethleem paruũ monachoꝝ conſtruxerat de nouo cenobiũ.Cuius ſapiẽtia & moribus accenſus relicto ſeculo ei adheſit:& mõachus factus in ſancte cõuerſatiõis ordine uitã laudabilẽ duxit. Que & hieronymus decedẽs eidẽ cõgregatiõi in abbatẽ p̃fecit:& eidẽ bibliothecã ſuam cõmẽdauit. ℣ Cũ poſt obitũ beati hierõymi grecoꝝ quedã hereſis pullulaſſet:aſſerens q̃ aĩe beatoꝝ uſq̃ ad corpoꝝ reſumptionẽ eternã:non p̃cipiunt gloriã:nec aĩe damnatoꝝ ſentiunt gehẽne penã:multiſq̃ fidelibus tali errore iuolutis cũ talis opinio in p̃tibus hieroſolymitanis reſonaſſet:p cyrillum ep̃m hieroſolymitanũ indictũ eſt triduanũ ieiuniũ cũ aſſidua oratione cũctis fidelibus: ut deus ſue fidei catholice ſubueniret.Expletis aũt tribus diebus nocte p̃cedente apparuit beatus hieronymus.Euſebio in oratione cũ lachrymis cõſtituto dicens:q̃ deus fideles ſuos reſpexerat: & q̃ interuentu ipſius eccleſie ſue ſubuenire decreuerat. Mãdauit ergo ut trium iuuenum in ipſa nocte in bethleẽ defunctoꝝ corpora ante foſſam in que corpus ipſius doctoris q̃ſcebat deferri faceret: que ſacco cilicino quo uiuus induebatur tangeret:qui cõtinuo reſurgerent:& predictam hereſim uti teſtes ueridici cõfutarẽt.Qui iteꝝ poſt dies.xx.in xp̃o quieſcerent:cũ quibus & ipſe euſebius migrare deberet.Mane auté facto: cyrillo ep̃o uiſio per euſebium narrat:omniſq̃ clerus & populus in eccleſia bethleem cõgregatur:trium iuuenũ ipſa nocte defunctorum cadauera ad tumbam hieronymi deferuntur:& per euſebium ipſius ſacco cilicino tanguntur.Mox quoq̃ iuuenes quaſi de ſomno euigilantes ſurrexerunt:& que uiderant in alio ſeculo in gloria & in gehẽna cunctis populis narrauerũt: & ſic grecoꝝ hereſim cõfuderunt:per triduũ uero ante dies illos.xx.quibus hieronymus predixerat: euſebius egrotare cepit & per dies.iii.febre correptus eccleſiaſticis ſacramentis cõmunitus apparente ſibi beato hieronymo & ipſum ad celeſtia uocate in domino feliciter pauſauit.Eadem q̃ hora prefati tres iuuenes iteꝝ a corpore migrauerũt.Corpus aũt euſebii iuxta corpus hieronymi ſepultum fuit. In cuius ſepultura monachus qui lumen oculorum dudum amiſerat cadauer deoſculatus uiſum recepit.

℣De aſſũptione beate uirginis marie. LXV.

Aſſumptio glorioſe uirginis marie in anima facta eſt xviii calen ſeptembris ut ſancta tradit eccleſia. In anima dixi quia ipſa & in corpore aſſumpta eſt: ut infra pluribus rationibus comprobatur. Aſſumptio autem ipſius facta in corpore ſecundū quod in eius hiſtoria īſcripta traditur: facta eſt tertio die poſt eius diſſolutionē anime a corpore quo uidelicet die aīa corpori eius reunita: & ipſa corporaliter eſt aſſumpta. ſ. xv. cal. ſeptēbris. In uiſione aūt ſancte heliſabet de ſconangia habetur: q̄ beata uirgo. xl. die ab obitu eius fuerit in corpore aſſumpta: uidelicet. ix. cal. octobris: ſicut ei dē ſancte fuit diuinitus reuelatum. Sed quicqd ueritatis ſit de corporali aſſumptione: planū eſt quod tenet eccleſia de anime ſue glorificatione. Qualiter aūt ipſa aſſumptio facta ſit: ex quodā libello licet apocripho: qui ioanni euāgeliſte aſcribit̄ edocetur. ¶ Apoſtolis nāq̄ predicationis gratia diuerſas mūdi partes ſubeūtibus: uirgo beata in domo iuxta mōtem ſyon poſita dicitur remanſiſſe: omniaq̄ loca filii ſui. ſ. natiuitatis: baptiſmi: paſſionis: ſepulture: reſurrectionis: & aſcēſionis quoaduixit: deuotiōe ſedula uiſitabat. Et ſecūdum q̄ ait epiphanius. xxiiii. annis poſt aſcenſionem chriſti ſuperuixit. Refert enim q̄ beata uirgo annoꝝ. xiiii. xp̄m concepit: & in. xv. peperit: & cum eo manſit annis. xxxiii. & ſecūdū hoc obiit annoꝝ. lxxii. Aliis ꝓbabilius uidetur: ut. xii. annis filio ſuperuixerit: & ſic ſexagenaria ſit aſſumpta: cum apoſtoli totidē annis in iudea & circa partes ip̄as predicauerint: ſicut ecclēſiaſtica hiſtoria tradit. In uiſione aūt predicte heliſabet aſſeritur: q̄ uirgo maria poſt xp̄i aſcenſionē anno integro ſuperuixit: & tot diebus ultra annū: quot ſunt ab aſcenſione xp̄i uſq̄ ad aſſumptionē uirginis: & hoc uerius iudicat̄ ex eo q̄ dicit dionyſius: oēs apoſtolos dormitioni uirginis interfuiſſe: quod eſſe non potuiſſet: ſi ipſa poſt aſcenſionē ulterius uixiſſet. Cū iacobus apoſtolus filius zebedei paſſus fuerit ad litterā biennio poſt domini paſſionē. ¶ Cum igit̄ die q̄dā cor uirginis in filii deſideriū uehementer eſſet accenſum: ita ut in lachrymas ꝓrumperet abundanter gabriel angelus eidem cū lumine aſtitit: eāq̄ reuerenter ſalutauit: ac eidē ex parte eius filii dixit: q̄ poſt triduum eſſet a carne migrata: & cū chriſto perpetuo regnatura. Ramū quoq̄ palme eidē de paradiſo allatū preſentauit: quē ante eius pheretrū portari mādauit. Virgo aūt de nuncio leta deo gratias egit: & duas petitiones ab angelo poſtulauit: primo ut filii eius & fratres oēs apoſtoli ad ipſam pariter cōgregarent̄: q̄bus preſentibus ſpiritū deo redderet: quiq̄ ſibi ſepulture officiū exhiberent. Secūdo ut cū ſpiritum emitteret: malignū ſathanā non uideret. Angelus aūt cōfeſtim ei optata ꝓmiſit: quia & ille qui abbacuch ꝓphetam de iudea in babylonem in impetu ſpūs ſui attulit: ipſe ad eā in momento oēs apoſtolos cōgregabit: malignū quoq̄ ſpiritum ei in tranſitu nō uiſure repromiſit: & cōtinuo ab ea diſceſſit. Palma aūt illa in ſtipite uiridis erat: ſed in foliis ut ſtella fulgebat. ¶ Cum aūt ioannes in epheſo p̄dicaret: ecce poſt tonitruū nubes eū rapuit: & ipſum repente ante marie ianuā collocauit: quē ingredientē ad ſe maria obſtupuit: & pre gaudio lachrymas cōtinere nequiuit. Dixitq̄ ei qualiter fuiſſet a domino euocata: ut debitum humane cōditionis exolueret: ideoq̄ ipſum xp̄s ad ſe uenire feciſſet: cui corpus ſuum tumulandū commendauit: atq̄ palmam ante pheretrū deferendam mandauit. Cum aūt ioannes alios coapoſtolos ibidem preſentes optaret: ecce oēs ipſi de locis ubi p̄dicabant: in nubibus rapiuntur: & ante marie hoſtium ſubito congregātur: qui cum ſe ibidem tranſlatos admirarent̄: & cām ad inuicē ſciſcitarent̄: ioannes ad eos exiit: & dominam migraturā predixit: admonens: ne cum obierit: aliqs defleat: ne forte eis imputari poſſet: q̄ ipſi qui reſurrectionem p̄dicāt: mortem timeant. Cūq̄ beata uirgo oēs apoſtolos congregatos uidiſſet: dominū benedixit: & in eoꝝ medio luminaribus accenſis conſedit: ſicq̄ uſq̄ ad diem tertiū perſeuerauit. ¶ Circa uero horā noctis tertiam ieſus aduenit cū omnium angelorꝝ & ſanctorum agminibus: & ante toꝝ uirginis acies ordinātᵉ: & dulcia cantica uſq̄ ad noctis mediū frequentant̄. Tūc ieſus eam bis ut ad ſe ueniret: dulciter aduocauit: ipſaq̄ ſpiritū ei reddere ſe paratam ē letanter reſpondit. Oēſq̄ qui cum ieſu uenerant: dulcia canticoꝝ cantica ſoluebant. Sicq̄ marie anima de corpore exiit: & in ulnas filii aduolauit. Fuitq̄ tā a dolore mortis extranea: ſicut a corruptione carnis fuerat aliena. Dominus aūt mandauit apoſtolis: ut corpus matris ſue in uallē ioſaphat tollerēt: & in monumento nouo ibidē reperto ponerent: ipſumq̄ triduo ibidē donec ad eos reuerteret̄ expectarent. Statim autem circūdarunt eam flores roſaꝝ roſei ſcilicet cetus martyrum: & lilia conualliū agmina: uidelicet angelorum confeſſoꝝ & uirginum. Ad cōſcenſum quoq̄ aſcendentiū: cetus qui remanſerāt concite obuiā proceſſerunt: uidenteſq̄ regē regum: femine animā in ulnis ꝓpriis baiulantem: illāq̄ ſuper eum innixam: que iſta eſſet interrogant: admirantes ipſamq̄ matrē domini & reginam celoꝝ reſpondent eam comitantes. Sicq̄ in celū gaudēs ſuſcipit̄: & a dextris filii in throno collocatur. Apoſtoli aūt eius animam tanti candoris eſſe uiderunt: ut nulla mortalium līgua poſſet effari. Tres aūt uirgines: que ibi erant: cū corpus lauandum ſpoliaſſent: tāta corpus eius claritate ſplenduit: ut tangi quidē ad lauandum poſſet: ſed minime uideri: que tamē diu lux reſplenduit: donec corpus lotū fuit. ¶ Corpore ergo in pheretro poſito pia contētio inter apoſtolos oritur: quis eoꝝ palmam ante loculū portare debeat. Defert ioannes petro ꝓpter apoſtolicam dignitatem: petrus uero ioanni ꝓpter illibatam uirginitatē. Tandem oīum apoſtoloꝝ ſententia ioanni palma traditur deferēda. Petrus aūt & paulus pheretrū eleuare ceperunt: & ceteri apoſtoli circa ipſum ſe poſuerunt. Incepit petrus canere: Exiit iſrael de egypto: & relequi pſalmū dulciter ꝓſequunt̄. Dominus quoq̄ pheretrū & apoſtolos nube cōtexit: ita ut audiri quidē poſſent: ſed minime cerni. Affuerunt & angeli cum apoſtolis cōcinentes. Ad melodiā autē tota ciuitas excitatur: & quid nā hoc ſic omnibus declaratur. Iudei ad arma cōcurrunt: ut corpus rapiant idq̄ odioſe cōburant. Tūc princeps ſacerdotū cum impetu manus ad loculum miſit: ut ipſum euerteret: & corpus ad terrā deduceret: cuius manus ſubito aruerunt: & lectulo pendētes adheſerunt. Reliquus uero populus ab angelo cecitate percuſſus eſt. Cū autē princeps ſacerdotum petri auxilium inuocaret. Petrus ei

reſpondit: ꝙ ſi mariam dei eſſe genitricem cõfiteret: eius ſuffragium poſtulans continuo ſanaret. Qui cũ ſe credere reſpondiſſet: manus eius a pheretro ſolute ſunt: ſed tamen in eis ariditas permãſit donec corpus deoſculãs integrum ſanitatem recepit. Tunc de petri conſilio palmã princeps ille accepit: & ſingulos de populo tetigit: & quicũq; in uirginẽ credidit uiſum recuperauit: qui aũt credere noluit cecus ꝑmãſit. Corpus igiſ marie apoſtoli in monumẽto ſtatuto cõdiderũt: & iuxta illud triduo cõſederunt. ¶ Tertia uero die dominus cum angelor̃ multitudine uenit: & apoſtolos ſalutans pacẽ eis nunciauit. Deinde eos interrogauit: quid eis uideret honoris ſue genitrici conferendũ. Illi uero reſponderunt: ut ſicut ille deuicta morte regnabat: ſic & matris corpuſculũ ſuſcitaret: & ad ſui dexterã collocaret. Quo annuente michael archãgelus marie animã cõtinuo preſentauit: eamq; dominus illico corpori reuniuit: ſtatimq; corpus de tumulo prodiit glorioſum: & a xp̃o aſſumit ad ethereũ thalamũ cõmitãte ſecũ multitudine angelor̃. Quod aũt dicitur de thoma ꝙ abfuit: & reſurrectionẽ uirginis credere noluit: zonãq; ipſius ex aere delapſam recepit: deluſoriũ & friuolum reputat. Hec omnia in libello ꝑdicto licet apocripho. ¶ Et notãdũ ꝙ quãuis hieronymus in ſermone huius feſti ad paulã & euſtochium aſſerere nõ audeat: uirginẽ corporaliter aſſumptã: dicẽs: tutius eſſe pie dubitare q̃ aliquid timere diffinire: eccleſia tamen hoc indubitãter tenere uidetur: & pluribus rationibus cõprobatur. ¶ Prima quar̃ ſumit ex parte iuſtitie dei. Deus enim iudex eſt iuſtus librans merita ſingulor̃: & unicuiq; ad condignum retribuens premia meritorum. Iccirco & reſurrectionẽ corpor̃ futurã ordinauit: ut ſicut anima cum corpore meruit uel deliquit: ſic cum corpore ꝓcipiat gaudia uel ſubſtineat tormẽta. illud ergo quod plus meruit plus debet habere de premio. Quomodo ergo corpus uirginis quod cunctis aliis plus meruit xp̃m ex ſe generando: plus aliis premiat: ſi cum aliis corruptũ incinerat̃? Non ne dei iuſtitia deperit: que corpus uirginis cum aliis ſanctor̃ corporibus ultimã reſurrectionem expectare facit? Et hec ratio eſt damaſceni. ¶ Secũda ratio ſumitur ex parte doni in hac uita. ſin xp̃i natiui tate recepti. Nã cum conceditur maius debet concedi & minus maxime ubi reſpiciũt eundem finẽ: ſicut cui conceditur regnum faciliter conceditur nobile ueſtimentum. Sed maius eſt ſine corruptione carnis parere quod uirgini eſt collatũ: quod eſt omnino excedẽs naturã & artem: q̃ carere corporis corruptione quod poteſt fieri per artem. ¶ Tertia ſumitur ex obligatione percepti. Cum enim lector legit ꝙ nõ debet facere cõtra legis perceptũ: cõueniens eſt ꝙ filius dei: qui legem dedit: non faciat contra ſue legis mãdatum. Sed credẽdũ eſt ꝙ implere uoluit preceptũ quod dedit de honore materno: ſed hoc nõ impleſſet niſi corpus integrũ ſeruaſſet. Nã ſecundũ auguſtinũ putredo & uermis opprobriũ eſt humane cõditionis. Qui autem in aliquo ſubſtinet opprobriũ nõ honoratur. ¶ Quarta ſumitur ex cõformitate uirginis ad corpus chriſti. Nam idẽ locus debetur parti & toti niſi uiolenter alterum hor̃ impediatur: quia ſecundũ philoſophũ. Idẽ eſt locus totius terre & glebe: totius ignis & ſcintille. Sed corpus xp̃i ſumptũ eſt de corpore matris ſue ergo utriq; idem locus debetur. Corpus autem uirginis nulla uiolẽtia impediri poteſt: quia ibi eſt ubi corpus filii eſt. Et he ꝑdicte tres rationes ſũt auguſtini. ¶ Quĩta ſumitur per locum a ſimili: quia de ſimilibus idem eſt iudicium: ſed deus trium pueror̃ corpora iter flãmas ſeruauit illeſa. Jonam uiuum ſeruauit in uẽtre ceti: danielẽ in rabida fame leonum ſeruauit ĩcolumen: cur ergo corpus matris nõ ſeruabit ĩcorruptũ. Et hec ratio eſt anſelmi. ¶ Sexta ſumit̃ per locũ a minori: qa ſi de quo minus uidetur ineſſe & ineſt: & de quo magis. Sed minor ratio eſt ꝙ corpora ſanctor̃ qui cum xp̃o ſurrexerũt ſint glorificata: & in eis perfecta reſurrectio ſit completa: q̃ ꝙ corpus glorioſe uirginis ſit ad celos aſſumptũ. Et tamen in illis pfecta reſurrectio cõpleta eſt: ut ſupra probatũ eſt in hiſtoria reſurrectiõis domini. vi. cal. aprilis: ergo multo fortius hoc concludendum eſt de reſurrectione uirginis. Et hec ratio ſumit̃ ex dictis hieronymi in ſermone ꝑdicto. ¶ Septima & ultima ratio ſumitur ex euidentia facti: quam rationem bernardus aſſignat dicens. Quoniã ſancto/rum corpora deus precioſa ſublimauit: ut puta petri pauli & iacobi: tamq; glorioſe uenerabilia reddidit: ut & ipſis deputet̃ locus eorum uenerationi cõgruus: & ad ea mundus properet uniuerſus. Si igitur marie corpus ſuper terram eſſe dicatur: cum nec deuota frequentet̃ uiſitatione fidelium: nec eidem locus deputetur honoris: nimis uidebitur chriſtus honorem materni corporis cõtempſiſſe: cum tamen ſuper terram aliorum ſanctor̃ corpora ſic honoret: unde & egregius quidã uerſificator ait. Scandit ad ethera: uirgo puerpera uirgula ieſſe: non ſine corpore ſed ſine tempore tendit ad eſſe. ¶ De ueſtimentis enim & capillis uirginis & de lacte ipſius in pluribus locis oſtẽdit̃: de mẽbris aũt corporis uel minima particula necubi reperitur: nec ꝙ alicubi habeatur ab aliquo unq̃ aſſeritur.

¶ De ſancto Tharſitio martyre. Cap. LXVI.

THarſitius acolythus & martyr rome paſſus eſt ſub perſecutione ualeriani & galieni imperator̃. Qui cum corporis xp̃i ſacramenta portaret: tenentes eum pagani diſcutere ceperunt: ut quid gereret indicaret: at ille indignũ iudicans porcis ꝑdere margaritas: nequaq̃ uoluit detegere ſacroſancta myſteria: quẽ fuſtibus aclapidibus tam diu mactauerũt: quouſq; ſpiritũ exhalaret. Reuolutoq; eius exanimi corpori ſacrilegi diſcuſſores: nihil in manibus eius: aut ueſtibus ſacramentorũ xp̃i inuenire potuerũt: ſed relicto corpore cũ terrore fugerunt: quod a xp̃ianis ſublatũ: & uia apia in cemiterio calixti ſepultũ eſt. xviii. calen. ſeptembris.

¶ De ſcõ Vrſatio cõfeſſore. Cap. LXVII.

VRſatius cõfeſſor claruit in nicea bithynie ciuitate. Hic enim genere perſa: primum ſub rege licinio cõfeſſor effectus: deinde ſolitariã uitã in turci ciuitatis ipſius agebat inculſus. Qui inter cetera ſigna: cum obſeſſus a diabolo gladio arrepto per urbem diſcurreret: cũctis fugiẽtibus eidem ſolus occurrit: ipſumq; a demonio liberauit. ¶ Draconem etiã ante nicomediam ciuitatẽ exiſtentem: ſoloq; flatu homines perimentẽ oratiõe ſua de ualle productum leuiq; baculo capite percuſſum extinxit. ¶ Hic etiam niceam ciuitatẽ terremotu diruendam longe ante predixit. Dum autem dies terre/

motus aduenisſet ad eccleſiam currens: & clericos admonens: ut pro imminenti periculo deum oraret: ab eis irriſus ad turrim rediit: proſtratuſq; in oratiõe cũ lachrymis ſe dedit. Interea uero ſuperueniente terremotu: pluribus oppreſſis: reliquis per montana diſpſis: urſatius in turri mortuus repertus eſt: pronus iacens: ſicut orare ſolebat. Sermo tamen eſt: q; deũ oraſſet: ut prius uitam finiret: q̃ uideret excidiũ ciuitatis. Omnis autem urbis ſtructura ex illo terremotu diruit: ſola turris in qua ſanctus orabat permanſit. Quieuit in pace. xvii. calen. ſeptembris.

¶ De ſcõ Arnulpho epõ meteñ. Cap. LXVIII.

ARnulphus epũs meteñ: ut ait petrus damiani: pater pipini fuit: & auus caroli magni imperatoris. Qui lothoringie ducatum tenens: uxore & filiis ac ſeculo derelictis eremum petiit: & ſolitariam uitam elegit: ueniens autẽ ad pontem fluminis moſelle: anulum ſuum in aqua demerſit tali conditione: ut quandocũq; ipſum reciperet: ſe a domino intelligeret peccatis omnibus abſolutum: indeq; in eremo mundo mortuus deo uixit.

¶ Defuncto autem meteñ epõ in pontificem electus eſt. Dũq; piſcis eidem ad edendũ fuiſſet oblatus exenterato piſce anulus eius in uentre repertus eſt: cum tamen per duas dietas a loco ubi anulum deiecerat: piſcis captus eſſet. Intelligens autem ſanctus peccata ſua ſibi dimiſſa: nihilominus penitentie operibus artius inſudauit: pauperibus large miniſtrauit: & multis miraculis claruit. Nã in diebus rogationũ ad pceſſionẽ tendens: demoniacũ liberauit: leproſum quendã barbaꝝ in domo ſuſceptũ ad xp̃m conuertit: quẽ baptizans ſpiritu pariter & carne mundauit. ¶ Ciuitatẽ ſuam incendio pene totam flagrantẽ: dum omnes aufugerent: ipſe ſe igni obiiciens ſigno crucis edito flãmas conpeſcuit: & ulterius procedere nõ pmiſit. Quo die per uiſum quidã longe conſtitutus crucẽ igneam in aere cõſpexit: audita uoce q; tali ſigno meteñ ciuitas per arnulphum ab incendio fuerat liberata. ¶ Tandẽ uir domini famam populi fugiens eremũ repetiit: & cum aliquibus monachis deo ſeruiuit: ſucceſſore ſibi georico ordinato: ubi & poſt tempus modicum in pace quieuit. xvii. calen. ſeptembris ſucceſſor autem eius obitu ipſius cognito cũ clero & populo locum adiit: & ſanctũ corpus ad ſuam ciuitatẽ tranſferẽs in eccleſia apoſtoloꝝ cõdidit: ubi & quieſcit ſignis effulgens.

¶ De ſancta Serena regina. Cap. LXIX.

SErena regina uxor quondã diocletiani auguſti a ſancto cyriaco martyre cõuerſa & baptizata eſt: quia filiam eius artemiam a demonio liberauit: ut ſupra dictum eſt in paſſione cyriaci. vi. idus auguſti. Que uidens perſecutionem diram chriſtianorum: quam uir eius exercebat: que per annos. x. durauerat: ita ut infra dies. xxx. per diuerſas prouincias. xvii. milia martyrio coronarentur: & in phrygia ciuitas una chriſtianorum undiq; concluſa ne ullus euadere poſſet: igne cum omnibus cremata fuiſſet: uidens quoq; ſuſannam neptem eius paſſam: & alia mala que fiebant: dolore cruciata & febre correpta in confeſſione domini migrauit ad chriſtum. xvii. calen. ſeptembris. ſepulta a chriſtianis iuxta corpus ſuſanne in crypta.

¶ De ſcã Artemia uirgine & martyre. Cap. LXX.

ARtemia uirgo rome paſſa ẽ ſub maximiano filio diocletiani fratre ſuo: filia namq; diocletiani fuit & ſerene auguſte. Que cũ eſſet ab immundo ſpiritu obſeſſa a ſancto cyriaco martyre liberata & baptizata eſt: ut ſupra in paſſiõe dicti martyris actum eſt. vi. idus auguſti. Poſt mortem autem diocletiani: cum maximianus filius eius in imperium ſublimatus eſſet: chriſtianoſq; perſequereť: cyriacum quidem cũ eius ſociis diuerſis ſupplicijs martyrizauit. Artemiam uero ſororem ſuam gladio in xp̃i confeſſione necari fecit: que iuxta matrẽ & conſobrinam ſepulta eſt: cuius: quia dies paſſionis ignoratur: paſſio eius recte matri ſubiicitur.

¶ De ſanctis Liberato abbate & ſociis martyribus. Cap. LXXI.

LIberatus abbas: bonifacius diaconus: ſeruus: & ruſticus ſubdiaconi: rogatus: ſeptimus: & ſeuerus monachi: & maximus puer apud aphricam perſecutione uandalica ſub hunerio rege paſſi ſunt: qui ex territorio ciuitatis caproſeĩ monaſterio abſtracti: & carthaginem ducti: primo ſunt cuſtodie mãcipati ferro uincti: deinde naui impoſiti fuerũt: manibus ac pedibus ligatis: ipſaq; nauicula ſiccis lignis impleta: igne immiſſo ut crematur. Sed diuino nutu ignis extinctus ſepiuſq; renouatus ſemper deficiebat. Demum remorũ uectibus mactati cerebris excuſſus extincti ſunt. Corpora uero in mare iactata: ſed diuina diſpenſatione littori eiecta in monaſterio contiguo loco baſilice quod dicitur celerine: a chriſtianis ſepulta ſunt: ut uictor ſcribit aphricanus. Qui paſſi ſunt. xvi. cal. ſeptembris.

¶ De ſcõ Mãmete martyre. Cap. LXXII.

MAmmes puer. vii. annoꝝ apud ceſaream cappadocie tẽpore aureliani iperatoris & preſidis antiochi paſſus eſt. Qui defunctibus parentibus perſecutionem fugiens in ſiluam ſeceſſit: ubi oratiõi iugiter uacabat: & de lacte ſuaꝝ ouium ſe paſcebat. Sed admonitus de celo in cãpum deſcendit: ibiq; codicẽ euangelioꝝ & baculum repperit: quibus aſſumptis in monte aſcendit. Et dũ lectioni inſiſteret: feraꝝ multitudo ad eum conuenit: quibus manſuefactis de lacte ipſaꝝ ſanctus emungebat: de quibus ad refectionẽ ſui utebatur. Reſiduũ uero cum ad portã ciuitatis ceſaree ad uendendũ deferret: ut pretium pauperibus erogaret. Alexander preſes hoc audiẽs: miſit ad eũ duos milites capiendum. Quos ille in domum ſuam adducẽs benigne refecit. Dũq; illi animalia ferocia ad eũ ueniẽtia cõſpexiſſent territi fuerũt. Sãctus uero mãmes eos ſecutus eſt: coram preſide preſentãs: & aſſerent xp̃ianũ. Quem preſes detentum iuſſit in equuleo ſuſpẽdi & torqueri: deinde in carcerẽ recludi: ubi pluſq; xl. xp̃ianos repperit fame deficiẽtes: uerum oráte puero columba de celo aduolãs lac & mel attulit: quibus illos ſanctus refecit: & apto carceris hoſtio uectibus confractis omnes emiſit. Quod audiens preſes mãmetẽ in caminũ ignis mitti fecit. Igne uero bis extincto biſq; renouato: dũ flãmis deficiẽtibus illeſus exiſſet: beſtiis ſubiicitur: ſed ab his intactus minime leditur. Amphitheatro quoq; ab angelis incluſo: ut nemo exire poſſet: leo foueam egreſſus: multos iudeorum ac gentilium interemit: qui & humana uoce locutus eſt. Hec a deo ſe iuſſum facere

in ultionem xpi militis mametis.deniq; iubente ſancto leo ſolum preſidem cum omni officio ſuo illeſum dimiſit.Tandem ſanctus martyr cū lapidibus obrutus maneret illeſus:ab angelis de celo uocatus emiſit ſpiritum.xvi.calen.ſeptembris.

¶De ſancta Helena regina. Cap. LXXIII.

Elena regina mater fuit iperatoris conſtātini magni.Que ſicut in hiſtoria britonū legitur:quam ioānes ueroneñ in ſua chronica ponit:filia fuit cloelis regis britānie. Cum enim iam britones xpi fidem ſuſcepiſſent tpe: uideſicet eleutherii pape. Helena a pre ſuo in fide edocta:nō tamen baptizata:eo q de his que audierat dubitaret:ut tamen ea uera eſſe ex parte aliqua cōproba ret:audiēs miracula que rome fiebāt p merita apoſtolorz petri & pauli:dū a patre peregrinādi romā licētiam obtinere non poſſet: deſiderio peregrinatiōis accenſa cum unica ancilla fideliſſima clam inde diſceſſit:& mutato habitu romā uenit.Quā cōſtantius imperator uidēs eius nimia pulchritudine allectus amauit:& ut peregrinā raptā ad ſe introduxit.eamq; carnaliter cognouit:ac pluribus diebus ſecū habuit. Sed uolentem omnino abire peregrinātē dimiſit:que nec patrem ei nec patriā indicare uoluit.Et cū multos ſibi theſauros offeret nihil acceptauit:ſed ſolum anulū eius ſuſcepit.Inde igit diſcedens habitu induta uilliſſimo in uillam ſeceſſit:ubi cum ancilla ſua morabat: & de labore manuū ſuarz uictum cōſequebat.Eratq; in domo quadā que olim fuerat ſtabulū equorz: unde & ſtabularia dicta eſt.¶Natū ergo puerz ex patris noie cōſtātinum uocauit.Qui cū ſapientia etate & uirtutibus creuiſſet:a uicinis mercatoribus muneribus allectus abductus eſt.Et dum bizātium que poſtmodum fuit conſtantinopolis dicta nauigaſſent:ſimulatas litteras ex parte imperatoris regi bizantii offerūt: filiā eius filio imperatoris quē ſecum aduxerāt petūt: ex hoc imperatorē pacē ſecum habituz perpetuo p̄mittentes:cum dudum adinuicē diſcordiam habuiſſent.Quod rex bizantii facere omnino curauit:filiāq; ſuā in coniugē iuueni tradidit:theſauroſq; maximos & ſeruos & ancillas eidem dedit.Mater uero filiā ſuā diploide gēmis infiniti ualoris plena induit:ut ſi quādo cāus aduerſus occurreret:exinde ſibi in neceſſitatibus ſuis prouidere poſſet.Redeuntes aūt mercatores inſulam maris appulerunt:in qua conſtātinum cum uxore dormitantes dimiſerunt:familiā eorum interfecerunt:& omnem theſaurum abſtulerunt.Illi autē excitati hoc uidentes amariſſime flebant.Puella iuuenem iterrogat ſi uere filius imperatoris eſſet:eo q; de hoc aliquātulum dubitaret.ille uero ſe matrem habere romanā pauperem reſpondit. Patrem uero ſuum quis eſſet omnino ignorare ſe dicit. Quē illa confortans diploidem cū gēmis p̄ducit:illi uero die ſequenti a romanis nauigātibus aſſumpti:ſimulantes ſe naufragio in inſula deiectos romā repetunt: & ad domū matris cōſtātini tendunt.Iuuenis autē ſe & coniugem matri p̄ſentauit:omnia que ſibi contigerāt narrauit: & diploidem cū gēmis tradidit.Tunc de cōmuni cōſilio urbem adeunt:palatium emunt.& nobilē uitam ducunt.Conſtantinus uero armis exercitabatur & in omnibus famoſus & cunctis amabilis habebat.¶Cū aūt die quadā in quodam torneameto plures p̄ſtraſſet:& omnibus ignotus eſſet:cū ipſo imperatore congreditur:& cū ip̄m ad terrā deieciſſet:& impator eius ſtrenuitatē cōſiderās:ipſum q̄plurimū honoraſſet:illum de p̄genie ſua interrogauit.Ille uero patrē ſuum ignorare ſe dixit:matrem uero helenā ad imperatorē adduxit:que ab eodem uix cognita:& ſecretius iterrogata helenam ſe eſſe dixit:patrem ſuum ac patriam p̄didit:omneſq; ſuos euentus pandit:cōſtantinū quoq; imperatoris filium eſſe aſſeruit:& in ſignū horz anulū eius ceſari preſentauit.Quod audiēs conſtantius letus ultra modū efficitur:& quia uxor nuper defuncta erat:helenā in coniugem deſpōſauit:atq; cū rege brizantii matrimoniū cōfirmauit:eo q; mortuo oriētis imperium acquiſiuit.Filiū quoq; ſuū cōſtantinum in ceſarem ordinauit.Quo defuncto eidē conſtantinus in imperium ſucceſſit.Helena autem bizantii exiſtēs a iudeis circūuenta xp̄m in quē adhuc plene nō credebat:cū neq; baptiſmū accepiſſet reliquit: & iudaiſmū accepit.¶Poſtq̄ aūt cōſtātinus a ſancto ſilueſtro baptizatus eſt:& a lepra mundatus: & poſt diſputationem habitā de fide iter iudeos & ſilueſtrū:& ipſa quoq; helena cōuerſa eſt ad xp̄m:ut habitū eſt ſupra in geſtis ſilueſtri pape pridie cal.ianuarii. ¶Poſt hec aūt helena amore paſſionis domini aīata hieroſolymā p̄rexit & crucē dominicā requiſiuit.Sanctū quoq; quiriacū: q; prius iudas eſt uocatus hieroſolymorz ep̄m ordinauit:partē quoq; dominice crucis cōſtantinopolim ad filium ſuū imperatorē attulit:partē uero in hieruſalē dimiſit:ut hec oīa acta ſunt ſupra in hiſtoria de inuētione ſancte crucis.v.nonī maii.Ipſa uero beata helena opibus pietatis & religionis inſtudens:octogeſimum etatis annum agens in ſanctitate uite in pace quieuit apud urbē romā.xv.cal.ſeptēbr̄.Sepultaq; eſt in eccleſia ſanctorum marcellini & petri.Cuius corpus filius eius conſtantinus imperator inde conſtantinopolim trāſtuliſſe dicit: poſtq̄ ad ipſam urbē habitaturus acceſſit.¶In tēporis uero p̄ceſſu de ipſa urbe rege a uenetis trāſlatū eſſe fertur uenetias ipſum corpus: & ſepultū iacet in monaſterio ſuo nomini edificato.

¶De ſcō Agapito martyre. Cap. LXXIIII.

Agapitus martyr paſſus eſt apud ciuitatē preneſtinam ſub aureliano imperatore p̄ſide uero antiocho qui a ſancto porphyrio martyre enutritus & in fide doctus:cū eſſet annorum.xv.& amore chriſti martyrio ferueret ſponte ſe imperatori in urbe obtulit: & ſe chriſtianū uiua uoce aſſeruit.Iuſſu ergo iperatoris tētus & ner-

uis crudis duriſſime ceſus: deinde ut cõpelleret ſacrificare traditus eſt. Qui duriſſimo carcere ipſum iclusit: & per quattuor dies cibũ omnẽ negauit. Attulus uero ſiue anaſtaſius cornicularius eũ cuſtodiebat: & ab eo uerba uite audiens: pene in xp̃m credebat: inde de carcere preſidi exhibitus: prunas ardentes ſup̃ caput eius iuſſit imponi: & cũ gratias martyr deo ageret: flagellis cedit: & nudus capite deorſum uerſo ſuſpenditur: attro ſubter eũ fumo facto: oĩbuſq; abeũtibus ſic ſtare mandatur: donec in ipſo cruciatu deficeret. Mandatũq; eſt per preſidẽ ut nullus oĩno ad eum accederet. ¶ Poſt dies aũt quattuor anaſtaſius cornicularius illuc accedens: uidit eum ſolutũ ſuper fumũ ambulantẽ & pſallẽtẽ. Et cõuerſus ad xp̃m hoc p̃ſidi nunciauit: quẽ preſes carceri mãcipauit: agapitum uero iteꝝ detentum a quattuor ſibi inuicem ſucceden/tibus flagellis cedi duriſſime iuſſit: deinde bullientẽ aquam ſuper uentrem eius miniſtri diaboli effuderũt & maxillas eius confregerũt. Interea preſes ſubito de tribunali ſuo cadẽs a miniſtris collectus: & in lecto reclinatus eſt: & ſentiens dei uirtutem in martyre poſt modicum triſtem animam emiſit. Quod cum imperatori nunciatũ eſſet: iuſſit agapitum ad ciuitatẽ preneſtinam duci: & ibidẽ in amphitheatro leonibus ſubiici. Sed mãſuefacte fere ad lambẽdum pedibus martyris ſe iclinauerũt. Quod uidentes ſceleris miniſtri iuſſu imperatoribus tulerunt ſanctum martyrem: & uenerũt cõtra ciuitatem preneſtinã miliario ab urbe uigeſimo tertio: ubi ſunt due colũne: & eũ ibi gladio percuſſerunt. xv. calen. ſeptẽbris. Cuius corpus a xp̃ianis ſepultum eſt miliario primo ab urbe in ſarcophago nouo ibi diuinitus inuento.

¶ De ſanctis Ioanne & Criſpo mr̃ibus. Ca. LXXV.

IOannes & criſpus preſbyteri rome paſſi ſunt ſub diocletiano auguſto. Qui cũ inundante perſecutione ipſius imperatoris: multa ſanctorũ corpora officioſiſſime ſepeliſſent: & ipſi ab imperatore tenti: gladioq; in chriſti confeſſione ceſi: eorundem martyrum meritis & ipſi ſociati: gaudia uite meruerunt. xv. calen. ſeptembris: ut dicit ado.

¶ De ſcõ Magno & ſociis mr̃ibus. Cap. LXXVI.

MAgnus martyr paſſus eſt in ceſarea cappadocie tẽpore aureliani imperatoris ſub p̃ſide alexãdro. Qui ex iꝑa ciuitate ortus: defunctis parẽtibus xp̃ianis: ipſe in fide xp̃i cõſtantiſſimus: dũ oraret ad dominũ: uoce ſibi de celo lapſa ad martyriũ cõfortat. Quã uocẽ cũ audiſſent pagani eũ tenuerunt: & in carcerẽ cõcluſerunt: & poſt dies quattuor preſidi eũ obtulerũt. Quem ſacrificare diis recuſantem tradit preſes alexãdro & zozimo ſacerdotibus idoloꝝ: ut eum igne cõſumerẽt. Qui miſerũt eũ in caminum ignis ardentis. Statimq; flãma extinguitur: & poſt dies. iii. martyr xp̃i ide illeſus educitur. Hoc preſes audiẽs caminum amplius accẽdi fecit: & ip̃m iteꝝ intromiſit: ubi quinq; diebus iclusus ſterit. Flãma quoq; in duas partes diuiſa: ipſe intactus omnino permanſit. ¶ Poſt dies. v. accedentes milites: ut uel oſſa eius inuenirent: audientes eum pſallentem reſpexerunt: & quaſi milia angeloꝝ cum eo uiderũt. In quorum medio magnus inuſtus deum laudabat. Cum aũte iuſſu preſidis eductus eſſet: & xp̃i uirtutẽ preſes magie deputaret. Iuſſit eũ in amphitheatrum duci & feras ei laxari. Et primo quidẽ urſa peſſima ad eum dimiſſa: in terrã proſtrata pedes illius lingebat. Deinde leopardus exiliẽs collũ eius amplexus lingua ſudorem uultus eius extergebat. Tertio leo ferociſſimus & ingẽs a uenatoribus captus ĩtromiſſus eſt. Et cũ multitudo paganoꝝ eſſet intra amphitheatrũ anteq; abirent: leo de manibus uenatoꝝ pſiliuit & ingẽtiles irruit. Angelus uero harenariũ cõcluſit ut nemo aufugere poſſet. Et laniante leone multitudinẽ paganoꝝ ad mãdatum ſancti ſolus preſes cũ officio ſuo illeſus pmãſit: & leo ad caueam mãſuetus rediit. Tunc exiens preſes omnes exire mãdauit: & ſolum magnũ ibidem dimiſit: leonemq; dimitti fecit: qui ad pedes eius procidit & oſculabatur eum. Quo uiſo miraculo. z ꝯ 7. pagani in domino crediderunt. Qui omnes iuſſu alexãdri preſidis decollati ſunt. Deinde eo mandante gentiles populi ſanctũ martyrẽ tulerunt: & extra urbẽ eiectũ lapidauerunt. Cumq; ſuper eum aceruum lapidum iactaſſent: cumq; iam mortuũ exiſtimaſſent: ſubito martyr xp̃i cũctis audientibus dominum orauit: ut ſuſciperet animam eius in pace. Et ſtatim emiſit ſpiritum. Cuius corpus a xp̃ianis in ipſa ciuitate ſepultũ eſt in ſarcophago nouo. xiiii. calẽ. ſeptẽbris. Martyrum uero alioꝝ corpora iuxta muros urbis in cemiterio ſunt tumulata.

¶ De ſancto Ludouico epiſcopo ordinis minorum. Cap. LXXVII.

LVdouicus eꝑs toloſanus de ordine minorum filius illuſtris regis caroli & regis roberti germanus fuit. Qui cum eſſet annorum. xii. pro illuſtri domino carolo patri ſuo in catalonia obſes fuit. Cui aſtiterunt fratres minores: a quibus legem uite & diſcipline percepit: uotumq; domino uouit: q; ſi de cuſtodia dimitteret fratrum ordinẽ ingrederet: uirginitatem quoq; ſuã domino perpetuo dedicauit. Sed poſt quadrienium dimiſſus paterne hereditati renunciare cupiẽs: cepit mundi cõtemptor eſſe: miroq; modo deo deuote ſeruire. Cumq; pater ei uellet in coniugẽ ſororem regis frãcie tradere: omnino cõtẽpſit: & extunc oĩno de ordinẽ intrare diſpoſuit. Quem fratres eius robertus & carolus martellus: totis uiribus a propoſito diſtrahebãt. Sed nil proficiẽtes eum clericari pmiſerũt. Cũ aũt ipſum iam ſubdiaconũ effectũ papa uellet in eꝑm promouere omnino renuit. Cõtemplatiue auteꝫ uite totus intentus etiã actiue ſe exercens pauperibus largiflue miniſtrabat. carnem quoq; mira penitentia macerabat. ¶ Factus tãdẽ frater minor in uigilia dominice natiuitatis & de licentia ſummi pontificis ſtatim profeſſus: eadem die per ſummũ põtificem ꝓnunciatus eſt eꝑs toloſanus. Qui nõ obſtante q; eẽt ẽpus reguralẽ ordinis, pfeſſionẽ ad litterã mirabiliter obſeruabat. Sicq; eccleſiã toloſanã uerbo pariter inſtruens & exemplo ſanctitate pollẽs: diẽq; mortis ſue ante triduũ predicens anno domini. M. cc. lxxxxv. xiiii. cal. ſeptẽbris cum eſſet annoꝝ. xxxiii. feliciter emiſit ſpiritũ. Sepultuſq; eſt maſſilie iuxta quod decreuerat miraculis clarus. ¶ Anno aũt domini. M. ccc. xix. de mãdato pape ioannis. xxii. corpus eius de terra leuatũ eſt. & capſa argentea honorifice conditum: preſente rege roberto eius fratre: & multis prelatis ac clericis &

populis infinitis. In cuius tranſlatione quinque mortui redierunt ad uitam: & multi infirmi a diuerſis lẽgoribus ſanati ſunt.

¶ De ſcõ Donato p̃ſbytero. Cap. LXXVIII.

DOnatus preſbyter apud pagum ſigiſtricũ galliarꝝ claruit. Qui ex urbe aurelianeñ ad eandem ciuitatem in mõte qui dicit iura aduenies: anachoriticã uitã multis annis exegit: multiſq; miraculis floruit. Qui iter cetera draconẽ terribilem ſua oratione inde fugatum extinxiſſe fertur. Cũq; dies uocationis eius inſtaret: aduenienti abbate mario diuinitus admonito: ut ad eum accederet. Inter uerba oratiõis migrauit ad xp̃m: ab eodẽ patre ibidem ſepultus. xiiii. cal. ſeptembris.

¶ De ſcõ Iulio ſenatore & mr̃e. Cap. LXXIX.

IVlius ſenator & martyr rome paſſus eſt tẽpore cõmodi ĩperatoris. Qui audita predicatione ſanctorꝝ euſebii: uincentii: peregrini: & potentiani de quibus dicet ĩfra. viii. cal. ſeptembris: cõuerſus eſt ad xp̃m: & a rufino p̃ſbytero cum omni domo ſua baptizatus. Cumq; omnia ſua pauperibus erogaſſet: dum xp̃m cõfiteret: a ceſare detentus & exanimatus: atq; magiſtro peditum uitellio traditus eſt: qui ab eodẽ in cuſtodia diebus pluribus recluſus: ĩde eductus: cũ ſacrificare nollet: tã diu fuſtibus eſt ceſus: donec ſpiritũ emitteret. Cuius corpus ante amphitheatrũ dimiſſum: euſebius & ceteri predicti martyres ſepelierunt in cemiterio calepodii. qui paſſus eſt. xiiii. calen. ſeptembris.

¶ De ſcõ Heli ſacerdote. Cap. LXXX.

HEli ſacerdos & iudex iſrael unus & ultimus fuit inter iudices populi dei: qui eccleſiaſtici. xlvi. capitulo in ſanctorꝝ patrũ ueteris teſtamenti catalogo numerant. Qui quãuis ex eo q; remiſſus fuit in filios ſuos malos & p̃uaricatores legis domini corrigẽdos temporali pena mortis ſubite a deo punitus fuerit: quia tamẽ in ſe bonus & ſanctus extitit: credendũ eſt: q; ſue ſanctitatis p̃mia eternaliter nõ amiſit. Hic cũ eẽt de genere aaron ſacerdos & iudex in iſrael: corã arca domini in tabernaculo miniſtrabat in ſilo. Ipe quoq; p̃dixit anne uxori helchane: que ſterilis fuerat: filium ex ea naſciturꝝ: ut tradũt hebrei: quẽ illa uouit domino ſe daturam. Cum aũt heli duos haberet filios ophim & phinees: qui dominũ neſcientes partem ſacerdotalẽ de ſacrificiis anteq̃ adolerent: adipẽ tollebãt ab offerẽtibus crudum cõtra legem dei ut lautius ſibi pararẽt: eũ quod non erat portio ſed rapina: dormierunt etiã cum mulieribus obſeruantibus ad hoſtium tabernaculi: & eas que uenerãt ad purificandum polluebant. Pater eorꝝ hoc agnoſcens: tepide eos redarguebat: propter quod per uirum dei reprobatus eſt a domino: ne ſacerdotio domus eius fungereť: & tẽporali pena puniendus p̃mittitur: ut ipe mala morte cũ filiis ſuis periret. ¶ Et cum heli ad talem dei cõminationem quaſi redderet incredulus: cõfidens de magna miſericordia domini. Et ſamuel adhuc puer oblatus domino a parentibus coram heli in tabernaculo miniſtraret: & heli iam ſenex eſſet: apparuit deus ſamueli: eũq; tertio uocauit: ac idem predixit: q; quicquid heli ſacerdoti cõminatus fuerat: ad litteram adimpleret: ut dicet infra: cum de ſamuele aget. Quod ipſe ſamuel heli interroganti per oĩa rettulit. ¶ Cumq; philiſtei in prelium contra iſrael cõgregati ueniſſent: & quattuor milia ex eis occidiſſent: & ſeniores iſrael hoc egre ferentes ad inuicẽ cõſilium habuiſſent: arcã domini de ſilo in preliũ ſecũ tulerunt: & cum duobus filiis heli arcam comitantibus cõtra philiſteos iuerunt. Videntes aũt philiſtei arcã domini timuerũt: ſed acrius ex hoc pugnantes iſraelitas fugere cõpulerunt: & ex eis. xxx. milia occiderunt: arca quoq; dei capta eſt: & duo filii heli mortui ſunt. Heli aũt ſacerdos pre ſenectute cecutiens ſedebat contra uiam: que ducit ad caſtra. Et cũ audiſſet nũcium: qui de p̃lio fugerat: q; populus ceſus eſſet: & duo filii eius interfecti: ſiluit: & patienter tulit. Cum autẽ audiſſet arcã captam: propter dei reuerentiam moleſte tulit: & cadẽs de ſella retrorſum fractis: ceruicibus expirauit. Iudicauit aũt iſrael. xl. annis: & ſepultus eſt in ſepulchro patrum ſuorꝝ: cuiuſq; dies obitus certus non habet: de ſamuele eius diſcipulo dicturus ipſum premiſi: quorꝝ ad inuicem geſta cõtinuantur. Hec ex primo libro regum a principio uſq; ad capitulũ quartum: & ex dictis ioſephi & hieronymi atq; ex hiſtoria ſcholaſtica ſumpta.

¶ De ſanctis Helchana & Anna eius uxore. Cap. LXXXI.

HElchana uir iuſtus & anna eius uxor ſamuelis prophete parentes inter ſanctos priſci temporis a ioſepho & hieronymo cõputant: quorum laus tam ex primo libro regum q̃ ex benedicta eorꝝ prole ſuſcepta percipitur. Fuit aũt helchana de ramathain ſiue ramatha: q̃ in euangelio dicitur arimathia: que ſita eſt in mõte effraim: & fuit de iſuar auũculo moyſi per chore deſcẽdens: & ſic per patrem fuit de tribu leui: per matrẽ uero de tribu iuda. Habuit quoq; duas uxores uidelicet fennenã fecundam & annam ſterilẽ: & cum eſſet anna pulchrior: & uir eã diligeret: fennena ei inuidẽs exp̃brabat ei: & obiiciebat ſterilitatẽ. Et cum de more ſuo aſcenderet debito tẽpore helchana: ut immolaret domino in ſilo: ubi tunc erat arca dei: que in tabernaculo ſeruabat: & quodam tempore ipſe helchana cũ ambabus uxoribus aſcendiſſet: & filios ac filias quos habebat de fennena ſecũ duxiſſet. Anna triſtis proſterilitate ad fores tabernaculi egreſſa orauit ad dominum pro prole habenda: & uotum uouit: q; ſi deus ſibi maſculũ largireť: q; faceret ipſum nazarenũ: & altaris miniſterio perpetuo deputaret. ¶ Et cũ heli ſacerdos eam oratẽ obſeruaſſet: & triſtitie eius cauſam audiſſet: diuino ſpiritu eidem prenũciauit: q; deus exaudiſſet eam: que eſt, p̃miſſione ſacerdotali ſecura iã de ſobole facta eſt: & reuerſa cum uiro in domum ſuam

concepit:& peperit filium:uocauitq; nomen eius ſamuel:eo q; a domino poſtulaſſet eū. Nec aſcendit mulier cum uiro in ſilo:donec ablactaret filium. Et cum ipſum ablactaſſet:uidelicet cum eēt annoꝝ. xii. adduxit eum cū muneribus in ſilo:& obtulerunt eum parentes heli:ut eſſet miniſter in cōſpectu domini: ſecūdum uotum quod emiſerat eius mater. ¶ Et nota q; ſunt tres ablactiones. Prima a lacte māmille:que fit in tertio anno. Secūda a lacte īfantie:que fit in ſeptimo. Et ſic amouetur puer a lacte:a pedagogo:a timore. In hac uero tertia ablactione & ſamuel deo oblatus eſt: quaſi iam idoneus ad ſeruiendū. Poſt hec uero anna habuit tres alios filios & duas filias:quod deus facere uoluit:ut filium quem quodāmodo ſecūdū carnem pro deo amiſerat:in alia ſobole triplicaret:& per hoc oſtēdat:quia quod deo cōceditur etiā in tēporalibus non amittit. Quieuerūt aūt in pace helchana & uxor eius anna & ſepulti ſunt in ciuitate ſua in ramatha. Quibus aūt diebus migrauerūt expreſſum non habetur & iccirco geſtis filii eius cuius ſolēnitas ſequit: non immerito premittuntur. Hec unde ſupra.

¶ De ſcō Samuele ꝓpheta & iudice. Ca. LXXXII.

SAmuel ꝓpheta & iudex populi iſrael ſanctiſſimus:qui nedū inter patres antiquos ſanctos teſtamēti ueteris eccleſiaſtici. xlvi. ca. plurimū cōmendatur:ſed etiam in pleriſq; diuine ſcripture locis:ut ſanctus magnificat & ponitur:filius fuit helchane ephiatei de ramatha de tribu leui:& anne eius uxoris de quibus ſupra proximo actū eſt. Qui matris eius orationibus a domino poſtulatus fuit:uoto ꝑmiſſo:q; ipm ad perpetuū ſeruitiū domini māciparet:quod & parētes ipſius fideliter adiplere curarunt:ipſumq; duodenē heli ſacerdoti in ſilo obtulerunt. Et ab illa etate ut dicit ioſephus plenarie ꝓphetare cepit. ¶ Cū autem filii heli legis domini eſſent trāſgreſſores:& heli tepide corrigeret: illos:& dominus eidē ac filiis eius per ꝓphetā mortem cōminatus fuiſſet:nec adhuc heli uerbis domini fidē plenā adhiberet:ut ſuperius dictum eſt in geſtis heli. Factum eſt:ut heli in lecto ſuo iaceret:& iam pre ſenectute ipſius oculi caligaſſent:& ſamuel iacebat iuxta tabernaculū cum heli ſacerdote. i. prope lectum eius. Quē dominus uocauit ex nomine. Qui ſurgens acceſſit ad heli credens ſe uocatum ab eo:ſed heli ipm uocaſſe denegans ad dormiendū remiſit. Cūq; hoc ibidem & ſecundo & tertio:factū eſſet. Intellexit heli q; deus ipſum uocaſſet:& inſtruxit puerꝝ qualiter itерꝝ reſpondere deberet:uocatus aūt iterato a domino cū reſpondiſſet:loquere domine: indicauit ei dominus eandem cōminationē in domū heli:quam primo fecerat per uirum dei. Mane auté ſamuel ab heli adiuratus:indicauit ei omnia que locutus eſt ei deus. Creuit auté ſamuel & cognouit omnis populus: quia fidelis eſſet ꝓpheta domini. Et cōſulebat eū oīs populus iuxta preceptum domini. Preceperat enim deus: ut abiicerēt ariolos & diuinos:& huiuſmodi:& ſciſcitarentur a fratribus uerbū domini. ¶ Mortuo uero heli ſacerdote:ut ſuperius dictum eſt. Samuel in locū eius ſucceſſit in iudicem. Qui populum domini adduxit in maſephat:ut oraret pro eis:eo q; philiſtei terminos iſrael inuaſiſſent. Tunc ſamuel effudit aquā coram domino:in qua maledicta cōgeſta erant:quam ſi bibebat idolatra labia ipſi inſeperabiliter adherebāt: forte in ſignum federis ſicut fecit ioſue. Quidā tamē aſſerunt ſamuelē idolum redegiſſe in puluerē:& mixtum dedit populo ad bibendū & in barbis eoꝝ iudicaſſe reos idolatrie a non reis ſicut olim fecerat moyſes. Et iudicauit eos ibi ſamuel. i. docuit iudicia dei. Et audierunt philiſtei cōgregatū eſſe iſrael in maſephat & armati aſcenderunt aduerſus eos. Clamauitq; ſamuel ad dominum:& obtulit agnū lactentē in holocauſtū. Et inito prelio dominus intonuit fragore magno ſuper philiſteos:& mota eſt terra:& per loca pandebat hiatus:& philiſtei in fugā uerſi ceſi ſunt a filiis iſrael:qui percuſſerūt eos uſq; ad terminos terre ſue. Tulitq; ſamuel lapidē:& poſuit eum in terminis: nec auſi ſunt ultra philiſtei intrare terminos iſrael:uiuente ſamuele:iudicabat itaq; ſamuel populū in bethel & galgalis & maſephat circuiens per annos ſingulos & reuertebatur in ramatha: ſed & ibi iudicabat iſrael. ¶ Cum aūt ſenuiſſet ſamuel:poſuit filios ſuos iudices ioel & abiam:alterꝝ in bethleem alterꝝ in berſabe ut ibi populū iudicarent. Qui declinauerūt poſt auaritiā & peruerterunt iudicia:Quod non ferens populus petiit a ſamuele regem. Qui diuina reuelatiōe ſaulem tribu beniamin ſibi a domino miſſum unxit in regē ſuper iſrael:& ipſe ſamuel iudex eſt factus:qui ꝑfuerūt ſimul in populo. xl. annis ut ioſephus ſcribit. ¶ Proceſſu uero tēporis mandauit ſamuel ſauli regi iubente domino:ut deleret amalech: & nec homini ꝑceret nec iumētis. Qui cōtra preceptū domini:poſtq; amalechitas expugnaſſet:pepercit agag regi amalech: & optimis armentoꝝ:ꝓpter quod a domino reprobatus eſt:& regnū eius ad dauid trāſlatum ex ore ſamuelis ꝓphete domino ei mandante:licet ꝓpheta dei pro ſaule dominū plurimum exoraſſet. Sicq; poſt aliquot mēſes ſamuel propheta iuſſu diuino iunxit dauid filiū iſai de bethleē in regē futuꝝ ſuper iſrael adhuc uiuēte ſaule. Et extunc cepit regnum ſaulis declinare:dauid aūt in omnibus ꝓſperari:ſicut dictum eſt ſupra in geſtis dauid regis. iiii. cal. ianua. ¶ Poſtq; auté ſamuel populum dei laudabiliter iudicaſſet mortuus eſt. Et fleuit eū uniuerſus iſrael ſinguli tanq; ꝓprium patrē lugentes:& ſepelierunt eum in ſepulchro patrono in ramatha. Qui dormiuit in domino. xiii. calē. ſeptēbris. ¶ Huius oſſa ſacratiſſima: Archadius īperator de iudea trāſtulit in thraciā portātibus eīs ac occurrentibus populis tanta letitia:ut quaſi ꝑſentem uidentēq; cernerent atq; ſuſciperēt:ut de paleſtina uſq; chalcedonē iungerentur populoꝝ agmina in xpi laudes una uoce preſonātia:ut ſcribit hieronymus libro contra uigilantiū. Hec ex primo libro regum a. iiii. ca. uſq; ad. xvi. & aliis uoluminibus quibus ſupra.

¶ De ſcō Samuele ꝑſbytero. Cap. LXXXIII.

SAmuel preſbyter eccleſie edeſſene claruit tēpore anaſtaſii primi imperatoris. Qui ſancta uita ſublimis & doctrine:ſapientia clarus:multa aduerſus eccleſie inimicos intentione tamen precipua contra neſtorianos & timotianos ſyro ſermone conſcripſit:quem apud conſtantinopolim adhuc tempore ſuo in carne uiuere:& ſcripta eius ſe teſtatur agnoſcere illuſtris gemnadius: qui & apud ipſam ciuitatem in chriſto quieuit cū pace;ibidemq; tumulatus.

¶De ſancto Bernardo abbate ordinis ciſtertienſis. Cap. LXXXIIII.

BErnardus abbas claraualleñ & doctor claruit tempore eugenii pape tertii & federici imperatoris primi: qui ex ꝓuincia burgundie caſtro fontanis patre milite teleci/no matre aleth religioſa domina ortus eſt, que ſex mares filios genuit monachos futuros: feminam unam ſanctimonialem: quos ut ediderat domino offerebat: & ipſos pueros cibis groſſioribus quaſi eremo magis q̃ curie nutriebat. Cum autem tertium ſcilicet Bernardum geſtaret in utero: uidit per ſomnium catellum candidum & latrãtem in utero ſe habere. Quod cum cuidam uiro dei expoſuiſſet, Ille uoce prophetica reſpondit: q̃ optimum catulum pareret: qui domus dei cuſtos futurus eſſet: eo q̃ predicator fieret egregius: & contra inimicos daret latratus: ac multos medicinalis lingue gratia eſſet curaturus. ¶Cum autẽ bernardus adhuc puer in natiuitatis dominice nocte officiũ expectaret: auidius ſcire qua hora chriſtus natus eſſet: media nocte eidem apparuit puerulus ieſus: quaſi denuo ex utero matris natus. Vnde extunc illam fuiſſe horã dominice natiuitatis cognouit. Ex illa ergo hora in his: que pertinent ad illud ſacramentum: ſenſus ei ꝓfundior & ſermo copioſior datus eſt. Quod patet in illo initio opuſculorum ſuorũ: quod edidit: cum homeliam illam ſuper euangelio Miſſus eſt gabriel, compoſuit. ¶Verum antiquus hoſtis eius caſtitati inuidens: multos ei laqueos tentationis oppoſuit. Cum ſemel in quãdam feminam diu oculos defixos habuiſſet: de ſe continuo erubuit: ac in ſtagnum gelidarum aquarum iſiluit: ibiq̃ tam diu manſit: donec a carnali concupiſcentia totus refriguit. ¶Alia nocte puella quedã ſe nudam in lecto ipſius poſuit: quã ille ſentiens partem lectuli ei conceſſit: donec illa ip̃m cernens immobilem: erubeſcens inde receſſit. ¶Alias etiam hoſpitatus in domo unius matrone: cum illa in eius pulchritudinem exariſſet: nocte ſilenter ad lectum eius acceſſit. Illoq̃ clamante latrones mulier ſe abſcondit. Surgentes uero famuli latronem querunt: ſed non inueniunt. Cumq̃ hoc idem uſq̃ tertio factũ eſſet: mulier tãdem deſperata receſſit. Dum uero mane a ſociis quereretur: quomodo tot uicibus latrones clamaſſet. Reſpondit: q̃ uere latro ei inſidiatus fuerat: quia hoſpita theſaurum ſue uirginitatis irrecuperabilem auferre uoluerat. Et extunc ciſtertienſium ordinem ingredi deliberauit. Quod cũ fratres eius omnimode prohiberent: tantam ei dominus gratiam cõtulit: ut non ſolum non prohiberetur: ſed omnes fratres ſuos & alios plures ad religionem domino lucraretur. Fratri autem ſuo gerardo uerba eius uana reputanti predixit: q̃ lancea latus eius perforaret: & tunc compunctus uerbis eius cõſenſum preberet. Poſt paucos dies gerardus ab inimicis capitur: & lancea in latere uulneratus carceratur. Ad quem Bernardus ueniens eundem confortauit: promittens q̃ cito liberaretur: & monaſterium ingrederetur. Eadem nocte compedes gerardi de pedibus eius ceciderunt: & hoſtio p ſe aperto ipſe euaſit: indicauitq̃ fratri ſe mutaſſe propoſitum: & uelle fieri monachum. ¶Anno igitur domini. M. cxii. a conſtitutione ordinis ciſtertienſis. xv. ſeruus dei bernardus annorum. xxii. cum fratribus & aliis ſociis. xxx. ordinem ciſtertienſem ingreſſus eſt. Qui mox totus ita in ſpiritum abſorptus eſt: ut iam nullis corporeis ſenſibus uteretur. Qué abbas ciſtertienſis ad edificandum domum clareuallenſem poſt modicum miſit: ubi multo tempore in nimia paupertate uitam duxit. Vigilius autem & orationibus intẽtus continue carnem mira penitentia flagellabat: & maxima ieiuniorum inedia domabat. In ueſtibus autem & aliis cunctis ſemper paupertatẽ amabat. Quicquid uero in ſcripturis didicit: in agris & ſiluis confitebatur accepiſſe: & nullum ſe magiſtrum aliquando habuiſſe: Oranti quoq̃ ſibi confeſſus eſt expoſitionẽ orationis dominice ſibi ſcriptam apparuiſſe. Humilitatem autem & patientiam ultra modum in cunctis oſtendit. ¶Cum trecentas marchas argenti ſibi pro cenobio conſtruẽdo miſſas predones abſtuliſſent: patienter tulit: deumq̃ benedixit: qui ſibi a tanto onere pepercit. ¶Quidam canonicus regularis ad eum uenit: & ut in monachum reciperetur rogauit: cumq̃ ille non acquieſceret: ſed ad ſuam eccleſiam redire ſuaderet: aduertẽs q̃ canõnicus ex leuitate ordinem mutare uellet: canonicus ad conuitia multa prorupit: ac demũ ipſum in maxilla percuſſit. Cũq̃ aſtantes in ſacrilegũ inſurgerẽt: ille ne eũ tangerent per xp̃m adiurauit: & ſine ulla ultione patienter dimiſit. ¶Pr̃ eius qui ſolus in domo remanſerat, ad monaſteriũ iuit: & ibidẽ poſt aliqd̃ tp̃s in ſenectute bona deceſſit. Soror uero eius in ſeculo nupta cũ multo comitatu & põpa ad monaſteriũ acceſſit. Sed ad eã uir dei exire recuſauit. Cum autem lachrymans inſtaret & cõſilium anime ſue ſaluãde peteret ad eam exiit: & mundi ei gloriam interdixit. Que habitum & uitam mutans in ſeculo quaſi in eremo deinceps deo ſeruiuit: & tandem multis precibus a uiro licentia habita monaſterium introiuit. Tanta autem abſtinentia & uigiliis corpus attriuit: ut fere continua grauiſſima infirmitate langueret. ¶A ciuitatibus ianueñ & mediolaneñ in epiſcopum electus conſentire renuit: dicẽs ſe non eſſe ſum: ſed aliorum ſeruitio deputatum. ¶Cum quodã tempore fratres cartuſienſes uiſitaſſet: loci prior contra ipſum aliquãtulum murmurauit: q̃ ſella cui equitando preſidebat nimium curioſa eſſet. Quod cũ uir dei audiſſet miratus querebat qualis ſella eſſet. Nam illuc uſque a claraualle uenerat & qualis eſſet ſella non perpenderat. ¶Iuxta lacum etiam lauſanenſem unius itinere pergens ipſum non uidit: & cum ſero ſocii de ipſo lacu loquerentur: ubi eſſet lacus ille interro

gauit. ¶ Predicanti ſibi aliquando inanis glorie tentatio irrepſit: q̄ optime populo predicaret. Qui mox in domino confortatus tentatori reſpōdit: q̄ nec per ipſum inceperat: nec per ipſum dimittere intendebat. Frater robertus eius monachus & ſecundum ſeculū propinquus: quorundam ſuaſione ad monaſterium cluniaci ſe contulerat: quem uir dei ſtatuit per epiſtolam reuocare. Cum autem eam ſcriptori ſub diuo dictaret: ſuperueniente ſubito imbre: ſcriptor ſurgere uoluit. Bernardus uero ut procederet in ſcribēdo ſua ſit: quia opus dei erat: quod ipſi faciebāt. Sicq̄ ſcripſit epiſtolam in medio imbre ſine imbre. Cum enim circa eos undiq̄ plueret: inde moleſtiam imbris uirtus expulit charitatis. ¶ Monaſterium quoddam multitudo īfinita muſcarum occupauerat: que monachos grauiter infeſtabat. Quas uir dei excommunicauit: & mane omnes muſce mortue ſunt reperte. ¶ Cum a mediolanenſibus eccleſie reconciliādis a papa miſſus papiam rediſſet. Quidam uxorem ſuam demoniacā ad eum adduxit. Cumq̄ malignus ſpiritus per multa uerba bernardum irrideret: & cum eo uir dei proli xius diſputaſſet: tandem oratione ſua immundū ſpiritum ex illa muliere exire coegit. Sed cum inde ſanctus uir receſſiſſet: diabolus eam iterū inuaſit. Quod cum ſanctus per uirum eius poſt ſe currentem audiſſet nomen ieſu chriſti in ſchedula ſcripſit & collo mulieris alligari mandauit. Et ſic totaliter a ſpiritu illo maligno liberata eſt. ¶ Apud aquitaniam mulier alia ab incubo quodam per ſex annos petulante laſciua uexata fuerat. Que ad uirum dei acceſſit: & que paſſa fuerat cum lachrymis enarrauit: cui Bernardus baculum ſuum tradidit: & ut in lectulo ſuo ipſum poneret mandauit. Demon autem extunc ad cubile nō audebat accedere: ſed accerrime comminabatur: q̄ eo recedente ſe de ipſa atrocius uindicaret. Quod cum ſancto rettuliſſet: ille populum conuocauit: & candelis accēſis oīa publice enarrauit: ac demoné illum excōmunicauit. Sicq̄ mulier ab eius illuſione penitus liberata eſt. ¶ Cum in eadem prouincia legatiōe fungeretur: ut ducem aquitanie eccleſie reconciliaret: & ille recuſaret: uir dei ad altare celebraturus acceſſit: duce preforibus expectante. Cum autem pax domini dixiſſet corpus chriſti ſuper patenam poſuit: & adducem exiuit: eidemq̄ per filium uirginis terribiles minas intulit: & ultionem diuinam addidit: niſi ad eccleſie obedientiam ueniret. Quem dux ignea facie & flammeis oculis conſpiciens: territus coram eo procidit: & uenīam poſtulauit: & quicquid ſanctus precipere oluuit: mox adimpleuit. ¶ Militem quendam nobilem monachum ſuum effectum grauis tentatio exeundi ordinem pulſauit. Ita ut expreſſe diceret ſe nunquam letū futurum. Quod ſanctus audiens pro eo orauit: & tentatio mox diſceſſit. Ita ut poſtmodum diceret ſe nunquam triſtitiam habiturum. ¶ Cum ſanctus malachias epiſcopus hibernie in ſuo monaſterio migraſſet: & bernardus pro eo miſſam pro defunctis inchoaſſet gloriam eius intra canonem domino ſibi reuelante cognouit: & poſt communionis collectam pro confeſſore pontifice commutauit. Cui dum cātor inueret q̄ errabat: ait ſe non errare: ſed ſcire quid diceret. Deinde accedēs ſacro corpori pedes oſculatus eſt. ¶ Viſitatus a quibuſdam tyronibus in quadrageſima rogabat eos: ut ſaltem illis diebus a ſuis ſe uanitatibus cohiberent. Quibus recuſantibus uinum benedictum eis in poculum tradidit: & mox illorum uitam in melius commutauit. ¶ Tandem morti appropinquans fratribus ſuis: charitatem: humilitatem: & patientiam iure teſtamenti reliquit. Deinde poſtquā multa miracula perpetraſſet: & centum & ſexaginta monaſteria conſtruxiſſet: anno domini milleſimocēteſimo & ſexageſimotertio etatis uero ſue anno ſexageſimotertio inter filiorum manus obdormiuit in domino decimotertio calen. ſeptembris. Sepultuſq̄ eſt in monaſterio claraualleī. multis & mirabilibus miraculis refulgens. ¶ Hic doctor ſanctus multos libros & tractatus edidit. Scripſit librum unum de cōtemptu mundi ad clericos. Item exhortatorium de paſſione & reſurrectione domini librum unum. De gratia & libero arbitrio librum unum. De gradibus humilitatis & ſuperbie librum unum. Ad abbatē columbenſem de precepto & diſpenſatiōe librum unū. Ad ciſtertieū & cluniaceū apologeticum librum unū Ad hugonem de ſancto uictore librum unum. Super pſalmum Qui habitat. homelias. xviii. Super cantica canticorum homelias ſeptuagintatres. Super Magnificat. tractatum unum. Epiſtolas ad diuerſos. ccxl. Sermones uero innumerabiles. Item ad eugenium papā tertium de conſideratione libros quinq̄. Ad milites templi de laude militie noue librum unū. Et alia opuſcula multa & elegantia compilauit.

¶ De ſcō Philiberto abbate. Cap. LXXXV.

PHilibertus abbas apud rothomagum claruit tempore clodouei regis francorum: Qui adhuc iuuenis a dagoberto rege frācorum in palatio ſuo aduocatus: cum eſſet annorum uiginti elegit chriſti fieri diſcipulus: & in robatenſi monaſterio ſub agilo abbate monachus factus eſt: ubi operibus penitentie uacans: multa diaboli tentamina pertulit: quas omnes chriſto adiutus ſuperauit. Succeſſitq̄ agilo in abbatie regimine: domum ſibi creditam ſtrenue gubernando: & miraculis coruſcando. Dum autem eum quidam ex fratribus liuore ſuidie ex cenobio abieciſſent: unus eorum ictu fulminis interiit: alius in ſeceſſum omnia interiora depoſuit. Reliqui timore percuſſi penitentiam agētes: ipſumq̄ reuocantes: eidem humiliter obedierūt. ¶ Poſtmodum autem a rege clodouco & bathylde regina francorum in pago rothomagenſi locum appellatum gemericum obtinuit: ubi egregium monaſterium conſtruxit. ¶ Monachum quendam quem ad regem pro cauſa cenobii mittere diſponebat febre detentum: imperans febri ſanauit & miſit. ¶ Exiſtente eo pariſius latro chirothecas eius furatus eſt. Mane autem ſe ardere eiulans: & loqui non ualens: ſinum cum furto aſcōdito patefecit. ¶ Cum nocte quadam in baſilica ſancti petri oraret: uiſi ſunt oculi eius quaſi due lampades fulgentes. ¶ Monacho qui languens ad extrema uenerat: & loqui non ualebat: peccatūq̄ unum in confeſſione ſcienter omiſerat: oratione ſua loquelam reſtituit: illeq̄ peccatum cōfeſſus mox expirauit. ¶ Cum fratres meſſem ſuccideret: & manipuli per agros iacerēt: tempeſtatem ſubitam ingruētem a meſſe ſedauit: & continuo ſerenitatem adduxit. ¶ In uilla quoq̄ pineuio hoſpitatus a muliere q̄

dam paupere in domo ſuſceptus:uas uini quod habebat benedixit:& multis inde potantibus cunctiſq; ſatiatis ipſo abeunte plenum repertum eſt. Quieuit in pace uir domini decimotertio calẽdas ſeptembris. Sepultus in monaſterio ſuo predicto.

¶De ſanctis Chriſtophoro & Leouigildo martyribus. Cap. LXXXVI.

CHriſtophorus & Leouigildus martyres apud ciuitatem hiſpanie cordubam paſſi ſunt:qui tempore perſecutionis ab infidelibus comprehenſi cum chriſtum confeſſi eſſent:gladio cedente martyrium conſumauerunt quorum corpora poſt abſciſionem capitum igni tradita ſunt. Qui paſſi ſunt. xiii. calendas ſeptembris: ut ado tradit in ſanctorum martylogio ex dictis hieronymi ſumpto.

¶De ſanctis martyribus Leontio & Carpophoro. Cap. LXXXVII.

LEontius & carpophorus martyres in ciuitate aquileia paſſi ſunt tẽporibus diocletiani & maximiani imperatorum ſub lyſia preſide. Qui cum eſſent arte medici: infirmos quoſcũq; ab omni languore ſanabant non tam naturalibus medicaminibus artis ſue q̃ Chriſti nomine inuocato:erant enĩ fideliſſimi chriſtiani. Audiens autem lyſias preſes famam illorum: cum eẽnt ei ab eius officialibus accuſati: & q; cultum deorum ſuorum deſtruerent:eos ad ſe accerſiri fecit:& que eſſent eorum nomina:que patria:que cõditio:que fortuna queſiuit. Illi uero ad ſingula reſponderunt:quia ſcilicet nomina eoꝝ erant leontius & carpophorus: patria uero eoꝝ erat arabia:cõditio chriſtiana:fortunam autem chriſtianos neſcire dixerunt. Tunc preſes cepit eis perſuadere:ut diis ſacrificarent: promittens illos exinde honoribus ſublimandos: aut ſi renuerent diuerſis puniendos ſuppliciis. Cumq; illi ſacrificia demonibus exhibere nullatenus uelle reſponderent:& chriſtum ſibi adiutorem in omnibus dicerentq;:atq; illius comminata tormenta cõtemnerẽt: precepit eos preſes in mãibus & pedibus grauiter torqueri. Et dum illi conſtantes hoc ſupplicium deriderent:iuſſit eos preſes catenis uinctos in mare precipitari. Statimq; angelus domini affuit:& diruptis uinculis illos e pelago ad littus incolumes eduxit. Et cũ hoc miraculum preſes artibus magicis aſcriberet & e contra illi ei chriſti uirtutem predicarent:illeq; eos in nomine dei ſui hadriani ſequi uelle diceret: continuo duo demones affuerunt:& preſidem in faciem alapis cederunt grauibus per horam unam. Sed orãtibus pro eo ſanctis ſtatim demones abierunt. Tunc preſes dicere cepit:q; dii contra ſe indignati:quia illos uelle relinquere dixerat:talẽ in cũ uindictam exercuerant. Iuſſitq; ſanctos in carcerem trudi: donec qualiter ipos perderet cogitaret. ¶Altera die illos eductos & diis immolare conſtantius recuſantes:in ignem copioſum accenſum iactari mandauit. Sed tamen ignis illos in nullo leſit:ſed facto terremotu nimio: erumpens flamma plurimos paganoꝝ circũſtantes excuſſit. Illi uero ſancti de ignis educti medio:nedũ in corporibus ſed etiam in capillis & ueſtibus penitus apparuerunt intacti. Iubent ergo in equuleo ſuſpendi & ungulis radi:ſed angelo illos cuſtodiẽte: fatigatis ad modum carnificibus ante preſidem deponunt. ¶Et cũ iterum ac iteꝝ a preſide perſuaſi:cultũ diis ſuis exhibere renuerẽt:fecit illos lyſias p̃ſes in crucibus leuari:& a circũſtante populo lapidari:ueꝝ lapides in iacientes redibant & plurimos uulnerabant. Tunc mãdauit illos a. iiii. ex militibus ſagittis cõfigi. Sagitte uero martyres non ledebant:ſed retrouerſe ſagittarios cõfigebant. Et nõ ſolum illos:ſed alios plures aſtãtes occiderũt. ¶Lyſias aũt ſe confuſum in oĩbus cernens ſanctos dei gladio cedi iuſſit. Et ſic accedẽtes ſpiculatores eoꝝ capita gladiis abſciderunt. Quorum corpora chriſtiani rapientes iuxta muros ciuitatis aquileie ſepelierunt. Paſſi ſunt autem ſancti martyres leõtius & carpophorus. xiii. calen. ſeptembris.

¶De ſcõ Anaſtaſio martyre. Cap. LXXXVIII.

ANaſtaſius ſiue attalus martyr paſſus eſt ſub aureliano auguſto & p̃ſide antiocho rome. Qui cũ eſſet cornicularius:agapitũ martyrẽ in cuſtodia habuit mãdato p̃ſidis. Et audiẽs ab eo uerba uite fere cõuerſus eſt. Cum aũt agapitus uerſis pedibus ſuperius eſſet ſuſpẽſus:& fumo de ſubter facto ſic. iiii. diebus eſſet dimiſſus: ut ſupra dictũ eſt in poſſiõe eius. xv. cal. ſeptẽbris:& poſt dies q̃ttuor anaſtaſius illuc uadens ĩueniſſet eũ ſolutũ ambulantẽ & pſallẽtem:fidem x̃pi oõ ſuſcepit:& baptizatus eſt. Et dũ hec omnia que uiderat preſidi nunciaſſet:& x̃pm conſtãter confeſſus eſſet. Iuſſu aureliani decollatus eſt. xii. cal. ſeptembris.

¶De ſcõ Priuato ep̃o & mr̃e. Cap. LXXXIX.

PRiuatus ep̃s & martyr paſſus eſt in territorio gaualitane ciuitatis. Qui ſub perſecutione imperatorum ualeriani & galieni cum chriſtum dominum predicaret: & deos paganorum adorare recuſaret. Iudicis ſententia decollatus:& palma martyrii coronatus eſt. xii. calen. ſeptembris:ut dicit ado.

¶De ſcõ Quadrato ep̃o. Cap. LXXXX.

QVadratus ep̃s tẽpore hadriani imperatoris claruit:qui multa utilia opa eccleſie digeſſit. Nã eidẽ principi apologeticũ ſcripſit & obtulit. Librũ rõnis & fidei plenũ: apoſtolicaq; doctrina dignũ:& religioni x̃piane perutilẽ. Scripſit & parthicũ bellũ ſub ſeuero principe geſtũ. Auidii caſſii uitam & geſta ſcriptioni tradidit. Et in partibus macedonie in pace quieuit. xii. cal. ſeptembris. Hec hieronymus de uiris illuſtribus.

¶De ſcō Timotheo p̄ſbr̄o & m̄r̄e. Cap. XCI.

TImotheus p̄ſbyter & martyr rome paſſus eſt ſub ualeriano ip̄eratore:& tarq̄nio urbis prefecto. Qui ab antiochia ueniēs tp̄e melchiadis pape a ſcō ſilueſtro tūc p̄ſbytero:poſtea romāo pōtifice futuro:hoſpitio deuote ſuſceptus eſt. Qui timotheus:cū per unū annū: & tres mēſes:docēs x̄pi ueritatē multos populos gētiliū cō uertiſſet:tētus a tarquinio urbis p̄fecto:& plagas tormētis afflictus:lōgaq̄ carceris cuſtodia maceratus:cū ſacrificare idolis noluiſſet:per ceſus terq̄ grauiſſimis ſuppliciis attrectatus. Nouiſſime ſniam accipiēs capitalē:iter homicidas decollatus ē. Cuius corpus ſilueſter p̄ſbyter clā rapiēs in domo ſua occultauit: & melchiadi pape nūciauit. Qui ueniens nocte cū p̄ſbyteris & diaconibus corpus tulerūt:& in horto cuiuſdā mulieris noīe theone iuxta ſepulturā beati pauli apoſtoli ſepelierunt. Paſſus eſt autem. xi. cal. ſeptēbris.

¶De ſanctis Timotheo & Proterio martyribus. Cap. LXXXXII.

TImotheus alexādrinus ep̄s & ꝓterius eius preſbyter fidei catholice pugiles extiterūt tēpore leonis imperatoris contra dioſcorum ep̄m alexandrinum per timotianos hereticos ītruſum uiriliter reſiſtētes. Propter qd' hereticī eū diſcoro armata manu in cenā domini alexādriā inuadētes ꝓteriū capiunt:& in eccleſia occidunt: corpuſq̄ illius crudeliter laniatū igne cōſumunt:pulueré quoq̄ inuentū diſpergunt. Dioſcoꝝ uero uiolēter in ep̄atum mittunt. Timotheus uero ep̄s catholicus uix aufugiens liberatus eſt. Qui poſt dies modicos:multum oppreſſus anguſtia quieuit in x̄po.

¶De ſcō Symphoriano m̄r̄e. Cap. LXXXXIII.

SYmphorianus martyr tempore aureliani imperatoris paſſus eſt in ciuitate eduncū. ſub cōſulari heraclio. Qui ex auguſtudunēſi urbe: patre fauſto nobile chriſtiano progenitus:cum adhuc eſſet adoleſcens tanta morū grauitate pollebat ut ſenioꝝ uitam anticipare uidere tur. Cū ergo pagani in ciuitate edua feſtū ueneris celebrarent:& ſtatuam eius ante heraclium prefectū deferrent. Symphorianus affuit:& nolens eam adorare diu ceditur:& ceſus carceri mancipatur. Et cum eductus de carcere ad ſacrificium cogeretur: & multa ei donaria ꝓmitterent:ipſeq̄ omnia tanq̄ lutū abominaret. Iratus iudex data ſententia p̄cepit:ut decollaretur. Iratus iudex data ſententia p̄cepit: ut decollaret. Qui cū ad locum duceret:mater eius de muro aſpiciebat:& ipſum ad paſſionem uiriliter cōfortabat:dicens q̄ ei uita non tolleret:ſed in melius cōmutaret. Mox igitur decollatus eſt:& corpus eius a x̄pianis ſepultum ad fontē:qui eſt extra publicum campum foris muros edue ciuitatis. Paſſus eſt autem. xi. calen. ſeptembris circa annum domini. cclxx.

¶De ſancto Antonio martyre. Cap. XCIIII.

ANtonius martyr paſſus eſt rome tempore cōmodi imperatoris ſub uitellio preſecto. Qui cum eēt carnifex:& ſanctos martyres euſebium:pontianū: peregrinū: & uincentium in equuleo leuatos mandato preſidis laniaret. uidit iuuenē ſtantem & cū ſpongia ſanctoꝝ uulnera tergentē:de quibus infra dicet. viii. calen. ſeptēbris:qui mox cōuerſus:& a rufino preſbytero baptizatus:dum chriſtum cōfiteretur:iuſſu prefecti capitali ſententia damnatus eſt:& uia aurelia iuxta foꝝ traiani ſepultus. xi. calen. ſeptembris.

¶De ſcīs Timotheo & Apollīare m̄r̄ibus. Ca. XCV.

TImotheus & Apollinaris martyres paſſi ſunt apud rhemenſium urbem ſub nerone imperatore:preſide autem lampio:cui primū timotheus p̄ſentatus cum ſacrificare nollet: & grauiter tortus fuiſſet: ac laniatus & aceto & calce uiua eius uulnera conſpergerent. Apollinaris uero gentilis aſſiſtens:uidit duos angelos Timotheo aſtantes:& ipſum hortantes:ac ut in celum aſpiceret admonentes:qui aſpiciens uidit celum apertum:& ieſum coronam gemmatam tenentē: eamq̄ ei dare promittentem:poſt que angeli ad celos euolarunt. Que omnia cum apollinaris uidiſſet: cōuerſus eſt. Et dū preſide tentus fuiſſet:& in os eis plumbum liquefactum faceret infundi:tanq̄ glacies repente refriguit. Quo uiſo miraculo multi paganorum in domino crediderunt:& nocte a ſancto mauro preſbytero baptizati ſunt. Sancti uero timotheus & apollinaris in carcerem miſſi ſunt:ubi & apollinaris tanq̄ nouus chriſti tyro ab angelo cōfortatur. ¶Die uero ſequenti omnes qui cōuerſi fuerant iubente preſide decollantur. Timotheus uero & apollinaris tertio ceſi: & diuerſis attrectati ſuppliciis in confeſſione domini perſeuerantes:tandem capitali ſententia puniti ſunt. Statimq̄ iaculum ignitum de celo cadēs humerum dextrum p̄ſidis percuſſit:& ꝓtinus a demonio arreptus infeliciter expirauit. Sanctoꝝ uero martyꝝ corpora a x̄pianis in eadē urbe honorifice cōdita ſunt. x. calen. ſeptēbris circa annum domini. lvii.

¶De ſcō Zacheo ep̄o hieroſolymoꝝ. Cap. XCVI.

ZAcheus ep̄s quartus a beato iacobo hieroſolymoꝝ eccleſiam clariſſime rexit. Nam ut ait euſebius. iiii. libro cap. v. Hieroſolymis ep̄i. xv. fuerunt uſq̄ ad tēpora hadriani imperatoris oēs ex hebreis x̄pianis aſſumpti: uerū iudeis a romanis diſperſis epiſcopi ex circūciſione eligi ceperunt. ¶Horū autem primus fuit iacobus frater domini:ſecundus ſymeon:tertius iuſtus:quartus zacheus:quintus tobias:ſextus beniamin: ſeptimus ioānes:octauus mattheus:nonus philippus:decimus ſeneca:undecimus leui:duodecimus iuſtus decimus tertius effrem. decimuſquartus ioſeph. decimuſquintus iudas. Hec euſebius. Beatus uero zacheus in omni ſanctitate cōmiſſum ſibi gregē exemplis ac doctrinis reficiens:quieuit in pace. x. cal. ſeptembris.

¶De ſcō Zacheo ep̄o Antiocheno. Cap. XCVII.

ZAcheus ep̄s antiochenus primus poſt petrum apoſtolū conſtitutus fuit. de quo in itinerario clemētis dicit q̄ cum petrus in diſputatione quam habuit cū ſimone mago uictoriam obtinuiſſet:ſimonq̄ romā a facie petri fugiſſet. Petrus poſt eū pergens:zacheū ſibi ſucceſſorē cōſtituit:& p̄ſbyteros ac diaconos ordinās:eiſdem populū commendauit:ipſoſq̄ de omnibus inſtruens perfectius ꝓfectus abiit. Zacheus aūt ep̄s poſtq̄ eccleſiā ſibi cōmiſſam feliciter gubernaſſet:plenus ſanctitate beato fine quieuit:ibidemq̄ ſepultus in pace.

¶De ſancto Theona ep̄o. Cap. XCVIII.

THeonas ep̃s alexandrinus uenerabilis fuit omniq; uirtute clarus: qui beatum petrum eiſdem urbis ep̃m & martyr̃ enutriuit: cui & idem beatus petrus in ep̃atu ſucceſſit: ꝙt ſibi a domino per uiſum fuerat reuelatum. Hic eccleſiam ſuam ab infeſtatione arriana tũc uigente uiriliter defenſauit: qui & uirtutibus laudabilibus preclarus in pace quieuit. x. calen. ſeptembris: Alexandrie quoq; tumulatus iacet.

¶ De ſancto Theona abbate. Cap. XCIX.

THeonas abbas pater fuit trium miliũ monachorum ĩ eremo ſcythi: qui ut dicit ſozomenus: fuit ſciẽtiſſimus litterarum grecar̃: latinarum: & egyptiar̃: qui triginta annis dicit̃ minime uiſus iraſci: aut iurare: aut mẽtiri: aut uanũ: uel aſperum uel infirmũ ꝓtuliſſe ſermonẽ. Hic abbatẽ quendã adhuc iuuenẽ quotidie pãmachiũ furantẽ & eccleſie mãducantẽ: ſermone de continẽtia facto cõuertit ad penitentiã: eoq; peccatũ ſuũ publice cõfitẽte uelut lãpas ignis de ſinu eius egreſſa eſt: totãq; domũ fetore cõpleuit. Hic ẽt dicebat nihil eſſe tã noxiũ monachis: q̃ cogitationes ſuas patribus ſuis ſpũalibus celare. Quieuit in pace in eremo de ſcythi. x. cal. ſeptẽbris. Hec ſozomenus ĩ hiſtoria tripartita.

¶ De ſcis Donato & Reſtituto & ſociis mr̃. Ca. C.

DOnatus & reſtitutus: ualeriãus: & fructuoſa cum aliis. xii. apud antiochiã paſſi ſunt. Qui preclariſſimo confeſſionis honore per diuerſa genera tormentorum glorioſo martyrio coronati ſunt. x. calen. ſeptembris. Hec ado in martylogio ſuo.

¶ De ſcis Claudio Aſterio & Nenone mr̃. Ca. CI.

CLaudius: aſterius: & nenon apud lyciã in ciuitate egea martyrium paſſi ſunt. Qui tempore perſecutionis ab infidelibus tenti: cum chriſtum dominum cõfiterent̃: poſt acerba & diuerſa ſupplicia cruci affixi ſunt. In q̃ deo ſpũm reddiderunt. x. cal. ſeptẽbris. Hec ado.

¶ De ſancto Porphyrio martyre. Cap. CII.

POrphyrius martyr paſſus eſt tẽpore aureliani ĩperatoris: ſub antiocho preſide in urbe roma. Hic uir dei ſanctum martyrem agapitũ enutriuit: & ad martyriũ ſua doctrina animauit. De quo ſupra dictũ eſt. xv. cal. ſeptẽbris: ꝓpter quod ab antiocho preſide detentus: poſt multa ſibi illata torméta emiſit ſpm. x. cal. ſeptẽbris.

¶ De ſcõ Bartholomeo apoſtolo. Cap. CIII.

BArtholomeus apoſtolus natione ſirus & nepos fuit regis ſyrorum ex patre ſoluſq; ex oĩbus apoſtolis ſecũdũ carnẽ nobilitate decoratus unde & propter ip̃m ſolũ in cena domini facta ẽ cõtẽtio inter diſcipulos: qs eor̃ uidet̃ ee maior. Cũ enĩ xp̃us apoſtolis dixiſſet: q; unus ex eis ip̃m traditurus eẽt: apoſtoli ſuſpicati ſunt: q; ꝑditor ille hoc facere uellet: q̃tenus regnũ iſrael quẽ ſperabant carnaliter xp̃m obtenturum ſibi uſurpare cuperet. Et cũ nullus inter eos eẽt: qui ad talẽ dignitatẽ aſpirare putaret̃: niſi bartholomeus ꝓp nobilitatẽ regiã. Ideo habuerũt eũ de tali ꝑditione ſuſpectum: & queſtionem de maioritate fecerunt. Hec damaſcenus: unde in quibuſdam eccleſiis euangelium in hoc feſto de dicta contentione inter diſcipulos facta legit̃.

¶ Legitur aũt in quadã hiſtoria licet apocripha: q; dũ perueniſſet ad bartholomeũ regis ſyrie filio carentis nepotem adhuc iuuenẽ: de doctrina & miraculis xp̃i: apud iudeam predicantis: miſit ad eum nuncium q; libenter eius diſcipulũ ſe faceret: ſi ieſus gratiam unã illi concederet. Audierat enim q; diſcipuli eius pauperes in abiecto habitu incedebãt. Si ergo ꝓpter honorẽ regie dignitatis ſibi concederet: ut purpura ĩdutus uteretur ipſum perpetuo ſequeretur. Cui chriſtus optata libere conceſſit: dixit tamen nuncio ut ex parte ſua diceret bartholomeo: q; qui materialem chlamydem deponere recuſaret: adhuc pro eius amore naturalem ueſtem: hoc eſt corporis cutẽ dimitteret. Et ſic chriſtus bartholomeũ in apoſtolum ſuũ recepit: & ille ſemp purpure uſum retinuit. Cũ ergo poſt paſſionem domini apoſtoli per diuerſas mũdi partes ad predicandum diuiſi eſſent. Bartholomeus primo in lycaonia predicauit: deinde ad indiã inferiorem acceſſit. Et ingreſſus tẽplum in quo erat idolũ aſtaroth quaſi peregrinus ibi manere cepit. In hoc idolo quidam demon habitabat: qui ſe languentes curare docebat: ſed non ſubueniebat ſanando: ſed homines primo ledẽdo: deinde a leſione ceſſando. ¶ Verum cum templum languentibus plenum eſſet: & nullum ab idolo reſponſum habere poſſent: perrexerunt ad aliam ciuitatem: ubi aliud idolũ nomine berith colebatur. Et interrogãtibus cur ſibi deus ſuus aſtaroth reſponſum nõ daret. Berith reſpondit: q; deus eor̃ catenis igneis conſtrictus eſſet: ut nec reſpirare nec loqui poſſet: ex illa hora qua apoſtolus dei Bartholomeus illuc ingreſſus fuiſſet. Illis uero querentibus quis eẽt iſte bartholomeus. Reſpondit q; erat amicus dei oĩpotẽtis: & ideo illuc uenerat ut oẽs deos deinde euacuaret. Dixitq; eis berith omnia ſigna eius: q; uidelicet capillos nigros & criſpos habebat: oculos grãdes: nares eq̃les barbã ꝓlixã paucis canis reſperſam: ſtaturam mediocrem. Colobio albo & pallio purpureo induebatur anni uigintiquinque erant ex quo ueſtes eius & ſandalia: nec uenerant nec ſordidauerant. Centies in die & totidem in nocte genu flectebat. Angeli dei cum eo ſemper ambulabant: non permittentes eum fatigari nec eſurire. Omnia preuidebat: omnia nouerat: & omnium gentium linguas ſciebat. Et q; ſecum loqueretur ipſe iam nouerat: & ſi uellet ſe eis oſtenderet: ſinautem ipſum nunquam inuenire poſſent. Rogauitque eos: ut cum ipſum inuenirent: eũ ex oraret̃: ne illuc accederet: ne angeli domini

ſibi facerent:pro ut collega ſuo aſtaroth fecerant ip/ ſum catenis igneis religantes. ¶Reuertentes autem illi per duos dies omnium peregrinorum uultus & habitus ſolicite queſierunt:& ipſum minime inuene runt. ¶Tertio uero die quidam pſeuſtius qui p plu/ res annos a demonio fuerat uexatus:cepit clamare ad apoſtolum dei bartholomeum:q; ipſum eius oratio nes incendebant. Quem confeſtim apoſtolus ſilere fe cit:& a demonio pſeuſtium liberauit. ¶Hec audiens rex regionis illius nomine polemius:cum haberet fi/ liam lunaticam:miſit ad apoſtolum rogans:ut ad fi/ liam ſuam liberandam accederet: ad quam cum ille ueniſſet:& catenis uinctam uidiſſet:quia accedentes morſibus lacerabat:iuſſit eam exolui: dicens q; iam demonium:quod in ea erat:ligatum tenebat: & ſta/ tim ſoluta & liberata eſt. Tunc rex camelos auro & argento ac gemmis onerauit: & apoſtolum inquiri faciens:nullatenus inuenire potuit. Mane autem ſe/ quenti apoſtolus cum ſolo rege in cubiculo ianuis clauſis affuit:eiq; dixit:q; munera iſta temporalia nõ querebat:ſed animarum ſalutem deſiderabat: & in/ cipiens apoſtolus predicauit illi chriſtum: addens q; ſi baptizari uellet: deũ ſuum catenis igneis ligatum oſtenderet. Sequenti igitur die iuxta regis manda/ tum:dum pontifices idolo ſacrificarent: cepit clama/ re demon: ut deſiſterent: ne deterius eis q̃ ſibi con/ tingeret: qui catenis igneis ligatus tenebatur ab an/ gelis ieſu chriſti iuſſu apoſtoli eius bartholomei. Tunc iuſſu apoſtoli demon cõfiteri cepit:qualiter ad animarum perditionem populũ ludificabat: & quia eis illudens non ſubueniebat ſanando: ſed a leſione ceſſando:ut ſit ipſum ut deum adorarent:& uerũ de/ um celi negarent: Statimq; omnes iuſſu regis miſe/ runt funes & trocleas: ut ſimulacrum euerterent:& non potuerunt. Apoſtolus antem demoni precepit: ut inde exiens idolum ipſum cõminueret:qui ſtatim exiens omnia idola cõminuit:ita ut etiam picturam oẽm diluiſſet:Apoſtolus uero templũ deo dicauit:& demonẽ in deſertũ abire p̃cepit. Et ecce angelus do/ mini appuit: & tẽplũ circũuolãs in q̃ttuor angulis ſi/ gnum crucis digito ſuo ſculpſit:admonens populũ: ut idẽ ſignũ frõtibus ſuis imprimerent:& demonem non timerent: Tunc oſtendit eis ethiopẽ nigerrimũ: facie acuta:barba prolixa:crinibus uſq; ad pedes pro/ tenſis: oculis igneis ſcintillas emitentibus flammas ſulphuris ex ore ſpirantem ac naribus:catenis quoq; igneis retro uinctum manibus: dicens populo q; ille deus eorum eſſet,quem hactenus coluiſſent: Quem exoluens in deſertum locum iuſſit abire: & ibidem uſq; ad diem iudicii cõmanere. Ille autem ſolutus cũ magno ſtrepitu & ululatu diſceſſit. Angelus aũt do/ mini cũctis uidentibus ad celos euolauit. Tũc rex cũ uxore & filiis & oĩ populo babtizatur: & relicto re/ gno apoſtoli diſcipulus efficitur. ¶Hoc uidentes tẽ/ plorum pontifices congregati ad regẽ aſtyagem fra/ trem eius maiorem cõuenerunt:cõquerentes de deo rum ſuorum amiſſione:& regis per artem magicam deceptione. Aſtiages igitur rex indignatus miſit mil/ le uiros armatos ad apoſtolum capiendũ:quẽ coram ſe adductũ interrogauit: cur fratrẽ ſuũ peruertiſſet. Apoſtolus uero ſe illum nõ peruertiſſe ſed cõuertiſſe reſpondit. Et cũ rex eidẽ cõminaret:q; faceret eũ deũ ſuum relinquere:& deos ſuos adorare. Ecce ſubito re gi nunciatur:q; deus ſuus balach cecidiſſet:& commi nutus fuiſſet:quod rex audiens purpuram:qua indu tus erat:ſcidit:& apoſtolum fuſtibus cedi iuſſit:dein/ de in cruce ipſum extenſum uiuum excoriati mãda/ uit:qui excoriatus eſt.viiii.calẽ.ſeptembr̃. Cumque pelle nudatus adhuc uiuus permanſiſſet: & excoria/ tus dominum predicaret:& multos tantũ cernantes miraculum conuertiſſet: iuſſu regis decollatus eſt die ſequenti uidelicet.viii.calẽ.p̃dicti menſis. ¶Pro/ pter hoc quidã eius feſtũ celebrant die p̃cedenti: agen tes memoriam martyrii excoriationis: qdã die ſequẽ ti agentes memoriam decollationis. Venientes autẽ innumerabiles populi.xii.ciuitatũ:que per eum credi derant:una cum rege polemio:corpus eius cũ gloria ſepelierunt: & eccleſiam mire magnitudinis in eius noĩe conſtruxerunt. Die uero.xxx.eius paſſionis rex aſtyages cũ pontificibus a demonio uexati uenientes ad tumulũ eius & apoſtolatum eius confitentes mor tui ſunt. ¶Cum autẽ ꝓpter ſignorũ multitudinẽ pa gani uideret corpus eius populi frequentia uiſitari:in dignati ipſum extumularunt:& loculo plumbeo im poſitum in mare iactauerunt. Quod diuino nutu nu dis ſupernatãs ad inſulã libaris delatum:ibiq; a fideli bus collectum digna ueneratione cõditũ eſt:ubi mul to tẽpore quieuit. ¶Anno autem domini.cccxxxi.ſa raceni ſiciliã inuadentes liparitanam inſulam ueſtaue runt:ac eius ſepulchrum confringentes:oſſa apoſtoli diſperſerunt. Illis ergo recedentibus apparuit apoſto lus cuidã monacho:mãdans ut oſſa ſua: que diſperſa fuerãt colligere curaret. Et cũ monachus interrogaſ/ ſet:quo iter tot alioꝝ oſſa eius cognoſcere poſſet: aut ut nocte ad ea colligenda iret:& ea que ut igne ſꝑ lẽdi diſtima uideret: ꝓtinus leuaret. Que oĩa:ut d̃ ꝑ: monachus inueniẽs:oſſa leuauit: & nauẽ cor enc. beneuẽtũ:que metropolis eſt apulie trãſtulit. Que in de proceſſu temporis rome dicuntur fuiſſe trãſlata. ¶De ſcõ Polemio epõ. Cap. CIIII.

POlemius eps diſcipulus fuit bti bartholo mei apoſtoli:q; rex fuerat in india inferio/ ri: cuius filiam lunaticam idem apoſto/ lus a demonis obſeſſione liberauit: & ipſum regem cum omni familia & regno ad chri/ ſtum conuertit. Qui relicto regno diſcipulus chriſti effectus eſt: & poſt paſſionem apoſtoli ab omni cle/ ro & populo in epiſcopum ordinatur: qui in chriſti nomine & apoſtoli bartholomei etiam miraculorũ ſigna faciebat. Fuit quoq; in epiſcopatu annis.xx. Et perfectione multa fidem xp̃i in ipſis partibus au/ xit:ac laudabiliter uiuens plenus uirtutibus ad deum migrauit:ſepultus ad pedes eius magiſtri.

¶De ſanctis trecentis martyribus qui dicũtur maſ/ ſa candida. Cap. CV.

MArtyres ſcĩ qui dicũtur maſſa cãdida fue/ runt trecenti mr̃es apud carthaginẽ pro xp̃o paſſi tpe ualeriani & galieni impera/ toꝝ. Fertur enim inter alia ſupplicia:tunc a preſide clibanũ calcis accenſum: & in ore eius pru/ nas cũ thure exhibitas:& preſidem ſcĩs dediſſe optio nẽ alterius ex duobus:aut thura ſuper ipos carbones offerre ioui:aut ĩ calcẽ demergi. Tunc trecẽti uiri fide armati icti rapidiſſimo:xp̃m dei filium fatentes ſe in

ignē iniecerunt:& inter uapores calcis puluereę igni/
tos demerſi extincti ſunt. Ex quoniam ille cādidatus
beatorum exercitus:maſſa cādida meruit appellari:
maſſa ꝓpter numerū:candida propter meritū. Qui
paſſi ſunt.viiii.cal.ſeptembris. Hec ado ex hieronymi
martylogio. Fuerunt & alii innumerabiles marty/
res qui ſimiliter appellantur maſſa candida: de qui/
bus infra ſuo loco:uidelicet.iii.nōī nouembris.

¶ De ſanctis gregorio theodoro & leone confeſſori/
bus. Cap. CVI.

Gregorius: theodorus: & leo confeſſores
tempore conſtātii imperatoris apud inſu
lā ſamum claruerunt. Qui ex ptibus orie
talibus orti:quo ad ſeculū milites impe/
riales:corde uero deo militantes pro fide xp̄i marty/
rium deſiderabāt pati. Gregorius enim ſenex uenerā
da canitie & ſapientia decoratus: Theodorū fere.xxx.
annorū:& leonē adoleſcēte edocebat: ue⁹ dū hereſi
arrianoꝝ ſub cōſtantio uigente edictū eēt:ut oēs per
uniuerſum orbem eiuſdē ſecte fieret:ipſiq; ſancti mi/
lites catholici:qbus erat cor unū & aīa una in domi/
no:cū aliis ſuis cōmilitonibus apud ſiciliā degerent:
multis circūquaq; diſperſis fidelibus ob perſecutio/
nē:ipſi ſancti cephaloniā deuenerunt. Et decreto ha/
bito ab aliis diſcedere:ſoliq; xp̄o militare:ad ſamum
inſulā ibi iuxta poſitā abierunt:ubi rubetū dēſiſſimū
inuenientes:idē ſancti locū ſolitarium elegerunt. Sed
pro tunc cōmilitonibus diſcedere nō ualētes: una cu
eis ad italiā nauigarunt. Indeq; diſcedentes occulte:re
uerſi ſamum intrauerunt rubetum partēq; tēpli ue/
tuſtate dirupti ibidē repertā habitare ceperunt: pnīe
operibus ac cōtemplationi uocātes:ubi poſt tēpus ali
quod oratione facta:oēs eodē die feliciter obdormie/
runt:uidelicet.ix.calen.ſeptēbris. ¶ Michael uero ip/
ſius īſule nobilis & d:itiſſimus elephātia lepra labora/
tes:dum a medicis liberari non poſſet:ad dei auxiliū
oratione cōfugit. Cui per uiſum apparuerunt tres ui
ri in ſpecie angelica eidē mādātes: ut corpora eorum
que dudum inhumana iacuerant:& a porcis ſtercori
zabātur tumulare deberet:& ſic ſanitatem percipet.
Qui euigilās & noīa ſanctorum & locum ignorans:
mane bubulcum repperit:qui eidē michaeli rettulit:
q; dū iuxta rupem quandā porcos paſceret & unū ex
grege fugientē inſequeretur: mirā fragrantiā ſenſit:
Ingreſſuſq; rubetū tria corpora ſanctoꝝ īhumata &
omnino incorrupta uidit:a qbus odor ille maximus
exhalabat. Ille uero ipſa eſſe ſcōrum corpora: qui ſibi
nocte apparuerant intelligens:equum aſcendens:bu/
bulco duce locum cōcitus adiit:& corpora fulgentia
repperit que deoſculās mūdationē recepit. In quo lo/
co monaſterium de ꝓprio cōſtruxit:& ipſa corpora
honorifice cōdidit. Poſtq; iidē ſancti ſibi apparuerūt
in habitu:uidelicet quo in mundo fuerāt conuerſati:
uitā & nomina ſua ac diem obitus eidem per ordinē
enarrātes. Que omnia michael ſcripture mandauit.
¶ Proceſſu uero temporis duo ex ipſis corporibus a
uenetiis dicūtur fuiſſe inde leuata:& uenetias ad mo
naſteriū ſancti zacharie delata ſancti gregorii & theo
dori: ubi in eadem arcella poſt altare maius requie/
ſcunt: unauna cum corpore ſancti zacharie prophe/
te patris ioannis baptiſte. ¶ Leonis autem corpus
apud ſamum adhuc habetur.

¶ De ſcō Sidonio epiſcopo. Cap. CVII.

Sidonius apollinaris ep̄s aruerneū floruit
tēpore childeberti regis. Hic ex prefecto
antiſtes:uir ſecundum ſeculi dignitatem
nō infirmus litterarum ſapientia ac diſci/
plina peritiſſimus fuit:qui multa opuſcula perutilia
digeſſit. Epiſtolorum enim grāde uolumen ad diuer
ſos:ſcrabro ſed erudito ſermone cōdidit. Item pane/
gyrica metra antonio auguſto: & maioriano augu/
ſto:& adiuto imperatori ſocero ſuo. Scripſit & cauſa
rum librum.i. Item librum excuſatorium ad iarum
clarum felicem. Epithalamium ruricio & hibernie.
Epigrāma ad uirum clarum carolinum. Epigrāma
ad imperatorem maiorianum. Epithalamium pole
mio & araneole. Euchariſton ad fauſtum ep̄m. Epi/
grāmata.v. ad diuerſos. Propetion ad librū ſuum. Li/
brū pontii leontii. Laudem narboneū urbis cōciuiū.
Qui & primi iuſtini tēpore debitum ſoluit humanū
in chriſto quieſcens.ix.calen.ſeptembris.

¶ De ſcō Tito diſcipulo. Cap. CVIII.

Itus diſcipulus beati pauli apoſtoli fuit:
cui idem apoſtolus ſpeciem epiſtolā diri/
git. Huius uittā ſcripſit zenas legis peri/
tus:cuius idem apoſtolus eadem epiſtola
.iii.cap. mentionem facit. Qui a minoe rege crete ge/
neris duxit origenē in eadem inſula nobilibus paren
tibus ortus. Deſideras autem homeri & alioꝝ philo/
ſophoꝝ poemata:uacās circa illa:cum eēt annoꝝ.xx.
audiuit de celo ſibi uocē illapſam:q; oportebat eum
ide recedere:& animā ſuam ſaluare. Poſt hec nouem
annis elapſis:iuſſum eſt ſibi:q; librū iſaie legeret ubi
dicit. Renouamini a me inſule multe:iſrael ſeruabit̄
a domino eterna ſalute. Miſſus eſt itaq; ab auunculo
ſuo pro conſule crete hieroſolymā: audire & uidere
de miraculis ieſu chriſti. Qui abiens uidit paſſionem
chriſti reſurrectionem:atq; aſcenſionē:& ſpirituſſan
cti aduentum in apoſtolos. Sicq; perfectā certitudinē
de chriſto aſſumens credidit: & annumeratus eſt cū
.cxx. diſcipulis:ī quos ſpirituſſanctus corporaliter de
ſcendit. ¶ Poſtquā autem ab apoſtolis ep̄s conſecra/
tus eſt:miſſus eſt cum paulo ad gentes predicandas.
Qui nauigātes ad cretam iſulā chriſtum predicabāt:
quos rutilius titi cognatus deridebat. Interea uero ru
tili filius moritur:& a paulo ſuſcitatur. Sicq; rutilius
credens cum omni domo ſua baptizatur. Paulus ue/
ro titum creteī ep̄m ordinauit:ipſumq; crete dimit/
tens abiit. Poſt duos autē annos titus ad paulū romā
acceſſit:cum quo & fuit uſq; ad interfectionem eius
a nerone:corpuſq; ipſius una cum luca euāgeliſta ſe/
peliuit. ¶ Poſt hec titus ad cretam deuenit:ubi gra/
tioſe de fide chriſti diſputans: tādem cum increduli
perſiſterēt:orauit ad dominum:ſtatimq; idolum dia
ne:quod colebant:cecidit:& in puluerem redactum
eſt:& mox crederunt anime quingente in chriſto: &
baptizati ſunt. Conſecrauit autem titus preſbyteros
& diacones:ipſe uero metropoli preſidebat. Cum die
quadā tranſiret ante palatium:quod ſecundus ꝓcō/
ſul iuſſu iperatoris in iouis nomine conſtruebat: ma
ledixit illud:& ſtatim opus funditus diſſipatum eſt.
Tunc ſecundus ueuit ad titum cum lachrymis ro/
gans ſe indemnem ab opere conſeruari: cum Titus
impoſuit: ut opus in nomine unius dei chriſtiano/

rū inciperet:& ſic opus perficere poſſet:& quod & fa ctū eſt. Completo uero opere ſecūdus cū filio ſuo ba/ ptizatus eſt. ¶ Dū igit̄ beatus titus morti appropinq̄ ret:uidit angelos ad ſe miſſos:& reſplēduit facies eius ſicut ſol:q ſpiritum ſuū & plebē ſibi cōmiſſam domi no cōmendans in pace quieuit etatis anno ſue. xciiii. octauo calen. ſeptembris:ſepultuſq; eſt in metropoli crete:ubi & quieſcit miraculis coruſcans.

¶ De ſancto Tito epiſcopo. Cap. CIX.

TItus epiſcopus poſtremenſis claruit ſub iu liani & iouiani imperatorum tēporibus. Qui ſanctitate & uita conſpicuus: aduer/ ſus manicheos fortiſſimos ſcripſit libros: & doctrina luculēta in populo ſuo claruit. Et ſub ua/ lentis imperio in pace quieuit:ut tradit hieronymus libro de uiris illuſtribus.

¶ De ſancto Geneſio martyre. Cap. CX.

GEneſius martir apud arelateī urbem paſ/ ſus eſt ſub diocletiano imperatore:qui ex eadem ciuitate oriundus arte mimoſtellā exercens xp̄ianos pertinaciter irridebat: & dum uellet diocletiano per artis ſue peritiam pla/ cere: cepit ſcrutari xp̄ianorum geſta curioſe: ut ea/ dem poſtmodum mimatice ſimulando ceſari in ea/ dem ciuitate degenti ſolatium exhiberet. Cumq; ba/ ptizari uidiſſet infantes:& geſta xp̄anoꝝ que in ſacra mento fiunt mēti cōmendaſſet:cū impatore ad thea/ trum perrexit:ut baptiſma ludibrio ſimulans aſtan/ tes prouocaret ad riſum. Conuocatis ergo aliis mi/ mis & ioculatoribus imperatore ſpectāte:lecto ſe de/ ferri faciens & egrotū fingens:dixit ad ſuos:ut qa gra uem ſe ſentiret:leuem fieri uolebat. Reſpōderunt: q; ipſum leuē facere nequibāt:quia nec ipſi fabri:nec ip/ ſe ferreus erat:exhibuerunt his dictis populo genti/ lium riſum. Geneſius autem irridendo dicebat: quia xp̄ianus mori deſiderabat:ut in illa die uel fugitiuus inueniret. Ad hec uerba & diocletianus riſum conti/ nere nō potuit. Cui ut arte ſua iocādo magis placeret: exorciſtā & preſbyteꝝ intrare faciunt:& eos iuxta le/ ctū geneſii ſiſtunt:& ipſis interrogātibus ad quid eos uocaſſet:ipſe iā diuinitus tactus non ſimulate ſed ex puro corde reſpōdit:q; baptiſmum petebat. Impera/ tor uero ac populi eū adhuc ſimulare credētes accur runt aquā exhibētes:ita ut imperator ei munera p̄be ret:& cum baptizatus eſſet:& albis indutus: dum in lectulo cōſederet:& ſacerdos cū exorciſta abiſſet: ue/ niunt ad eum quaſi ab imperatore miſſi:qui eū tene rent:& quaſi ad fictam paſſionē adducerent. Tunc in albis ueſtibus ad imperatorem accedens ad locū: ubi ſtatua ueneris erat aſcendit:& coram omnibus chri/ ſtum cōfitens concionari cepit:aſſerens ſe chriſtiānos ſemper exoſos habuiſſe:& eorum fidem deriſiſſe: ba ptiſmum aūt chriſtianorum deluſorie requiſiſſe:ſed ubi aqua ip̄m nudum tetigerat:uidit angelū dei ſplē didum iuxta ſe ſtātem:& omnia peccata ſua que ab i/ fantia fecerat recitātem:ipſaq; omnia ſibi dimiſſa in ipſius aque lotione promittētem. Aſſerens ſe uere & nō ficte in chriſtum credere:& pro ipſo mori paratū eſſe. Cum autem diocletianus hec audiens a principio quidem ipſum fingere credens: ſed poſtmodum ip/ ſius animi ueritatē comperiens indignatus acriter:ge/ neſium fuſtibus grauiſſime cedi fecit:deinde in carce rem trudi. Altera uero die tradidit eum plutiano pre fecto:ut aut eum ſacrificare compelleret:aut diuerſis penis interimeret:qui geneſium ſacrificare nolētem iuſſit in equuleo leuari:& lāpades ad latera eius appli cari. Ipſe uero chriſtum conſtantius inuocabat. Que cum prefectus diocletiano rettuliſſet. Iuſſit eum capi te cedi. Qui decollatus eſt & in ciuitate arelatēſepul tus octauo calen. ſeptembris.

¶ De ſanctis Euſebio Vincētio & ſociis martyribus. Cap. CXI.

EVſebius:uincentius:peregrinus:& roma/ nus martyres rome paſſi ſunt tēpore cō/ modi imperatoris ſub uitellio urbis p̄fe/ cto. Cū enim prefatus imperator die nata lis ſui īdutus pelle leonis cū omni populo romāo her culi ſacrificaret & ſci martyres in uico cānario cōmo rātes:hec audientes abhorrerēt:oīaq; ſua pauperibus erogaſſent:corpuſq; iulii ſenatoris & martyris ſepe/ liſſent:de quo ſupra dictū eſt in eius paſſiōe. xiiii. calē. ſeptēbris a uitellio preſcicto tenti ſunt:& ad ſacrificia deoꝝ inuitati. Qui dum x̄pm cōfiterent̄:& deos gē/ tiū execrarent̄:primo quidem in equuleo appenſi:& neruis ac fuſtibus duriſſime ceſi ſunt. Et cū in his tor mētis in x̄po exultarēt:fiāmas ad latera eoꝝ p̄fectus iuſſit apponi. Et tūc aſtiterūt angeli eoꝝ uulnera ter/ gentes. Quod cernēs antonius carnifex cōuerſus eſt: ut ſupra in eius paſſione dictū eſt. xi. calē. ſeptembris. Deinde ſancti in teterrimo carcere recluſi:egrotos ad ſe uenientes curabāt:& multos cōuertebant. Poſt tri/ duū uero apparuit eis ſcūs iulius martyr eoſq; admo nuit:ut cuſtodē carceris ſaluare deberēt:eoſq; in do/ mino cōfortauit. Ad quos accedēs ſacerdos capitolii lupulus quadriēnio cecus ab eiſdē cōuerſus:& a ruſi/ no preſbytero baptizatus lumē oculorum percepit. Quod uidēs cuſtos carceris:& ipſe ſimiliter ad chri/ ſtum cōuerſus eſt. Poſt dies. iiii. educti de carcere ui/ tellio p̄ſentantur. Qui euſebio linguā precidi fecit ne x̄pm amplius nominaret. Et cū nihilominus loque/ retur:iuſſit eos omnes tam diu fuſtibus cedi: donec ſpiritum emiſerunt. Quorum corpora a chriſtianis ſepulta ſunt. viii. calendas ſeptembris.

¶ De ſcō Dionyſio martyre. Cap. CXII.

DIonyſius mr̄ rome paſſus ē tēpore diocle/ tiani auguſti. Qui prīo fuſtibus crudeliſſi me ceſus ē:deinde in equuleo ſuſpenſus & uirgularū diutiſſime laceratione uexatus

lampadibus etiam iflãmatus:dum in fide chriſti perſiſteret:dicens nõ eſſe regẽ preter xp̃m pro quo ſi mlies occidereť:ipſum ſibi de ore auferre non poſſent: martyrii coronã capitis obtruncatione ꝓmeruit.Paſſus eſt aũt.viii.calen.ſeptembris:ut dicit ado.

¶De ſancto Seuero abbate. Cap. CXIII.

SEuerus abbas apud ciuitatẽ agatheĩ claruit:qui ex regali ſyrorum genere ortus: adhuc iuuenis parentibus defunctis:cum diuitiis abundaret: poſt philoſophie ſtudium magnos theſauros aſſumpſit:& cũ ſeruis ſuis nauem aſcẽdens in ſeptimaniã regionẽ deuenit:ubi a ſcõ berico epõ agatheĩ edoctus: oĩbus ꝓ xp̃o erogatis:ſeruiſq; máumiſſis in fauce aurarica que ab urbe agathenſe duobus fere milibus diſtat littus naufragum petiit:& ſibi tugurĩũ ex arundinibus faciens arriſſime uite ſe dedit.Quem cum ſerui quõdã ſui reqſiſſent: eũ inuentũ a ſcõ propoſito diſtrahere ſatagebant:ſed nullatenus preualebant.Ipſe aũt diebus dominicis ſingulis poſt perceptam euchariſtiam: panẽ unicũ ſumẽs:ſic hebdomada ĩtegra ſine cibo alio perdurabat.Cui ſcũs bericus panẽ cũ cruce ĩpreſſa ſingulis diebus dũicis deſtinabat.Sed cũ a multis uiſitareť: eccleſia ei conſtruitur:& cenobiũ ampliatur: in quo ad ſe uenientes hoſpitabatur.Factumq; eſt ut inuitus poſt breue tẽpus.cccl x.pater fieret monachorũ.Qui etiam humanitatem ſuã auiculis oſtendebat.Nam & paſſeré ad ſe ſolitũ aduolare:& eius dextere inſidere: dũ auceps qdã in tibia leſiſſet:ad ſe uenientẽ ſigno crucis ſanauit & abire permiſit.¶Cuidã ſenatori ciuitatis agatheĩ ſeni ſaluſtio noĩe:ſepulchrũ ſibi fabricanti predixit:nõ ipſi ſed filio eius dictũ tumulũ ꝑparari: & ut ꝑdixerat euenit.Iuuene illo poſt modicos dies defuncto:& in pr̃no tumulo ſepulto.¶In mõaſterio quoq; ſuo dũ panes defeciſſent:ſolos tres panes inuẽtos in aq̃ per fruſta cõciſos:adeo multiplicauit: q; ex eis triduo.cccl x.ſuos fratres refecit:die uero q̃rta.ccc.tritici modios ſibi apportandos eſſe prenunciauit.Et ſic deo largiente euenit.Sicq; poſt multa oſtenſa miracula confectus ſenio in pace quieuit.viii.calẽ.ſeptẽbris in baſilica ſancti marci ſepultus.

¶De ſcõ Zepherino papa & maŕe. Cap. CXIIII.

ZEpherinus papa & martyr natione romanus ex patre abundio primo pontifici romano uictori in epatu ſucceſſit:& ſedit annos.ix.menſes.vii.dies.x.Hic cõſtituit in ꝑſentia oĩum clericorum & laicorum fidelium:ut oẽs chriſtiani.xii.annoꝝ euchariſtiã in die ſancto paſche accipere deberent.Et fecit ſtatutum in eccleſia: ut oĩa uaſa altaris eſſent uitrea uel ſtannea.Nã antea erant lignea.Conſtituit etiã ut patriarcha uel primas uel metropolitanus contra accuſatum epiſcopum nõ proferat ſentẽtiã niſi prius fultus auctoritate apoſtolica.Et ut ordinationes preſbyterorum ac leuitarum tẽpore ſtatuto & multis coram aſtãtibus ſoleniter fierent de approbatis & doctis uiris.Et hic perſecutione antoni ni imperatoris martyrio coronať.& ſepultus ẽ apud collegas ſuas in cemiterio calixti uia apia.vii.calen.ſeptẽbris.¶Hic fecit ordinationes.vii.per menſem decembrium preſbytrros.xiii.diacones ſeptem epiſcopos.xiii.Et ceſſauit epiſcopatus dies.vi.

¶De ſcõ Ludouico rege & cõfeſſore. Cap. CXV.



IVdouicus q̃rtus frãcoꝝ rex ſanctiſſimus patrẽ habuit xp̃ianiſſimũ ludouicũ q̃rtũ qui multũ hereticos debellauit.Poſt cuius obitũ ſub matris tutela.ſ.domine blã che quõdã filie regis caſtelle pie educatus in oĩ ſanctitate ꝓfecit:qui etiã nunq̃ mortaliter peccaſſe ĩ ſua ultima cõfeſſione cõpertus eſt.Sub cura magiſtri & fratrũ p̃dicatoꝝ & minoꝝ ſacris lr̃is fuit ĩbutus.Deĩde uxorẽ ducẽs filiũ ex ea ſuſceptũ religioſe nutriuit.Ipe uero utens cilicio cládeſtine opibus penitẽtie iſtudebat:paupibus ducentis quotidie ante cibũ pſonaliter miniſtrabat.In menſa quoq; ſp tres pauperes iuxta ſe diſcũbentes habet.¶Poſt hec ardore fidei aſſumpta cruce ad terrã ſanctã acquirendã cũ exercitu copioſo trãſiuit.Et poſt multas occupationes terraꝝ:ipſe: ut ꝓbareť eius patientia:ab ĩfidelibus captus ẽ.Sed modico poſtea redẽptus p̃cio:qnq; annis cõtinuis mãſit in ſyria:caſtra plurima cõſtruens:captiuos redimens & multos ſaracenoꝝ ſua religione ad fidẽ cõuertẽs. Audito uero matris obitu in franciã rediit: & dũ reuerteretť:maris tẽpeſtatẽ ſua oratione ſedauit.Reuerſus aũt ad domũ ſuam in uirtutibus ſp perficiens:capellã egregiam in ꝓprio palatio edificauit:ubi & coronã domini & crucis dominice partẽ atq; lanceã collocauit.¶Tãdẽ poſt plurima annoꝝ curricula cũ fratribus ſuis copioſo exercitu cõgregato iteꝝ mare trãſiuit:& thiniſſam applicãs adiacentẽ regionẽ faciliter occupauit:ubi fixis tẽtoriis febre corripitur:& pluribus diebus decumbẽs ſacra ſumpta cõione xp̃m iugiter inuocãs ſup ſtratũ cinereũ in modũ crucis extenſum poſt laudabilia uirtutũ opera ſuũ domĩo ſpũm tradidit.vii.cal.ſeptẽbris anno domini.M.cclxx.Corpus uero eius delatũ in franciã apud ſanctum dionyſiũ pariſieũ ſepultũ eſt:mirabilibus ſignis coruſcãs.

¶De ſcĩs Ireneo & Abũdio mr̃ibus. Cap. CXVI.

IReneus & abundius martyres paſſi ſunt rome ſub decio ceſare & ualeriano prefecto.Cum enim ualerianus corpus ſancte cõcordie martyris ꝓ xp̃o paſſe in cloacam iactari feciſſet:& qdã miles: noĩe porphyrius ireneo cloacario occulte xp̃iano illud ĩdicaſſet:ſperãs in ueſtimẽtis ſancte gẽmas uel aurꝝ inuenire:ut ſupra dictũ eſt in paſſione hippolyti & ſociorum idibus auguſti:Ireneus predictus effoſſo loco una cũ porphyrio corpus concordie de cloaca leuauit: ſed in ueſtimentis eius nihil inuenit:unde porphyrius aufugit. Ireneus uero chriſtianum quendã nomine abundiũ

ſecum uocauit: qui corpus martyris ad preſbyterum iuſtinū tulerunt: & ipſum una ſecum ſepulture tradi derunt. Hoc audiēs ualerianus irencū & abundiū teneri fecit: deide poſt dies. xii. iuſſit: ut ambo uiui in ipſa cloaca necarentur: qui necati ſunt. vii. calen. ſeptembris: quorum corpora iuſtinus preſbyter ide leuauit: & iuxta corpora ſanctorum laurentii & ceterorum in crypta in agro uerano ſepeliuit.

¶ De ſancto Secundo martyre. Cap. CXVII.

SEcundus martyr apud caſtrum uiginti milium italie tempore maximiani imperatoris paſſus ē: qui uir ſpectabilis & dux ex ſacra thebeorum legione ante beatum mauritium & ceteros ꝓ cōfeſſione nominis xp̄i poſt uincula & carceres martyrium capitis abſciſione cōpleuit. vii. calen. ſeptembris: ut ait ado.

¶ De ſcō Alexandro martyre. Cap. CXVIII.

ALexander martyr apud bergomū italie ciuitatem paſſus eſt ſub maximiano imperatore. Qui cū eſſet miles eiuſdē ceſaris: & a legione ſanctoꝝ thebeorum fidē percepiſſet. Cū imperator ueniſſet mediolanū: & poſita idoloꝝ menſa ipſum ſacrificare cōpelleret. Alexāder méſam calce percuſſit: & euertit. Qué imperator uni ex militibus decapitandū tradidit. Cumq; ille diuino terrore perculſus: ip̄m ferire non auderet: tradit̄ aliis militibus occidendus. Alexāder uero diuina ꝓmiſſione manus eoꝝ aufugiens bergomum uenit: ubi chriſtum annuncians aliquos cōuertit. Ad quem tādem milites uenientes ipſum detentum & ſacrificare nolē tem: gladio percuſſerunt. vii. calen. ſeptembris: cuius corpus a grata matrona in predio ſuo iuxta murum ciuitatis bergomenſis ſepultum eſt.

¶ De ſancto Rufo martyre. Cap. CXIX.

RVfus martyr apud capuā paſſus eſt. Hic patricie dignitatis inſignis: cū eſſet ex conſule dux rauēne: beatus apollinaris ep̄s & martyr filiā eius a mortuis ſuſcitauit: ip̄ſumq; in fide docuit: & baptizauit una cū filia eius & uxore ac familia ꝓmiſcui ſexus numero. cccxxxiiii. ut ſupra actū eſt in paſſione apollinaris. x. calen. auguſti. Vnde & deinceps rufus ſancto apollinari occulte miniſtrabat. Filiaq; eius uirgo ſacra pmālit. Quod nero ceſar audiēs: ip̄m a ducatu abſoluit: & eidē ſucceſſoré delegauit. Dum autem rufus ueniſſet capuam tentus a uicario prefecti pictorio meſſalino: noléſq; ſacrificare decollatus eſt ſexto calendas ſeptembris.

¶ De ſancto Pelagio martyre. Cap. CXX.

PElagius martyr paſſus eſt in ciuitate emonia ꝓuincie acarnānie tēpore numeriani impatoris: cuius pater peloſius & mater claria nobiles ac ditiſſimi chriſtiani ip̄m puerulū in fide xp̄i docuerunt: & cū eſſet annoꝝ. vii. uranio preſbytero tradiderūt ſacris litteris imbuendū. Et cum eſſet annoꝝ. xii. pater eius migrauit ad dominū: omneſq; facultates ſuas filio ſuo ad miniſteriū pauperū dereliquit. Cū uero annos. xviii. impleuiſſet mater eius ſimiliter ex hac luce ſubtracta eſt. Qui cōtinuo oēm eius familiā manumiſit: & una cū uranio preſbytero oēs facultates ſuas pauperibus & eccleſiis diſtribuit: uerū cum eſſet annoꝝ. xxv. facta eſt perſecutio chriſtianoꝝ ſub numeriāo auguſto. Qui & eui laſium preſidē ad dictam prouinciā deſtinauit: ut oēs xp̄ianos ad ſacrificia deoꝝ cōpelleret. Cum aūt multi xp̄ianoꝝ metu tormentorū īmolarent. Pelagius oratiōe ad dominū effuſa: uoce ſibi de celo lapſa ad martyrium aīatus eſt. Et ſequēti die ſe ſponte preſidi preſentauit & xp̄ianiſſimū aſſeruit. Qui miſſis catenis in collo & manibus eius in obſcuriſſimo carcere eū recluſit: ubi lux celica ei diuinitus effulſit. Altera die cora preſide ſtatuit̄: & ſacrificare cōtemnens uirgis diutius flagellat̄. Deinde fuſtibus cedi iubet̄: ſed dei nutu fuſtes quaſi papyrei mollierunt. Quod cernens ꝑſes iuſſit eū in equuleo ſuſpendi: & ungulis radi. Deide ipſum deponi: & oleum feruens uētri ipſius pfundi. Et cū māus carnificum oleo ſuccederent̄: ſanctus martyr ip̄m calens oleum: ac ſi aquā frigidam ſentiebat: quo uiſo miraculo multi paganorum ī domino crediderunt. Poſt hec iteꝝ cum diis immolare nollet mādauit iudex fragmēta teſtaꝝ per pauimenta uiaꝝ effundi: & ligatis manibus ac pedibus eū pertrahi: ut ſic ſp̄m exhalaret. Et cū in his oībus cōſtans perſiſteret. Iuſſit eum preſes capitalē ſubire ſententiam. Qui ductus extra muros urbis capite ceſus eſt. Cuius corpus colligens uranius preſbyter ipſum ibidem ſepeliuit. Paſſus eſt autem. vi. calen. ſeptēbris.

¶ De ſcō Pelagio papa primo. Cap. CXXI.

PElagius papa huius noīs primus natione romanus: ex patre ioanne uigilio pape in ep̄atu romāo ſucceſſit: & ſedit annos. iiii. méſes. x. dies. xix. Hic cōſtituit ut heretici & ſchiſmatici ep̄i per ſeculares poteſtates cōprimerétur ac punirētur: ualde nāq; catholice fidei extitit defenſator & pugil. Qui ob inuidiam a quibuſdā emulantibus ſibi clericis de morte uigilii deceſſoris eius culpatus eſt: ſed corā populo tāgendo crucé & euangelium ſe purgauit. Multe nāq; ſanctitatis uir fuit: ac in pōtificatu laudabiliter ſe gerēs plenus bonis operibus in pace quieuit. vi. calen. ſeptembris. Et in eccleſia ſancti petri ſepultus eſt. Cuius tēpore oſſa ꝓtomartyris ſtephani romā ſunt delata: & in eadē tumba cum corpore ſancti laurentii collocata. Et ceſſauit ep̄atus eo defuncto menſes. iiii. dies. xxv.

¶ De ſcō Pelagio papa ſecūdo. Cap. CXXII.

PElagius papa huius noīs ſecundus natione rom̄us ex patre uirgeldo. Benedicto primo pape in pōtificatu romano ſucceſſit: & ſedit annos. x. méſes. vi. & dies. xxv. Hic abſq; iuſſione p̄cipis ordinatus eſt: eo q; longobardi romā obſiderēt: nec poſſet quiſq; a roma diſcedere. Hic. ix. prefationes tradidit eccleſie ante canonē decantandas: uidelicet natalis epiphanie. xl. crucis: reſurrectionis: aſcenſionis: pētecoſtes: trinitatis: & apoſtoloꝝ: prefatio aūt de beata uirgine poſtmodū a gregorio papa addita ē. Hic uir ſanctiſſimus & erca pauperum neceſſitates intētiſſimus fuit. ¶ Eo aūt tēpore tante pluuiaꝝ inundationes fuerūt: q; omnes eſſe diluuiū dubitarent: taliſq; clades fuit: qualē a ſeculo nullus meminit audiuiſſe. Cū uero tyberis ex tentarum pluuiaꝝ abundantia in tantū inundauit: ut ſup muros urbē ingrediēs magnam partem regionis occuparet: ſecum trahēs innumeram multitudinem ſerpētum: & draconē ingentiſſimum: que beſtie putrefacte poſt diluuium: ex aeris corruptione maximā

mortalitatem hominũ induxerunt. De qua dictũ eſt ſupra ĩ geſtis gregorii pape. iiii. idus martii. Ita ꝙ mul te domus uacue remanſerunt in urbe. Hec aũt clades primũ a pelagio papa incepit: ipſumq; ſubito de me/dio ſubſtulit: deinde ad populũ urbis deſcendit. Pela gius itaq; defunctus in eccleſia ſancti petri ſepultus eſt. In cuius locum beatus gregorius papa & doctor ab omni populo electus eſt.

¶ De ſanctis Georgio: Aureliano & ſociis martyri/bus. Cap. CXXIII.

GEorgius diaconus: aurelius: felix: natalia: & lilioſa apud cordubã hiſpanie ciuitatẽ paſſi ſunt. Quorum primus mire abſtinẽ tie monachus ab hien. cordubam ueniẽs: cum reliquis ex eadem urbe claro germine ortis: diu optatum ſibique a domino premonſtratum meruit conſequi martyrium. Qui paſſi ſunt ſexto calendas ſeptembris. Hec ado in martylogio.

¶ De ſcõ Anaſtaſio martyre. Cap. CXXIIII.

ANaſtaſius martyr paſſus eſt in ſalone dal/matie ciuitate ſub perſecutione diocletia/ni imperatoris. Hic ex aquileia ortus ciui tate: cũ artem fullonis exerceret: quicqd ex ipſa cõſequi poterat: preter parcum quotidianum uictũ pauperibus erogabat. Tandẽ amore animatus martyrii ad ſalonitaꝝ ciuitatem deuenit. Et cũ in ho ſpitio in quo manſurus erat ſignũ crucis in locis plu/ribus depinxiſſet: & ob hoc a gentilibus comprehen/ſus & iudici preſentatus eſt. Qui cũ ſanctum cogitaſ/ſet diuerſis laniare ſuppliciis: ab ĩperatore ſubita iuſ/ſione compulſus eſt ad ipſam in qua auguſtus dege/bat concitus ire ciuitatem. Ob hanc cauſam expedi/tam in chriſti martyrem ſententiam protulit: ut ſu/ſpenſo ad collum eius ingenti lapide in mari precipi/tio daretur. Matrona uero quedam chriſtiana nomi ne aſclepia corpus martyris habere cupiens ſeruis ſu/is libertatem & munera ꝓmiſit. ſi corpus ſancti mar tyris inuenirent. Qui diebus pluribus per littora di/ſcurrentes tandem aphros quoſdam inuenerũt: qui corpus ipſum iam leuarant: ut uero corpus territi di mitterent: calumniam homicidii in illos fingebant: utpote qui haberent in manibus corpus exanime. Ip/ſi tamen animoſi uiri ex aphrica orti caput martyris in patriam ſuam portauerunt: & eccleſiam in nomi/ne ipſius fecerunt: in qua uirtutes fiunt mirabiles in malignis ſpiritibus effugandis. Corpus uero ſine ca/pite ſibi delatum a ſeruis matrona illa deuotius exce pit: quod donec ceſſaret perſecutio in predio ſuo cel/lauit: deinde eccleſiam conſtruxit: & corpus marty/ris in ſalomitano territorio collocauit. Paſſus eſt au/tem Chriſti martyr Anaſtaſius ſexto calendas ſe/ptembris.

¶ De ſancto Ceſario epõ. Cap. CXXV.

CEſarius epiſcopus arelatenſi floruit tempo re anaſtaſii imperatoris ſecundi: qui ſan/cte & continentiſſime uite uir beatus ho/melias plurimas morales & utiles ad mo nachos edidiſſe reperitur. Et poſt felicem eccleſie ſue gubernationem ſanctitate & doctrina inſignis migra/uit ad chriſtum ſexto calendas ſeptembris.

¶ De ſancto Daniele ꝓpheta. Cap. CXXVI.

DAniel ꝓpheta cuius laus in pleriſq; diui/ne ſcripture libris & locis deſcribit: & .ii. macha. ii. cap. inter patres ſanctos priſci tẽ poris cõnumerat de regione iudeoꝝ & ſe mine regio natus eſt. Cum aũt nabuchodonoſor rex chaldeoꝝ hieruſalẽ prima obſidiõe cepiſſet. Ioachim regem iuda uinctum ſecũ trahebat in babylonem: & nobiles iudeoꝝ cum eo: in itinere uero remiſit eum impoſito ei tributo: & obſides pueros de ſemine re/gio ſecũ traxit. ſ. danielem: ananiã: miſaelem: & azariã & alios plures: & abinde fuit daniel in babylone: do/nec regnũ defecit. Ipſum uero danielem & ſocios uti pulchriores & doctiores caſtrauit rex: ut ait ioſephus & tradidit eos prepoſito eunuchoꝝ aphanaz: & fecit eos erudiri ꝓuincialibus litteris & lingua chaldeoꝝ: mutatis eoꝝ nominibus: danielem enim uocauit bal thaſar: ananiam ſidrach: azariã miſach: & miſaelẽ ab/denago. His q̃ttuor prepoſitus eunuchoꝝ ſpecialem ꝓcuratorẽ prefecit malaſar. Qui ꝓpoſuerunt nõ cõ/taminari cibis gẽtilium: & a prepoſito eoꝝ obtinue/runt. x. diebus leguminibus & aqua tẽtari: & cum ex hoc eos ꝓbans in nullo ceteris macriores uidiſſet: ac/cipiebat cibaria & uina regia: & dabat eis legumina & aquam. Tranſactis uero tribus annis ſteterunt co/ram rege: ꝓut ipſe decreuerat: nec ſunt inuenti eis ſi/miles in regno in omni ſapientia & diſciplina. Ex qui bus pre ceteris daniel gratiam a deo obtinuit: uiſio/nes & ſomnia ĩterpretandi. Hec omnia ſuperius acta ſunt in geſtis trium puerorũ. xviii. calẽ. ianuarii. ¶ An no uero ſecundo regni Nabuchodonoſor uidit rex ſomniũ mirabile cuius poſtq̃ euigilaſſet memoriam amiſit: & cõuocatis coniectoribus chaldeoꝝ petebat ab eis: ut ſomniũ ſibi dicerent: & interpretationẽ eius etiã indicarẽt. Qui cum hoc ſe poſſe facere nullo mo do dicerent: eo ꝙ omni homini impoſſibile eſſet: ſed ſi rex ſomniũ narraret: ipſi coniecturam eius expone rent. Iratus rex mandauit: ut oẽs ſapientes babylonis perirent. Querebãturq; daniel & ſocii: ut cum ceteris occiderent. Quod cũ daniel ab arioch principe mili/tie didiciſſet. Ingreſſus rogauit regem: ut daret ſibi tẽ pus ad ſolutionẽ per unã noctem tantũ: ut dicit ioſe/phus: & pernoctanti in oratione cũ ſociis myſterium ei reuelatũ eſt. Et ĩgreſſus mane ad regẽ dixit ei: ꝙ ne/mo uiuentiũ poſſet petitionẽ ſuam implere: ſed deus celi reuelans myſteria eidem indicauerat: que nouiſſi mis tẽporibus futura erant. Narrauitq; ei ꝙ per ſom niũ uidiſſet ſtatuam quattuor metalloꝝ: cuius caput aureũ ſignificabat primum regnum aſſyrioꝝ ceteris nobilius & ditius: pectus uero & brachia argentea: ſi/gnificabant regnũ perſarum & medoꝝ ſecũdo uen/

tuꝝ:q̄ minus primo eſſet nobilitate & diuitiis decoratū:uenter uero ereus regnū eſſet grecoꝝ tertio loco futurum ſuoꝝ ſapientia ſonoroſum : Tibia uero & crura ferrea regnum romanoꝝ quarto uentuꝝ:q̄ ſua fortitudine oīa domaret:Lapidē uero ſine manibus de mōte abſciſum qui percuſſit ſtatuā: & eam in puluerem cōminuit:qui & factus eſt mons magnus: & īpleuit uniuerſam terram:dixit eſſe regnū celi:q̄d eſt regnum chriſti:qui oīa regna comminuet:& ipm ſtabit in eternū.Quod rex audiens danielē & deum eius adorauit:& ipm prefecit cunctis ſapientibus babylonis.Socios uero eius prefecit ſuper opera totius puincie babylonis.¶Circa dictū tempus daniel ſanctam ſuſannam de falſo adulterii crimine ei impoſito liberauit:cum adhuc iuuenis eſſet:ut dicetur infra in hiſtoria ꝓxima de ſuſanna.¶Poſt hec aūt cum nabuchodonoſor rex ſtatuam aureā erexiſſet:& eā tres pueri adorare noluiſſent:in fornacē miſſi:inde miraculoſe erepti ſunt:ut ſupra dictū eſt in geſtis iporum trium pueroꝝ:ꝓpter quod nabuchodonoſor deum hebreoꝝ magis reuereri cepit.¶Deīde poſt lapſum tēpus nabuchodonoſor uidit per ſomniū arboꝝ excelſam:que totā terram occupabat:& beſtie ac uolucres ſub ramis eius habitabant:quā deus celi ſuccidē dā mandauit:donec.vii.tēpora mutarent ſuper eam. Que uiſio ſecūdū q̄ daniel regi īterpretatus eſt ei de facto cōtigit.Ipſe enim nabuchodonoſor ꝓpter nimiam ſuperbiā ſuam in beſtiā tranſformatus ab hoībus eiectus eſt:nō q̄ corporis mutationē:ſed mentis alienationē pateret:ut dicit epiphanius. Ablatus eſt enī ei uſus lingue ad loquendū & herba ei in cibum data eſt:ut & uidebat ci q̄ bos eſſet in anterioribus:& poſterioribus leo:daniel uero toto alienationis eius tē pore pro ipo orationi uacabat:& ad preces eius annis .vii.quos totidē dixerat tempora in.vii. menſes uerſi ſunt:in qbus.xl.diebus inſaniā patiebatur:& per alios .xl.ad cor hoīs reuerſus flebat:donec.vii.mēſes complerent:poſt quos reuocatus eſt: nec tamē regnauit: ſed ſtatuti ſunt pro eo.vii.iudices:& de cōſilio danielis uſq̄ ad.vii.annos penitentiā egit:pro ut hec oīa ioſephus tradit.¶Mortuo uero nabuchodonoſor maiore regnauit ꝓ eo filius eius maior:qui & ipſe nabuchodonoſor noīatur.Qui danielē cōpellebat ut adoraret idolū bel:dicens ipm eſſe deū uiuentē:eo q̄ quotidie comederet.xii. mēſuras farine &.xl.oues:ac uini amphoras.vi.ſibi oblatas.Daniel uero econtra illum deū fuſilem ex metallo & mortuū aſſerebat:uenit autē rex cum daniele ad templū:& poſitis oībus eſcis ante mēſam:egreſſi ſunt oēs:& rex clauſit hoſtia:& anulo ſuo ſignauit.Daniel aūt cribrauerat cinerē in pauimento corā rege.Sacerdotes aūt bel qui erāt.lx.cum paruulis ſuis & mulieribus iuxta cōſuetudinē ſuam: nocte ingreſſi ſunt per cuniculos ſubterraneos quos fecerāt ſibi:& conſumpſerunt oīa:uenit ergo rex diluculo cū daniele ad templū:& inuentis ſaluis ſigillis ianue īpreſſis aperuerūt hoſtia.Rex aūt intuitus mēſam uacuā:magnum deū bel exclamauit. Daniel aūt oſtēdit regi ueſtigia per pauimentū cineri impreſſa: que erant uirorum & mulierum & infantum.Et deinde oſtendit ei ocultos aditus : & ocultum introitū ſub mēſa.Et iratus rex apprehendit ſacerdotes qui & deceptionem ſuam ei confeſſi ſunt.Quos omnes occidit rex:& dedit bel in manu danielis:qui ſub uertit eū & templum.¶Erat etiam in eodem loco draco latens in fouea:& adorabāt eum babylonii.Sacerdotes enim eius habebant uaſa plena aqua facta de coriis uitulorum:& ea uirgis percutiebant:ut facerent ſonitū terribilem quaſi tonitruum.Ad quem excitatus draco:quandoq̄ emittebat ignē:quandoq̄ fumū:quandoq̄ uiſibiliter apparebat.Cumq̄ rex danielem cogeret ut illi ſacrificaret:petiit daniel ipſum ſibi dari in poteſtate:& interficeret eum ſine ferro & fuſte. Et tulit daniel picem & adipem:& pilos:& coxit pariter & fecit maſſas:deditq̄ in os draconis:qui ſuffocatus crepuit.Et indignati babylonii petierunt a rege danielē ſibi dari:qui duos eorum deos deſtruxiſſet: commi nantes q̄ niſi daret eum ipſis:regem cum omni domo ſua interficerent:unde rex timore cōpulſus tradidit eis danielem:qui miſerunt eum in lacum : in quo erant leones ſeptem:quibus quotidie ad eſcam dabā tur duo corpora damnatoꝝ & due oues: & tunc nō data ſunt eis:ut deuorarēt danielē.Dominus autem miſericors non ſolum danielē de ore leonum.vi.diebus illeſum cōſeruauit:ſed etiam ei de prandio prouidit : cū enim abbacuch propheta in iudea prandium meſſoribus ſuis deferret:tulit eum angelus domini: & per uerticē apprehenſum poſuit eum in babylone ſuper lacū in impetu ſpiritus ſui.Qui prandium danieli obtulit:illeq̄ comedit:& deo gratias egit:ipmq̄ angelus domini in locū ſuum in momento reſtituit: ut dictū eſt ſupra in hiſtoria abbacuch ꝓpheta.xviii. cal.febrarii uenit ergo rex die.vii.ad lacū : & cum uidiſſet danielē ſedentem in medio leonum : exclamauit magnū deum danielis.Et eduxit eum de lacu : & eius emulos intromiſit:qui deuorati ſunt a leonibus corā rege.Ex tunc rex danielē & deum eius omni tēpore uite ſue permaxime reueritus fuit.¶Propheta uit aūt daniel in tempore illo:uidelicet a diebus Nabuch.iunioris:quibus prophetauit in chaldea:uſque ad tēpus darii primi regis perſaꝝ:quo tempore prophetauit in perſide ſiue in media illuc ab ipſo tranſlatus:multaſq̄ mirabiles uiſiones habuit : de tempore futuro & de fine ſeculi:que in eius libro ſpiritualius explicantur:quarūq̄ expoſitio ſpēalem requirunt librum.¶Mortuis aūtē nabuchodonoſor iuniore & euilmeredath fratre eius:qui ambo ſucceſſiue regnauerunt poſt nabuchodonoſor primū.Regnauit balthaſar filius euilmeredath annis tribus.Qui cum obſeſſus eſſet in babylone a dario primo rege medoꝝ: & cyro rege perſaꝝ:qui cum eo uenerat:propter īcredibilem fortitudinē ciuitatis de obſidione paꝝ curabat.Fecitq̄ optimatibus ſuis grande cōuiuium:& uaſa q̄ nabuchodonoſor auus eius de tēplo domini in hieruſalē abſtulerat principibus & uxoribus ſuis atq̄ cōcubinis tradidit ad bibendum. Intellexerat enim balthaſar ut dicunt hebrei.lxx.annos captiuitatis hebreoꝝ:quos hieremias predixerat fluxiſſe: & tamen iudei non erant liberati:unde iudeoꝝ deo inſultabat & deos ſuos collaudabat.Tunc apparuit manus ſcribētis in pariete:mane:cethel:phares:que ſonant numerus:appenſio:diuiſio.Et cum rex hoc uidens danielē turbatus conſuluiſſet.Interpretatus eſt ſcripturam dicens:q̄ deus regnum balthaſar numeraſſet. compleuiſſet:& ipſum in ſtatera appendiſſet : qui &

minus uiueret: q̃ putabat: & diuiſum eſſet regnum ſuum: & datum medis & perſis. Eadem nocte capta eſt babylon. Nam cyrus fecerat diuidi longe a ciuitate fluuium euphratem per plures riuulos: ita ut alueum qui fluebat in ciuitatẽ uadabilem faceret. Et tunc gentes darii & cyri per alueum ingreſſe balthaſar interfecerũt: & ciuitatem fortiſſimam & munitiſſimã deſtruxerunt: que ſicut humano opere potuiſſe conſtrui: ſic humano opere potuiſſe capi minime homines opinabantur. ¶ Darius autem ſecum duxit Danielem in mediam faciẽs eum unum de ſatrapis: qui centum & uiginti preerant: ipſumq; admodum honorans: propter quod inuidentes ei principes accuſatione facta contra eum: fecerunt eum mitti in alium lacum leonum: ſed ſicut alias ita & tunc domino adiuuante inde liberatus eſt: & accuſatores eius in lacũ miſſi a leonibus deuorati ſunt. ¶ Hic daniel dedit ſigna in montibus ſuper babyloniam dicens: q; quando pars montium a borea fumigabit: uenit finis babylonie: q̃ndo uero ueniet ignis ardens finis erit uniuerſe terre: quando a parte noti aque decurrẽt: reuertetur populus ad terram ſuam: q; ſi ſanguine fluxerit erunt homicidia belial in uniuerſa terra. Defunctus eſt autem daniel in media quinto calẽ. ſeptembris: & ſepultus in ſpelunca regali ſolus cũ gloria. Hec ex libro danielis per totum: & ex dictis ioſephi & Hieronymi & comeſtoris atq; ex chronica guilelmi.

¶ De ſcã Suſanna uxore ioachim. Cap. CXXVII.

SVſanna ſancta cuius pudicitiam & ſanctitatem ipſe textus libri danielis commendat: iccirco geſtis danielis ſubiicitur: quia eius contẽporanea: dies dormitionis eius certus non inuenitur. Hec erat filia helchie & uxor ioachim: qui erat de nobilioribus iudee inter omnes filios iſrael in babylonem tranſmigratos. Et cum eſſet ſuſanna nimium ſpecioſa: exarſerunt in eam duo ſeniores iudices illius anni. De quibus tradũt hebrei: q; mulieres decipiebant: dicentes ſe eſſe de ſemine dauid: & chriſtum de ſemine eius naſciturum. Hi ſtatuerũt in commune tempus: quo ſuſannam poſſent inuenire ſolam. Et latuerũt poſt meridiem in pomerio helchie. Ingreſſa autem ſuſanna uolens lauari & ungi iuxta morem patrie: miſit puellas ad afferendũ oleum & unguenta. Tunc accurrentes ſenes ad eam: requiſierunt eam comminantes: q; ſi conſentire nollet: contra ipſam adulterii teſtimonium dicerent. Et elegit ſuſanna potius incidere in manus eorum: q̃ peccare in dominum. Et exclamauit. Et accurrentes famuli erubuerunt: cum audiſſent ſenes contra ſuſannam teſtificari. ¶ Altera die ſtatuta eſt ſuſanna in medio populi: & ponentes ſenes manus ſuper caput eius conteſtati ſunt: ipſam uidiſſe cum iuuene commiſceri & condemnata eſt ad mortem: & cum oraſſet ad dominum: ſuſcitauit deus ſpiritum pueri cui nomẽ daniel. i. manifeſtauit ſpiritum dei in eo eſſe: qui latens quieſcebat: cum adhuc daniel eſſet adoleſcens: & exclamauit ſe mundum a ſanguine illius. Et cum reuerſi eſſent omnes populi ad iudiciũ: daniel ſeparari iuſſit ſenes ab inuicem: & ſingulos eorum per ſe examinans interrogauit: ſub qua arbore uidiſſet adulteriũ committi: quorum unus ait ſub cino: alter ſub prino. Et acclamauit in eos populus propter diſſonantiam conuictoſq; de falſo teſtimonio ſecundum legẽ dei lapidauerunt. Suſanna autem poſt hec ab omni populo in reuerentia habita eſt propter eius pudiciſſimam caſtitatem: que & uitam ſuam in ſanctis operibus pie conſumauit.

¶ De ſcõ Auguſtino epõ ac doctore. Ca. CXXVIII.

AVguſtinus epiſcopus & doctor egregius prouincia aphricana ciuitate tagaſteñ honeſtis parentibus & chriſtianis ortus ſcilicet patre patricio matre monica a puerilibus annis liberales diſciplinas ſufficienter edoctus fuit: adeo ut etate iuuenili ſummus philoſophus: & rethor luculentiſſimus haberetur. Nam libros ariſtotelis & liberalium artium quoſcunq; legere potuit: per ſe didicit: & nemine tradente intellexit: ſicut ipſe de ſe in libro confeſſionum teſtatur. Verum quia ſcientia ſine charitate nõ edificat: ſed inflat: in errorem incidit manicheorum: qui chriſtum phantaſticum affirmant: & carnis reſurrectionem negãt: in quo adhuc adoleſcens per annos nouem permanſit. Ad has etiam nugas adductus eſt: ut arborem fici fiere diceret: cum ab ea ficus uel folium tolleretur. Mater uero eius plurimum flebat: & cum eſſet chriſtiana ipſum ad fidei ueritatem reducere ſatagebat. Que die quadam uidit ſe ſtare in quadam linea lignea licet triſtẽ: cui quidam iuuenis aſtitit: & cauſam triſtitie requiſiuit: que cum perditionem filii ſui deplorare diceret: ille confortauit eam dicens. ne timeret: quia ubi ipſa ibi ille eſſet. Rogabat ergo ſedula mater quaſi impor tuna quendam epiſcopum ſicut in eodem libro conſeſſionum teſtatur: ut pro filio ſuo orare dignaretur: cui ille importunitate deuictus prophetica uoce reſpondit: ut ſecura ſtaret: quia impoſſibile eſſet: ut filius tantarum lachrymarum periret. ¶ Cum autem in ciuitate ſua grammaticam & apud carthaginem multis annis rethoricam docuiſſet: occulte matre neſciente romam uenit: & ibidẽ multos diſcipulos congregauit. His temporibus mediolanenſibus ſibi petẽtibus doctorem in roma in rhetorica deſtinari. Symmachus prefectus auguſtinum deſtinauit. Quo tempore beatus ambroſius mediolãi epiſcopus erat. Mater uero eius cum multa difficultate ad eum uenit: & ipſum iam nec uere catholicum nec uere manicheũ repperit. ¶ Auguſtinus autem predicationem Ambroſii frequenter audiebat: ſolicitus ualde: ne uel pro errore manicheorum: uel contra ipſum aliquid proferret. Quadam tamen die ambroſius predicans er-

rorem illum apertiſſime confutauit:& a corde augu
ſtini opinionē dudum habitam penitus depulit. Cū
autē ſicut ipſe libro ſupradicto refert:uia dei ſibi plu
rimū placeret:ſed ad ipſam accedere pigeret. Ad quē
dam ſimplicianum ſeruum dei perrexit:cum quo &
eſtus ſuos contulit:qui & ipſum in uia dei exemplo
multorum puerorum & puellarum hortari cepit. In
terim ab aphrica amicus quidam auguſtini uenit: q
magni antonii in egypto defuncti miracula recitauit
Quorum exemplo auguſtinus uehementer exarſit:
& ſocium alloquens ſeipſum redarguit:dicens: q̄ in
docti celum rapiebant & ſapiētes cum doctrinis ſuis
in infernum demergebantur. Et accurrens in quen
dam hortum ſedens ſub ficu amariſſime fleuit: audi
uitq; uocem dicentem ei:tolle:lege. Aperuitq; codicē
apoſtolicum:& coniectis oculis ad primum capitulū
legit. Induimini dominū ieſum Chriſtum. Et ſtatim
ab eo omnes dubietatis tenebre diffugerunt. Cumq;
beato ambroſio per litteras uotum ſuum inſinuaſſet
ut moneret quid ſibi de libris ſanctis legendum eſſet
ille mandauit:ut legeret iſaiam prophetam:tanq̄ euā
gelii & uocationis gentium apertiſſimum pronūcia
torem. ¶ Adueniente ergo paſchali tempore:auguſti
nus annorum. xxx. cum filio ſuo adeodato puero in
genioſo:& cum alipio amico ſuo: meritis matris &
predicatione ambroſii conuerſus: ſacrum baptiſma
a ſancto ambroſio ſuſcepit. Tunc ambroſius: Te deū
laudamus inquit:& auguſtinus:te dominum confi
temur reſpondit. Et ſic alter natim ipſum hymnum
compoſuerunt:ſicut in ſpeculo eccleſie traditur:pro
tinuſq; in fide catholica confirmatus: ſpem omnem
quam habebat in ſeculo dereliquit:& ſcholis quas re
gebat abrenunciauit. ¶ Poſt hec cū matre & filio &
duobus amicis nebridio & cutio remeabat ad aphri
cam:ſed cum eſſet apud oſtia tyberina mater eius de
functa eſt. Poſt cuius mortem regreſſus ad patriam
cum ſibi adherentibus deo ſeruiens: ieiuniis & ora
tionibus uacabat:& libros ſcribebat ac docebat: fa
ma quoq; eius ubiq; ſpargebatur:& in ſuis doctrinis
admirabilis habebatur. Cum autem ad preces cuiuſ
dam magnatis qui ſe ſeculo renunciare promiſerat:
ſi uerbum domini ab eo audiret:ad ciuitatem hippo
nem concitus aduenīſſet: Valerius hipponeñ epiſco
pus eum ad ſe accerſiuit. & licet plurimum renitentē
preſbyterum in ſua eccleſia ordinauit. Qui ſtatī mo
naſterium clericorum inſtituit:& cepit uiuere ſecun
dum regulam a ſanctis apoſtolis conſtitutam:quam
regulam moribus & ſanctitate refertam ipſe ſpiritu
diuino dictauit. De cuius monaſterio eo uiuente de
cē epiſcopi electi ſunt. Et quia epiſcopus ualerius gre
cus erat:& latinas litteras ignorabat: Auguſtino epi
ſcopo libertatem conceſſit:ut contra morem orien
talis eccleſie coram ſe in eccleſia predicaret. Eodem tē
pore fortunatus quidam preſbiter manicheorū mul
tos catholicos ſeducebat: quem auguſtinus in con
uentu omnium diſputans publice ſuperauit. Donati
ſtas etiam & manicheos quoſdam de ipſa ciuitate cō
uictos fugauit: ualerius autem epiſcopus timens ne
auguſtinus ſibi ab alia ciuitate in epiſcopum electus
tolleretur:impetrauit ab archiepiſcopo carthagineñ:
ut ipſe epiſcopatui cederet:& ille auguſtinum hippo
nenſi eccleſie in epiſcopum promoueret. Sed cum
hoc auguſtinus recuſaret:compulſus tandem acquie
uit:& epiſcopatus curam ſuſcepit: quod in ſe poſtea
fieri non debuiſſe:& dixit & ſcripſit:& de ſui ordina
tione admodum penituit:uixit:autem in clericatu &
epiſcopatu annis fere. xxxx. ſemper domino ſeruiens:
ſemper ſtudens: ſemper docens & libros continue
ſcribens. Cura quoq; rei ſecularis cuidam prepoſito
ſuo ex toto commiſſa:contemplationi & ſtudio iugi
ter uacabat:paupertatem in omnibus amauit: tem
perantiam in uictu ſeruauit pauperum operibus ſem
per intentus extitit:pudicitiā & honeſtatem non ſo
lum dilexit:ſed etiam exemplariter pretendere uolu
it omnibuſq; uirtutibus adornatus deo ſeruire & oī
bus ſanctitatis exempla prebere ſtuduit. Hereticos au
tem ualidiſſime confutabat: ita ut ipſi inter ſe publi
ce predicarent:non eſſe peccatum interficere auguſti
num: quem tāq̄ lupum occidendum eſſe dicebant.
Multaſq; inſidias ab eis pertulit quas tamen dei pro
uidentia omnes euaſit:a multis etiam eccleſiis inuita
batur:ut ibi uerbum domini predicaret:ad quas libē
ter accedebat:& multos ab eorum erroribus cōuerte
bat. ¶ Fertur de eo q̄ cum librum de trinitate compi
lare cogitaſſet:tranſiens iuxta littus:uidit puerū: qui
foueam paruā in littore fecerat:& coclea aquā de ma
ri hauſtā in foueam mittebat. Et cū auguſtinus pue
rū interrogaſſet:quid faceret. Reſpondit puer: q̄ ma
re diſpoſuerat coclea exiccare:& in foueā illam mitte
re. Cūq; hoc auguſtinus īpoſſibile eſt diceret: & ſim
plicitatē pueri rediret:puer ille ei dixit: q̄ poſſibilius
ſibi eſſet hoc perficere:q̄ auguſtino minimā partem
myſteriorū trinitatis in libro ſuo explicare: aſſimilās
foueam coduci:mare trinitati:cocleam intellectui au
guſtini:Quo dicto puer diſparuit. Auguſtinus autē
ex hoc ſe humiliauit:& librū de trinitate oratione p̄
miſſa:utcūq; potuit compilauit. ¶ Mulier quedā af
flicta ad auguſtinum acceſſit:ut eius cōſilium implo
raret:quē ſtudentem inueniēs ſalutauit:nec ille ei q̄
q̄ reſpondit:que ꝓpius accedens negocium ſuum ei
explicauit:ſed nec ille ſe cōuertit:nec uerbū protulit:
unde mulier amplius cōtriſtata diſceſſit. Sequēti die
dum mulier auguſtino celebrāti aſſiſteret:cū corpus
dominicū eleuaſſet ipſa ante tribunal trinitatis in ſpi
ritu rapitur:ubi uidit auguſtinū de trinitatis gloria
attentiſſime diſputantē:dictumq; eſt ei q̄ cum ad au
guſtinum acceſſerat:ille ſic attentiſſime de trinitate
diſputabat. Ideoq; q̄ ibi fuiſſet nō aduerterat: ſed ad
ipſum ſecure rediret:& ſalubrem cōſiliatorē inueni
ret. Quod illa ad ſe rediēs fecit:& auguſtinum clemē
tiſſimū inuenit. ¶ Miraculoꝝ quoq; gloria claruit.
Nā in libro. xxii. de ciuitate dei duo miracula de ſe q̄
ſi de alio loquens recitat. Quoꝝ primum eſt:quia cū
uirginem quandā demoniacam oleo perunxiſſet: &
pro ea oraſſet:ipſam ab immundo ſpiritu liberauit.
¶ Pro alio etiā adoleſcente quem nō uidit orauit: &
ille cōtinuo demonio:qui eū obſidebat caruit. ¶ Cū
quidam fiſtulam patiens incidi deberet. Auguſtinus
una cū ipſo infirmo & ꝓ eo orauit:& mane ſine inci
ſione aliq̄ ſanus repertus fuit. ¶ Anno igitur domini
. xliiii. dū uādali totam aphricā occupaſſent: omneſq;
ciuitates deuaſtaſſent:ad hipponeñ ciuitatem uene
runt:& ipſam manu ualida obſederunt. Auguſtinus
aūt orauit ad dominum:ut aut ciuitatē a periculo li

beraret: aut ipſum ex hac uita ſuſciperet. Qui tertio obſidionis menſe febribus laborãs lecto decubuit: in telligẽſq; diſſolutionem ſui corporis imminere: pſal mos penitentiales ſibi ſcribi fecit: & contra lectum in pariete poni: quos lecto decumbẽs legebat: & lachry/ mas iuges fundebat. Et ut deo liberius uacare poſſet: ante decem dies ſui exitus: nullum ad ſe ingredi pre/ cepit: niſi ſolum medicum & cibum ei deferentem: ℂ Egrũ autem quendam ad ipſum ueniẽtem & eius auxilium implorantem manu ſua tetigit: & cõtinuo ſanitatẽ recepit. Energumenos etiã plures in ipſa ſua infirmitate curauit: & plura alia miracula fecit. Nullũ quoq; quanticunq; meriti docuit ſine confeſſione & euchariſtia debere tranſire quod ipſe ſuo exemplo fir mauit. Sicq; ad extremam horam ueniens in pace mi grauit. v. calen. ſeptembris anno etatis ſue ſeptuageſi/ moſexto: epiſcopatus uero ſui anno q̃drageſimo cir/ ca annos domini. cccc. Sepultuſq; eſt in eccleſia ſua ci/ uitatis hipponẽſis: donec corpus ſuum inde tranſla/ tũ eſt: ut habetur ſupra in eius tranſlatione pridie ca/ len. martii. ℂ Eadem hora in quodã monaſterio qui dam monachus in ſpiritu raptus: uidit auguſtinũ in nube ſedentem: pontificalibus inſignitũ: cuius oculi quaſi ſolis radii totam eccleſiã illuminabant: & odor de eo nimius exhalabat. ℂ Alio etiã tempore dũ eius ſermones ad matutinum in eccleſia legerentur. Bea/ tus bernardus uidit auguſtinũ epiſcopũ: de cuius ore tantus impetus aquarum exibat: q; totã eccleſiã inun dabat. ℂ Opuſcula uero ipſius doctoris glorioſi oĩa: nullus aut uidiſſe: aut legiſſe: aut ſe glorietur habere: cum nec inueniri queant: ultra enim millenariũ nu/ merum exceſſiſſe creduntur: de quibus pauca attin/ gam: curioſis cetera derelinquens. De gratia & libero arbitrio librũ unum. De predeſtinatione gratie librũ unum. De trinitate libros quindecim. De cõfeſſioni/ bus libros treſdecĩ. De ciuitate dei libros uigintiduos De baptiſmo libros ſeptem. Soliloquiorum librum unũ. De ſermone domini in monte libros duos. Con tra fauſtum manicheũ libros trigintatres. De fide ad petrum libros tres. De cõcordia euangeliſtarũ libros quattuor. De muſica libros ſex. Super geneſim ad lit/ teram libros duodecim. De achademicis librũ unũ. Cõtra paganos libros tres. De ordine libros duos. De anime immortalitate librum unum. De ueteri teſta/ mento libros uigintitres. De origine anime ad hiero nymũ librum unum. De natura boni libros tres. De doctrina chriſtiana libros q̃ttuor. De utilitate creden di librũ unum. De uera religtone librum unum. De decẽ cordis librum unũ. De anima & ſpiritu librum unum. Vtrũ anima a ſeipſa ſit librũ unum. De anime quantite librum unum. Contra donatũ libros duos. Contra arrianos libros octo. Cõtra permenianum li/ bros tres. De uerbis domini libros duos. De peniten/ tia librũ unum. De agone chriſtiano librum unum. De diuinatione demonum librum unum. De opere monachoꝝ librum unum. Enchiridion libros unde cim. De gratia noui teſtamẽti librum unum. De nu/ ptiis & concupiſcentia libros duos. Retractationum librũ unum. De baptiſmo paruulorum librũ unum. De tudibus catheꝛizandis lib. ũ unum. De. viii. princi palibus uitiis libros octo. Super pſalteꝛ ũ uolumen i/ gens in quo ſinguli. ci. ps. exponunt. De ſancta uidui/ tate librum unũ. De ſancta uirginitate lib. ẽ. De cura pro mortuis librũ unum. De uita beata lib. iiii. Si quẽ uero huius almi preſulis noſcendi operum ſuoꝝ ti/ tulos maior ſitis exagitat gẽnadium querat: qui uo/ luminũ eius ultra. ccccccc. nomina commemorat.

ℂ De ſancto Hermete martyre. Cap. CXXIX.

HErmes martyr ſub aureliano imperato/ ris comite rome paſſus eſt. Hunc illuſtriſ/ ſimũ & romane urbis prefectũ beatus ale xander romanus pontifex & martyr ba/ ptizauit cũ ſorore theodora & filiis: & cũ. M. ccl. ſer/ uis ſuis: cũ uxoribus quoq; eoꝝ ac filiis: quos omnes die ſabbati paſche manumiſſos ſacrifontis unda per/ fudit: ut dictũ eſt ſupra in paſſione alexandri pape. v. nonã maii. Cum aũt traianus imperator hec audiẽs de ſeleutia hiſaurie aurelianum comitẽ ad urbem miſiſ ſet: ad xp̃ianorum perſecutionem agẽdã. Aurelianus hermetẽ prefectum apud quirinũ tribunum carcera uit. Alexandrum uere in alia cuſtodia in uincul is per ſe poſuit. Qui tamẽ ut ſupra dictum eſt in paſſione q/ rini. iii. calẽ. aprilis: per puerum qui faculam ferrebat de carcere noctu per feneſtrã eductus ad domum q/ rini tribuni: ubi hermes in cuſtodia tenebatur ueniẽs ipſum quirinum conuertit: filiãq; eius ſibi ad carcerẽ ſuum delatam a ſtrumate liberauit: & quirinum cũ filia & omnibus in ipſa detentis cuſtodia baptizauit. Cum autem hec aurelianus percepiſſet. Quirinum in carcerem trudi mandauit. Hermetem uero decol/ lari iuſſit. Qui decollatus a beata theodora ſorore col lectus: & in uia ſalaria uetere non lõge ab urbe ſepul/ tus eſt. v. calendas ſeptembris.

ℂ De ſancto Alexandro ep̃o. Cap. CXXX.

ALexander epiſcopus cõſtantinopolitanus claruit temporibus conſtantini magni & cõſtantii eius filii. De quo refert ſozome/ nus in ſecundo hiſtorie tripartite: q; dum cõſtantinus imperator ueniſſet bizãtium: que poſt/ modũ appellata ex nomine ſuo conſtantinopolis di/ cta eſt: a philoſophis redarguebatur: q; xp̃m coleret: & q; nouã legem in republica introduxiſſet. Cũq; im perator diſputationẽ ordinaſſet: & alexandrum ep̃m ad hoc conuocaſſet: ille minus philoſophie peritus: cum philoſophis congredi dubitauit: tamẽ in deo cõ fiſus ante oĩa philoſopho loqui uoluenti: in xp̃i nomi/ ne ſilentiũ imperauit. Illoq; nullatenus loqui ualen/ te: alexãder uictor efficitur. & philoſophi cũ plurimis cõuertunt. ℂ Sed & tempore cõſtantii dũ diutius cũ arrio heretico diſputaſſet: & cõtentio maxima inter catholicos & arrianos eſſet: orãte alexãdro: arrius iu/ bito uẽtris dolore percuſſus iuxta foꝝ conſtãtini ad ſecreta nature receſſit: ibiq; dei iudicio oĩa interiora & uitam emiſit: ꝓpter quod fides catholica ab oĩbus eſt exaltata: beatus uero alexãder glorioſus ſenex poſt laudabilem uitã annorũ. lxxxiii. epiſcopatus aũt ſui anno. xxxiii. quieuit in pace. v. calen. ſeptembris.

ℂ De ſancto Iuliano martyre de Aluernia.

Cap. CXXXI.

VIianus martyr apud aluerniã paſſus eſt ſub criſpino cõſulari. Hic ex aluernia na/ tus ex nobilibus parentibus & chriſtiãis: chriſtianus & ipſe ferreoli tribuni & mar tyris comes erat: & utergꝫ deo in militari habitu ſer/

uiebat:qui & ambo apud uiēnam degebant:Cum autem furor gentilium in xp̄ianos uienne ſeuiret,Iulianus martyrium affectabat,Sed ferreoli coactus precibus ex uiēnenſi urbe clandeſtine diſceſſit: & aluerniā fugit:ibiq; aliquandiu latitauit,Quem criſpinus conſularis ibi eſſe audiens:miſſo carnifice precepit inuentum occidi:ille uero ſponte proſiliens:& ſe xp̄ianum profitens decollatur.Cuius caput leuantes milites ad ſanctum ferreolum portauerūt: ut niſi ſacrificaret ſimilem ſententiam exciperet:quod &factum eſt:ut dicetur infra in paſſione ferreoli martyris.xiiii.cal.octobris,Sicq; factum eſt ut caput ſancti Iuliani cum corpore ferreoli in eodem ſepulchro uienne locaretur: corpus uero iuliani ſine capite aluernie reconderetur,Qui paſſus.v.calen.ſeptembris,

¶De decollatione ſancti Ioannis baptiſte.

Cap. CXXXII.

DEcollatio ſancti ioannis baptiſte quattuor ex cauſis inſtituta fuiſſe uidetur : ut dicitur in libro mitrali, Primo propter ipſius decollationem,Secundo propter oſſium ipſius concremationem & collectionē, Tertio propter capitis ipſius inuentionem, Quarto propter digiti eius tranſlationem:& eccleſie dedicationē, ¶Primo celebratur hoc feſtū propter ipſius decollationē que hoc modo facta eſt:ut in ſcholaſtica hiſtoria legitur. Herodes enim antipas filius magni herodis aſcalonite: romam ꝓficiſcens:& per fratrem ſuū philippum trāſitum faciens:cum herodiade uxore philippi cōcubuit:& ſecreto pepigit : q; in reditu ſuo uxorem repudiaret:& ipſam aſſumeret.Quod uxor ſua filia regis arethe damaſceno; comperiens nō expectato uiri reditu:ad patrē feſtinauit,Rediens autē herodes herodiadē philippo abſtulit : & ſibi in cōiugem accepit. Cūq; de hoc a ioāne baptiſta argueret : ipſum in carcere uinculauit: uxori quoq; placere cupiens eum occidere uoluit:ſed populum timuit:ut tamē occaſionem inueniret:ſecreto cum uxore condixit : ut herodes die natalis ſui celebrato conuiuio:puelle ſaltanti filie ipſius herodiadis quicquid peteret ſe ei daturum iuramento firmaret. & ipſa caput ioannis peteret: quod ei ꝓpter iuramentum tribuere oporteret:ſed de iuramento facto:contriſtari ſe ſimularet. Ordinato igitur cunctis principibus ſuis conuiuia puella coram omnibus ſaltat:cunctis placet:ſe ei quicquid peteret daturum rex: iurat:a matre monita caput ioannis expoſtulat, Verſipellis herodes ſe propter iuſiurandum triſtem ſimulat:ſpiculatorem mittit & ioannem in carcere decollari fecit:caput in diſco puelle datur:& a puella matri adultere preſentatur,In hac autem die ioannes decollatus non eſt:ſed circa dies azimorum eodem die paſſionis chriſti:anno uidelicet precedente: ſed oportuit:ut propter dominica ſacramenta minor cederet maiori,¶Herodes autem impunitus non abiit: ſed pro hoc ſcelere in exilium a ceſare lugdunum miſſus miſerabiliter uitam finiuit,Habebat enim ipſum cauſa ius ceſar ſuſpectum: q; romano uellet imperio rebellare,In cuius argumentum comperuit :q; in ciuitatibus ſuis haberet arma pro ſeptuaginta milia armatorum,¶De herodiade autem dicit:q; dum caput ioānis in manibus teneret:& eidem gaudens plurimum inſultaret:diuino iudicio caput in eam inſufflauit:& illa protinus expirauit.Filia uero eius cum ſuper glaciem ludēs deambularet:ſub ea glacies reſoluitus: & ipſa in aquis cōtinuo prefocatur,¶Secundo celebratur hoc feſtum propter ipſius oſſium concremationem & collectionem:que ipſa die ſcilicet.iiii.calen.ſeptembris ſecundum quoſdam fuerunt concremata & a fidelibus ex parte collecta:unde quaſi ſecundum martyrium patitur: cum in ſuis oſſibus concremātur.Et ideo eccleſia hoc feſtum quaſi ſecundum eius martyrium celebrat.Nam ſicut legit in.xii.libro hiſtorie eccleſiaſtice:cum diſcipuli ioannis corpus eius apud ſebaſten urbem paleſtine inter heliſeum & abdiam prophetas ſepeliſſent:& ad eius tumulum miracula crebra fierent:iubente iuliano apoſtata gentiles oſſa eius ſparſerunt:& miraculis adhuc nō ceſſantibus collecta igne cremauerunt : & puluerem per agros uentilarunt,Dum autem de cremandum colligerentur:quidam monachi ex hieroſolymis uenientes:colligentibus ſe latenter miſcuerunt:& magnam eorum partem tollentes ad philippum epiſcopum hieroſolymitanum detulerunt:qui ea poſtmodum athanaſio alexandrino epiſcopo miſit, Poſtmodum uero theophilus eiuſdem urbis eps:ea in templo ſerapis a ſordibus purgato repoſuit:& eccleſiam in honorem ioannis baptiſte dedicauit. Hunc autem eadem oſſa apud ianuam eſſe dicuntur:& ibidem deuote coluntur: ſicut alexander tertius & innocentius quartus pape ſuis priuilegiis approbarunt, ¶Tertio celebratur propter capitis ipſius inuentionem: que hoc die,.iiii.calē.ſeptēbris facta eſt, Sicut enim dicitur in .xi.libro hiſtorie eccleſiaſtice,Ioannes in caſtello arabie dicto macheronta fuit uinctus & capite trūcatus, Herodes autem caput ioannis in hieruſalem fecit deferri:& iuxta habitaculum ſuū caute ſepeliri: timens ne propheta reſurgeret:ſi corpus cum capite ſepultū eſſet,¶Tempore uero martiani principis : qui cepit anno domini,.cccclii,Ioānes caput ſuum duobus monachis reuelauit:qui illud iuxta dictum palarium inuenerunt ſaccis cilicinis inuolutum, Qui dum ad ꝓpria cum dicto capite remearent:quidam edeſſene ciuitatis figulus paupertatem fugiēs ſe comitem eiſdē exhibuit.Et dum peram ſibi creditam cū ſacro capite portaret:admonitus in ſomnis a ſancto Ioāne:eos fugiens edeſſenā urbem cum ſancto capite ingreſſus eſt:ubi q̄diu uixit ſanctum caput in quodā ſpecu ueneranſ proſperitatē maximam aſſecutus eſt, Moriēs autem illud ſorori ſue ſub fide reuelauit:& eodē mo-

do inuicẽ ſucceſſores. ¶ Poſt multum uero temporis marcello monacho in eodem ſpecu degenti hoc modo reuelatur. Nam prima nocte dormienti ſibi uiſe ſunt: q; turbe pſallentes incederent: poſt quos ioãnes baptiſta duobus angelis comitatus ueniret: qui omnibus aſtantibus benedixit: & marcellum per mentũ apprehendens: oſculum pacis ei dedit. Qui eum unde ueniſſet illuc queſiuit: illeq; ſe de ſebaſte ueniſſe reſpondit. Sequenti uero nocte cum de tali uiſione admiratus iterum dormiret: quidam eum ſubito excitauit: & euigilans uidit in hoſtio celle ſtellam fulgentem: quam dum palpare uellet: in aliam partem ſe trã ſtulit: & ſic in pluribus locis poſt eam iuit. Tãdem in loco ubi erat ſanctum caput requieuit: ubi fodiẽs reperit urnam: & in ea ſanctum theſaurum. Sed dum quidam hoc non credens manum in hydriam miſiſſet: ſtatim manus exaruit: & hydrie adheſit. Orãtibus autem ſociis manum abſtraxit: ſed in ualida remãſit: cui ioannes apparuit dicens ut cum caput eius in eccleſia poneretur: hydriam contingeret: & ſanitatem integram perciperet. Quod & factum eſt. Cum autẽ marcellus hec omnia iuliano ipſius urbis epiſcopo indicaſſet: caput de ſpelunca ab eis eſt eleuatum: & in ipſam urbem delatum. Ex eadem die cepit in ipſa ciuitate decollatio ioannis celebrari: qua caput eius inuẽtum eſt: ſcilicet. iiii. calen. ſeptembris. ¶ Ipſum autem caput poſtmodum cõſtantinopolim tranſlatum eſt. Nam ut in tripartita habetur cum ualens imperator caput ſanctum uehiculo imponitum conſtantinopolim trãſferri iuſſiſſet: cum circa chalcedoniam ueniſſent uehiculum nullatenus ulterius trahi potuit: iõq; ipſum ibidem dimittere coacti ſunt. Sed cũ poſtmodum theodoſius ipſum inde auferri uellet: uirginem quandam cuſtodie capitis deputatam rogauit: ut ſibi illud inde portare dimitteret. Illa autem cõſenſit: credens q; ſicut alias ita etiam tunc nõ permitteret ſe auferri: quod imperator purpura ſua opertum conſtantinopolim tranſtulit: & ibidem locato eccleſiam edificauit. Inde quoq; ad gallias apud pictauiam a pipino rege tranſlatũ eſt: ubi eius meritis mortui plures ſuſcitati ſunt. Quarto ꝓpter digiti ipſius tranſlationẽ: & eccleſie dedicationem. Digitus enim ille: ut dicitur quo dominũ oſtendit: nunq; comburi potuit: qui a ꝑ dictis monachis repertus eſt: ipſumq; ſancta thecla inter alpes tranſtulit: & in eccleſia ſancti martini collocauit: ut in ſcholaſtica habetur. Ioannes beleth etiam dicit: q; predicta ſancta thecla ipſum digitũ de ultra marinis partibus attulit: & in romaniam portauit. Ibidemq; eccleſiã in honorẽ baptiſte fabricauit: quã eccleſiã hac die quidam dedicatam aſſerũt: & iccirco tale feſtũ. iiii. cal. ſeptẽbris celebrare ceperunt.

¶ De ſancta Sabina martyre. Cap. CXXXIII.

SAbina martyr rome paſſa eſt tempore hadriani imperatoris ſub prefecto urbis elpidio. Hec fuit uxor cuiuſdam preclariſſimi ualentini: & filia herodis metallarii. Que a ſancta ſeraphia uirgine conuerſa eſt ad dominũ. Cuius etiam corpus ſepeliuit ipſa ſabina: ut dicet infra in paſſione ſeraphie. iii. nouẽ ſeptembris. Et poſt martyriũ eius beata ſabina anno fere integro elemoſynis & refectionibus pauperũ inſtuduit. Demum a ꝑfecto urbis elpidio comprehenſa cõpellebat: ut xp̃m negaret: & idolis immolare. Que cũ ſe ſoli xp̃o deo uero & nõ demoniis ſacrificaturã diceret. iuſſu neqſſimi ꝑfecti decollat: & facultates eius omnes fiſco applicantur. Cuius corpus a chriſtianis ſepultũ eſt in oppido uendienſi ad arcum fauſtini. iiii. cal. ſeptembris: ubi ipſa corpus ſeraphie uirginis poſuerat.

¶ De ſanctis Sauiniano martyre & Sauina uirgine. Cap. CXXXIIII.

SAuinianus martyr & ſauina uirgo in ciuitate trechas uenerãtur. Hi nobiliſſimi uiri ſauini: ſed gentilis filii fuerũt: qui de prima uxore ſauinianum genuit: de ſecunda cõiuge ſauinam procreauit. Sauinianus aũt legẽs uerſum illum. Aſperges me &c. Et intelligere non ualẽs: in cinere & cilicio proſtratus iacebat: dicens ſe malle mori: q; nõ intelligere ſenſum uerbi. Cui apparuit angelus domini: eiq; dixit: q; ſi baptizari uellet: niue candidior fieret: & tunc: quod querebat intelligeret. Ex inde igitur idola conténens de ciuitate aufugit: & ad urbem trechaſinã deuenit. Et cum ad fluuiũ ſequane ueniſſet a ꝑſbytero xp̃iano baptizatus eſt: & uoce celica cõfortatus: quia tunc quod dudũ queſiuerat inueniſſet. Statim q; baculũ ſuum in terra fixit: & confeſtim frondes ac flores produxit. Quo uiſo miraculo. M. cviii. uiri in domino crediderunt. Audiens hec aurelianus imperator ad ipſum capiendum milites miſit. Qui eũ orantem inuenientes ad eum accedere timuerunt. Miſit iteꝝ plures prioribus: qui cum oranti orauerunt: & ut ſecum ad auguſtum accederet: ſolis precibus impetrarunt. Qui cũ ueniſſet & ſacrificare nollet. Imperator eum manibus ac pedibus uinctũ iuſſit uirgis ferreis cedi. Deinde ſuper ſcamnum eneũ ligari: & ligna ac oleum ſupponi: & incendio cremari. Et cum in medio flamme illeſus oraret: & hec aurelianus magie attribueret: in craſtino fecit eũ ad ſtipitem ligari: & a militibus ſagittari: ſagitte uero a lateribus eius in aere ſuſpendebantur: & a nulla ipſaꝝ mater domini ledebatur. Et cũ imperator ad ſpectaculum iſtud accederet: una ex ſagittis regem in oculo percuſſit: & penitus excecauit: unde iratus imperator iuſſit eum in carcere recipi & in craſtino decollari. Sauinianus autem orans ut ad locũ ubi baptizatus fuerat tranſferretur: confractis catenis & apertis hoſtiis per medium militum illuc uenit. Et uidens milites ſe inſequentes ſuper aquam uſq; ad locum baptiſmi ſui ambulauit. Et cum milites tranſuadentes eũ percutere formidarent: eos ut ſe ferirent confortauit: ac

ut de ſanguine ſuo regis oculum linirēt:& ſtatim ui/ ſum recuperaret. Percuſſus ergo caput ſuum leuauit & paſſibus .xxxxix. illud portauit. De cuius ſibi dela/ to ſanguine imperator oculum tetigit & cōfeſtim ui ſum recepit. Quod audiens quidam qui antea per an nos .xxxx. lumen amiſerat ad locum ſe portari fecit: & protinus lumen recuperauit. Cuius corpus a chri/ ſtianis ibidem ſepultum eſt iuxta flumen. ℂ Sauina autem cum fratrem ſuum quotidie fleret: & pro eo diis immolaret: tandem ſibi in ſomnis angelus domi ni apparuit:& eidem iuſſit ut domum ſuam relinq̄/ ret:& fratrem ſuum honoratiſſimum iueniret. Qui euigilans collactaneam ſuam eandem uidiſſe uiſionē audiuit. Laterter ergo ambe in craſtino receſſerunt. Que romam ueniens fidem chriſti ſuſcepit:& ab eu/ ſebio papa baptizata:in uirginitate permanſit. In ur/ be quoq; duos cecos illuminauit:& duos contractos ſanauit:deinde poſt annos quinq; angelica admoni/ tione cum comite ſua inde receſſit:& ad trechaſinam ciuitatē deuenit. Et cum in urbe rauēna ad domum cuiuſdā diuitis quaſi peregrine hoſpitiū quererent: cuius filia q̄ſi mortua plāgebatur: pediſſequa ſe excu ſare cepit: q; eos recipere nō poterat: quia ſua domina in extremis laborabat. Sauina autem in xp̄o confiſa intrauit:& puellam per manū apprehenſam ſanā ere xit. Cum ergo iuxta trechas: ut ei angelus dixerat ad miliare ueniſſent:& ambe pre labore quieſcerēt: uir& quendā nomine liceriū nobilem de ciuitate uenientē ſauina interrogauit: ubi nā fratrem ſuum ſauinianū diu amiſſum inuenire poſſet. Qui ei eundē pro Xp̄o paſſum fuiſſe reſpōdit:& locū ſepulture demonſtra/ uit. Ipſa uero ante tumulū fratris proſtrata orauit ad dominū: ut ſuſciperet in pace ſpiritū eius: & cōtinuo in xp̄o obdormiuit. Ad inſtantiā ergo prefati nobilis oēs ciues ad eam cōcurrerunt:& corpus ſancte iuxta corpus germani honorifice condiderunt: iuxta quos & poſtmodum predicta collectanea eius ſepulta eſt: quo& feſtum agitur quarto calendas ſeptembris.

ℂ De ſanctis Felice preſbytero & Adaucto martyri/ bus. Cap. CXXXV.

FElix preſbyter & adauctus martyres paſ/ ſi ſunt in urbe ſub diocletiāo & maximia/ no imperatoribus prefecto & iudice dra/ co: qui prefectus dum felicem preſbyter& teneri feciſſet:& ad deorum ſacrificia inuitaſſet: illeq; ſacrificare nullatenus acquieuiſſet: iuſſit illū in equu/ leo leuari:& dudum torqueri: deīde extra ciuitatem uia oſtiēſi duci:& ibidem gladio capite truncari: cor/ pus quoq; eius inhumatum lupis & canibus derelin/ qui. Data ſententia obuius fuit ei quidam chriſtiāus hominibus quidem īcognitus: deo uero manifeſtus. Hic cum didiciſſet: q; beatus preſbyter iuſſus fuiſſet duci: ſe ex eadem lege & chriſtianū eſſe publice ,pcla/ mauit. Mox & ipſe ab officio cōprehenſus: pariter da/ to ſibi prius pacis oſculo cum beato felice decollatus eſt. Huius nomen quia chriſtiani non inuenerunt: adauctum eum poſtmodum appellauerunt: eo q; ſan cto martyri felici auctus ſit ad coronam: ipſiq; pro cō feſſione fidei corona ſit aucta: paſſi ſunt autem tertio calendas ſeptembris.

ℂ De ſanctis Terentiano & Flacco martyribus. Cap. CXXXVI.

FErentianus epiſcopus & flaccus martyres paſſi ſunt tempore hadriani imperatoris apud ciuitatem tudertū ſub letiano ,pcon ſule tuſcie: qui terentianum comprehen/ ſum & ſacrificare nolentem: deoſq; demonia affirmā tem: lapidibus ore cōtundi fecit:& cum idola ei obla ta cōminuiſſet:& ſacerdos idolo& in faciem ſuā cor/ ruiſſet: iuſſit ,pconſul ſanctum in equuleo leuari:& ſcorpionibus grauiter cedi: ignemq; ad latera eius ap poni. Qui cum omnia patienter toleraſſet: fecit lin/ guam eius precidi & pedibus conculcari: ille uero dū nihilominus chriſtum diſerta uoce confiteretur: pro conſul mutus efficitur: ac ſi eius non ſancti lingua pre ciſa fuiſſet:& annuens manibus: q; loquelam amiſe/ rat: poſt modicum expirauit. Lucius uero & ſauinus eius aſſeſſores terentianū carceri māciparūt. Altera ue ro die cū duceret ad forū occurrit ei flaccus idolo& ſa cerdos: qui cecus effectus fuerat: ſed diuina reuelatio/ ne monitus erat: ut ad ſanctū ,p lumine recuperando recurſum haberet: quē ſanctus ad chriſtū cōuerſum baptizauit:& illuminauit. Ambo igitur a milibus tenti ſunt: & iuxta flumen ſecus murum ciuita/ tis decollati .iii. calen. ſeptembris. Quorum corpo/ ra exuperantius preſbyter & laurentia in ſomnis di/ uinitus admonita ſepelierunt octauo miliario a ciui/ tate tuderto: in loco qui dicitur petroſo.

ℂ De ſancto Firmino epō. Cap. CXXXVII.

FIrminus epūs ambianenſi: que ab ambitu flu minis ambianū dicit: ipſius ciuitatis ori/ undus filius fuit fauſtiani nobiliſſimi ui/ ri: qui in honorem ſancti firmini marty/ ris filium ſuum firminum uocauit: de quo firmino martyre habetur infra .vii. calen. octobr. Hic bone in/ dolis puer etate procedente per incrementa uirtutū creſcens: factus eſt epiſcopus ciuitatis: qui populum uerbo & exemplo in uiam ſalutis direxit: & ab omni gentilitatis errore urbem purgauit: atq; ſupra ſepul chrū ſancti firmini maris eccleſiā dei genitricis con/ ſtruxit:& cōſecrauit: in qua dū in die ſcō paſche cele/ braret: celis aptis palmam ſibi de ſuperius illampſam aſpexit:& ab eo die ab omni carnis inquinamento & motu mundus permāſit. Quieuit in pace .iii. calen. ſe/ ptembris: ſepultus in eccleſia ſupradicta: cui ſucceſſe/ runt ſancti honoratus: de quo .xvii. calen. febr. & ſalui us: de quo .iii. idus ianuarii.

ℂ De ſancto Felice preſbytero & confeſſore. Cap. CXXXVIII.

FElix preſbyter & confeſſor apud nolam ciuitatem campanie claruit: cuius pater hermias duos filios habens felicem & her miam ſubſtantiam ſuam ſoli felici dereli/ quit: hermiam uero exheredauit. Felix uero omnes facultates fratri dimiſit:& ſpiritualibus diſciplinis ſe dedit: q; ſub ſancto maximo nolano epiſcopo officiū lectoris deinde exorciſte gradum accepit: ac demum per alios ordines ad ſacerdotii honorē peruenit. Cū autem chriſtianorū perſecutio deſeuiret: maximus epiſcopus iam ſenex eccleſiam ſuam felici preſbytero cōmendauit:& ad montium deſerta ſeceſſit. Cuq; fe/ lix predicationi inſiſteret: a paganis detinetur: & in carcerem nudus uinculatur: atq; teſta& ei fragmina ſubſternuntur. Nocte uero ipſi diuinitus lux effulſit:

angelusq; ei astitit: & de custodia ruptis catenis edu/xit:atq; ad requirendũ eius eꝑm ad mõtana trãmisit. Qué dudũ requisitũ:felix tandé fame deficienté iue/nit:& ex dolore tristis ĩgemuit:quia nec unde caleface ret senẽ algenté habebat:nec unde aleret fame deficiẽ/té uidebat. Cui xꝑs mox oráti subuenit:qui de spino/sis sentibus media hyeme unã pduxit. Cuius liquoré super os senis exꝑssit:moxq; ille resumptis faucibus respirauit. Et postq̃ alter in alterius amplexus ruit:fe/lix seniorẽ in humeris suis tulit:& ad cellulã suã per/duxit atq; refecit. ¶ Et cũ itez progressus xꝑm predi caret:& gregẽ domini cõfortaret:gentiles armati: ut eum caperent domũ eius circũdederũt. Qui egressus per mediũ illoz transiuit: ita ut eũ uidẽres nõ agno/sceres:ipsumq; quasi aliũ de filice interrogares. Ad macerie ergo deserte locũ declinauit:statimq; aditum tela ita arena texit:ut nullus hominũ illuc ingredi po tuisse quis putaret:quãdo unius muscę impetum tre/mulus sinus aranee tele ferre non posset. Sed post ab/scessum hostium felix egressus ad domũ cuiusdã ui/due secreto puenit:& apud ipsam aliquo tempore lati tauit. Et dum ex nimia siccitate estiuo tẽpore in eius puteo aqua defecisset:orante scõ pluuia larga descen/dit:& puteũ abundanter repleuit. Sicq; in eo ardoré fi dei duplicauit:ueꝛ postq̃ ecclesie pax reddita est:con/fessor domini de latebris prodiit: & populum suaui predicationis eloquio in domino confortauit. Qui deo gratias agebant: q; ipsum quem extinctum puta bant in persecutione conseruasset. ¶ Cum aũt maxi/mus eꝑs ad dominum migrasset:populusq; omnis fe licem in eꝑm elegisset:ille omnino episcopari recusa/uit: & quintum presbyterum elegi fecit. Sub quo & ipse ꝑsbyter meritis & uita laudabiliter uixit: & post longos agones in domino feliciter requieuit pridie ca len. septembris. Cuius corpus apud nolam tumula/tum iacet:& signis irradiat.

¶ De scõ Paulino eꝑo & mre. Cap. CXXXIX.

PAulinus eꝑs treuerẽ & martyr claruit tẽ pore constantii imperatoris. Qui tẽpore arriane infestationis a constantio prefato ob fidẽ catholicã exilio relegatus: & usq; ad mortem ꝓpter xꝑi nomen hinc inde mutando exi lia fatigatus tandem apud phrygiam defunctus beate passionis coronam percepit a domino pridie calen. se ptembris: Hec ado in martylogio suo.

¶ De scõ Aristide cõfessore. Cap. CXL.

ARistides confessor claruit apud athenas sub hadriano imperatore. Qui philoso/phus eloquentissimus fuit:fide sapiẽtiaq; clarissimus:& xꝑiane religionis pietate i/butus. Hic hadrião principi librum apologeticũ pro fidei nostre ratiõe cõscripsit & obtulit:& q; xꝑs iesus solus eẽt deus corã ipso ꝑperatore luculẽtissime pora/uit:eo uidelicet tpe quo quadratus uir ĩsignis libellũ simile eidẽ cesari presentauit. Qui & in eadẽ ciuitate diem extremum in pace cõclusit pridie cal. septẽbris. Hec hieronymus in libro de uiris illustribus.

¶ De scõ Optato eꝑo. Cap. CXLI.

OPtatus eꝑs milesitanus natione apher cla/ruit imperantibus ualentiniano & ualen/te augustis. Qui fidei pugil & doctor egre gius aduersus donatiane partis calumni/am libros. vi. edidit:in quibus donatistarum crimen falso in nos retorqueri asseruit. Qui & sanctitate & ui ta non infimus apud antisiodoꝛ in pace quieuit pri/die cal. septembris. Hec hieronymus ubi supra.

¶ Explicit liber septimus.

¶ Incipit prologus libri octaui.

OCtauus liber presentis catalogi cõtinet ge sta & passiões illoꝛ sanctoꝛ quoꝛ festiui tates occurrũt ifra tꝑs quo repreſentat ec/clesia propagationé filioꝛ qui fuerunt ip/sius ecclesie cõseruatores:quales fuerũt sancti cõfessio/res. Hoc aũt tẽpus est a cal. septẽbris usq; ad cal. octo/bris. Et hoc sub figura sanctoꝛ:Iob:Tobie:Esdre:Iu/dith:& Hester:quoꝛ tũc gesta recolunt:cõfessoꝛ pa/tiẽtiã & sanctitatẽ denotantia:q in tribulatiõe positi: mũdũ carnem & diabolũ triũpharunt. Ad ipsius igit tẽporis festa ptractanda trãseundũ est. ¶ Et notandũ q; qa oẽs iudices israel:qui fuerunt post moysem ante reges generaliter ĩ catalogo scõꝛ ueteris testamẽti in diuina scriptura cõnumerant:& duoꝛ ex ipsis solũ/modo:uidelicet iosue filii nun & gedeõis:festũ in cal. septẽbris recolit:quo uidelicet die ipsi ambo diuersis tẽporibus quieuerũt:ut hierõymus scribit: reliquoꝛ aũt ꝑdictoꝛ sanctoꝛ dies dormitiõis necubi reperiũ/tur:Iccirco gra duoꝛ ꝑdictoꝛ gesta etiã reliquoꝛ iu/dicum:qui oẽs sancti fuerũt in cal. septembris cõscri/bere uolui:ut gesta eoꝛ:quoꝛ dies incertus habet:hi storiis consocioꝛ:quoꝛ dies hic agitur:merito copu lentur. Acta etiã quorundam alioꝛ eisdem iudicibus contemporaneorum:quoꝛ similiter festiuitates cer/tos dies non habent:ut raab:caleph: & ruth: prefatis iudicum historiis inserendo.

¶ Incipit liber octauus a calen. septembris usq; ad ca/lendas octobris.

¶ De scõ Iosue propheta & duce. Cap. I.

IOsue propheta & dux populi israel fi/lius nun alio noĩe dictus iesus filius na ue de tribu effraim moysi prophete:& duci eiusdem populi inducatu succes/sit:de quo dicet infra in eius festo pri/die nouẽ septembris. Hic moyse defun/cto cum populus esset ultra iordanẽ contra hiericho: loquente sibi domino mãdauit populo ut ꝑpararent se ad transeundũ iordanẽ. Missq; duos exploratores de sethim in hiericho: qui sub simulatione fatuitatis explorauerũt terrã:& ad domum raab meretricis de/clinauerũt:quos illa abscondit a facie nunciоꝛ regis

hiericho querentium eos: & per murum nocte dimisit: ut dicetur infra in eius legenda. Reuersus ergo exploratoribus ad iosue: tribus transactis diebus precepit iosue sacerdotibus: ut tollerent arcam dei: & intrantes cū ea iordanem: omnē populum precederent. Cumq; intrassent sacerdotes aquam quā penitus immeabilem inuenerant: eo q; plus solito excreuisset: steterunt aque descendentes ad instar montis in tumescentes usq; ad locum qui dicit sarathan: iferiores uero aque in mare mortuū descenderūt: sicq; siccato fluuio omnis populus per arentē alueum pertrāsiuit. Tulitq; iosue. xii. lapides de alueo in siccū: & alios. xii. de ficco in alueum reportauit: in miraculi testimonium. Et cū transisset populus reuerse sunt aque ad locū suum. Deinde iosue filios populi: qui erant incircuncisi: dei mandato circūcidi iussit in galgalis. Et fecerūt fase. xiiii. die mensis primi in campestribus hiericho: & comederunt de fructibus terre: eo q; sibi māna defecisset: quo per desertū aliti fuerāt. xl. annis. Post hec iosue mādauit arcam dei. vii. diebus circūduci circa muros hiericho: precedentibus. vii. sacerdotibus & clangentibus. vii. tubis: omniq; populo armato subsequēte. Septimo uero die post septimam circuitionē: uociferantibus cunctis: muri hiericho funditus corruerunt: & intrauit quisq; per locum qui contra se erat: & iterfecerunt omnes uiuentes in ea: & cōbusserunt eā: & omnem supellectilem eius: sola raab cū domo sua reseruata. Mādauerat aūt dominus per iosue ut nemo aliquid de hiericho tolleret: sed omnia uelut anathema ta igne cōsumerēt. Achor aūt filius carmi de tribu iuda: latenter tulit regulā auream & chlamydē coccineam contectā auro: & abscondit humo. Cum autē misisset iosue tria milia uiroꝝ ad expugnandā ciuitatē hahi pcussi sunt a uiris hahi & ceciderēt ex eis. xxxvi. uiri. Cōtristatusq; iosue orauit ad dominū. Cui dominus respōdit q; nō esset cū populo donec mūdaretur anathema. Iussitq; hoc sorte scrutari. Iosue aūt omni populo cōgregato sortes misit. Et primo per tribus ī uenit sors tribum iude: deinde per familias inuenit familiā zare: deinde per domos domū carmi: deinde p capita caput achor. Qui confessus peccatum suum ab omni populo est lapidatus: & omnis domus eius interfecta: omniq; substantia eius exusta. Quo facto iosue de mandato dei ascendit contra ciuitatem hahi: partemq; exercitus in insidiis collocauit post ciuitatē. Cum reliqua uero parte ciuitatē agressus est. Et cum aliq̄diu pugnassent populus cū iosue terga uertentes: arte simularunt fugā. Rex aūt hahi cum omni populo egressus eos insecutus est. Et cum eos longius traxissent ab urbe: surrexerunt: qui erant in insidiis: & īgressi ciuitatem nemine resistente eam incenderunt. Iosue uero retrocedēte & insidiis ciuitate egressis: hostes ex utraq; parte conclusi interfecti sunt. Omniq; populus inuētus in urbe occisus est: & ciuitas igne cōsumpta: omnia quoq; bona ciuitatis populo in predam diuisa sunt. Rex etiam ciuitatis hahi in patibulo suspensus interiit. ¶ Gabaonite uero uidentes: quod fecerat israel de duabus ciuitatibus: timuerunt ualde: & missis ad iosue & populum nunciis inierunt cum eis fedus: qbus filii israel iuramento confederati sunt. Et facti sunt gabaonite eorum serui lignorum cesores & aque portitores in perpetuum. ¶ Adonisedech autem rex hierusalem audiens gabaonitas confederatos filiis israel: conuocatis secum quattuor regibus amorreorum obsedit gabaon. Quod audiens iosue collecto exercitu repēte irruit super eos: & uersi sunt in fugam per descensum bethoren. Misit deus grannem super eos: & plures occidit grando q̄ gladius. Videns autem iosue solem descendentem ad occasum: & lunam ascendentem: timens ne beneficio noctis hostes euaderent: precepit soli contra gabaon & lune cōtra uallem hahilon: ne mouerent. Steteruntq; sol & luna spatio unius diei: nec fuit ante & postea tām longa dies. Tunc quinq; reges se absconderunt in spelunca maceda. Ad quorum custodiam iosue uiros dimisit. Cesis quoq; & deletis omnibus aduersariis: iosue quinq; reges productos in patibulis suspendit. Eodē quoque die percussit macedan in ore gladii: postea uero uastauit lebnam & lachin: eglon: & hebron: & dabir: & reuersus est ad castra in galgala. ¶ Iabin autem rex asor congregatis. xxiiii. regibus cum turmis suis habentibus secum. ccc. milia armatorum & .ii. milia curruum pugnauit cum iosue & populo israel: sed deuictus est iabin & omnes sui occisi preter eos qui se receperunt in urbes & castra munitissima. Fecerant enim chananei plures munitiones perualidas a die qua audiuerant egressum israel de egypto aduersum eos: nec eas nisi longo tempore & graui labore obtinuerunt hebrei. Vastauit tamen iosue uniuersam circa regionem nulli etati parcens aut sexui: & ditatus est israel supra modum ex hostium preda. Quintus autem annus iam transierat: & iosue transtulit a galgalis locum tabernaculorum in silo: & illuc transtulit tabernaculum cum omni ornatu suo pro loci oportunitate. Et inde procedens in sichem constituit in monte ebal altare domino de lapidibus impolitis: offerens super illud holocausta: scripsitq; super eo deuteronomium: quod quidam intelligunt mandata deuteronomii: deinde rediit in silo. ¶ Post hec concessit iosue tribui iuda montana ad meridiem: que iam acquisierant: sed non dum sorte tradidit. Effraim quoq; concessit montana ad aquilonem: inter utrūq; ponens dimidiam tribum manasse. His tribus tantum commisit terram aliis in castra manētibus: tum quia bellicose erant: tum quia digniores. Sciebat enim iude regnum esse promissum: & manasse & effraim benedixisse iacob pro beneficio ioseph patris eorum. Dedit autem effraim extra sortem agrum sichem: quem dederat iacob singulariter ioseph filio suo: & sepeliuit in eo ossa ioseph: que attulerat de egypto. Ipse enim iosue effrateus erat. Dedit etiam caleph filio iephone hebron in possessionem: & quieuit terra a preliis. ¶ Iterum autem conuocauit iosue populum in silo: & assumpsit de singulis tribubus tres uiros ad considerandum terram: ut eam sorte diuideret: deditq; eis singulis. x. uiros metiendi peritos: mandans ne secundum quantitatem terram metirentur sed secundum estimationem felicis terre. Qui circūeuntes terram & mensurantes septimo mense reuersi sunt ad eum in silo. Proiectisq; sortibus. Prima sors iude egressa est. Secūda symeonis. Tertia beniamin: que sors angustissima fuit propter terre fertilitatē. Quarta effraim. Quinta medie tribui manasse. Sexta isachar. Septima zabulon. Octaua aser. Nona nepta-

lim. Vltima dan. Ruben autem & gad & dimidia alia tribus manaſſe uiuente moyſe in ſortem habuerant terram galaad trans iordanem. Sed & leuitis ſeparauit. xlviii. ciuitates ad inhabitandũ. Filii aũt ruben & gad & dimidia tribus manaſſe tranſeuntes & iordanem in locũ ſortis hereditatis ſue: edificauerunt iuxta iordanem ad tumulos altare mire magnitudinis: qđ ioſue & alii qui citra iordanẽ erant audientes: uoluerunt eos diſperdere: & inſurgere contra eos: putantes q̃ altare erexiſſent: ut ſuper eo uictimas immolarent: quod nõ licebat niſi ſuper altare tabernaculi. Sed per nuncios ſuos eiſdẽ miſſos inuenerunt: q̃ altare feciſſent: nõ in ſacrificiũ ſed in teſtimoniũ: ne uideret̃ alter populus: eo q̃ trans iordanẽ eſſet ex loco diuiſus. Et ſic inuenientes eos rectã habere intentionẽ ad dominum: retenti ſunt & laudauerunt eos. ¶ Cũ aũt ioſue una cũ populo iter̃ in ſilo congregato cũ domino fedus iniſſet: omniaq̃ recte diſpoſuiſſet: cũ eſſet annor̃ .cx. in pace requieuit. Nã annor̃. xliiii. acceſſit ad moyſem: & .xl. annis eidem in deſerto ſeruiuit: & ſic p annos. xxvi. populum rexit: qui & in domino obdormiuit kal. ſeptẽbris: & ſepultus eſt in tamnathſara: que ſita eſt in monte effraim. Hic enim uti uir ſanctiſſimus eccleſiaſtici. xlvi. cap̃. & .ii. macha. ii. cap̃. iter ueteris teſtamenti ſanctos ſpeciali laude predicat̃: & in aliis plerisq̃ diuine ſcripture locis commendatur. Hec de libro ioſue: & ex chronicis ioſephi & hieronymi: & petri comeſtoris: atq̃ guilelmi.

¶ De ſcõ Caleph. Cap. II.

CAleph filius iephone de tribu iuda uir ſanctus: q eccleſiaſtici. xlvi. cap̃. & .ii. mach. ii. iter ſanctos priſci temporis cõnumeratur. Hic fuit unus ex. xii. exploratoribus: quos moyſes de deſerto pharam miſit ad explorandũ terrã promiſſionis. Qui una cum ioſue filio nun de tribu effraim populũ rediens cõfortauit: ut ad terrã ipſam pergerent obtinendã. Ceteris pauore formidantibus: & filios iſrael deterrẽtibus. Et murmurãte omni populo, iurauit dominus: & nemo illor̃ qui ex egypto egreſſi fuerant a .xx. annis ſupra ad terrã ipſam introirent: preter duos prenominatos uiros caleph: uideli/cet & ioſue. Quod & ita cõtigit: populo in deſerto. xl. annis morã trahente: donec oĩs natio illa mortua eſt. Propter hoc meritum caleph non ſolũ meruit reſeruari: ut ad terrã intraret promiſſam: ſed in hebrõ poſſeſſionẽ ſp̃ale obtinuit. In quam aſcendens tres filios enach peuſſit: Et ciuitatẽ dabir que prius uocabatur cariathſepher. i. ciuitas litter̃ obſedit. Quã cum in ueniſſet munitã: p̃miſit: ut qui primus eam caperet daret ei filiam ſuã in uxorẽ. Et accepit eam othoniel filius cenies fratris caleph minor: qui & poſt ioſue primus iudex fuit in iſrael. Cui caleph natam axan in cõiugẽ dedit: & urbẽ in poſſeſſionẽ cũ agris irriguis ab utraq̃ pte. Et poſt multos annos caleph in ſenectute bona geuit: & ſepultus eſt in hebron. Hec unde ſupra.

¶ De ſancta Raab meretrice. Cap. III.

RAab meretrix cui ſanctitas iacobi epiſtola ſecũdo. ca. & ad hebr̃. xi. cõmemoratur: in numero ſanctar̃ mulier̃ ueteris teſtamẽti ex ipſo euangelio matth. i. ca. cõnumeratur. Ad huius domũ declinauerũt ueſpere duo exploratores quos ioſue miſit ad cõſiderandũ ciuitatẽ hiericho: ut ſupra dictũ eſt in geſtis ioſue. Hec erat meretrix: ad quã confidentius: quaſi ad miſcendũ ſecũ: exploratores ingredi potuerũt: domuſq̃ eius iũcta erat muro & porte ciuitatis. Cũ aũt rex hiericho de miſſis exploratoribus audiſſet: & q̃ ingreſſi eſſent domum raab cõperiſſet: miſit ad eã: ut eos educeret. Que abſcõdit eos in ſtipula lini quã ſiccabat ſupra murũ mẽtiens eos egreſſos dum clauderet̃ porta. Dixitq̃ nunciis ut eos p uiã iordanis p̃ſequerent̃. Tũc aſcẽdés ad exploratores: narrauit que dixerat nũciis regis petens ab eis: ut quãdo deus traderet eis hiericho capiẽdam conſeruarent eam. Quod exploratores mulieri p̃miſerunt cũ iuramento. Tunc dimiſit eos mulier de feneſtra per murũ cũ funẽ coccineo. Deditq̃ eis ſignũ funẽ ipſum in feneſtra ligatũ: ut cũ caperet̃ ciuitas: ex ſigno populus cognoſceret domũ illam eſſe ſeruãdam. Et dimiſſi nuncii da ioſue redierũt: & ei: que geſta fuerant: narrauerũt. Ioſue uero & maiores populi p̃miſſionẽ exploratorũ ratam habuerũt: unde & capra hiericho atq̃ delata: ſola domus raab cũ omnibus ſuis ĩtromiſſis cõſeruata eſt. Quã proceſſu tẽporis ſalmon princeps tribus iude duxit in uxorem: ex qua genuit booz: & ex qua dei filius ſecundum carnem eſt propagatus. Et hec in coloniam iudeorum tranſiens laudabili fine quieuit.

¶ De ſcõ Othoniele iudice. Cap. IIII.

THoniel iudex filius cenies fratris caleph ſupradicti de tribu iuda: primus poſt ioſue in iſrael iudicauit. Nã cum ioſue mortuo ſurrexiſſent alii in filiis iſrael: qui non uiderãt uirtutes domini: quas fecerat in diebus moyſi & ioſue: fecerunt malum in cõſpectu domini: & ſeruierunt baal: & aſtaroth: & diis terre: contraxeruntq̃ cõiugia cum alienigenis. Quã orbem indignata diuinitas non deleuit gẽtes de medio eorũ: ut eſſent eis in aculeum & laborem. Tradiditq̃ eos deus in manus chuſan raſathaim regis meſopotamie & ſyrie: ſeruieruntq̃ ei .viii. annis: & clamauerũt ad dominum: qui ſuſcitauit eis liberatorem othonielem: & fuit dominus cum eo: & pugnauit aduerſus chuſan raſathaim: & oppreſſit eum: & liberauit populũ. Quieuitq̃ terra per annos .xxxx. quibus othoniel iudicauit populum. Et mortuus eſt othoniel in pace.

¶ De ſcõ Haioth iudice. Cap. V.

HAioth filius gerra filii gemini de tribu effraim ſecundũ guilelmum: ſecundum uero comeſtorem de tribu beniamin: ſecundus iudex poſt ioſue in iſrael iudicauit: mortuo enĩ othoniele eglon rex moab adiunctis ſibi filiis amon & amalech: tranſiens iordanẽ peuſit filios iſrael: & poſuit idola ſua in galgalis: ubi ſolebat cẽtabernaculũ: fecitq̃ ſibi domũ in urbe palmar̃. i. hiericho: & ſeruierunt ei filii iſrael. xviii. annis: & clamauerũt ad dominũ: q ſuſcitauit eis haioth: qui utraq̃ manu pro dextera utebat̃. Miſeruntq̃ filii iſrael munera eglo regi p manũ haioth: qui fecit ſibi gladiũ ancipitem lõgitudinis palme unius manus: & accinctus eſt eo in femore ſubter chlamydem. Erat aũt eglon craſſus nimis. Cũq̃ obtuliſſet ei munera & diſceſſiſſet ab eo cum ſociis: reuerſus iterum ſolus ait ad regem: q̃ uerbum haberet ei ſecreto explicandum. Egreſſiſq̃ omnibus qui cum rege erant extendit haioth ma-

num siniſtram: & tulit siccã de dextero femore: & infixit in uentrẽ eius: nec eduxit eam: sed dimisit in corpore. Clausisq; hostiis p posticum egressus fugit. Serui uero regis post longã morã intrantes inuenerũt regem mortuũ iacentẽ. Venitq; haioth in sarath: & insonuit buccina in mõte effraim: & cõgregatus israel: descẽderũt cũ eo ad iordanẽ: & uolentes transire moabitas pcusserũt ex eis decẽ milia: & humiliatus est moab sub manu israel. Et quieuit terra. lxxx. annis: qhus haioth iudicauit: qui & in pace mortuus est senex: & post hec de philisteis uolentibus intrare israel: quidã sangar occidit ex eis sexcentos uomere uno: nec tamẽ inter iudices cõputat̃: quia eodẽ anno uitã finiuit.

¶ De sancta Delbora ꝓphetissa. Cap. VI.

DElbora ꝓphetissa de tribu effraim & uir eius barach siue laphidoth de neptali tertii post iosue in israel iudicauerũt. Cũ enĩ post mortẽ haioth filii israel fecissent malũ in cõspectu domini: tradidit eos dominus in mãus iabin regis chanaã: qui regnabat in aser: & habuit quẽdã sisaram ducẽ exercitus sui: ipse ãt habitabat in aseroth gentiũ: qui oppressit filios israel ꝑ annos uiginti & clamauerũt ad dominũ. Erat aũt delbora ꝓphetissa: que habitabat in mõte effraim sub palma: & ascendebãt ad eã filii israel ad querẽdũ iudiciũ. Que uirũ suum aduocans ex precepto domini dixit ei: ut duceret exercitum in mõte thabor cõtra sisarã ducẽ exercitus iabin. Qui assumptis pugnatoribus decẽ milia de nepthalin & zabulon cũ ipsa delbora iuit in mõtẽ thabor. Sisara uero exercitũ congregauit ad torrentẽ cison. cccc. miliũ armatorũ. Descẽdentẽq; barach de mõte cum suis stante delbora in monte ad orationẽ: perterruit dominus multitudinem sisare uento grãdine niue & pluuia: que cadebãt in facies eorũ: ita ut arcus & fundibule inutiles fierent: & plurimi de equis & curribus excussi conterebant̃. Sicq; cõuerso in fugam exercitu sisare: ipse de curru exiliens fugit ad domũ cuiusdã mulieris noĩe iahel: que habitabat in ualle senã iuxta cedes: que fugientem rogantemq; ut ipsum celaret susceꝑit: & petenti poculum dedit lac: ut grauius obdormiret. Dormienti uero clauũ ꝓcussum malleo per utrũq; tempus imisit: & in terram confixit: & barach post paululum uenienti ostẽdit. Barach uero exercitum ducens usq; ad absor obuium sibi regem iabin interfecit: & ciuitatem euertit. Et sic quieuit terra hebreorũ per annos quadraginta: quibus iudicauerũt delbora cum uiro suo barach: qui & in pace sepulti quieuerunt in terra effraim.

¶ De scõ Gedeone iudice. Cap. VII.

GEdeon iudex filius ioas de tribu manasse: quartus post iosue filios israel iudicauit. Cũ enim israel in conspectu domini deliquisset: tradidit eos deus ĩ manu madian septem annis. Cumq; clamassent ad dominum. Venit angelus domini: & sedit super quercus: que erat in effrai. Ager autem pertinebat ad ioas patrem gedeonis. Gedeon autem timens aduentum hostium: excutiebat frumenta in torculari: ut haberet uiaticum ad fugam. Quem angelus salutauit: ipsumq; ex parte dei misit: ut percuteret madian. Cumq; gedeon hedum coxisset: posuit carnes & azymos panes coram angelo: qui tetigit ea summitate uirge quam tenebat: & ascendens ignis de petre omnia consumpsit: & angelus euanuit. Timentiq; ualde gedeon dominus apparuit nocte: mãdãs ut aram baal quã pater suus erexerat destrueret: & lucũ qui erat circa eã succideret: & domino deo tauro septem annorũ imolaret. Gedeon uero timẽs patrẽ & ciues nocte oĩa cõpleuit cũ. x. ex seruis suis: ide dictus est hieroboal q̃si fortitudo baal: q. a fortis cõtra eũ fuit. Cũq; gedeon cõgregasset de tribus manasse aser zabulon & neptalim. xxxii. milia uirorũ: petiit a domino signũ uictorie in uellere in aera posito: si nocte illa uellus complueretur: aera sicca remanente: & factum est ita. Sequenti nocte petiit signum in contrarium: ut aera roraretur: & uellus siccum esset: quod factum est. Venit autem gedeon cum suis ad fontem anad: & de mandato dei omnes formidolosos licentiauit: & reuersi sunt de populo. xxii. milia: & tantum decem milia remanserunt. Adhuc gedeon mãdato dei populum duxit ad aquas: & oẽs lãbentes aquã lingua & manu sicut canes assumpsit tãq; magnanimos reliquos aquã ore sumẽtes uti delitiosos dimisit: & inuenti sunt cũ gedeone tantum .ccc. uiri: in quibus dominus predixit se traditurũ madian in manu gedeonis: ne forte multitudo sibi subpere uictoriã ascriberet. q̃bus assumptis & cibariis ꝑ numero & totidẽ tubis gedeon ad certamẽ ꝑerauit.

¶ Eadẽ nocte gedeon cũ solo puero descendens ad castra madiã: audiuit duos uigiles secũ loquẽtes: unũq; narrãtẽ q̃ uidisset somniũ: panẽ uidelicet hordeaceũ in castra madian descẽdẽtẽ: & ea subuertentẽ. Alium uero ipm somniũ interpretantẽ: q̃ panis hordei esset gladius gedeonis: qui uilis inter filios israel reputabatur: in cuius manu deus castra madiã tradidisset. His auditis gedeõ animosior effectus tulit trecẽtos uiros: & in dextris eorũ posuit tubas: & ĩ siniſtris lagenas uacuas: & in medio lagenarum lampades: & ingressi per gyrum in tres partes diuisi circa hostium castra in uigilia noctis medie fregerunt hydrias & lampades in siniſtris tenentes clangebat tubis: quibus omnibus sonitus terribilis audiebatur. Quo subito excitati hostes & turbati: nec se cognoscentes inuicem mutuis uulneribus se cedebant: aliis in fugam conuersis usq; bersith. Viri autem qui ex. x. milibus remanserant: eos persequebantur. Effraim quoq; descendit in occursu fugientium: & occupauit iordanem & occidit duos reges madian oreb in petra q̃dã: & zeb in torculari: & portauit effraim capita regũ ad gedeon. Transiuitq; gedeon iordanẽ cũ. xxx. uiris. Zebee autem & salmana in ualle quiescebant: nihil aduersum suspicãtes. xv. tantũ de suo exercitu cesis. Gedeon aũt repente

irruit ſup eos:& turbato exercitu eoꝝ duos reges cõ/
prehẽſos occidit Et reuerſus eſt cum uictoria magna.
Et cũ populus eũ uellet dominũ cõſtituere noluit ge/
deon:ſed ſoli deo gratiã attribuẽs dominũ ſup iſrael
dominatuꝝ eẽ dixit.Ipſe aũt per.xl.annos populũ iu/
dicauit:qbus terra quieuit.Et dormiuit gedeon in ſe
nectute bona cal.ſeptẽbris.Et ſepultus eſt ĩ ſepulchro
pris ſui in effra.¶Poſt cuius morte abimelech eius fi/
lius ſpurius occidit.lxx.filios legitimos gedeõis:& do
lo atq; tyrãnide occupauit regnũ iſrael.Soluſq; ex oĩ/
bus iudicibus ſe regẽ nominari fecit: q & pugnãs ad/
uerſus urbẽ ſichẽ oppreſſus a muliere q fragmẽ mole
de muro proiecit:peſſima interiit morte: Ideo & no/
men eius de catalogo iudicum ſanctoꝝ deletum eſt:
propter fratricidii & tyrannidis crimen.

¶De ſcõ Thola iudice. Cap. VIII.

THola iudex filius ſuha de tribu iſachar:qn
tus poſt ioſue filios iſrael:Iudicauit annis.
xxiii.Qui licet nihil notabile feciſſe legat:
inter ſanctos tamẽ iudices cõnumerat: in
cuius tẽpore populum hebreoꝝ pace fruitũ eſſe cre/
dendum eſt:eo q ſcriptura nullius belli mentionem
facit.Et fuit manſio thola in oppido ſani urbi & quie
ſcens in pace ſepultus eſt.

¶De ſcõ Iahir iudice. Cap. IX.

IAhir galaadithes de tribu manaſſe iudex
ſextus poſt ioſue iudicauit iſrael ánis.xxii.
hic habuit.xxx.filios:quos fecit principes.
xxx.ciuitatũ:quas noĩe ſuo uocauit hai/
thiahir.i.oppida iahir.In cuius ẽt tpe terra iſrael pace
gaudebat:nec legunt hebrei ab aliqua natione pſecu
tionẽ ptuliſſe.Ex quo ẽt ſcitas iudicis argui põt: qui
feliciter populũ gubernãs ad ſcelera cõſueta ruere nõ
permittebat:qui & in pace ſepultus eſt.

¶De ſcõ Iepthe iudice. Cap. X.

IEpthe galaadithes iudex ſeptimus poſt io
ſue iudicauit iſrael.Cũ enim filii iſrael poſt
morte iahir ſeruiſſent diis gentiũ tradidit
eos dominus in mãus philiſtiim & amũ:
& afflicti ſunt uehementer.xviii.annis. Qui clamaue/
runt ad dominũ & proiecerũt idola de finibus ſuis: &
doluit dominus ſup miſeriã eoꝝ:fuit eo tẽpore iepthe
galaadithes uir fortiſſimus pugnator:ſed filius mere
tricis.Hic habuit uxorẽ de galaad de qua ſuſcepit fili/
os:q adulti patrẽ ſuũ tanq ſpuriũ eiecerũt. Et abiit in
terrã thob.Et cõgregauit inopes & latrocinãtes:& fa/
ctus eſt eoꝝ princeps.Tũc oppreſſi maiores natu iſra/
el deſcẽderũt ad eũ:& ipm in principẽ elegerũt:ut pu
gnaret pro eis cõtra amonitas.Et aſcẽdẽs cũ eis ĩ maſ/
phat factus eſt iudex in populo.Miſſiſq; nũciis ad re/
gẽ amõ:ut exiret de terra ſua:illoq; exire nolẽte: egreſ
ſus eſt iepthe ad pugnã cũ exercitu ſuo: uouitq; domi
no:ut ſi uictor rediret:quicũq; prior de domo ſua ſi/
bi occurreret eũ in holocauſtũ domino offerret.Et p/
cuſſit iepthe amõitas plaga magna:& humiliauit eos
reuertenti aũt in maſphat:occurrit ei unigenita filia
cũ tympanis & choris.Qua uiſa triſtatus eſt ad mor/
tẽ:eo q ex uoto ipſam domino neceſſe hẽret.Filia ue/
ro in nullo doluit: ꝓpter uictoriã pris:ſed tãtũ duoꝝ
meſium inducias petiit:ut plãgeret uirginitatẽ ſuam
cum ſodalibus ſuis.& expletis duobns menſibus re/
diit:& pater qđ uouerat ipleuit.Fuit tamen & ſtultus
in uouendo & impius in ſoluẽdo: quia obtulit holo/
cauſtũ nec legitimum nec deochaꝝ.Potuit tamẽ ante
uotũ eſſe bonus:quia irruit ſpiritus domini ſuper eũ
& etiã poſt uotũ:quia & apoſtolus ponit eũ in catalo/
go ſanctoꝝ in epiſtola ad hebr.Quidã aũt eum excu
ſantes dicunt illũ familiari conſilio ſpirituſſancti hoc
feciſſe:ſicut & ſampſon qui ſemetipſum occidit.Iudi/
cauit aũt iepthe iſrael.vi.ãnis:& qeuit in pace:& ſepul
tus eſt in ciuitate ſua ſebeth:que eſt in galaad. Hic ab
etate moyſi uſq; ad ſeipm ait ſupputari annos trecen/
tos excluſis annis.xviii.afflictiõis qui preceſſerant.

¶De ſcõ Abeſan iudice. Cap. XI.

ABeſan uel eſebon beth leemita de tribu iu
da iudex.viii.poſt ioſue iudicauit iſrael.vii
annis.Qui & populũ domini in pace rexiſ
ſe creditꝰ:quia nec eius tẽpore alicuius bel/
li in ſcriptura mentio habeꝰ.Qui & quieuit in pace &
ſepultus eſt in bethleem ciuitate ſua.

¶De ſcõ Hailon iudice. Cap. XII.

EAilon zabulonites iudex nonus poſt ioſue
iudicauit filios iſrael.x.annis. Qui & pacẽ
omni ſue uite tẽpore habuiſſe putãdus eſt
quia neq; q cũ ulla natione diſcordiã ha/
buerit expreſſum reperiꝰ.Et hic quieſcens in pace in
ciuitate ſua.Sepultus eſt cum patribus ſuis.

¶De ſcõ Abdon iudice. Cap. XIII.

ABdõ iudex de ciuitate thecue:que ẽ in tri/
bu effraim decimus poſt ioſue iudicauit ĩ
iſrael.viii.annis.Sub quo etiã terra hebreo
rum in pace quieuit:eo q ſub his prefatis
tribus iudicibus iſrael a domino nõ receſſit. Et hic in
pace dormiẽs in ſepulchro paterno ſepultus eſt in op
pido thecue ex quo fuerat oriundus.

¶De ſcõ Sampſone iudice. Cap. XIIII.

SAmpſon iudex de tribu dan undecimus
poſt ioſue iudicauit iſrael.Cũ.n.filii iſrael
corã deo peccaſſent tradidit eos in manus
philiſtinoꝝ.xl.annis: a qua ſeruitute hoc
modo liberati ſunt. Vir quidã de ſtirpe dan nomine
manue:habebat uxorẽ pulchrã ſed ſterilem. Cui ſepe
oranti angelus in agro apparuit: & naſciturum ex ea
filiũ nũciauit.Mandãs ne qd ultra comederet aut bi/
beret niſi iuxta legẽ nazareoꝝ:nã & pueꝝ nazareũ fu
turꝰ ꝑdixit:q & iſrael liberaret.Et cũ hec oĩa uiro nũ/
ciaſſet:& ille uti zelotypia ductus angelum aliquem
iuuenem ſuſpicatus eſſet: orantibus ambobus ange/
lus iterum apparuit:& predicta que dixerat coniugi
manue replicauit.Attulitq; manue hedum & panes
angelo ut comederet: & iuſſu angeli hec domino in
ſacrificium obtulit: & angelus aſcendens in flamma

diſpuit. Natũ aut filiũ uocauerũt ſampſon. i. robuſtũ: creuitq; puer cito: ut iã futurus ppheta p̃noſcereť: cepitq; ſpũs domini eé in illo in caſtris dan. i. in exercitu tribus ſue. ¶ Cũ aũt adoleuiſſet ſampſon: deſcẽdit in thãnata: ut uideret ſolẽnitatẽ q̃ ibi fiebat: & uiſam uirginẽ philiſtinoꝝ cõcupiuit: quã tamẽ dudũ parentibus renitẽtibus accepit uxorẽ. Nolebãt. n. parentes q; filiã alienigene in cõiugũ ſumeret: neſciẽtes q; res fieret a domino. Cũq; deſcẽderẽt cũ eo apparuit catulus leõis in uineis oppidi: quẽ ſampſon in ſpũ domini nihil in manibus habẽs dilacerauit q̃ſi hedũ: nec hoc parẽtibus indicauit: Deſpõſataq; uxore cũ deſcẽderet: ut acciperet eã: uidit cadauer leonis: in cuius ore melliſicauerãt apes: de quo melle ſampſon comedit: & dedit parẽtibus ac uxori. Timẽtes aũt philiſtei robur ſampſonis: dederũt ei in nuptiis. xxx. iuuenes robuſtos ſermõe qdẽ ſocios ope uero cuſtodes: ne qd forte cõmitteret creſcẽte ciboꝝ ſatietate. Propoſuit aũt ſampſon ſociis pblema: qd̃ ſi infra. vii. dies ſoluerent: daret eis. xxx. ueſtes: ſinaũt e cõtra ipſi ſampſoni ad totidem ueſtes tenerent. Fuit aũt hoc pblema. De comedẽte exiuit cibus: & de forti egreſſa eſt dulcedo. Qui cũ pble/ma neſciret ſoluere: ad eoꝝ ĩſtãtiã ſpõſa ſampſonis eibl̃adita: didicit ab eo puerbii expoſitionẽ: quã & ſociis indicauit: qui in die. vii. ſampſoni pblema ſoluerũt: de leone & melle in ore eius inuẽto. Sãpſon ergo deſcendẽs aſcaloné: pcuſſit ibi. xxx. uiros: & ueſtes eoꝝ ablatas dedit pnubis ſuis. Et iratus ſampſon ex hoc cõtra uxorẽ: uenit ad domũ ſuã: q̃ nupſit uni de pnubis ſuis. ¶ Poſt dies aliquot rediẽs ſampſon in thãnata: iuenit cõiugẽ alteri uiro nuptã: & ĩdignatus eſt ualde: cui cũ pater ſororẽ illius pulchriorem loco ipius tradere uellet: noluit ſampſon: ſed pteſtatus eſt cõtra populũ philiſtiiꝝ: ut faceret eis mala: & cepit trecẽtas uulpes & uinxit caudas caudis: & faces ligauit in medio: quas igne ſuccẽdẽs miſit in ſegetes philiſtinoꝝ: oẽſq; igne cõſumpſit: ita etiã ut uineas & oliueta icẽderẽt. Quod phileſtei audiẽtes opus fuiſſe ſampſonis: uxorẽ eius & pentes cõbuſſerũt tanq̃ huius mali auctores. Percuſſitq; iteꝝ ſampſon philiſteos plaga magna: qui aſcenderũt ad terrã iuda: ut capent eum. Aſcendẽteſq; uiri iuda ad ſampſonẽ redarguebãt eũ: quia ipſius occaſione philiſtei cõtra eos aſcenderẽt: ut bellarẽt aduerſum populũ. Sampſon aũt prius recepto ſacro ab eis ne ſe occiderent: pmiſit ſe ligari ſpũ dei tactus a uiris iuda: & duci ad philiſteos: ut ſic in eos grauius ultionẽ exper. Qui cũ traherẽt irruit ſpũs domini in eũ: & diſſoluta ſunt eius uincula q̃ſi ſtupa ad ignẽ: Tolléſq; mãdibulã aſini iacentem in terra interfecit ea mille uiros aliis in fugã cõuerſis: & cũ pre labore ſiti deficeret clamauit ad dominũ: & aperuit dominus molarẽ dentẽ maxille: & egreſſe ſunt aque: qbus hauſtis ſampſon refectus eſt: uocatũq; eſt nomen loci fons inuocantis de maxilla. ¶ Poſt hec ſampſon iuit ad gazam ciuitatẽ philiſtinoꝝ & ingreſſus eſt ad mulierem meretrice: quo cognito philiſtei poſuerũt cuſtodes ad portã ciuitatis: ut eum mane cõprehenderẽt. Sampſon uero nocte media cõſurgens tulit ambas ferreas fores cũ poſtibus & ſeris: & in humeris portauit uſq; ad uerticẽ montis. ¶ Deinde amauit dalidam in monte ſoreth: quã ſatrape philiſtinoꝝ induxerunt p̃cio pmiſſo: ut diſceret a ſampſone: in quo uires eius conſiſterẽt: qui ei illudẽs dixit: q; ſi. vii. neruiceis funibus humẽtibus ligatus eſſet: infirmus ut alii homines fieret. Cũq; dalida ipſum dormientẽ ligaſſet philiſteis apud ſe latentibus: excitatus ille rupit uincula quaſi ſtupea. Idipſum ſecundo factũ eſt de. vii. nouis funibus. Cum aũt tertio. vii. crines capitis eius circũligatos licio clauo terre affixiſſet: excitatus ſampſon extraxit clauum cũ crinibus & licio. Cum aũt inſtaret ei dalida: & ad mortem deficere uideret: ut ei ueritatẽ panderet. Sampſon cõfeſſus eſt ſe nazareũ eſſe ab infantia domino cõſecratum: q; ſi caput eius raſum foret fortitudo ab eo diſcederet. Tunc dalida uocatis philiſteis ſampſonem ſupgenua ſua dormientẽ p tõſorem radi fecit: & receſſit ſtatim uirtus eius ab eo. Quem tenẽtes philiſtei eruerunt oculos eius: & apud gazam uinctũ: in carcere adderiſum molere fecerunt. Coegeruntq; eum iacere cũ mulieribus robuſtis: ut dicunt hebrei: ut ex eo robuſtam, plem ſuſciperent. ¶ Procedente tempore cũ capilli eius renaſci cepiſſent: & philiſtei in tẽplo dagon ſolẽne conuiuium in die feſto eorum celebrarent: adductus eſt ſampſon: ut ante eos luderet: & ipſi ei illuderent: qui ſtans inter duas colũnas: quibus domus ĩnitebatur: apprehendit utrãq; manibus & ſuper omnes: & ipſe mortuus eſt: & multo plures occidit moriens q̃ uiuus occiderat: nam preter conuiuantes quaſi tria milia utriuſq; ſexus cõuenerãt: qui detecto ſpectabãt: qui ſepultus eſt in ſepulchro patrum ſuoꝝ inter ſaraa & eſchol. Et iudicauit iſrael. xx. annis. Nõ aũt aliter excuſaťt: ut ait auguſtinus: q; ſeipſum cũ hoſtibus ruina domus oppreſſit: niſi qa ſpũs hoc latenter iuſſerat: qui per illũ miracula faciebat. Habuit enim fortitudiné non de natura ſe de gratia.

¶ De ſancta Ruth uidua. Cap. XV.

RVth uidua de regione moab in diebus iudicũ claruit. Quã ſanctã fuiſſe probat nõ ſolũ ioſephus q hoc teſtaťt: ſed etiã qa liber eius ſpalis hiſtorie inter ſacre pagine uolumina cõnumeraťt. Elimelech enim de bethleem efrateus cũ noemi uxore ſua: & maalon & chelion liberis ſuis cũ facta eſſet fames in terra iſrael: abiit in regionem moabitidem: ut paſcerenť ibi. Quo mortuo filii eius duxerunt uxores de moab: orpham & ruth. Et mortui ſunt ambo ſine prole. Noemi uero uidua & filiis orbata cũ redire uellet in terrã ſuam facta fertilitate comitabanť eam nurus ſue. Quas cũ licentiaſſet orpha quidẽ reuerſa remãſit. Ruth uero oĩno cũ ſocru abire uoluit. Et uenerũt in bethleẽ q̃ prius effrata dicebaťt: tpe quo primũ hordea metebanť. Erat ãt ibi uir potẽs & diues noĩe booz cõſanguíeus elimelech. Intra uitq; ruth agrũ booz de mãdato ſocrus & colligebat ſpicas poſt metẽtes. Booz uero agrũ ĩgreſſus cũ audiſſet q̃ eſſet puella cõpatiens ei mandauit ne ad alterius agrũ accederet: ſed & hora ueſcẽdi cũ meſſoribus ſuis comederet. Precepitq; metẽtibus ut de iduſtria ſpicas dimitterẽt q̃s illa ſine rubore colligere poſſet. Reuerſaq; ſero ad ſocrũ & portans hordeũ qd̃ collegerat ei oĩa nũciauit. Cui ſocrus dixit: q; booz ppinquus eius erat. Idipm fecit ruth diebus ſequẽtibus uſq; ad aree uẽtilatiõné. ¶ Cũ aũt ĩ uẽtilãdo areã booz iuxta moré patriũ cõuiuiũ faceret ſeruis & meſſoribus ſuis. Ruth de ſocrus cõſilio lota & cultis ueſtibus idura aſcendit cum aliis in aerã latenter. Et cũ ſero booz obdormiſ/

ſet,piecit ſe ad pedes eius q̃ media nocte excitatus ex/citatus expauit uidẽs puellã & q̃ſiuit q̃ eẽt. Que reſpõdit ſe eſſe ruth relicta,ppinqui ſui:q̃ ideo uenerat: ut eã liberis carentẽ in cõiugẽ ſumeret prout ex lege tenebat cũ ipſe booz uxore careret:booz uero reſpõdit aliũ eſſe magis,ppinquũ q̃ primo de cõiugio requiri deberet. Quod ſi renueret ipſe poſtmodũ eã libẽter acciperet. Et cũ diluculo ſurrexiſſet:ipleuit palliũ ruth hordeo:eãq; ſegete onuſtã remiſit ad ſocrũ. Mane uero booz cõgregatis ſenioribus ciuitatis ĩterrogauit,ppinquiorẽ illũ elim[illegible]ch an agrũ [illegible]nalẽ ,ppinqui ſui emere uellet & relictã eius accipere cui nunq̃ ,ppiq̃ori pdicta ſecundũ legẽ debebat:an ſibi [illegible]mus,ppinquo ius ſuũ cedere. Qui ei libẽter cedere uelle dixit. Sicq; booz diuino nutu ruth cepit uxorem. Ex qua genuit obed:qui fuit pater iſai patris dauid. Ruth aũt ſancta & pudica ſanctitateq; famoſa apud bethleem in pace quieuit. Hec omnia ex libris iudicum ruth:& ex chronicis ioſephi & hieronymi:petriq; comeſtoris:nec nõ ex chronicis guilelmi.

¶De ſancta Anna,pphetiſſa. Cap. XVI.

ANna,pphetiſſa filia phanuel de tribu aſer: cuius ſanctitatẽ euãgelicus,pdit ſermo luc. ii.tpe quo xp̃s fuit ad tẽplũ p̃ſentatus ibidẽ ſe repperit & eadẽ hora ſupueniẽs multa de illo,pphetauit:oĩbus q̃ expectabãt redẽptionẽ iſrahel. Hec enim uixerat cũ uiro ſuo annis.vii.a uirginitate ſua. Et permãſit in uiduitate uſq; ad annos.lxxxiiii. etatis ſue:que nunq̃ de tẽplo diſceſſit:ſed in oõne die noctuq; p̃mãſit & in bona ſenectute in pace q̃euit. Sepulta iuxta tẽplũ domini in hieruſalẽ.cal.ſeptẽbris.

¶De ſcõ Priſco diſcipulo. Cap. XVII.

PRiſcus diſcipulus fuit unus ex antiquis diſcipulis xp̃i:licet ĩter noĩa.lxxii. diſcipulorũ:q̃ a dorotheo abbate cõſcripti ſunt nõ reperiaẽ. Hic enim ille paterfamilias fuiſſe aſſeriẽ in cuius domo xp̃s paſcha ſibi pari fecit: & in eius cenaculo cũ diſcipulis diſcubuit:& eoz; pedes lauit:ut damaus. Hic poſt aſcenſionẽ domini ueniens romã cũ apoſtolo petro in ptibus cãpanie euangeliũ predicauit. Qui & apud capuã uia aquaria depoſitus eſt.calen.ſeptembris:ut dicit ado.

¶De ſcõ Egidio abbate. Cap. XVIII.

EGidius abbas apud arelateñ.oppidũ ,puincie floruit tpe caroli ĩperatoris. Hic athenieñ natione regia ſtirpe,pgenitus: patre theodoro mr̃e pelagia ſacriſq; litteris eruditus eſt a puerilibus annis. Qui dũ quadã die ad eccleſiã pgeret:egro cuidã in platea iacẽti & elemoſynã petẽti tunicã ſuã tribuit:qua idutus mox ſanitatẽ recepit. Parẽtibus uero ſuis defũctis patrimõii ſui xp̃m fecit heredẽ. ¶Die quodã dũ ab eccleſia rediret obuium habuit uiz; a ſerpẽte pcuſſum:ſed oratiõe fuſa ab eo ,ptinus uirus fugauit. ¶Demoniacũ quẽdã die dominico in eccleſia cõſiſtẽtẽ:& cũctos clamoribus conturbantẽ. Egidius orãs ab ĩmundo ſpũ cõtinuo liberauit. Cũ aũt p totam greciã ipſius fama creſceret:ipſe humani fauoris uitãs piculũ clam littus maris petiit: ut ad partes alias ſe trãſferret. Aſpiciẽſq; nautas maris tẽpeſtate piclitantes facta oõne tẽpeſtantem ſedauit. Applicãtes quoq; naute gr̃as eius meritis egerũt:& q̃ eum ſecũ gratis ueherẽt,pmiſerunt. Et cũ ad quãdã ĩſulã poſt dies q̃ttuor appuliſſent:uiz; dei ibidẽ cellula reptũ egidius adiit: & cũ ipſo in dei laudibus triduo manſit:deinde uale dicẽs cũ nautis abſceſſit. Cũ ergo a relatum ueniſſet:& biennio cũ ſancto ceſareo eiuſdẽ urbis eõ manſiſſet:& ibidẽ quẽdã qui p trienniũ febricitauerat a febribus liberaſſet:eremũ cupiens clam diſceſſit:& rhodano tranſito ſecus ripam guardonis apud ueredemiũ eremitã ſanctiſſimũ dudũ fuit: ubi ſterilitatẽ terre ſuis meritis fugauit:& infirmũ quendam ei delatũ ueredemio abſente ſanauit. ¶Deinde famam humanã fugiẽs relicto ueredemio ĩteriorem eremũ penetrauit:ubi uidelicet rhodanus in mare defluit:qui locus ſeptimania uocaẽ:ubi antz; ſpinis obſitum & fontem inueniens cerũã ſibi diuinitus p̃parata nutricem habuit:que certis horis lactis ei alimoniam triennio prebuit. Cum aũt ibidem regis famuli uenarenẽ:ceteris feris cõptemptis ceruam cũ canibus inſequunẽ:a quibus dudũ fugam ad pedes ſui confugit alumni. Ille uero admirans cur preter ſolitum ſic mugiret:exiens & uenatores audiens dominum pro cerua exorauit. Canes aũt intra iactum lapidis appropinquare minime audentes:cũ nimio latratu ad uenatores redibant. Nocte ſuperueniente domum reuerſi ſunt:& ſequenti die retrocedentes caſſo labore iterũ redierunt. Quod rex audiens cũ multitudine uenatorum aſſumpto eõ ad locũ acceſſit. Sed cum canes ut prius accedere non auderent, locũ ueprium denſitate inacceſſibilem in gyrum circũdiderunt: Vnus aũt incaute ſagittam dirigẽs:ut ceruam emitteret. Viro dei oranti pro cerua graue uulnus iflixit. Milites aũt ſemitam ferro aperientes ad ſpeluncã ueniũt: & ſenem uenerandũ in habitu monachali cõſpiciunt: ceruam quoq; ad eius pedes,pcũbentem reperiunt. Ad quem ſoli rex & eẽs pedes adeunt:& quis eſſet interrogantes:omnem uitã ſuam eo narrante comperiunt. Qui dum pro uulnere ei illato ueniam poſtulaſſent:& medicos pro ipſo ſanando promiliſſent: ac munera obtuliſſent:ipſe nec medicinam adhiberi uoluit: nec ad munera eorum reſpexit:quin potius dominũ orauit: ut q̃diu uiueret:ipſum uulnus perpetuo ſubſtineret. ¶Sed cũ rex ipſum frequenter uiſitaret:& pabulũ ſalutis ab eo reciperet:ĩmenſas ei diuitias obtulit: quas ſanctus recipe recuſauit:ut tamẽ de ipſis monaſteriũ fabricaret admonuit. Quod quidẽ rex per oĩa pfecit: ipſiuſq; cenobii egidius licet diu renitens tandẽ multa regis inſtantia regiminis curam ſuſcepit. Et proceſſu temporis ad ſacerdotii dignitatem peruenit.

¶Huius famam rex carolus audiẽs:ut ad ſe ueniret: precibus multis obtinuit.Qui ueniens aureliaꝝ in ba ſilica ſancte crucis energumenum liberauit:deinde ue niens ad regẽ ipſum rex reuerenter excepit:& ĩter ce tera ſalutis colloquia rex ipm rogauit:ut pro ſe ad do minũ oraret eo q̃ peccatum quoddã enorme cõmiſiſ ſet:quod nulli unq̃ nec ipſi ſancto cõfiteri auderet. Se quẽti ergo dominica egidius celebrãs pro rege orauit & cõtinuo angelus eidẽ apparuit:qui ſchedulã in alta re depoſuit:in q̃ ſcriptũ erat regis peccatũ: & ſi de eo peniteret egidii p̃cibus iã dimiſſum. Addebaꝫ quoꝫ ibidẽ:q̃ ſiqs pro aliquo peccato egidiũ inuocaret:ſi ta mẽ ab eo deſiſteret ſibi dimiſſum nõ dubitaret.Obla ta igiꝫ regi ſchedula:ille de peccato ſuo ueniã hũiliter poſtulauit.Egidius aũt cũ honore rediẽs apud reuer nẽſem urbẽ filiũ prĩcipis a mortuis ſuſcitauit.¶Poſt aliquod tẽpus prenũciãs monaſteriũ ſuũ ab hoſtibus euertendũ romã adiit:& multa priuilegia eccleſie ſue impetrauit:duoꝫ hoſtia cuꝑſſina in quibus imagies apoſtoloꝝ ſculpte erant a papa ei donata in tyberim dimiſit:& diuino regimini cõmendauit.Cũq̃ ad mo naſteriũ rediret cuidã cõtracto apud cebironem greſ ſum reſtituit.Reuerſuſq̃ ad locũ p̃dicta hoſtia in por tu inuenit:que in eccleſia ſua ad ornatum & ſedis ro mane monimentum erexit.¶Obitũ quoq̃ ſuũ ei di uinitus reuelatũ p̃dixit.Et poſt laudabilẽ uitã in do mino feliciter obdormiuit calẽ.ſeptẽbris: ubi choros angeloꝝ eius aĩam ad celos ferẽtiũ cõcinẽtes plurimi audiſſe teſtati ſunt:claruit circa ãnos domini.ccccccc.

¶De ſcĩs.xii.fratribus martyribus. Cap. XIX.

DVodecim fratres martyres glorioſi p̃ xp̃o paſſi ſunt.Quoꝝ tamẽ nomina originem paſſioniſq̃ uel locũ uel modũ minime ua lui repire:niſi hocſolum quod in adonis martylogio ſcriptũ eſt:q̃ uidelicet poſt ceſionem & ĩ carcerationẽ ultimo in diuerſis ptibus capite ceſi ſunt cal.ſeptẽbris:quos & romana eccleſia in ſuis calenda riis cõſcripſit:& de eis ſpecialiter feſtum facit.

¶De ſcõ Lupo ep̃o ſenoneñ. Cap. XX.

LVpus archiep̃s ſenoneñ claruit tẽpore clo tharii regis francoꝝ:qui apud aureliañ ex regali genere ortus: dũ uirtutibus polle ret archiep̃s ſenonis electus eſt. Dũ autem omnia ſua pauperibus erogaret:& die quadam pluri mos ad conuiuium inuitaſſet:cum uinũ ad medium pro recumbentibus nõ haberet orauit ad dominum & ſtatim nuncius affuit: qui ceti uini modios adeſſe pre foribus nũciauit:quod unde aut aquo delatũ eſ ſet minime ſciri potuit.¶Cum plures ei detraherẽt: q̃ filiam predeceſſoris ſui uirginem dedicatã ĩmode rate amaret:coram detrahẽtibus ipſam deoſculatus eſt:dicens nihil nocere boni uerba aliena:quem ꝓpria nõ maculat conſcientia.Nam quia ipſam deũ amare ardenter nouerat:eam mente puriſſima diligebat.Cũ rex francorum clotharius burgundiam intrãs ſcene ſchalcum ſuum cõtra ſenones direxiſſet & ciuitatem obſideret:lupus eccleſiam ſancti ſtephani intrans cã panam pulſari fecit:cuius ſonitu tanto terrore hoſtes concuſſi ſunt:ut niſi fugiſſent ſe in carcere putaſſent. Tandem obtento regno cũ rex alium ſceneſchalcum miſiſſet:& lupus ei ſicut alii ep̃i fecerant nõ occurriſ ſet:ſumpta occaſione illa epiſcopum adeo apud regẽ diffamauit:q̃ rex ipſum ad exilium deſtinauit:ubi do ctrina & miraculis claruit.Interea ſenonici quendam epiſcopum:qui locũ lupi inuaſerat:occidentes a rege impetrarunt ut lupus de exilio reuerteret.Quem rex uidens exilio tabefactum:ita repẽte diuinitus eſt mu tatus:ut coram illo ꝓſtratus ueniam peteret:& mul tis muneribus eius eccleſiam dotaret.¶Dum autem remeãs pariſius ueniſſet:multa carceratorum turba ſolutis uinculis apertiſq̃ hoſtiis eidẽ obuiauit: & de ipſoꝝ liberatione eius meritis facta gratias egit.¶Ce lebranti ei die quodam dominico lapſa eſt celitus gẽ ma in calice ſancto:quã rex in ſuas reliquias colloca uit.¶Rex clotharius campanã ſancti ſtephani ſenoñ audiens eſſe mire dulcedinis iuſſit ſibi pariſius defer ri. Sed mox ut de urbe ſenonica delata eſt ſonus ille dulcedinem amiſit.Quod rex audiens eam ſenonicis reportari iuſſit:&.vii.ab urbe miliario ſonitum recu perauit.¶Cum nocte quadam oraret indiſtinctu dia bolico ualde ſitiẽs ſibi aquam deferri fecit.Sed aduer tens dolos inimici puluinar ſuper os uaſis poſuit: & diabolum ĩtus clauſit:qui tota nocte ululauit:factoq̃ mane confuſus & dimiſſus abſceſſit. Alia nocte dum eccleſias more ſuo circuiret ĩuenit clericos quoſdam rixãtes:eo q̃ cum mulieribus fornicari uolebãt. Qui ingreſſus eccleſiam pro eis orauit:& mox ab eis om nis tentatio diſceſſit.Qui coram eo proſtrati ueniam poſtularunt.Tandem multis clarus uirtutibus in pa ce quieuit calendis ſeptembris. Circa annos domini. ccccccx.tempore heraclii imperatoribus.

¶De ſcõ Viuardo ep̃o. Cap. XXI.

VIuardus rhemeñ archiep̃s claruit tempo re clodouei regis: ut ait ſigibertus.Quo etiã tempore claruerunt reolus eius ſuc ceſſor:& bercarius martyr primus abbas ancylateñ:& ſancta berta martyr & abbatiſſa in parti bus galliarum.Huius nempe uiuardi diſcipulus fuit dictus bercarius abbas & multo tempore comes.Cũ autem aliquando ſecum pergeret apud uillam que di citur altimilare dum uiuandus graui ſomno preme retur ſub fago dormiuit: uiditq̃ de celo columbam fagi ramis inſidere:& deinde deſcendere:& aream ua cuã in qua dormiebat:ter uolãdo circuire. Indeq̃ ce los repetere:que omnia bercarius uigilans corporali ter aſpexit.Excitatus autem epiſcopus & cum berca rio de uiſione mutua collocatione habita intellexit a deo ſibi mandatum in ipſo cenobium edificandum. Quod & uiuardus epiſcopus deuotius adimplere cu rauit.In quo quidem loco cõgregationem monacho rum diſpoſuit: & bercarium eidem abbatẽ prefecit. Et poſtq̃ cuncta diligenter impleſſet:in chriſto felici ter obdormiuit calen.ſeptembris.

¶De ſcõ Bercario abbate. Cap. XXII.

BErcarius abbas & martyr claruit in galli is tempore dicti clodouei regis francorũ. Qui ſub prefato ſancto uiuardo rhemoꝝ pontifice moribus & ſapientia ibutus lu xouienſe monaſterium petẽs ſub abbate cuſtaſio mo naſticam uitam duxit.Dum die quadam in cellario uinum ex uegete in cereali hauriret:uocatus ab abba te obedientia ſolicitus & incautus uinum: quod fun debatur:reliquit uegete nõ clauſa.Quod dum cerea lem impleſſet ſuperficiem eius pertranſiens:in modũ

columne conſtipatum in gyrum uas coronari cepit: nec aliquid de uino in terram defluxit: donec reuerſo bercario q̃ti eſſet meriti apud deũ omnibus innotuit. Poſt aliquod tempus de abbatis licentia rediit ad ſanctum uiuardum: a quo in monaſterio predicto ob eo dem edificato in loco qui dicitur altimilare: abbas p̃fectus eſt ſacre congregationi monachoꝝ. Et dum filios ſuos ſibi cõmiſſos more bõi patris & paſtoris diligenter curaret: exigente culpa quendam daguinum monachum uerbere diſcipline correxit. Qui moleſte hoc ferens inſtigante diabolo nocte abbatem dormientem letali uulnere percuſſit: & ut ferrũ occultaret ĩ piſcinam demerſit: quod dei iudicio ſuper aquã enatauit. Mox autem frater ille attonitus & amens ad eccleſiã currens ſignum pulſabat. Fratres autem hora ĩſolita excitati admirantes abbatem percuſſum adhuc ſpirantem inuenerunt: & ferrum enatãs conſpexerũt. Daguinum quoq; quaſi inſanum in eccleſiam reperturn uti reum homicidii cõprehenſum ad bercarium iudicandum adduxerunt. Cui ille q̃tum in ſe erat omnem dimittens iniuriam deum per penitentiam conſuluit eſſe placandum & in chriſto martyr expirauit. Sepultus in monaſterio ſuo. Ex cuius tumulo oleum diu manans languentibus medelam preſtare conſueuit. Paſſus eſt autem calendis ſeptembris.

¶ De ſcõ Agilo abbate. Cap. XXIII.

AGilus abbas tẽpore clodouei regis francorum claruit. Hic agnoaldi nobilis cõſiliari regis ſigiberti filius bone indolis adhuc puer ſancti colũbani abbatis benedictione pcepta ſancto euſtaſio religioſo uiro cũ aliis pluribus clericis oĩbus poſtmodũ futuris ep̃is a parentibus traditus eſt ſacris lr̃is imbuẽdus: factuſq; monachus ſub ſancti colũbani abbatis diſciplina fuit conuerſatione mirabilis. Dũ aũt columbanus brunichildi regine ſicut & aliis mulieribus aditũ monaſterii ꝓhiberet: & ob hoc ad inſtantiam rege a theodorico rege de monaſterio expulſus eſſet: euſtaſio eidẽ monaſterio ſubſtituto: miſſus eſt agilus ad regem reconciliandũ. Et cũ longe iam a monaſterio abiſſet: & nepos quidã uãdaloni ducis: p̃cognito quare iret: cũ ſatellitibus ſuis eũ aggreſſus fuiſſet: ipſumq; educto gladio percutere uellet: manus eius repẽte arida facta eſt. Cui ueniã poſtulanti ſanctus manũ ſuã reſtituit: in quo audito miraculo rex placatus columbanũ ad abbatiã ſuam reſtituit. ¶ Proceſſu uero tẽporis miſſus eſt agilus cũ ſancto euſtaſio a lothario rege ad uicinas gẽtes adhuc gẽtiles p̃dicandas: ubi multos ad x̃pm conuerttt: & miraculis coruſcauit. Nã in uia demoniacũ liberauit. Sadabergã uirginẽ cecam illuminauit: ei quoq; eidẽ iterum fabricanti ſalutẽ ſubitã orationibus impetrauit. ¶ Cũ igit̃ ſanctus andoeus ep̃s ſuper torrentẽ: quod dicit̃ reſbacẽ: in ꝓprio ſolo monaſteriũ de ſuis facultatibus cõſtruxiſſet: eidem monaſterio agilũ abbatẽ preſecit: ut dictũ eſt ſupra in legenda ſancti andoeui. iii. noũ maii. Cuius uidelicet cenobii cõſtruẽdi locus eidẽ andoeuo diuinitus taliter oſtenſus eſt. Tribus enĩ noctibus ſuper ipſum locũ uidit nubem in modũ crucis mirabiliter radiantem: & deĩde tribus diebus ſubſequenter eundem locum in modum crucis repperit rore cõſperſum: eo. ſ. ambitu quo monaſteriũ fuerat conſtruendum. ¶ Dum aũt agilus abbas hoſpitalitati ſolicitus intenderet: die quadam media hyeme leproſum ante fores inuentum ad ignem calefaciendũ adduxit: ipſum ſubito nuſq̃ uidit. ¶ Alia uice ad mentes cum fratribus acceſſit: & tempeſtate ſubito ingruente ſigno crucis edito imbrem a ſe & meſſoribus compeſcuit: grãdine per gyrum circa eos nimia decidẽte. ¶ Annorum. lxxxxviii. exiſtẽs orauit: ut de hac uita ſolueretur: cui relatum eſt: q̃ poſt biennium uotum obtineret. Sicq; centenarius migrauit ad chriſtũ calen. ſeptembris in cuius trãſitu ado monachus choros angelorũ pſallentes audiuit. In eius etiam ſepultura frater quidam febricitans & alius dolore dentium tortus tactu corporis liberantur.

¶ De ſcõ Antonino martyre. Cap. XXIIII.

ANtoninus martyr apud apamiam paſſus eſt: qui ex eodem oppido oriundus nobilis genere ab infantia chriſto ſeruiẽs & uirgo permanens amore martyrii flagrãs ex urbe ſua diſceſſit. Et dum chriſtianos perquireret ad preſbyteratus ordinem aſcendit: & inde uerbum domini diſſeminando proceſſit. Cum autem ex itinere fatigatus ſit in nimia laboraret: oratione fuſa uirga ſolum percuſſit: & ſtatim fons uiuus ſcaturit ad eius refectionem: & deiceps ad egroꝝ ſalubritatẽ. Reuerſus autem apamiam & gentiles impugnans: martyrium ſuum fidelibus predixit. Verum dum loca ſacra cum quibuſdam chriſtianis uiſitaret: & ab eis aliquantulum diuertiſſet: a paganis tentus & iuxta flumen ad radices montis apamie decurrens decollatus eſt. Corpus quoq; eius membratim diſcerptum & una cum capite in flumine demerſum eſt. Sed diuino miraculo ſanguis de corpore fluens in unum: congelatus & in unum a fidelibus collectus eſt. Aqua etiam fluminis a curſu deſiſtens ad corpus colligẽdum chriſtianis in alueo uiam fecit. Sicq; corpus una cum ſanguine leuatum atq; ſepultum eſt. Caput autem eius ab angelis de amne ſublatum nauicule parue imponitur: & duobus angelis in ſimilitudinem duarum aquilarum naiuculam contra fluminis curſum ſine remo gubernãtibus ipſam ad habitaculum feſti principis deduxerunt: quem ſanctus antoninus ad fidem chriſti cõuerterat. Quod feſtus per ſpiritum diuina reuelatione cognoſcens ad nauem deſcendit: caputq; collegit: atque habitationem ſuam a loco illo remoueſ in domo propria caput deuote recondidit: domumq; ſuã in eccleſiam commutauit. Paſſus eſt. iiii. noũ ſeptembris.

¶ ¶ De ſcõ Mederico abbate. Cap. XXV.

MEdericus abbas apud eduẽſem ciuitatem claruit. Hic ex ipſius ciuitatis pago nobili genere ortus. Cum eſſet annorum. xiii. in uitis parentibus ad monaſterium ipſius urbis fugit: & monachus effectus penitentie mirabili operam dedit. Nam in hebdomada uix ſolummodo cibum ſumebat: & cilicio aſperrimo carnem domabat: Succeſſit abbati defuncto in regimine loci: multis miraculis pollens. Nam monachum quendam libidine diu grauiter tentatum: & fere ad deſperationẽ adductum: tunicam ſuam induens excuſſo ab illo demone etiam corporaliter ululãte ad caſtitatem nimiam reuocauit. Alium etiam ante cõpletum officiũ eccleſiã egrediẽtem diuq; correptum: reliquiis panis ſui cibauit: & repente ad emendationem reduxit. ¶ Ver-

dum famam populi ad ſe confluentis effugeret in ua/ſta eremo ſe concluſit:ſed de mãdato eꝑi ad monaſte/rii regimen inuitus rediit.Poſt modicũ aũt orationis gratia periſius ueniens in cellula ſancti petri duobus annis.&.ix.mẽſibus ſe ícludẽs diſcipulos conuocauit & eiſdẽ obitus ſui die p̃nũciato in pace qeuit.iiii. noũ ſeptẽbris anno domini.ccccccccclxxxiiii.othõis ípera/toris tertii ãno prío:ſepultus ibidẽ miraculis fulgẽs.

¶De ſcõ Coſma cõfeſſore. Cap. XXVI.

COſmas cõfeſſor natiõe grecus in íſula cre/teũ eremiticã uitã duxit.Qui oĩbus die/bus uite ſue ieiuniis & orationibus uacãs in quodã antro reſedit.ubi & poſt laudabi lem uitam in pace qeuit.iiii.noũ.ſeptẽ.Cuius corpus cũ aliquo tẽpore in eodem ſpecu ſepultum quieuiſſet ab ícolis loci intra ciuitatẽ tranſlatũ eſt ut honorificẽ tius coleret.Quod deo & ſancto diſplicuiſſe euidenti ſigno apparuit.Nã maxima aeris ſiccitate ſuperueniẽ te arefacta eſt terra:& fames ualida ſubſecuta:nec pri/us illapſa de celo pluuia fertilitas abũdauit: dõec ſan/ctũ corpus ad loci ſui abdita reductũ é. ¶Poſt annos uero fere.cccc.corpus iꝑm a uenetis nauigãtibus inde ſublatũ é:& uenetias tráſlatũ:atq; in mõaſterio ſancti georgii maioris recõditũ:ubi ad p̃ſens quieſcit.

¶De ſcõ Elpidio eꝑo. Cap. XXVII.

ELpidius lugduñ eꝑs fuit:qui multa ſancti tate flagrauit & doctrina & miraculis co/ruſcauit.Qui & populũ dei ſibi commiſ/ſum felici cura gubernãs apud prefatã ci/uitatem.iiii.noũ ſeptẽ.in pace quieuit.Sepultus in ec/cleſia ſanctoꝝ.vii.machabeoꝝ in qua ſancti iuſti eius predeceſſoris eꝑi mẽbra tumulata requieſcunt.

¶De ſcõ Elpidio abbate. Cap. XXVIII.

ELpidius abbas genere cappadox fuit. De quo ſcribit heraclides q habitauit in ſpecu ſtudio abſtinentie cũctos uincens.Nã per annos.xxv.quos ibi uixit dominico tantũ & iouis diebus cibum ſumebat:aliis diebus nihil oĩo guſtabat:ac per totã noctẽ ſtando & orãdo pſallebat: quẽ ínumera multitudo fratrũ ſequebaꝫ.Dũ autem ſcorpio illum nocte quadã percuſſiſſet:ipſe eo calcato ne ſtãdi quidẽ ſpatium in quo ſteterat:mutauit:in tã/tum doloré cõtempſit.¶Sarmentũ uitis aridũ extra tẽpus debitũ ab eo plãtatũ adeo creuit:ut uitis magna facta infra annũ totã eccleſiam opiret.Hic per annos .xxv.nunq̃ ad occidentem ſe uertit:nec ſolẽ declinan/tem conſpexit.Cuius exẽplo diſcipulus eius ſiſinnius cum apud eum.vii.annis fuiſſet in ſepulchro ſe clau/ſit:in quo ſtans per trienniũ ſemper orauit: nunq̃ die uel nocte deambulans aut ſedẽs aut iacens.¶Elpidi/us igit̃ poſt annos predictos ad cappadociam regreſ/ſus & preſbyter factus fratres & ſorores in unum col/legit:& cenobio conſtructo in pace quieuit.Cuius feſ/ſtum agitur.iiii.noũ ſeptembris.

¶De ſcis Euphemia Dorothea Thecla & Eraſma uir ginibus & martyribus. Cap. XXIX.

EVphemia:dorothea:thecla:& eraſma uir/gines paſſe ſunt in aquileia ciuitate tpe ne ronis ípatoris ſub ſeuaſto preſide.Fue/rũt enim duo fratres nobiles & ditiſſimi eiuſdem urbis.Quoꝝ maior nomine ualentius paga nus genuit euphemiã & dorotheam.Alter uero mi/nor nomine ualentianus xp̃ianus genuit theclam & eraſmam:qui tam filias ſuas q̃ neptes ſepius ad domũ ſuam uenientes ad fide chriſti ſecreto erudiebat:quas ſanctus hermacoras eꝑs in ipſa domo cathetizauit.ua lentius autem iuſſit fieri turrim excelſam ſuper fluui um natiſum:ita ut flumen per medium turris flueret per arcus reuolutos in qua turri filias ſuas propter ea rum nimiam pulchritudinem collocaret: donec eas maritis traderet:duaſq; feneſtras tantum in ipſa turri fabricari precepit.Sed cum ad ciuitatem tergeſtinam perrexiſſet.Euphemia & dorothea tertiã feneſtrã ce/teris ampliorem conſtrui fecerunt:ut in ipſa ad ora/tionem ſtare poſſent.¶Cum autem die quadam de/ſcendiſſent ad fluuium ut ex more ſe lauarent ſuper/uenerunt & germane ipſaꝝ thecla & eraſma.& oran/tibus uirginibus ut aqua fluuii mũdaretur quatenus digne baptizarentur:natiſus fluuius retraxit undulas & ſtetit.Eadem hora ſuperuenit ualentianus cũ bea/to hermacora:& uiſo miraculo gratias deo egerunt. Quas ſanctus hermacoras cõtinuo baptizauit & deo uirgines dedicauit:eaſq; ualentiano cõmendauit.Re/uerſus autem ualentius eodem die:& uidens tertiam feneſtram in turri conſtructam didicit a magiſtris q; ad mandatum filiarum ſuarum eam fabricaſſent.Et interrogauit filias ſuas cur tertiam feneſtram fieri iuſ ſiſſent. Que dixerunt:ut maius lumen ubi fulgeret: nolentes ei indicare:q; cauſa orationis eam cõſtrui or dinaſſet.¶Poſt aliquod uero tempus cum ualentius filias ſuas uellet uiris tradere:eo q; a plurimis nobili/bus in coniugium peterentur. Reſponderunt uirgi/nes ſe chriſtum ſponſum immortalẽ habere cui uir/ginitatem ſuam perpetuo didicaſſent.Quod audiens ualentius iratus arrepto gladio eas interficere uoluit. Ille uero ad domum ualentiani patrui fugerũt.Quas ualentianus una cum filiabus ſuis in angulo domus abſcondit.Et cum perrexiſſet:ut hec ſancto Herma/core epiſcopo nunciaret:Valentius cum ſeruis ſuis ue nit ad domum fratris & filias requirere cepit:& inter rogans duos ex ſeruis ualentiani ubi eſſent:unus qui dem eas celauit.Alter uero eas propalauit: qui ſtatim arreptus a demonio ſeipſum innatiſo fluuio necauit. Valẽtius uero filias & neptes in angulo repertas xp̃m adorantes apprehẽdit:& ad domum ſuam adduxit. ¶Altera uero die ipſas quattuor ſeuaſto preſidi tanq̃ chriſtianas puniendas tradidit:quas preſes ante ſe iuſ ſit adduci:& cepit agere:ut ſacrificaret.Et cum ſe xp̃o domino ſacrificare dicerent:iuſſit eas nudas uirgis ce di:deinde uerſis pedibus ſuſpendi:& malleis capita ea rum contundi:uſq; dum per nares earum ſanguis di ſtillaret in terram.Et cum hec omnia conſtanter to/leraſſent:& deo ſemper gratias agerẽt:preſes fecit eas in carcerem recludi. ¶Mane autem facto mandauit iterum ſibi uirgines preſentari:& uidens eas ſanas et/fectas ad deorum ſacrificia exhortabatur:eo q; dii eis compatientes earum uulnera curaſſent.Sed cum ſe a chriſto domino ſanatas aſſererent & non ab eius diis: quos eſſe demones comprobabant.Iuſſit eas ſeuaſtus in equuleo ſuſpẽdi:& ad latera ipſarum lampades ar/dẽtes applicari.Deinde fecit illarum mammillas am putari:& canibus deuorandas iactari:quas tamen ca/nes intactas cuſtodiebant.Iterumq; eas preſes manda uit in cuſtodiam recipi.Nocte autem ipſa ualẽtianus

mam illas uirginum intactas & ſicut roſas ſplenden/tes inuenit:quas hermacore epiſcopo pro reliquiis ob tulit.¶ Sequenti uero mandauit preſes uirgines nu/das per totam ciuitatem aquileie circunduci. Orante uero euphemia angelus domini operuit eas ſtola can dida & corpora illarum reſtituit omnino illeſa: ita ut nec cicatrix in eis appareret.Et cum illeſe fuiſſent pre ſidi preſentate uidẽs ſeuaſtus ipſas:ut ſolem facie ſplẽ dentes atq; deos omnes gentium confutantes:iuſſit il las capite truncari.Quas pater ac patruus earum ua/lentius arreptas ad ſummitatem turris:quam fecerat traxit:& manibus eas propriis decollauit. Corporaq; illarum cum capitibus ex alto in flumine proiecit: & ſubito facto nimio terremotu ignis de celo ueniens: ipſum cum omnibus qui ſecũ erant:& ipſam turrim uſq; ad fundamenta conſumpſit.Cumq; noctu ualen tianus cum ſancto hermacora perrexiſſent ad flumẽ ad corpora requirenda:dum eſſent iuxta portam ua/lentianam:ecce uenit nauicula cum duobus uiris ſplẽ didis ad ripam fluminis:que dicitur clementiana: in qua nauicula corpora ſanctarum cum capitibus poſi/ta erãt:que illi duo uiri ſancto hermacore obtulerũt. Qui una cum clericis ſuis & ualentiano gratias agẽs corpora uirginum de nauicula leuauit:& in domo ua lentiani in monumentis marmoreis ſepeliuntur: ubi & altare conſtruxit:& domum ipſam in honore ſan/ctarum eccleſiam conſecrauit:ualentianus quoq; om nem familiam ſuam baptizari manumiſit: omneſq; facultates ſuas eccleſie conceſſit.Paſſe ſunt autem ſan/cte uirgines.iii.nonĩ ſeptembris.

¶De ſancta Seraphia uirgine & martyre. Cap. XXX.

SEraphia uirgo paſſa eſt apud oppidũ uen dinenſium ſub hadriano principe & pre/ſide byrillo.Hec genere antiochena ueni/ens ad urbem declinauit ad domum bea/te ſabine relicte nobiliſſimi ualentini:quam ſua pre/dicatione ad chriſtum conuertit:ut dictum eſt ſupra in paſſione ſabine.iiii.calen.ſeptembris.Quod audiẽs byrillus preſes miſit ad uirginem comprehendendã. Sabina uero uirginem diligens:parato curru una ſe/cum ad pretorium perrexit.Preſes autem ob nobili/tatem ſabine utriq; deferens eas cum pace dimiſit.Sa/binam tamen q; magicis artibus dementata chriſtia/na fuiſſet effecta dure redarguit.¶ Poſt tertium uero diem preſes & ſeraphiam rapuit:eamq; ſibi preſenta/ri fecit:ipſamq; ad deorum ſacrificia ĩuitauit. Que cũ cum ſe Chriſto domino immaculatum ſacrificium offerre diceret: ſeque ex perpetua uirginitate: quam deo uouerat: templum dei uiui aſſereret: mandauit preſes:ut uiolari deberet: quatenus amiſſa pudicitia templum dei eſſe deſineret.Tradidit illam duobus iu uenibus laſciuis egyptiis:ut ea per noctem integram uterentur:quam illi in cubiculum obſcuriorem ĩtro duxerunt.Orante uero uirgĩe cum circa primam no/ctis horam ad eam accedere uellent: facto magno ſo/nitu cum horribili terremotu iuuenes tremefacti ce/ciderunt quaſi exanimes in terram membris omni/bus reſolutis:quos mane miſſi preſidis illuc deſtinati iacentes & omni corpore impotes inuenerũt.Factoq; concurſu nimio uirgo chriſti ad preſidem adducitur & quibus hoc maleficiis fecerit interrogatur. Illa au/tem non maleficiis diaboli:ſed uirtute chriſti hec mi/racula peracta fuiſſe narrauit.Cui cum preſes dixiſſet ut ſi nõ hec magicis artibus feciſſet illos in chriſti ſui nomine ſurgere & loqui faceret.Seraphia iuuenes ad ſe duci fecit:ſuper quos nec ſtare:nec ſe mouere:nec lo qui ualentes orationem fudit:eoſq; in chriſti nomine contingens incolumes erexit:qui mox coram popu/lo ſtantes & omnibus ſuis membris facti compotes loqui ceperunt:atq; preſidi narrauerunt:q; dum con/tra uoluntatem eius uirginem contingere uoluiſſent iuuenis decorus ſtature procerrime ut ſol ſplendens ſe interpoſuit:qui illos adeo ſuo lumine terruit: qui mox amiſſis ſenſibus defectio eos apprehẽdit. Quod audiens preſes & ea magicis artibus aſcribens iuſſit eã expoliari & eidem lampades applicari. Quibus mox diuinitus extinctis miniſtri eas tenẽtes lampades cor ruerunt.Preſes autem adhuc ipſam potius maleficã exiſtimans:mãdauit fuſtibus cedi.Statimq; terremo/tus magnus factus eſt & fractis fuſtibus haſtula una de ſtipitibus oculũ dextrum preſidis percuſſit:& poſt triduum ipſum amiſit.Tunc indignatus preſes uirgi nẽ capite cedi iuſſit.Que decollata eſt trans arcũ fau/ſtini iuxta aeream uindiciani ducis cuius corpus bea/ta ſabina in eodẽ loco ſepeliuit.iii.nonĩ.ſeptembris.

¶De ſancta Phebe diſcipula. Cap. XXXI.

PHebe diſcipula apoſtoloꝝ fuit. de q̃ pau/lus apoſtolus ad ro.ulti.ca.mẽtionẽ facit: quã & ipſe fratribus rome exiſtẽtibus ĩti/me cõmẽdauit:eo q; & ſibi & multis aliis diſcipulis ĩ miniſterio fideliter aſtitit.Que & ipã ĩ ui/ta ſanctitate & honeſta pudicitia in xp̃o pauſauit.iii. nonĩ ſeptẽbr̃.Sepulta rome ut ſcribit hieronymus.

¶De ſcõ Antidio ep̃o & martyre. Cap. XXXII.

ANtidius ep̃s & martyr apud turonem paſ ſus eſt tempore honorii imperatoris ſub perſecutione uandalica. Hic ep̃s turonenſĩ fuit.Qui tempore quodam feria.iii. heb/domade ſancte:dum pontem dimi fluminis trãſiret: uidit principem demonum in throno ſedentem: & agmen miniſtrorum unumquemq; ſua mala geſta ſuo principi referentem. Inter quos ethiops teterri/mus rettulit q; romanum preſulem zozimum ſeptẽ nio de lapſu carnis impugnatum dominica palmaꝝ preterita ad crimen committẽdum cum uirgine qua dam induxit:in cuius teſtimonium unum ex ſanda/liis ei ſurreptum in iudicio preſentauit. Quem prin/ceps demonum ſuper cunctos plurimum honorauit

Tunc eps eundem demonem ad se uocans in uirtute dominice passionis ei mandauit:ut eadem uelocitate qua roma uenerat illuc se incolumen deferret. Et sic in domino confisus super demonem ascendit & sepius uersiculum illum.Deus in adiutorium meum intende repentes incolumis ab illo uectus in cena domi nice hora celebranda officii:romam peruenit.Demonem aũt ante foras eccleſie lateranen expectare iussit sandalium ei rapuit:& ad papam accessit.Quem allo quens secreto rem sibi uisam & omnia gesta rettulit negantiq; sandalium quem amiserat & quem adhuc se misisse non aduerterat ostendit.Sicq; ipsum ad penitentiam prouocauit.Missa quoq; uice eius ea die celebrauit:partem chrismatis a se confecti sumpsit: missaq; celebrata pontifici uale faciens:demonem prefo ribus expectantem inuenit super quem reascendens eoq; ipsum reuectante in sabbato sancto hora celebrã di officii ad ecclesiam suam sospes rediuit:demõq; sta tim euanuit:& antidius celebrans & catecuminos ba ptizans ubi fuerat & quare miráti populo enarrauit.

¶Deinde sanctus martyr persecutione uandalorum tentus pro xp̃i confessiõe in faciem cesus & uariis icti bus cruciatus,multisq; uulneribus in membris omni bus corporis attritus:tandem gladio capite cesus est: turonicq; sepultus.iii.nonas.septembris.

¶De scis Antonino & Aristeo mr̃. Cap. XXXIII.

ANtoninus puer & aristeus martyres apud urbem campanie capuam passi sunt.Qui antoninus cum esset annorum.x.aristeũ ad fidem conuertit.Cum quo postmodũ tentus & uariis supplicĩs cruciatus tandem ambo cedente gladio martyrii palmam consecuti sunt.iii.nonas septembris.

¶De scõ Moyse duce & ꝓpheta. Cap. XXXIIII.

MOyses propheta & dux populi israel qui ter patres sanctos antiquos non solum ecclesiastici.xlv.capitulo: sed etiam in multis locis diuine pagine:tã in nouo q̃ in ueteri testamento conscribitur & plurimum commendatur filius fuit amram & iochabeth eius uxoris de tribu leui genitus in egypto.Cuius admiranda opera in quattuor libris pentateuchi ultimis prolixius descripta:hic compendio se recolligũtur.¶Cum enim hebreoꝝ populus a iacob descendens in egypto multiplicatus inumerabiliter excreuisset.Pharao rex egypti nomine amenophis sciens prophetatum filium ex hebreis nasciturum qui regnum egypti humiliaret:mandauit omnem hebreorum masculum nascẽtem in fluuio necari.Eo igitur tẽpore cum amrã uxorem nollet cognoscere malens liberis carere q̃ neci filios procreare dominus enim per somnium astitit dicens ne timeret ad coniugẽ accedere:quia puer quẽ timebát egyptii ex ea nasciturus erat.Natus ergo moyses per tres menses a matre absconditus est:cum ulterius celare non posset:exposuit eum in fiscella stupea in flumine nilo.Quem thamur filia pharaonis: que descendebat ut lauaretur uagientem uidens suscepit: & matri proprie ad lactandum tradidit atq; ablactatum in filium adoptauit quem uocauit moysem: eo q; ipsum ex aqua tulisset.Egyptii enim myos aquam is saluatum dicunt.Cuius uenustatem & elegantiam uidens rex coronam suam in qua erat dei ammonis imago capiti pueri imposuit:quam puer in terram ꝓiecit & imaginem fregit.Sacerdos autem heliopoleos a latere regis surgens dixit illum esse puerum de quo prophetatum fuerat: q; regnum egypti humiliaret: & uoluit eum irruere.Sed auxilio regis & persuasione cuiusdam sapientis liberatus est:qui per ignorantiam hoc a puero factum asseruit.In cuius argumẽtũ prunas allatas puer ori apposuit:& lingue summitatem corrupit.Et ex hoc hebrei impeditioris lingue illum fuisse autumant.Tanteq; pulchritudinis fuit: ut nullus adeo seuerus uel tã arduis occupatus esset: qui eius aspectui nõ adhereret.¶Cũ aũt adoleuisset moyses:ethiopes egyptũ uastauerũt.Et habuerunt egyptii responsum a diis:ut adiutore hebreo uterent. Vixq; obtinuerunt a filia pharaonis:ut moysem iam iuuenẽ bellicosum effectũ exercitui suo preficerent ducem qui fluminis itinere tãq; longiore ꝓtermisso per terrã duxit exercitũ itinere breuissimo:ut ĩprouisos ethiopes ꝓueniret.Sed per loca plena serpentibus iter faciens:tulit in arcis papyreis ciconias egyptias serpentibus naturaliter ĩfestas:& quotidie castramẽtatus uia unius diei ꝓmittebat eas:ut serpẽtes fugarẽt:ac deuorarent:& ita tutus p noctẽ trãsibat exercitus.Tandem ꝓueniens ethiopes expugnansq; illos fugientes in ciuitatem regiã noie saba potenter obsedit.Tarmis uero filia regis ethiopum coniecit oculos in eũ:& ex condito tradidit ei ciuitatẽ:ipseq; eã accepit in uxorẽ. Inde est q; maria & aaron iurgati sunt aduersus moysem ꝓpter uxorẽ eius ethiopissam:obiiciẽtes ei q; eã decepisset.Et cũ redire uellet moyses nõ acquieuit uxor. Moyses aũt astroꝝ peritus duos anulos consimiles fecit:in quoꝝ gẽmis imagines fabricauit:ut altera memoriã:altera obliuionẽ conferret.Et anulo qdẽ obliuionis uxori tradito:ipe alteꝝ amoris tulit.Sicq; mulier cepit eius amoris obliuisci:& moysi in egyptũ libere reuerti ꝓmisit.¶Iuit aũt in terram gessen ad fratres suos:& uidens quendã ꝓfectũ operis egyptioꝝ ꝓcutientẽ hebreũ secreto occidit:& absc̃odit in sabulo. Et cũ die altero inuenisset duos hebreos rixãtes:& iurantẽ argueret:ille ei homicidiũ egyptii ꝓpetratũ obiecit.Quod audiẽs moyses timuit: & potissime qa rex hoc cõperto querebat interficere eũ:fugitq; moyses in terram madian:& cũ liberasset septẽ filias hiethronis sacerdotis a pastoribus eas uiolare uolentibus:filiã primogenitã ipsius sacerdotis sephoram nomine accepit in uxorẽ:ex qua duos filios procreauit.s. gerson & eliezer.Dedit autem hiethro curam gregũ suoꝝ alendoꝝ moysi:qui oues eius pascens in desertoꝛ uenit ad montẽ dei oreb. Apparuitq; ei dominus in flãma ignis de medio rubi: qui ardens non cõbu

rebatur:precepitq; ei:ut iret ad regem egypti & ad filios israel pro liberatione populi: & ostendit ei signa que faceret corã eis:excusantiq; ei de ipedimẽto linguę:aaron fratrem eius eloquentissimũ in solatium & auxilium loquendi dedit. Tulitq; moyses uxorem & liberos:& profectus est:cui occurrés angelus in uia corripuit eũ:eo q; filius minor incircũcisus esset: unde & uxor territa cũ liberis remansit:ne possent moysi esse impedimento:ipse uero solus processit. ¶ Venienśq; in egyptum cũ aaron fratre suo: congregauerunt seniores israel:narrantes eis uerba domini: fecerunt q; coram eis signa de uirga:que uertebatur in colubrum:& de manu moysi etiã posita in sinu leprosa facta est:& de aqua de nilo hausta & in sanguiné conuersa. Quod uidentes seniores crediderunt: & simul cum eis ad regem ingressi mandatũ dei ut populum dimitteret ei nunciauerunt. At ille deũ & eos cõtemnens derisit:populumq; hebreoꝝ magis afflixit. Erat autem tunc moyses annoꝝ lxxx.& aaron lxxxiii.qui ingressi iteꝝ ad regem egypti signa coram eo fecerũt. Primo quidem uirga moysi in colubrum uersa deuorauit uirgas magnoꝝ:que similiter uerse fuerãt in serpentes. Indurato uero pharaone:& incredulo pmanente:percussa est egyptus decẽ plagis his uersibus cõprehensis. Prima rubens unda:ranarum plaga secunda. Inde culex tristis:post musca nocentior istis:Quinta pecus strauit:uesicas sexta creauit: Post sequit grãdo:post bruchus dente nephando. Nona tegit solem: primam necat ultima prolẽ. ¶ Per hanc ultimam plagam eduxit dominus populum ex egypto. Transiuit enim angelus domini per omnes domos egyptiorũ interficiens omnẽ primogenitum hominũ & iumentoꝝ. Quam plagam ut euaderent filii israel mandato dei pase celebrarunt agnum assum cũ azymis panibus comedentes & de sanguine eius postes domus linientes:quod perpetuis tẽporibus dominus celebrari constituit in memoriam eorum liberationis & in figuram dominice passionis. Spoliaueruntq; egyptios hebrei diuino iudicio pro mercedis sue recompensatione:quia.s.gratis & diu cum magno eis labore seruierant:nec quicq; mercedis perceperant:ideo etiã tulerunt ab eis aurum & argentum:ut inde fieret tabernaculum. Erant autẽ in populo tunc quasi.ccccccc. milia uiroꝝ absq; paruulis & mulieribus. Et ascenderũt ex egypto quinta progenie a iacob. ¶ Dominus autẽ precedebat eos per columnam nubis in die contra feruorem solis:& ignis per noctem contra caliginé:quibus coartatis inter mare rubrum & aspera mõtium: cũ persequeret eos pharao cũ.ccccc.curribus &.l.milibus equitũ penitens q; eos abire dimisisset: prebẽte ducatum eis moyse:ipse iubente domino mare rubꝝ tactu uirge in.xii.diuisiones diuisit:& israel siccis uestigiis mare transiuit:quo ceteris tribubus primogenitis intrare post moysem dubitãtibus iudas primus intrauit:unde & ibi propter fidem & obedientiam regnum promeruit. Ingresso igitur post eos pharaone cum curribus & equitibus suis mediũ sicci maris subito reuersa est super eũ a tergo omnis moles aque: & obrutus est ibi cum uniuerso agmein suo: undem adhuc existent in eodem littore tractus rotaꝝ & uestigia equitum ac peditum que ibidem & in profundo adhuc cernunt:que si casu uel studiose turbantur mox diuinitus in formã pristinam reparant. ¶ Submerso igit rege egypti moyses carmen hexametrũ.s. cantemus domino decantauit:ut dictum est supra in gestis marie prophetisse cal.iulii. ¶ Venienśq; cũ populo in marath:aquas ipotabiles imisso ligno dulcorauit. ¶ Deficientibus etiã uictualibus dum populus murmuraret pristinas delitias in memoriã reuocans orante moyse dominus eis cothurnices & manna de celo misit:quod cõtra dei preceptũ in crastinũ reseruatum cõputauit. De isto aũt manna filii israel annis.xl. in deserto substentati sunt quod habebat omne delectamentũ & saporis suauitatẽ:& uoluntati cuiuscũq; deseruiensq; ad quod quisq; uolebat in eius saporem cõuertebat. ¶ Iteꝝ moyses in raphidim populo murmurante ꝓpter defectũ aque petram oreb uirga ꝑcutiens aquã eduxit. Item mittens iosue ad pugnãdum contra amalech & ipse in monte orans eleuatis manibus usq; ad solis occasum ei uictoriã ipetrauit. ¶ Mẽse uero.iii.egressionis de gypto.s.iunio prima die mẽse uenerunt filii israel ad montẽ sinai:q̃ fuit a fase dies .xlvii. Et tũc sanctificato prius populo die tertia post .s.quinquagesimũ diẽ:acceperunt legẽ a domino in decalogo mãdatoꝝ. Post datam uero legẽ & populo recitatã moyses in montẽ sinai iuxta domini preceptũ ascendit. Qui ei domũ saphirini coloris in exẽplar tabernaculi faciendi ostẽdit:cũ utẽsilibus suis:ubi moyses.xl.diebus &.xl.noctibus absq; cibo & potu cũ domino permanens caligine qua mons operiebat circũ tectus audiuit eũ iubentẽ de tabernaculo cõstruẽdo: de arca:de mẽsa:de altare:de cãdelabro: de uestibus sacerdotum & omnibus aliis ad sacrificia ptinentibus: que in exo.plenius pertractantur. Ipso autẽ in monte morã faciente populus ipatiens ab aaron & hur deos petiit:qui & uitulum cõflatilẽ eis dedit:eũq; populus adorauit:de quo supra actũ est in gestis aaron cal.iulii. Moyses aũt descendens de monte cũ hoc uidisset indignatus tabulas legis dei sibi datas confregit: uitulũ combussit:& uigintiquatruor milia de populo in interfecit:ut supra ibidẽ dictũ est. Deinde ueniam quã petebat populo suo obtinẽs:posteriora dei.i. tergum eius in humana effigie transeuntis uidit. Duas quoq; tabulas instar priorum precidens.x. legis precepta in eis descripsit. Iterũq; .xl.dies in ieiunio cũ domino faciens splendida facie & radiis oculos intuentium reuerberantibus descendit. Ideoq; loquens populo faciem uelauit. ¶ Tertio iteꝝ ut tradunt hebrei ad impetrandam uenie certitudinem ascendit. Cõpletoq; cũ domino tertio ieiunio quadragennario nona die septembris rediit. Reuersus quoq; iuxta dei mãdatum tabernaculum & omnia ad id pertinentia fabricauit: prima die secundi anni in deserto erexit & gloria domini illud operuit per diẽ incubans super illud in nube & per noctem in igne. Ad cuius eleuationem deinceps filii israel castra mouebant ea uero stãte & ipsi stabant. Inde dominus moysem uocauit: eiq; sacrificiorum legem dedit. Cum autem eleuante se nube filii israel de monte sina recedentes:uiam trium dieꝝ iuissent ut irent ad terram promissionis murmurauerũt pre dolore. Missisq; exploratoribus ad ipsam terram ipsisq; post dies.xl.reuersis terre sibi promisse detraxerunt:unde & iuxta numerum dierum quibus exploratores eandem terram cõsideraerant.xl.annis im-

pediti per desertum circuierūt:donec omnes a.xx.annis supra mortui sunt:preter caleph & iosue qui pro parte domini steterant:de quibus dictum est supra in eoꝝ gestis cal.septembris.Post annos uero.xl.locutus est dominus ad moysem de diuisione terre promisse & de substitutione iosue:qꝫ populū introduceret eiqꝫ terram diuideret.Et numerauit moyses populū a.xx. annis supra.Inter quos nullus eoꝝ qui primo numerati fuerāt cum egressi essent ex egypto superstes erat ꝑter caleph & iosue.¶Post hec mortua est maria soror aaron in cades ubi murmurante populo propter penuriam aque:de mādato domini moyses uirga percussit petram & aque largissime egresse sunt.Et quia moyses & aaron diffidenter egerunt:cum alias fidualiter egissent gloriam uidelicet miraculi sibi attribuentes & non domino īcrepati sunt a deo:& ex hoc terram promissionis intrare non meruerunt.¶Eodem anno mortuus est aaron in monte or:cui filius eius eleazar in pontificatu successit.Deinde cum uenisset populus in salmona & propter laboré itineris murmuraret:īmisit eis dominus serpentes ignitos a quorum lesione per aspectum serpentis enei super stipitem lignem iubente deo per moysem eleuati:post modum sanati sunt.Et inde profecti ad torrentem iared quem siccis pedibus sicut mare rubrum transierunt:& iuxta arnon castramentati pugnauerunt contra seon regem amoreoꝝ:& og regem basan & terras eoꝝ ac ciuitates obtinuerunt.Quas moyses tribus ruben & gad:& dimidie tribui manasse citra iordanem in sortem cōcessit.¶Deinde moyses anno.xl. uidens diem mortis sibi imminere omnem populū ad iordanem conuocauit.Ibiqꝫ deuteronomion condidit:quod latine dicitur secunda lex non qꝫ sit alia a prima sed eadem secundo repetita.Moriturus quoqꝫ ad instar iacob patriarche populo benedixit.Tandem iuxta preceptum domini montē abarin ascēdit:& inde ad montem nebo usqꝫ ad uerticem ipsius que dicitur phasga:& inde contemplatus est terram promissionis:ubi & iubēte domino annorum.cxx.mortuus est pridie noñ septembris.Et non cognouit homo sepulchrum eius usqꝫ in presentem diem:quod ideo iudei diuinitus factū dicūt:ne ipm mortuū populus ꝑ deo coleret:eo qꝫ ad idolatriā ꝓni essent.Hec ex libris exordi:leuitici:numeri & deuteronomii:& ex chronicis iosephi:hierōymi:petri comestoris & guilelmi.

¶De scō Museo presbr̄o. Cap. XXXV.

MVseus massilieñ ecclesie presbyter uir sanctitate conspicuus & in scripturis diuinis doctus:& in earum sensibus subtilissima exercitatione limatus fuit.Hic perutilia ecclesie plura digessit:excerpsit enī ex scīs libris lectiōes totius ānī festiuis aptas diebus.Respōsoria ēt psalmorū cōgruētia tēpori & lectionibus ēt respōdētia cōposuit.Scripsit & ad eustasiū epm sacramētoꝝ libꝝ egregiū & cōpēdiosum.Homelias ēt declamauit.Et pleus uirtutibus hūanitatis apud massiliā debitum soluit:ubi & tumulatus miraculis uiuit.Hec gennadius.

¶De scō marino cōfessore. Cap. XXXVI.

MArinus confessor in ciuitate arimineū claruit tempore diocletiani & maximiani īperatorū.Qui dum ex omni parte diuersarum artium magistros & operarios cōgregassent ad reedificationem arimineū ciuitatis:que circa annos domini.ccxx.reparari cepit:contigit ut ex dalmatie partibus duo magistri dolandorum lapidū aduenirent:uidelicet marinus & leo qui ex arbeū ciuitate oriundi christiani ab infantia domino seruiebāt:de labore manuum suarum pauperibus elemosynas tribuentes.Hi ad predicte arimineū ciuitatis reedificationem uenientes:uiderunt plures christianos sua de prouincia per prefectos operū in odium christiāe fidei iussu principium iniustis ponderibus aggrauari:& ceperunt eos in suis laboribus adiuuare.Post aliquot uero dies marinus asellum emit:quatenus illius adminiculo fratribus suis in portandis lapidibus subueniret.Deinde ad montem titanum accedentes ad saxa excidenda ibidem cum aliis operariis triennium peregeruut.Post annos uero tres leo cum paucis comitibus perrexit ad montem feliciani:qui mōs feretri nuncupatur:ubi sibi cellam constituit:& deo seruire cepit:anachoriticam uitam ducens.Marinus uero cum aliis christianis ad ciuitatem arimineū reparandam remansit:ubi usqꝫ ad operis perfectionē perseuerauit:christianos in laboribus adiuuans & eis ut poterat charitatiue ministrans.Nec propter laborem corporeum orationes pretermittebat:aut ieiunium:sed quāto plus carne affligebatur:tanto in laboribus fortior uidebatur.¶Completo uero ciuitatis edificio ipse ciuitatem aliam non manufactam in celis edificare cupiens:predicationis officio diligenter instare cepit:multosqꝫ gentilium etiam ex ipsis idolorum sacerdotibus ad christum conuertit.Interea dum antiquus hostis eum perturbare a diuino opere molireꝫ:quandam mulierem adeo dementauit:ut effecta insana de partibus dalmatie ariminum usqꝫ ueniret:marinum uti uirum suum legittimum requirendo.Quem ut inuenit ipsum importunis precibus ut se eius coniugem susciperet flagitauit.Quam ubi marinus admiratus despexit:illa īsana presidem adiit:marinum uti uirum suum expetiit.& de christianitate accusauit:Quod cum uir dei cognouisset:ad radices montis titani nocte latenter aufugit:& ibidem in antro se artissimo collocauit:ubi anno integro manens faciem hominis non uidit:solis agrestibus herbis & aqua de rupe liquante post nonam quotidie refectus.Tunc diabolus ut eum terreret:omne ferarum genus & diuersa monstra ei ullulantia pretendebat:sed uir domini fixus in sancto proposito persistebat.Post annum a bubulcis greges in monte pascentibus inuentus & agnitus est:famaqꝫ eius ciuitatem delata mulier illa uesana ad locum accessit:& marinum aggrestia in hortulo ferentem inuenit:ipsumqꝫ ut sibi adhereret instanter impetere cepit.Qui signo crucis contra eam edito:hostium cellule in faciē eius clausit:& diebus sex continuis nullum sumens cibum in oratione perseuerauit:post quos mulier ab immundo spiritu liberata:delusiones diabolicas cognoscens ueniam petiit:& ad urbem rediens omnia nefanda que comisserat a diabolo delusa publice reserauit:¶Cum autem fama uiri dei crescente a multis frequentaretur:edificauit ecclesiam in honore beati petri apostoli.Et dū quidam ex ciuibus ad eum accederet:ut eum ex liuore inuidie tanq̄ magnum inde repelleret:orante marino subito omnibus mēbris corporis destitutus:etiā

ipſa lingua obmutuit:ita ut nec ſe poſſet mouere:nec uerbum proferre. Quod mater eius per nutus intelligens ad marinum acceſſit:& filio ſuo gratiam & ſanitatem precibus impetrauit. Quos cum gentiles eſſent:marinus ad chriſtum conuertit: ipſoſq; & omnem eorum familiam numero quinquagintatres baptizauit. Eodem autem tempore gaudentius epiſcopus ariminenſis directus ad ipſam urbem a romano põtifice audita fama ſanctorum leonis & marini: eos ad ſe per litteras accerſiuit:& leonem in preſbyterum marinum uero in diaconum ordinauit. Dum autem redirent:& urſus aſinum marini deuoraſſet: ipſe urſum capiſtro alligauit:& ut ipſum ad locum ſuũ deferret uicem aſini ſupplens imperauit:quod urſus cũ omni manſuetudine perfecit. ¶ Exorta uero hereſi a martiano põſbytero arimineñ:que miro modo eccleſiam perturbauit:cum chriſtianos iterum heretici p ſequerentur: & gaudentius epiſcopus cũ pluribuſq; aufugiſſet:marinus in cella ſua perſeuerauit: nulloq; fugientium chriſtianorum timore perterritus inde remoueri potuit. Sed uſq; ad finem uite indeſinenter in uite ſanctitate perſiſtẽs anno domini.cclvii. pridie noñ. ſeptẽbris quieuit in pace. Sepultuſq; eſt in cellula ſua in titano monte:qui uocatur pena ſancti marini.

¶ De ſcõ Marcello martyre. Cap. XXXVII.

MArcellus martyr paſſus eſt in ciuitate cabiloneñ ſub perſecutione antonini imperatoris. Cum enim ſanctus photinus eps cũ aliis.xlviii. apud lugduñ. comprehenſus eſſet & in uno carcere. i. chriſtiani incluſi eſſent. Et his omnibus marcellus & ualeriãus nocte ab angelis uocati pariter ac ſoluti dimiſſi ſunt. Et marcellus quidẽ ſequanorum:ualerianus uero eduorum puincias petierunt. Itaq; marcellus cabilonem deueniens: dum a preſide priſco ad prophanum idolorum conuiuium fuiſſet inuitatus:& huiuſmodi epulas execrans: omnes qui aderant idolis ſeruientes libera icrepatiõe corriperet:ab eodem preſide in arbore uiculis per ramos aſtrictus omnibuſq; corporis membris totus deniq; flagellis ceſus:deinde depoſitus tormẽtis pluribus afflictus eſt. Et dum chriſtum in omnibus confiteretur conſtantiſſime:inaudita crudelitate iuſſu preſidis erectus & uſq; ad cingulum terre defoſſus & obrutus eſt. Qui triduo in confeſſione domini perſeuerans ſpm deo dignum reddidit pridie noñ ſeptembris. Sepultuſq; eſt in eadem ciuitate. Cuius ſepulchrum a gunterano rege aureo ciborio ex ornatum eſt:ualerianus uero paſſus eſt in eduen ciuitate:ut dicetur infra.xvii. calendas octobris.

¶ De ſcõ Bertino abbate. Cap. XXXVIII.

BErtinus abbas ex ciuitate conſtantia oriũdus claruit. Qui cum numolino: & ebertramio propriam patriam relinquẽtes ad ſanctum audomaꝝ epm morineñ uenerunt. A quo ad predicandum miſſi officium legationis fideliter impleuerunt. Cum autem adoaldus prediues filium non haberet:de conſilio ſancti audomari chriſto placere cupiens maximam partem facultatum ſuarum predictis tribus ſanctis contulit ad monaſterium in honorem beati petri apoſtoli conſtruẽdum. Quod & factum eſt. Dum autem ſanctus bertinus cum predictis in ipſa adhuc ciuitate reſideret:decedẽte acatio eiuſdem urbis epiſcopo: Numolinus ad epiſcopatum prouehitur. Ebertramius uero ab eodẽ facto epiſcopo monaſterio ſancti quintini preficitur. Sanctus uero bertinus aptiorem ſibi deo ſeruiendi locum requirens:dei ſe diſpoſitioni committens nauẽ aſcendit. Et angelico ductu ſine remo uel remige contra ictum fluminis uſq; ad locum a deo preuiſum deuenit:ubi de bonis ſibi collatis ab adoaldo monaſterium nomine ſcythim in honorem apoſtolorũ principis conſtruxit. Ibiq; monachorum multitudinem congregauit:quibus & deo ſeruiens laudabiliter preſuit. Et in chriſto quieſcens miraculorum gloria clarẽs ibidem ſepulturam accepit. Cuius feſtum colitur nonis ſeptembris.

¶ De ſcõ Victorino epõ & mre. Cap. XXXIX.

VIctorinus epiſcopus & martyr apud urbẽ romam paſſus eſt tempore nerue imperatoris. Qui ex territorio amiternine ciuitatis ortus:cum poſt obitum parẽtum una cum ſeuerino fratre ſuo:omnia pro chriſto diſpenſaſſent ſe inuicem pedagogantes pariq; cuſtodia mutuo ſeruiẽtes nudi eremum petierunt:uerum uictorinus ad altiora tendens relicto fratre artiſſime cellule ſe recluſit:ibiq; dudum penitentie operibus uacauit. Sed dum nocte quadam diabolus ei in ſpẽ puelle uagantis & flentis ac hoſpitium requirentis apparuiſſet ille miſericordia motus eam introduxit. Et dum eis iacẽtibus pes pedem tangeret corde magis tactus & ſpecie prius atq; blanditiis allectus cum ea concubuit: moxq; demon ut ſumus euanuit. Ad ſe autem rediẽs ſanctus ad germanum acceſſit:& caſum deplorãs penitentiã egit. Nã in arbore ſciſſa manus icludens modico herbaꝝ cibo & aqua a fratre ſubſtẽtatus p trienniũ peccatum ſuũ defleuit. Tãdem ab epo ciuitatis uiſitatus:& monitus ac ſolutus in maxima ſanctitate p ſeuerauit: miraculiſq; radiauit. ¶ Deinde pmotus eſt ad epatũ amiternine ciuitatis populo ipſius ipm eligẽte. Inde poſtmodum ſub iperatore nerua cum eutyce & marono ab aureliano iudice pro xpi nomine relegant. lx. ab urbe miliario uia ſalaria. Poſtmodũ aũt in loco qui cotilas dicit:ubi putentes & ſulphuree emanant aque capite deorſum per.iii. horas ſuſpenſus eſt. Et deinde per triduum in carcere clauſus. Nouiſſime gladio capite ceſus uictor migrauit ad chriſtum noñ ſeptẽbris. Cuius corpus ciues amiterneñ poſt duos dies rapiẽtes in ipſa ciuitate honorifice condiderunt.

¶ De ſcõ Victorino cõfeſſore. Cap. XL.

Victorinus confeſſor claruit rome tempore cõſtantii imperatoris. Hic carthaginenſi rhetor illuſtris in urbe roma floretiſſime dum paganus eſſet rethoricam docens in traiani foro ſtatuam meruit: hieronymũ preſbyterũ cardinalẽ inter alios inſignes auditorẽ habuit. In ſenecta aũt ad fidẽ xpi conuerſus: aduerſus arrium libros adeo ſcripſit obſcuros: ut niſi ab eruditis intelligant: cõmentarios etiã in apoſtolũ edidit: ut dicit hieron. libro de illuſtribus. De hoc refert & auguſtinus libro confeſſor. q; dum uictorinus ad fidem peruenifſet: & cũ ſimpliciano uiro dei ſepius colloquiũ habens xpianum ſe diceret: & ſimplicianus reſponderet: q; ei hoc non crederet: niſi ip̃m in eccleſia uideret. Ille iocando interrogauit: an parietes facerent hominem chriſtianum. Tandem dum ad eccleſiam deueniſſet: & ei tãq; uerecũdo occulte liber: in quo erat ſymbolum fidei: ad legendum datus fuiſſe uictorinus in altum ambonem aſcendit: & alta uoce publice ſymbolum ꝓnunciauit: & extunc q; chriſtianus eſſet cunctis innotuit: qui uita & doctrina clarus in urbe cum pace quieuit: ſepultus in pago ueſtieñ.

¶ De ſcõ Zacharia ſacerdote. Cap. XLI.

Zacharias ſacerdos filius ioiade ſiue barachie: cuius ſanctitas ab ipſo xp̃o domino ex textu euangelico cõmendat matthei. xxiii. capitulo claruit in iudea ſub tempore ioas regis iude. Qui & patri ſummo ſacerdoti defuncto in pontificatu ſucceſſit: eidemq; in uite ſanctitate ꝓxima ſimilis fuit. Cũ enim mortuo ioiada ſacerdote: qui ioas regem iſrael in legẽ domini ſeruandã direxerat. Ioas rex a uia mandatorum dei declinaſſet: & poſt idola domus iſrael ambulaſſet: cuius exemplo etiam regni optimates uitiati ſunt. Zacharias ſacerdos bõi patris imitator publice redarguere non dubitabat. Vnde indignatus rex fecit eum obrui lapidibus iter templum & altare. Qui & ſepultus eſt in ciuitate dauid in ſepulchro paterno. ¶ In cuius mortis ultionẽ ſeu teſtimonium duo notabilia apparuerũt. Primum ut dicit hieronymus: q; ſanguis eius i ſaxis & lapidibus pauimẽti: ubi occiſus eſt: adeo fuit ip̃reſſus: q; inde nunq; deleri potuit. ¶ Secundũ ut dicit epiphanius: q; extũc populus in tẽplo non accepit manifeſte reſponſum: nec ex dabir: nec ex ephoth. Rex etiã ioias impune nõ trãſiuit: nam langorem peſſimum incurrens a duobus ſeruis ſuis interfectus eſt. Hec ex libro paralipo. ii. cap. xxiiii. & ex dictis hieronymi atq; ex hiſtoria ſcholaſtica. Huius ſancti paſſionem: quia dies eius feſti certus nõ habet: ĩſraſcripto eiuſdẽ nominis prophete ꝓpter equiuocationem uocabuli premittere decreui.

¶ De ſcõ Zacharia ꝓpheta. Cap. XLII.

Zacharias ꝓpheta filius barachie filii addo poſt captiuitatem iudaici populi in anno ſecundo darii primi regis perſaꝝ in hieruſalẽ ꝓphetauit duobus uidelicet menſibus poſt aggeum ꝓphetam: de quo ſupra dictum eſt. iiii. nouembris. propter quod aggeus zacharie in ordine prophetarum premittitur. Prophetauit autem zacharias eadem occaſione qua & aggeus. Cum enim in anno primo cyri regis perſarum ut impleretur ſermo domini ex ore hieremie: ut habetur primo eſdre in principio data eſſet licentia populo iſrael redeundi in iudeã. Et a ſenioribus & populo templum domini in hieruſalem reedificari cepiſſet: mortuo cyro rege perſarum & regnante cambyſe: uicine gentes odio iudeorum ĩ ſtaurationem templi & ciuitatis impediebãt: unde & opus intermiſſum eſt uſq; ad annum ſecũdum darii regis perſaꝝ. Et tunc zorobabel olim darii prefati in timus: cũ ipſum regnare audiuiſſet: fiducialiter opus aggreſſus eſt. Zacharias quoq; propheta a deo miſſus tam ipſum zorobabel q̃ ieſum filium ioſedech ſacerdotem magnum de quibus ſupra dictũ eſt idibus iulii in ip̃o opere eos exhortari uiſus eſt: populus quoq; exhortationem dictoꝝ prophetarum audientes: eos adiuuare ceperunt. ¶ In lectione autem ſua intendit: propheta non ſolum populum ad reedificationem tẽpli domini confortare: ſed etiam eos ab imitatiõe paternoꝝ criminum reuocare. Ideoq; ieſum ſordibus ĩdutum ſe uidiſſe memorat: quod ad filios eius referẽdum eſt: qui uxores alienigenas duxerunt uel etiã ad populum uitiis ſordidatum: quos ille cũ eſſet pontifex non arguebat. Myſtica quoq; plura ſacramẽta de chriſti aduentu & paſſione in eius lectione cõprehenſa ſunt: que per ſingula explicare longũ eſſet. Quieuit autem hic ꝓpheta in pace in iudea annis pluribus reedificato templo. viii. idus ſeptembris. Sepultus iuxta ſacerdotum monumenta in hieruſalem. Et hic ex numero. xii. prophetarum eſt: qui minores dicti ſunt: q in ſanctorum patrum catalogo eccleſiaſtici. xlix. cap. conſcribunt. Hec hieronymus: & ioſephus: & ex hiſtoria ſcholaſtica comeſtoris ſumpta habetur.

¶ De ſcõ Oneſiphoro diſcipulo. Cap. XLIII.

Neſiphorus diſcipulus pauli apoſtoli: de quo idem ſecunda epiſtola ad timo. mentionem facit eiuſdem apoſtoli imitator & peregrinationis eius comes pluribus annis fuit: & ei in miniſterio deſeruiuit. Et hic predicationis officio fideliter peracto apud urbem romam poſt pauli paſſionem in pace quieuit octauo idus ſeptembris: ut ait hieronymus.

¶ De ſanctis Donatiano preſidio & ſociis martyribus. Cap. XLIIII.

Donatius: preſidius: mãſuetus: germanus: & fuſculus epiſcopi perſecutione uandalica apud aphricam paſſi ſunt: qui iuſſu hunerici regis arriani pro aſſertione ueritatis catholice fuſtibus ceſi: & exilio damnati ſunt tempore uidelicet quo eugẽius carthaginenſi epiſcopus pertebat: ut de uniuerſo orbe ad diſputandum catholici epiſcopi conuenirent: quia de fide cõmuni agendum erat: ut dictum eſt ſupra in paſſiõe eugenii. iii. idus iulii. Tunc enim predictus rex impius memoratos ſanctos epiſcopos in auditos relegauit: & eccleſias clauſit: aliaſq; innumeras ꝓſecutiones intulit xpianis: ut ſcribit uictor aphricanus. ¶ Inter alios autem letũ ep̃m ſtrenũ & doctiſſimũ: poſt diuturnos carceꝝ ſqualores incendio concremauit. Ceteri uero prenominati pontifices fame & inopia in exilio defecerunt. Quoꝝ omnium feſtum recolitur. viii. idus ſeptembris.

¶ De ſcõ Eleutherio abbate. Cap. XLV.

Leutherius abbas claruit apud ſpoletũ & ĩ urbe roma tpe beati gregorii pape. Qui mõaſterii ſci marci euãgeliſte: quod in pomeriis urbis ſpoletane ſitũ eſt abbas fuit.

De quo fertur inter cetera: q̃ orando mortuũ suscitauit. ¶ Quadã die dum iter caperet: facto uespere ad monasteriũ uirginum declinauit. In quo puer paruulus erat: quẽ malignus spũs omni nocte occupare cõsueuerat. Quẽ ea nocte scimoniales ad iacẽdũ cũ eleutherio posuerũt. Factoq̃ mane cũ ille moniales reqsissent abbatẽ: an aliqd ipsa nocte puero cõtigisset. Illeq̃ de tali ĩterrogatione miratus: nihil ei cõtigisse respondet: cãm pueri uiro dei innotuerũt: rogantes eũ ut pueꝝ secum ad monasteriũ tolleret: qa iam de cetero uexationẽ eius ipse uidere non possent. Ductus ergo ad abbatis cenobiũ: cum dudũ ibidem fuisset: nec ad eũ demon accedere p̃sumpsisset: aĩus uiri dei de pueri salute ĩmoderatius per letitiã tactus est. Et die quadã corã fratribus dixit: q̃ diabolus cũ illis sororibus iocabat: ubi uero ad seruos dei uentũ est: ad pueꝝ accedere ulterius non p̃sumpsit. Post hec uerba hora eadẽ ac momento coram cunctis fratribus puer a demone uexari cepit. Statimque uir dei se in lachrymas dedit fratribusq̃ oĩbus ut orarent precepit. Protestãs q̃ nullus eadem die panẽ gustaret: nisi prius dominus puerum liberaret. Et eo usq̃ oratum est: donec puer a uexatione sanaret. Ad quem de cetero malignus spiritus accedere non p̃sumpsit. ¶ Hic sanctus dudũ cum beato gregorio in urbe in suo monasterio cõuersatus est: ut ipsemet refert. Cum aũt gregorius egritudinẽ quã greci syncopim uocãt grauissime pateretur: & nisi sepius cibo reficeretur: uitalis sibi sps intercidi uideretur: paschali die aduenĩente: cum sacratissimo sabbato resurrectionis: oẽs etiam infantuli ieiunarent: & gregorius amarissime fleret: q̃ ieiunare nõ posset: rogauit secreto eleutheriũ abbatem: quatenus sua oratione a domino ei tantã uirtutem impetraret: q̃ ipse ieiunare posset. Quod & factum est: uir enim domini in orationẽ se posuit tantãq̃ subito uirtutem gregorii stomachus accepit: ut tãte se fortitudinis ad uesperum sentiret: q̃ si uoluisset etiam usq̃ ad diem sequentem ieiunium transferre potuisset. ¶ Ipe autem uir sanctus in eodem monasterio inter brachia gregorii spiritum feliciter emisit octauo idus septembris. Hec ipse gregorius tertio dialogorum capitulo trigesimo tertio.

¶ De sancto Ioanne martyre. Cap. XLVI.

IOannes martyr apud nicomediã passus est sub diocletiano & maximiano imperatoribus. Hic ex nobilibus parentibus ortus honore & dignitate seculi illustris: nimio calore fidei ignitus: ut uidit aduersus seruos dei in foro crudelia edicta pendere: publice spectante populo: librum inique legis in quo aduersus christianos decreta iscripta erant: iniecta manu detraxit atq̃ descripsit. Cumq̃ hoc relatum esset diocletiano augusto in eadem urbe constituto: nimia in eum continuo crudelitate deseuiens: omnia suppliciorum genera iussit expendi in eum. Qui uir nobilissimus tanta alacritate uultus ac spiritus ea pertulit: ut nec quidẽ tristis pro his uideri potuisset. Et cum uiscera in supplicĩis defecissent: spiritus letabatur in celo. Ita ut ipse potius tormenta uincens q̃ ab eis uictus: animam celo redderet gloriosam. viii. idus septembris: ut habet .viii. ecclesiastice historie libro.

¶ De scã Regina uirgine & mre. Cap. XLVII.

REgina uirgo passa est apud alisiam ciuitatem sub olibryo prefecto. Que fuit filia clementis cuiusdam gentilis de alisia ciuitate. Et cum esset annorum .xv. ignorante patre latenter in christum credidit: & baptismum suscepit: atq̃ uirginitatem suam domino cõsecrauit. Dum autem olibryus prefectus transiret de alisia in massiliã ciuitatem uidens puellã: & allectus eius pulchritudine ipsam sibi p̃sentari fecit. Quã cum interrogatã christianã cognouisset: ĩ carcerẽ misit: usq̃ ad reditũ suum. Reuersus aũt ad ciuitatem alisiã: post ĩmolationes diis suis factas puellã adductam & sacrificare nolentem: iussit in equuleo leuari: & uirgis diutius cedi: & post hec ungulis lacerari. Ita ut tam ipse q̃ astantes horrentes sanguinẽ uirginis defluentẽ facies operirent. Que cum oĩa superasset: iteꝝ carceri traditur: sed cruce aurea ad celũ usq̃ pertingẽte atq̃ colũba celesti super crucẽ stante: atq̃ ad eã aduolante reficitur & confortatur. Iteꝝ quoq̃ post duos dies educitur: & iterato suspendit̃: ac cãdentibus laminis inflãmatur. Deinde manibus ac pedibus uincta: in uase aq̃ frigide demergitur: ut ex penarum contrarietate durius torqueretur. Statimq̃ terremotu facto: uincula eius dirupta sunt. Et columba prior de celo descendens: coronã gẽmatã capiti eius ĩposuit uoxq̃ diuinitus lapsa: eã ad celestia inuitauit. Quo uiso miraculo. ccccccccl. gẽtiles cõuersi sunt: Nouissime aũt p̃fectus ipsam decollari fecit. Cuius aĩam cũctis uidẽtibus ad celos angeli portauerũt. Sepultaq̃ ẽ alisie. vii. idus septẽ.

¶ De sancto Euurcio epõ. Cap. XLVIII.

EVurcius aurelianeñ. eps floruit tpe constãtini. Hic ecclesie romane subdiaconus fuit. Cũ aũt apud aurelianũ post obitũ scĩ de uisiani epi de successore ageretur: & secũdum carnalẽ delectionem duo sub contentione electi fuissent: seditioq̃ usque ad sanguinis effusionem orta esset. Missus est porphyrius prefectus ad seditionem sedandam Ipse autem epos gallie conuocauit ad diuinum auxilium ĩplorandum: quibus cũ clero & populo triduo ieiunantibus & orantibus. Euurcius ad duos fratres suos captiuos requirendos ueniens ad galliam: aurelianum ingressus & apud quendam ciuẽ est hospitatus: a quo cũ de discessione didicisset: mane ad ecclesiã ex charitate cum ceteris oraturus uenit: & iuxta ianuam incognitus stetit. Cunctis autem prostratis columba niuea de celo uolitans: per fenestram ingressa singulos circuiens: & quasi dignũ explorans super caput euurcii resedit: sed ab eo q̃si eiecta ad celos auolauit. Quod miraculum cuncti stupẽtes: sed adhuc de persona dubitans: eo q̃ aliqui: super quem insederat: dubitabant. Euurcium inter episcopos ducunt: & iterum ad deum orauerũt: secũdo miraculo plenius edoceri. Rursus igitur columba descẽdit: ianuãq̃ petentes euurcium nõ inuenit: cunctosq̃ per circuitum ecclesie lustrans super caput eius tandem secundo resedit. Sicq̃ ipsum oẽs in episcopũ elegerunt. ¶ Verũ dimidie anniuersarii sui ciuitas casu igne accensa esset: oratione sua mox ignẽ compescuit ecclesiamq̃ iam semiustam ampliorem reparari mãdauit. Cunctis aũt ciuibus fabrice sponte contribuentibus dũ ad fundamenta locanda fodissent: ollam auro plenam ĩuenerunt: quã sanctus uti reipublice per-

tinenté ad imperatoré miſit. Ipſe autem miraculũ au
diés nõ ſolum theſauꝝ repertum remiſit: ſed tantũ/
dẽ de ſuo duplicauit ꝓ fabrica eccleſie inſignius opan
da. Inſuper &. vii. calices aureos eidẽ donauit. ¶ Eodẽ
aũt tempore dũ eps ſueſionis ad corpora martyꝝ cri/
ſpini & criſpiniani oraret: uidit peregrinos quoſdam
quos q eſſent interrogans: a duobus ex eis audiuit: q
eẽnt germani cuiuſdã euurcii eccleſie romane ſubdia
coni: q ab hoſtibus capti & uidue cuiuſdã uenditi: du
dũ in ſeruitute detenti: ad ipſam urbẽ ꝓ agendis do/
mine ſue fuerãt miſſi. Quod eps audiens ꝑdicta euur
cio denunciauit. Illeq; miſſo ꝑcio ꝓ eoꝝ redemptio/
ne fratres repetiit quos liberatos duplicato gaudio
aureliani ſuſcepit. Eccleſia autem edificata eſt tribus
annis &. iii. noũ maii dedicata: multis ibidẽ cõditis re
liquiis ex diuerſis partibus recollectis. ¶ Dum aũt ip
ſe primus in altari dedicato celebraret uiſa eſt ab ar/
deuo eius ſubdiacono & aliis duobus: manus celeſtis
in hora cõſecrationis oblatã benedicentis: quo mira/
culo. vii. milia paganoꝝ conuerſi ſunt. Euurcius uero
obitũ ſuum ciuibus ꝑnunciauit: eoſq; ut abbaté ama
nũ ſibi ſucceſſoré eligerent cõfortauit. Cũ autem ipſe
egrotaret. & de eligendo paſtore etiam iam diſcordia
orta foret: & euurcius trium illoꝝ nomina ꝓ qbus
ſeditio imminebat in ſchedulis ſub altari poni feciſſet:
miſſoq; puero mane: q unã ex illis diuino nutu tolle/
ret: ut ꝓ hoc a deo eligendũ diſcerẽt: puer priuſq; ſche
dulã acciperet: amanũ epm acclamauit. Sicq; euurci/
us. vii. idus ſeptembris in chriſto quieuit: & ꝓut ei a
deo reuelatum fuerat amanus eidem ſucceſſit.

¶ De ſcõ Dunſtano epo & cõfeſſore. Cap. XLIX.

DVnſtanus archieps cantuarieñ: floruit tẽ/
pore eldeſtãi regis: qui ex anglie partibus
parẽtibus genere & fide nobilibus. Cum
adhuc ifans ad eccleſiã dei genitricis cum
oblationibus delatus eſſet: illis in oſone pernoctanti/
bus: apparuit uir etherei uultus: dicẽs locum illum
ſublimandũ pueꝝ ibi deo relinquendum: ipſumq; ꝓ
ſecula beatum ꝑdicandũ. Poſt hec cũ puer grauiter lã
gueret repente noctis medio celitus ſanatus ex domo
procedit. quibuſdam eũ inſequentibus & obſeruan/
tibus eccleſiã adit: mediaq; uia canes latrãtes eiq; iter
impedientes: dum quoddam ſimulacrũ obſiſtens uir
ga percuſſit: ipſum cõfringens in fruſta canes effuga/
uit. Veniens autem ad eccleſiam ianuas clauſas inue/
nit: ſcalam qua tectũ reſartientes aſcendebant conſcẽ
dit: & ab alia parte intra eccleſiam qua nullus deſcen/
ſus erat: angelicis manibus euectus deſcendit: ubi ap/
ta ianua in eccleſia dormire repertus eſt lumine cele/
ſti perfuſus. ¶ Puerilibus igitur annis deo ſeruiẽs ua/
riis artibus exercitatus muſicis ſonis inſtituit. Fa/
ctuſq; iuuenis ab atelio epiſcopo cantuarieñ regi elde
ſtano cõmẽdatus in palatio mãſit ubi obtento a rege
iudicis officio in oĩbus ſtrenue ſe hẽbat: nunc iuſtitie
reddende: nunc orationibus uacans. ¶ Rogatus a q̃/
dam matrona dum ſtolam ſacerdotalẽ pingeret au/
rifactorio opere figurandam: cithara eius parieti ap/
penſa ſine alicuius mouentis impulſu per ſeipſam ſo
nare cepit: & antiphonam Gaudẽt in celis anime ſan/
ctoꝝ. in ꝓprio tono decantare. ¶ Dum aũt ab emu/
lis apud regem de quibuſdã cauſareť curiã deſeruit:
& cognatũ ſuum elphegũ epm uentanũ adiit: a quo
dudũ pulſatus ut monachus fieret: diuq; reſiſtẽs. Po/
ſtea febre correptus demum conualuit: ſubitoq; mu/
tatus & monachus effectus: deinde preſbyter conſe/
cratus in eccleſia dei genitricis manſit: apud quã cellã
uel potius antrum edificauit. Nam in tugurio quĩq;
pedum longitudinis & duoꝝ pedum cũ dimidio la/
titudinis ſe incluſit: in quo dudũ contemplationi ua/
cauit: multaſq; diaboli tentamenta ſuperauit. ¶ Cũ
die quadam demon ei in ſpecie puelle apparuiſſet: ad
cuius ꝑces dunſtanus qd fabrile faceret: demonq; ei
operanti quedã luxurie uerba ꝓponeret: ut eius pro/
poſitũ inquinaret: ipſe tenacula ignita diabolum in
facié percuſſit: qui mox ululando euanuit. Succeden/
te uero eadmundo regi eldeſtano: dunſtanus accepta
poteſtate cepit eccleſiam & cenobium cõſtruere ſecũ/
dum exemplar quod ei angelus demõſtrauerat in ui
ſione: ubi cõgregationé inſtituit monachoꝝ ſpiritũ
ꝓphetie in multis hére uiſus eſt. Nam & mortem re/
gis eadmundi. vii. diebus ante predixit: & ut predixe/
rat ſic euenit. Cuius ſucceſſor edredus dũ ſtanum ad
epatum uentanum ꝓmoueri ſuadebat: ſed ille oĩno
renuebat. Nocte uero quadam eidẽ apparuerunt ſan/
cti apoſtoli petrus & paulus & andreas: eũ admonen/
tes ne epiſcopari ulterius contẽneret: ſed dei ſe uolun
tati ſubiiceret: predixeruntq; ei: q; poſt mortem dicti
regis non uentaũ eccleſie eps: ſed cantuarieñ archiepi
ſcopus futurus eſſet. Quod & factũ eſt. Mortuo eni
edredo rege: & ſuccedente ei edgaro: de mãdato ipſi/
us dunſtanus archiepiſcopus cãtuarie eſt electus. Cu/
ius eccleſie regimini adeo laudabiliter ꝑfuit: q; cũctis
populis admirabilis reuerẽtie fuit. ¶ Cum aũt cleri/
coꝝ quorũdam mores & actus reformaret: & quoſ/
dam rebelles beneficiis ſpoliaſſet: ad eorũ ſuggeſtio/
nem rex concilum celebrari fecit: in quo archiepiſco/
pus ſe de multis ſibi obiectis purgauit. Et dũ rex pe/
teret ut priuatos ad eccleſias reuocaret: audita é uox
crucifixi depicti de cruce: hoc fieri prohibẽtis. ¶ Poſt
aliquod tps iterum dunſtanus de predictis cauſaſ: &
ad palatium uocatur. Cũq; ipſe ſe deo diiudicandum
cõmitteret: pars ſolarii domus ubi eius emuli ſtabãt
ſubito corruit: & ipſos ſimul ruẽtes ſub machina op/
preſſit. alia uero parte firmiter permanente: archiepi
ſcopus & ceteri remanſerunt illeſi. Tandem poſt mul
tos labores uir domini iam ſenex annorum. lxxix. in
domino feliciter obdormiuit. vii. idus ſeptembris: ſe/
pultus in eccleſia ſua miraculis clarus.

¶ De ſcõ Clodoaldo preſbytero. Cap. L.

CLodoaldus preſbyter floruit apud peru/
ſiũ ciuitatem tẽpore iuſtini ſenioris. Hic
filius regis colodomitis fratribus ſuis a
patruo lothario extinctis: anno ꝑfati im/
peratoris. iiii. mundũ deſeruit: & in clericali gradu ꝑ/
minuit: ut ait ſigibertus. Qui omni ſuo patrimonio
pauperibus erogato: uilibus indutus: & carné cilicio
domãs: nudeq; terre decubãs: penitentie operã dabat.
Relicta igiť patria ciuitate: uenit ad aliã prouinciam
ignotus: deo cupiẽs liberius deſeruire. Miraculorũq;
gloria claruit. Nam & demones effugebat: mutis lo/
quelam: cecis uiſum: ſurdis auditum: claudis greſ/
ſum tribuebat. Cum cuidam pauperi ab eo elemoſy/
nam petenti quid daret non haberet: cucullam eidẽ
prebuit: pauper uero nocte in domo cuiuſdam ui/

ri hoſpitatus eſt:cuculla ueſtitus. In ipſa nocte uidit uir ille pauperẽ quaſi clara luce indutũ:quod & coniugi ſue oſtẽdit. Factoq; mane cucullã ei datam a ſancto clodoaldo didicit:& lucem quã uiderat ipius charitati attribuit. Sicq; uiri dei fama percrebruit. Reuerſus tandem periſius:ab euſebio epo preſbyter ordinatus:monaſterium in loco qui dicitur nouigenium conſtruxit:in quo in pace quieuit. vii. idus ſeptẽbris. Ibiq; ſepultus miraculis uiuit.

¶ De natiuitate ſancte Marie uirginis. Cap. LI.

NAtiuitas glorioſe uirginis marie ex tribu iuda & regia ſtirpe dauid duxit originem Mattheus tamẽ & lucas non generatiõnem marie:ſed ioſeph deſcribunt:q tamẽ a cõceptione xp̃i penitus alienus fuit:quia cõſuetudo ſcripturarum erat ut non mulierum:ſed uirorum generationis ſeries texeretur:ueriſſime tamẽ uirgo maria ex ꝓgenie dauid deſcendit:quod ex hoc precipue patet:quoniã ut ſepe ſcriptura teſtatur:xp̃s ex ſemine dauid duxit originẽ. Cum ergo chriſtus ex ſola uirgine natus ſit:manifeſtũ eſt & ipſam ex dauid natã eſſe: & hoc ex catena nathan. ¶ Dauid enim inter ceteros habuit duos filios:nathã.ſ.& ſalomonem. Ex catena igitur nathan:ut ait damaſcenus:leui genuit melchi & pantherã:panthera genuit barbantheram:barbanthera genuit ioachim:ioachim uirginem mariã. Ex catena autem ſalomonis:mathan habuit uxorem ex qua genuit iacob. Defuncto aũt mathã:melchi ex tribu nathan qui fuit filius leui frater aũt pãthere: accepit uxorẽ relictam nathan matrẽ aũt iacob: & genuit ex ea heli. Et ſic ſunt facti fratres uterini iacob ex ſtirpe ſalomonis:heli aũt ex tribu nathan. Defunctus eſt aũt heli ſine liberis:& accepit iacob frater eius uterinus uxorẽ eius & genuit ioſeph:qui natura fuit filius iacob ex deſcenſione ſalomonis:ſecundũ legẽ autem fuit filius heli ex nathan deſcẽdentis. Nã filius qui naſcebaꝫ taliter ſecundũ naturam:ſecundũ legẽ defuncti ſine liberis filius reputabaꝫ:hec damaſcenus. ¶ Hiſtoriam aũt natiuitatis beate uirginis hierõymus: ut in ꝓlogo dicit:adoleſcẽtulus in quodã libello legit: ſed poſt multũ tẽporis ut ſe ibidẽ legiſſe meminerat: rogatus chromatio & heliodoro epiſcopis tranſcripſit. ¶ Ioachim namq; ex galilea de ciuitate nazareth de tribu iuda ſanctã annam filiã garizi de bethleem eiuſdẽ tribus duxit uxorẽ. Ambo aũt iuſti ante deũ erant:oẽmq; ſubſtãtiam ſuã trifarie diuidebant: unã partẽ tẽplo & eius ſeruitoribus:aliã peregrinis & pauperibus erogabãt:tertiam ſibi & ſue familie uſibus reſeruabãt. Et ita per annos. xx. ꝓle carentes: uouerunt domino:q; ſi eis ſobolẽ concederet:eã ſeruitio domini mãciparent. Cuius rei cã:cum in tribus feſtis precipuis hieruſalẽ frequentarẽt:in feſto encenioꝝ ioachĩ cũ contribulibus ſuis hieruſalẽ aſcendit: & cũ ceteris ad tẽplum accedens:oblationem ſuam ad altare domini offerre uoluit. Quẽ iſachar ſacerdos cũ indignatione reppulit:& cur ad altare domini accedere preſumeret increpauit:aſſerẽs eſſe indignũ maledicto legis obnoxiũ:oblationẽ deo legis offerre:nec inter fecundos infecundũ qui populũ dei nõ auxiſſet:aſtare. Ioachim ergo confuſus domum redire uoluit:ne a contribulibus qui hec audierãt:idem opprobriũ ſuſtineret:ſed triſtis ad paſtores ſuos diſceſſit: ubi poſt dies aliquot commoranti: die quadam angelus domini cum immenſo lumine aſſitit:qui cum ad eius uiſionem turbaretur:timorem eius angelus cõpeſcuit:dicens ſe eſſe angelum domini ad eũ miſſum:ut annũciaret ei preces ſuas exauditas a deo eẽ:& elemoſynas ſuas in conſpectu altiſſimi aſcendiſſe. Viderat enim deus pudorem eius & ſterilitatis opprobrium non recte ei obiectum. Et quia deus peccati ultor eſt non nature: cum alicuius uterum claudebat: ad hoc faciebat:ut mirabilius denuo apiret:& non libidinis eẽ ſed diuini muneris:qđ naſceret oſtenderet. ¶ Quod quidem angelus per exempla plura ſuaſit. Primo per ſaram gentis hebreorum primam:que uſq; ad. xc. annos ſterilitatis opprobrium pertulit: & tamen iſaac: cui repromiſſa fuit omnium gentium benedictio: generauit. ¶ Secundo per rachel que dudum ſterilis fuit: & tamẽ ioſeph genuit:q dominus egypti.& ſaluator multorum fame peritorum extitit. ¶ Deinde per ſampſonẽ:quo nullus fortior: & ſamuelẽ quo nullus ſanctior:qui utriq; matres ſteriles habuerunt. Sicq; ꝓbauit conceptus diu dilatos: & ſterilium partus mirabiliores eſſe ſolere. Nunciauitq; ei angelus q; anna uxor ſua filiam pareret:que uocaret maria: que iuxta uotũ parentum eſſet ab ĩfantia domino conſecranda:& adhuc ex utero matris ſpiritu ſancto plena: ſemperq; in templo domini moratura. Et ſicut ipſa naſcitura erat mirabiliter ex ſterili matre:ſic ipa altiſſimi filium ex ſe incomparabiliter generaret: qui ieſus uocatus omnibus gẽtibus ſaluator foret futurus. Deditq; ei angelus ſignum ut cum peruenirẽt ad auream hieroſolyme portam:uxorẽ ſuam annam obuiã haberet:que de ſua retardatione ſolicita: tunc in cõſpectu eius gauderet. ¶ Hiſq; dictis angelus ab eo diſceſſit. Anna autem cum amare fleret: & quonam loco uir eius fuiſſet ignoraret: & quaſi ad remedium pomerium ſuum intraſſet:idem angelus ei apparuit: & eadem uerba:que ioachim nunciauerat:indicauit: addens ut pro ſigno ad auream portam hieruſalem pergeret:& uiro ſuo redeunti obuiaret. Ambo ergo ſibi ibidem occurrentes:& de mutua uiſione letati:& de ꝓle promiſſa ſecuri:adorato domino domũ redierunt:diuinum promiſſum certi & hilares expectantes. ¶ Concepit igitur anna & peperit filiam: & uocauit nomen eius mariam. Completo igitur trienio ablactationis tempore:ad templum domini uirginem cum oblationibus adduxerunt. Erant autem circa templũ iuxta quindecim graduum pſalmos qn

decim ascecsionis gradus. In quorum infimo uirgo constituta cunctos sine ducentis & leuantis manu ita per seipsam consendit:ac si iam perfecte etatis fuisset. Perfectaq; oblatione filiam suam parentes cum aliis uirginibus in templo dimittentes ad propria reuersi sunt:uirgo autem quotidie in omni sanctitate profi/ciens ab angelis sepius uisitabatur: & uisione diuina continue fruebatur:a mane usq; ad horam tertiam orationi insistebat:a tertia usque nonam operi ma/nuum permanebat:in nona uero ab angelo celesti ci/bo reficiebatur & quod ei dabatur in templo paupe/ribus largiebatur:a nona autem usque ad solis occa/sum in lege domini & psalmis meditabatur. Crescen te etate crescebat & sapientia & gratia apud deum & homines. ¶Quartodecimo autem etatis sue anno pontifex publice denunciauit:ut omnes uirgines que in templo nutrite fuerãt:domum reuerse uiris secũ/dumlegem coniungerentur. Cui mandato cum ce/tere paruissent:sola uirgo maria hoc facere nõ posse respondit:tum quia parentes sui eam domini serui/tio mancipassent:tum quia ipsa uirginitatem suam deo uouisset. Anxiatus pontifex quia neque scriptu/ram de uoto soluendo infringẽdam putaret:nec mo/rem in israel insuetum introducere auderet: conuo/catis senioribus iudeorum dominum super hac re consulendum decreuerunt. Quibus orantibus uox de loco oratorii cunctis audientibus insonuit: dicens ut quicũque de domo dauid nubiles coniugati non essent:singuli uirgas suas ad altare deferrent: & cu/ius uirgula germinaret:ac in eius cacumine spiritus/sanctus iuxta isaie prophetiam in columbe specie de/scendisset:illi procul dubio uirgo maria desponsari deberet. Erat iter ceteros ioseph de domo dauid: qui senex iam erant:& uxore premortua filios ac nepo/tes ex filiis iam pronepotes habebat. Cui cum in con/gruum uideretur:q; uir mature etatis teneram uirgi nem duceret in uxorem:ceteris uirgas suas afferenti/bus solus ipse uirgulam suam subtraxit. Vnde cũ ni/hil miraculi appareret:pontifex iterato dominũ con/sulendum putauit. Qui respondit:q; solus ille uirgã suam non attulit:cui uirgo despõsari debebat. ¶Pro ductus itaque ioseph cum uirgam attulisset:& ipsa il lico germinasset:& in eius cacumine columba de ce/lo aduolans consedisset: Liquido omnibus patuit ei fore uirginem desponsandam. Desponsata aũt uir/gine ipse quidem in ciuitatem suam bethleem rediit domum suam dispositurus. Virgo autem maria cũ quinque uirginibus coeuis suis: quas ob ostensionẽ miraculi a sacerdote acceperat in socias ad domum parentum in nazareth reuersa est. Nomina uirginũ erant hec:rachel:sephora:susanna:abigera:& agabel: quarum omnium maria etate minor erat quibus da ta sunt ad operandum pro uestibus templi sericum: hiacynthus:coccius:byssus:linum:& purpura: ut q/libet ex uno horum uestem contexeret. Cum ergo ia ctatis sortibus:que ipsarum:quid horum operari de beret:& maria sorte purpuram ad uelum templi do mini accepisset:alie uirgines ei dixerunt admirantes: q; cum ipsa minor omnibus esset:purpuram: que ad reginas operari pertinet accepisset. Ideoq; congruum erat q; ipsa regina uirginum uocaretur. Et exinde q/si diuino instinctu ceperunt illam reginam uirginũ appellare. ¶In diebus autem illis:eidem gabriel ange lus oranti apparuit:& de ea nascitur dei filium nun/ciauit:ut dictum est supra in eius annunciatione. viii. calendas aprilis. Hec hieronymus. ¶Dies autem na/tiuitatis beate marie aliquanto tempore fideles latu/it:contigit autem ut refert ioannes beleth:q; quidam sanctus uir contemplationi sedule uacans:singulis an nis. vi. idus septembris iocundissimos angelorum cã/tus audiret. Qui dominum instanter orauit: ut sibi reuelaret:cur ea die tantum & non alia hec audiret. Demumq; respõsum accepit:q; uirgo maria. vi. idus septembris nata fuit:de cuius natiuitate celestis curia solennitatem facit:mandans ut hec filiis ecclesie ma/nifestaret:ut concordes fierent in tali festo celesti cu/ria. Qui cum hec summo pontifici & aliis intimasset & illi scripturis & antiquitatum testimoniis uerita/tem uirginis extũc ipsa die celebrandam uniuersali/ter statuerũt:uidelicet. vi. idus septembris.

¶De scõ Hadriano & sociis mribus. Cap. LII.

Adrianus martyr cum. xxxiii. aliis apud nicomediam passus est sub iperatore ma ximiano. Qui cum in prefata ciuitate de/geret. Iussit omnes christianos compre/hendi inter quos. xxxiii. sunt detẽti: & ante ipsum ad ducti. Quos imperator neruis crudis iussit cedi: & la pidibus ora eor; contundi: & annotato uniuscuiusq; nomine ferro uinctos in carcerem recludi fecit. Quo rum constantiam & fidem uidens hadrianus prior officii militaris:conuersus ad christum cum eorum nomina scriberentur fecit & se cum ipsis annotari: di cens se christianum esse. Quod audiens imperator ip sum sacrificare nolentem:cum ceteris similiter ferro uinctũ in carcerem poni mãdauit. Natalia uero uxor eius que christiana erat:audiens uerum carceratum: & causam ignorans:primum quidem dolens flere ce pit:sed cum didicisset:q; propter christi fidem hoc pa teretur:gauisa ad carcerem cucurrit:& uicula uiri sui & aliorum osculari cepit & uir; suum multis sermo/nibus exhortari. admonens ut terrena spneret:& om nes attinentes contemneret:& ad celestia semper in/tenderet. Hadrianus uero eidem promisit: ut se cura iret:quia eam accersiret: ut finẽ suum per martyriũ uideret. Illa quoq; uirum suum aliis sanctis recõmen dans:ut eum hortarentur: ad domum suam rediit. ¶Postmodum audiens hadrianus diem sue passio/nis adesse: dans munera custodibus: & sanctos qui cum eo erant prebens fideiussores:abiit domum uo/

care nataliam ut ei promiserat: ut eorum passioni/
bus presens esset. Illa uero audiens per nunciū q̄ uir
suus ueniret: nō credebat: donec famulus domus do/
minū ei addesse nunciauit. At ipsa putans q̄ martyri/
um refugisset: & iccirco solutus esset: amarissime fle/
re cepit: & hostium domus contra eum clausit: diris
sermonibus exprobrās ei: q̄ christum dominum ab
negasset. Quod audiens hadrianus admirabatur &
gaudebat: & ex hoc ad martyrium ardentior effectus
est. Et cum instaret precibus: ut ei ianuam aperiret:
enarrans ei qualiter sanctos martyres pro se obsides
dederat: & qualiter ad eam reuisendam uenerat. Na/
talia eundem cum gaudio suscepit: & se iuicem oscu/
lantes ad carcerem simul abierūt ubi natalia per. vii.
dies sanctorū ulcera extergebat. Statuta autem die:
maximianus eos sibi presentari fecit: qui resoluti pe/
nis: quia ambulare non poterant uelut animalia por/
tabantur. Hadrianus uero retro uinctis manibus se/
q̄batur: & natalia cū eo deambulās ipsum hortabat.
Et cū sacrificare nolet: iussit imperator: a q̄ttuor uali
dissimis uiris ipsum grauissime & diutius cedi: ita ut
eius uiscera effunderentur. Deinde ip̄m una cum aliis
in carcerem trudi. Ad quem accedens natalia: ipsum
iacentem & pene euisceratum dulciter refouebat: cu/
ius exemplo & alie matrone christiane ceteris san/
ctis intra carcerem ministrabant. Et cum hoc im/
perator comperisset: & mulieres carcerem ingredi
prohibuisset: omnes se totonderunt & mutato habi/
tu uirilibus uestibus induti: scōs uisitare non destite/
runt. Quod audiens maximianus: precepit: ut om/
nes martyres fractis cruribus interirent. Timens ue/
ro natalia ne uir suus aliorum suppliciis expaueret:
rogauit ministros ut ab eo inciperēt. absciſis ergo ab
eo pedibus: cruribusq̄ confractis: cum adhuc super/
uiueret: rogatu natalie manū ei predicerunt: ut aliis
qui plura passi fuerant compar esset. Quo facto spiri
tum reddidit. Ceteri uero pedes ultro protendentes:
sic crurifragio ad dominum migrauerūt: rex autem
corpora eor̄ cremari mādauit: sed natalia manū ha/
driani in sinu abscondit: uerum subito imbre uehe/
mentissimo erūpente: igneq̄ extincto corpora mar/
tyr̄ illesa seruata sunt: que a x̄pianis rapta constanti/
nopolim sunt delata: ibiq̄ digno honore tumulata. q̄
passi sunt. vi. idus septēbris circa annū domini. cclxx.

¶ Qualiter autem natalia inde ꝓcesserit: supra in eius
historia actum est calen. decembris.

¶ De scō Hadriano papa & cōfessore. Cap. LIII.

Adriāus papa huius nominis primus na/
tione romanus ex patre theodoro de re/
gione uialata stephano tertio pontifici ro
mano in episcopatu successit: & sedit an/
nos. xxiii. menses decem dies. xviii. Hic sanctissimus
pōtifex restaurauit monasteriū sancti anastasi ad aq̄s
salinas post incendium. Edificauitq̄ turres & muros
urbis rome propter hostes longobardos quotidie ir/
ruētes. Hic portas ereas maiores dedit sancto petro
apostolo. Ipsos quoq̄ muros urbis: qui in pleriſq̄ lo/
cis usq̄ ad fundamēta dirupti fuerāt renouauit. Mul
tas etiam ecclesias tam intra urbem q̄ extra suis sum/
ptibus restaurauit. Hic etiam in mōasterio sancti ste/
phani: quod circa ecclesiam sancti petri situm est: con
gregationem monachorum īstituit: ut in ecclesia san
cti petri cum tribus monasteriis: quos gregorius ter/
tius instituerat: laudes sedulas persolueret. Fuit enim
in reparandis ecclesiis & diuino cultu celebrando ad/
modum solicitus. ¶ Huius ꝑcibus carolus magnus
rex francorum pipini filius ueniens ad italiam cum
exercitu: ut ab infestatione longobardorum ecclesiā
defensaret: obsedit longobardos in papia: ubi cepit
desiderium regem & uxorem eius: quos captiuos du
xit in franciam: & ueniens romam reddidit omnia
pape: que pater suus pipinus beato petro concesserat:
adiuncto quoq̄ ei ducatu spoletano & beneuentano.
Ob hoc ipse patricius rome effectus est. Huius tēpe
celebrata est septima synodus trecentorum episco/
porum apud constantinopolim. Aliam uero syno/
dum ipse hadrianus papa presente rege carolo rome
celebrauit: in qua fuerunt. cliiii. episcopi religio/
si: in qua hadrianus papa & synodus dedit carolo ius
elegendi romanum pontificē: & sedem apostolicam
ordinandi. Item archiepiscopos ab ipso inuestitu/
ras accipere per prouincias singulas. A nathemati/
zauitq̄ omnes huic decreto rebelles: & bona eo/
rum publicari iussit. Tuncq̄ cessauit regnum longo/
bardorum carolo in italia dominante. Hadrianus ue
ro papa post multa laudabilia opera quieuit in pace.
Sepultusq̄ est in ecclesia sancti petri in uaticano: &
cessauit episcopatus dies tres.

¶ De sancto Corbiniano episcopo. Cap. LIIII.

Corbinianus ep̄s frixigeū a papa gregorio
primo factus fuit tēpore pipini grossi re/
gis: qui uir sanctissime uite fuit: & mira/
culis claruit. Die quodam dum apud ec/
clesiam sancti germani oraret: & propter musti forti
tudinem spinam a uase reiectam sensisset: ne silentiū
frangeret: conticuit: totaq̄ nocte in oratione perseue/
rans uinum adeo compescuit: ut nec de ipso uel uni/
ca gutta manaret. ¶ Cum quidam fur mulam eius
abstulisset: totaq̄ nocte itinerando uagatus esset ma/
ne dorso animalis uinctus ad sanctum adductus fur/
tum restituit: & penitentiā egit. ¶ Adalpertum quē/
dam suspendio damnatum se inuocantem triduo il/
lesum conseruauit: qui post liberatus deo deuote ser
uiuit. ¶ Vrsum quendam qui eius asinum deuora/
uerat: dum romam pergeret: diuina uirtute coegit:
ut sarcinam usque romam animalis loco deferret.
¶ Huinsgus comes tridetinus admissariū sancti fur
to auferri fecerat ad eq̄s operiēdas: & infra dies modi
cos. xliiii. equos morbo elephātio amisit. Vnde & dei

sudicium cognoscens:equos duos cũ admissario atq; ducentos solidos sancto restituit. ¶Quadam sexta feria dum piscibus careret:predixit:per aquilam pisces sibi diuinitus ministrandos. Et ecce aquila rostro a mari piscem detulit:qui tota die ad esum familie satisfecit. Sequenti quoq; sexta feria ministrum suum natantem iussit:ut in christi nomine piscem caperet: qui mersus piscem magnum manibus cepit:& ad litus usq; perduxit. ¶Apud oratorium sancti stephani:ubi aliquando orans lucem de celo fusam uiderat & uoces audiuerat angelorum:cellam sibi cõstruxit: ubi fontem ex humo baculo percussa perduxit. Deuotus uirginis gloriose die natiuitatis eius in pace qeuit:uidelicet sexto idus septembris. Et in eiusdem dei genitricis ecclesia sepultus est:miraculis clarẽs. Nam sanguis qui die quadragesimo ante obitum eius de ipsius naribus distillauit:terre suffosus post annos q̃draginta recens adeo inuentus est: ac si ea die fuisset effusus. Corpus uero eius tunc temporis translatum est fasingã:& una cum dicto sanguine in ecclesia sua sepultum est in marmoreo mausoleo.

¶De sanctis Dorotheo & Gorgonio martyribus. Cap. LV.

DOrotheus & gorgonius martyres passi sunt apud nicomediã ciuitatem sub diocletiano iperatore. Qui cũ essent primi in palatio eiusdẽ:militie renunciantes:xp̃ianos se libera uoce cõfitebant:qđ cesar audiẽs moleste tulit:anxiabaturq; ꝑdere tales uiros quos ĩtra palatiũ suum nutritos mores & generis nobilitas decorabãt. Cũ ergo nec minis nec blandimentis mouerentur in equuleo distendunt:& flagris & ungulis toto corpore laniant:& deinde aceto & sale nudatis pene eorum uisceribus perfundunt. Et cum hec alacrius tolerarent in catricula assant:ubi quasi in lecto flos iacere uidebant. Ad ultimum laqueo suspendi iubentur:& corpora eoꝝ canibus exponunt:sed tamẽ intacta a fidelibusq; collecta:honorifice recondunt. Passi sunt aũt.v.idus septẽbris:circa annos domini.cclxx. ¶Interiecto aũt tempore corpus sancti gorgonii inde leuatũ & romã translatũ est. ¶Anno autem domini. ccccccclxiiii.eps meteñ nepos pipini regis ipm ad gallias trãstulit:& in gorgocieñ. monasterio collocauit.

¶De sancto Dorotheo abbate. Cap. LVI.

DOrotheus abbas in egypti partibus claruit. Hic genere thebeus inter patres egypti sanctitate non minimus quotidie a mari lapides colligens & annis singulis habitaculum unũ edificans:ipsum:edificare sibi cellas non uolẽtibus concedebat. Noctibus uero sportulas operabat:ut uenderet:ꝑpter cibũ pauperibus ministrãdũ. Cibus uero eius erat panis uncie sex: & oleꝝ minutoꝝ fasciculus modicus:aqua uero exigua in potu utebat. Nunq; uisus est ĩ lectulo soporatus:uel pedes: ꝑ reqe terẽdisse:uel ꝑ uoluntate dormisse. Quieuit aũt in pace.v.idus septẽbris. Hec in uitis patrũ.

¶De sco Sergio papa & cõfessore. Cap. LVII.

SErgius papa natione syrus de ciuitate antiochie:ex patre tiberio cononi põtifici in eꝑatu romão succesit. Et sedit annos.ix. menses.viii.dies.xxiii. Hic romam ueniens sub deodato pontifice:inter clerꝝ romane ecclesie connumeratus:quia studiosus erat in officio cantilene acolythus factus est. Qui per ordines ascendens a leone pontifice secundo:in titulo sancte susanne presbyter ordinatus est:qui impigre per cemiteria martyriũ celebrabat. Defuncto uero conone papa populus urbis rome in duas partes diuisus est. Et una qdẽ pars elegit theodoꝝ archipbyteꝝ:alia uero paschalem archidiaconum. Cũq; unus alio locum nõ cederet:sed uterq; ĩmaniter ꝑmaneret:ut unus aliũ superaret:plurimaq; pars cleri & populi ad sacrũ palatiũ perrexisset:ut tractarẽt quid fieri deberet deo anuẽte in personã denominati sergii uenerabilis tunc presbyteri cõcordantes se contulerunt. Eũq; in lateraneñ. episcopatum deducentes elegerunt. Sicq; in sede beati petri põtifex ordinatus est tẽpore iustini iunioris. ¶Hic pontifex ecclesiam lateraneñ reparauit. Et ut agnus dei ter cantaretur intra missaꝝ solẽnia constituit. ¶Hic etiã diuina ad eum reuelatione facta in sacrario sancti petri inuenit capsam argenteã in loco obscurissimo multe annositatis. Ita ut iam non argẽtea uideretur:in qua sigillũ erat expressum quo ablato iuenit crucem gẽmis ornatam:& ineffabilem portionem crucis dominice intus inclusam: que in die sancte crucis adorat. Corpus quoq; primi sancti leonis pape transtulit ipso reuelante. Qui etiam propter defensionem ecclesiastice libertatis a iustino imperatore in exilium relegatus:ac demum ab eo reuocatus est. Et post laudabilem uitam in pace quieuit. Et sepultus est apud sanctum petrum. Et cessauit episcopatus mensem.i.& dies.xx.

¶De sancto Audomaro epo. Cap. LVIII.

AVdomarus eps claruit apud tamaneñ ciuitatem. Hic ex aurea a ualle non longe a constantia ciuitate:patre friulfo religioso & nobili uiro ortus est. Et una cum eodẽ patre suo oĩbus pro xp̃o relictis ad cenobium luxorieñ:quod a sancto columbano abbate in burgundia cõstructum fuerat pergentes ambo sub abbate eusta sio monachi facti sunt:ubi friulfus in sanctitate perspicua:usq; ad finem uite perseuerauit. Audomarus uero in episcopũ tamaneñ electus per annos pluſquã .xxx. ecclesiã suam feliciter gubernauit. Ciues quoq; suos:qui post doctrinam quam a sanctis fusciano & uictorico perceperant ad idolorum culturam reuersi erant ad christum redire fecit. ¶Cum autem semel graui tentatione carnis ureretur:exemplo beati bene dicti inter uepres & urticas se nudum uolitãs: ignem illum libidinis extinxit. ¶Dum apud uillam iornicum sub arbore quieuisset:crucem domini de lignis factum arbori affixit:& sequenti nocte lux desuper celica radiauit:multorumq; ex ipsa cruce egritudines curabantur. ¶Per annos plurimos ante obitum suũ lumen oculorum amisit:ad eius culmen sanctitatis augẽdum:nec tamen unq̃ inde turbari uisus fuit. Sed cum trãslationi corporis sancti uedasti episcopi apud atrebateñ urbem facte ab ausberto episcopo interesset:lumen sibi oculorum redditum est. Finita uero corporis translatione orauit ad dominum & iterum ut petiit ad uotum suum rursum excecatus est. Quieuit in pace quinto idus septembris. In cuius transitu mira fragrantia in domo eius respersa est: lampades quoque ad eius tumultum dependentes oleũ

diſtillabant:quo egri peruncti a lãgoribus ſanabant. Cuius corpus in eius eccleſia tumulatũ a ſancto bertino abbate tranſlatum:ſepultum eſt in monaſterio ſancti ſcythini.

¶De ſcõ Hilario papa & cõfeſſore. Cap. LIX.

HIllarius papa natione ſardus ex patre criſpino leoni primo põtifici in epiſcopu romano ſucceſſit. Et ſedit annos.vi.menſes tres dies.x. ¶Hic cõſtituit ut nullus pontifex ſucceſſorẽ ſibi conſtitueret. Qui non ſolũ in elemoſynis dandis pauperibus quotidie ſtuduit:uerꝝ etiã plerasq; baſilicas auro argentoq; inſigniterq; decorauit. Et fecit ad ſanctum laurentium balneum & monaſterium. Et hic plenus ſanctitate & uirtutibus qeuit in pace.iiii.idus ſeptembris:& ſepultus eſt ad ſanctũ laurentium in crypta iuxta corpus beati ſixti epiſcopi:& ceſſauit epiſcopatus dies.vi.

¶De ſanctis Nemeſiano & Felice & ſociis martyribus. Cap. LX.

NEmeſianus:felix:lucius:alius felix: litheus:polianus:uictor:lador:datius epi:multiq; pſbri & diacones apud aphricã martyrium paſſi ſunt ſub perſecutione ualeriani & galieni iperatorꝝ:qui exurgẽte perſecutionis rabie ad primã confeſſionis xpi conſtãtiam grauiter fuſtibus ceſi:deinde compedibus uincti:& ad fodiendã metalla deputati:glorioſe cõfeſſionis agonẽ conſumauerunt:quoꝝ etiam exemplum ſecuta multiplex plebis eorꝝ portio cum eis pariter coronata eſt. Extat epiſtola beati cypriani ad ipſos & de ipſis ſcripta: qui paſſi ſunt.iiii.idus ſeptembris.

¶De ſcis Soſthene & Victore mribus. Cap. LXI.

SOſthenes & uictor martyres apud chalcedoniã paſſi ſunt ſub ꝓconſule priſco: q cũ beatam euphemiã uirginem ſub eodẽ ꝓconſule decertantẽ uidiſſent imenſo lumine circundatã:& angelorꝝ & uirginum choris cõſtipatam cõuerſi ſunt ad xpm:ut dicetur infra in paſſione euphemie.xvi.cal.octobris unde ipſi ambo a ꝓ conſule detenti:primoq; in carcerẽ truſi: indeq; ꝓducti ad ſtipites ligati ſunt: urſi quoq; ipſis ac leo ferociſſimi laxati fuerũt. Sed cum ab eis in nullo leſi fuiſſent quin potius omni depoſita feritate pedes ſancto rũ lingeret. Proconſul illos in cuppa cremari mãdauit: qui dato ſibi inuicem pacis oſculo ſpiritum emiſerunt quarto idus ſeptembris.

¶De ſcis Proto & Hiacyntho mribus. Cap. LXII.

PRotus & hiacynthus martyres rome paſſi ſunt ſub galieno imperatore. Hi ambo fuerunt cunuchi domicelli & in ſtudio philoſophie ſocii eugenie uirginis filie philippi nobiliſſimi romanorꝝ alexãdrie prefecti:qui & ab ipſa uirgine una cũ patre & claudia eius matre ad chriſtum conuerſi ſunt: ut ſupra in eius paſſione actum eſt.viii.calen.ianuarii. ¶Sed poſtq; beata uirgo eugenia paſſa eſt. Protus & hiacynthus iuſſu imperatoris tenti ſunt:& ad templum iouis adducti ut ſacrificarent:qui oratione ſua ſimulacrum commiſerunt:& cum ſacrificare nollent: primo quidem fuſtibus diutiſſime ceſi ſunt:deinde capitis obtruncatione martyrium compleuerunt.iii.idus ſeptembris: circa annum domini.cclvi.& ſepulti ſunt uia ſalaria uetere in cemiterio priſcille.

¶De ſancto Helia abbate. Cap. LXIII.

HElias abbas in deſerto egypti in regione thebaide claruit. Qui deuotaꝝ uirginũ curam habens in grandi monaſterio tricẽtas feminas collegerat:earũq; uitam & conuerſationẽ regulabat:quod cum biennio feciſſet: grauem tentationis carnem ſentiens adhuc iuuenis annorꝝ trigĩta exiſtens per ſimilitudinẽ fugit:iugi biduano ieiunio ac triduano carnem domans. Cui in ſomnis tres angeli apparuerunt interrogãtes cur deo dilectas uirgines reliquiſſet. Quibus reſpondit:q; uitiũ carnis incurrere formidabat. Moxq; ab uno eorꝝ uiſum eſt ei genitalia nouacula precidi. Sicq; ſecurus redire monet. Expargefactus uir domini genitalia q; dem repperit:ſed tẽtationem abſciſam omnino perſenſit. Sicq; ad cenobium reuerſus.xl.annis ibidem uixit:aſſeuerans q; nunquã de cetero in cor eius talis cogitatio abſcendit. Feneſtre quoq; ibidem conſtructe ſedebat.ſorores erudiens:cum nec ad eum ipſe aſcendere:nec ipſe ad illas deſcendere poſſet. Quieuit autẽ in domino.iii.idus ſeptembris: cui ſucceſſit ſanctus dorotheus:qui in ſuperiori monaſterii cella cõſenuit Hec heraclides.

¶De ſancto Helia alio abbate. Cap. LXIIII.

HElias alius abbas fuit in finibus antinoe ciuitatis:que metropolis eſt thebaidis:ſenex in eremo annorum.cx. quorum.lxx. annos in ſolitudine tranſegit:fuitq; diſcipulus antonii:qui opere manuum & orationibus tẽpus exegerat. ¶Quod cum hoſpitalitati intenderet: & ad eũ multitudo fratrum ueniſſet: quia publicus illac trãſitus erat:& deficiente ſibi pane triſtis eſſet. Ingreſſus ſpelunca ex inſpato tres panes grandes & recentes ſubito repperit:ex quibus duos aſſumens uigintiquinque fratres ex eis ſatiauit. Tertius uero qui ſuperfuit diebus.xxv.eidem poſtmodum ad uictũ ſatis fuit. Hec a uitis patrum.

¶De ſancto Venerio abbate. Cap. LXV.

VEnerius abbas & pſbyter apud inſulã pelagiã claruit tẽporibus phoce imperatoris & gregorii pape primi. Qui ex nobilibus ortus parentibus ꝓuincie lunenſis ſacriſq; litteris edoctus:relicto ſeculo dictam inſulam petiit terre uicinam diſtantem a luneñ ciuitate circa miliaribus.viii.in loco qui dicitur tyrus maior: ubi ſperrime penitẽtie operã dabat:herbis agreſtibus &

pomis multo tẽpore ueſcens. Ad quẽ accedens quidã agreſtis noĩe reuelatione diuina p̃monitus ab eo ſalutis mãdata ſuſcepit: & rogatus ab eo ſarculum ad terrã colendã & hordeum ad ſeminandũ uiro dei detulit. Cum aũt uenerius tẽpore quo iã hordea meti ceperant ſemẽ delatum ſeminaſſet hordeũ ſubito natũ & maturatũ eſt: quod ipſe eadẽ meſſuit tempeſtate. ¶ Cũq; fama ipſius diffuſa inter multos illũ uiſitantes: pauper qdã domealis ad eũ ueniſſet: & puerũ in naui iuxta littus reliqſſet: illeq; dormitãs: latratu canis ſubito expauens: & euigilans: in mari lapſus necatus fuiſſet: nauiſq; per equora uagareť: audiens hec uenerius & homini miſertus: oratione ſua & lachrymis & nauẽ ad littus: & puerũ reduxit ad uitã: unde ob eius ſanctitatẽ nimiam: tã phoca imperator: q̃ gregorius papa primus ipſum plurimũ reuerebant. ¶ Draco iĩgens ꝓpe ciuitatẽ luneñ habitabat: q carinas in mari ſepius ſubuertebat. Ad iſtantiã ergo lunenſis epi: ſanctũ uirum ſuper hoc p̃cibus tertio pulſantis: poſt orationẽ & ieiunium triduanũ: cum archidiacono & pluribus deſcẽdens ad rupem ubi draco latebat: ueſtigia ſua in ſaxo acſi in cera ipreſſa reliquit. Et dũ draconi ex parte epi de receſſu mãdaſſet: illeq; nullatenus moueretur: deinde ei mandauit in noĩe trinitatis: ut ſe in abyſſum demergeret: draco ſe ſtatim in mare precipitans nuſq; cõparuit. ¶ Poſt hec uenerius ut gloriã hominum fugeret: nauigauit ad inſulam cyrnem: ibiq; diebus. xl. cũ beſtiis demoratus eſt: coruo ei quotidie dimidiũ panis calidi & fruſtum carnis bubale diuinitus deferẽte. Qui etiam deambulans iuxta littus: corpus hois in mare necati: illicq; ab undis eiecti iuenit: & orans ꝓ eo: angelis apparẽtibus hominem ſuſcitauit. ¶ Cum aũt admonitione diuina ad locũ ſuũ redire uellet & nautas qui illuc appulerãt: & ad ſardiniã ire uolebant inſtãter rogaſſet: ut ipſum ad ſuã inſulã deferrẽt: illiq; recuſarent: orta in mari tẽpeſtate: non prius inde ſe mouere potuerunt: donec ſancti petitionẽ adimplere uouẽtes: facta ſubito ſerenitate eũ illuc detulerunt. Et cũ ante receſſum ſuũ ipſi naute in littore lapidibus luderent: unuſque illoꝝ a ſocio cãu in tẽpore percuſſus expiraſſet: oratione ſancti ſuſcitatus eũ. reuerſus igiť ad locum priſtinũ quieuit in pace. iii. idus ſeptẽbr. manibus angelicis ſepultus in quo loco oleũ emanans: egritudines oẽs ſanabat. ¶ Poſt hec lucius epꝰ lunenſis deo admonitus ad iſulã cum populo ueniẽs: oleũ manans repperit: corpuſq; effodiens: illud quoq; integrũ inueniẽs miro fragrãs odore: honorabiliter tumulauit: eccleſiãq; deſuper edificauit: ubi ad refectionẽ cuſtodũ ſacri corporis de terra fons ſcaturiit: uſq; in preſes ibidẽ manans. ¶ Tẽpore uero ludouici pii iperatoris: cũ ſaraceni iſulas illas deuaſtarent: apollinaris epꝰ lunẽſis: a ſcõ per uiſum admonitus: corpus eius ide tranſtulit: & regiũ detulit: ac in eccleſia ſancti ꝓſperi. iii. noñ nouẽbris depoſuit.

¶ De ſcõ Venerio alio abbate. Cap. LXVI.

Venerius alius abbas tyburtĩe ciuitatis floruit tpe othonis. iii. imperatoris. Qui primo in monaſterio ſancti benedicti apud ipſum oppidũ degens: inde ſolitudinẽ petens: ſine abbatis licẽtia diſceſſit. Quo tpe cõtigit ſanctũ romualdum abbatẽ ad ciuitatem illã ab othone obſeſſam accedere: gratia pacis interponende. Qui audiens de dicto ſolitario ad eum abiit: & uita ipſius cõperta: ip̃m de inobediẽtia increpauit: & q̃ ſine abbatis ſui licẽtia: quicqd faceret inaniter laboraret aſtruxit. Ille aũt compunctus ad monaſterium q̃ reuerſus: licentiã a ſuo abbate de uita ſolitaria ducẽda petiit: & ut petiit ipetrauit. ¶ Deĩde ſaxũ hominibus inacceſſibile cõſcendit: ubi. iiii. annis ſine humano cibo permãſit: exceptis tribus panibus quos ſecũ prius a monaſterio detulit. Solaq; poma ſilueſtria & radices edebat: aquã uero quã eſtate bibebat: in concauo lapidis hyeme ex niuibus colligebat. Ad quos plurimi uitã eius reuertentes accedebãt: & uite hominis neceſſaria deferebant: quæ tamen oĩa ipſe paſtoribus pecoꝝ & aliis indigentibus erogabat. ibidem quoq; exhortante epo baſilicam fieri & conſecrari permiſit: In qua poſt aliquod tps deceſſit: & a quibuſdã eũ quærentibus inuentus eſt mortuus: in cubitis & genibus quaſi ad orationem incumbens: ubi & ſepultus eſt: per quem deus plurima miracula oſtendit.

¶ De tráſlatione ſcĩ Hermacore. Cap. LXVII.

Ranſlatio corporis ſancti hermacore epi facta eſt poſt tps quo attila flagellũ dei italiã deuaſtans: aquileiam funditus euertit. Cũq; ſecundo eandẽ ꝓuinciã gothorum rabies depopulata eſſet: tertio quoq; lõgobardorum impetũ: paulus tunc patriarcha aquileieñ ferre non poſſet ad gradenſe caſtrũ ſupra mare ſitũ ſe trãſtulit: & corpora quorũdã ſanctoꝝ ac theſauros eccleſie ſecũ tulit: cui ſucceſſit in patriarchatu ꝓbinus: & probino helias qui in gradenſe eccleſia ſynodum. xx. epoꝝ celebrauit: & de mandato tunc pelagii pape ipſam eccleſiã totius uenetie & dalmatie metropolim eſſe cõſtituit: eo q̃ aquileia tunc funditus eſſet euerſa. Poſt heliã ſucceſſit cyprianus: quo mortuo fortunatus hereticus ſedẽ inuaſit: fultus audacia lõgobardoꝝ: qui ſpoliatis eccleſiis ſedem tenebat in caſtro glemone in cõfinio longobardoꝝ ſito. ¶ Eodẽ autem aperte primogenitus a papa miſſus eſt patriarcha: ad inſtantiã epoꝝ catholicoꝝ ꝓuincie uenetoꝝ: ut dictã ſedẽ catholice gubernaret. Qui a populo gratãter exceptus & diuina diſpoſitiõe cathedratus: a deoq; per uiſum p̃monitus cũ omni ſua plebe aquileiam perrexit: ut corpora hermacore & fortunati adhuc in agro ſancte matrone alexandrie tumulata: inde ad caſtrũ gradenſe tranſferent. Quibus in ſaxeo mauſoleo repertis: dũ ipſa inde aſportare nõ poſſent: inquirẽtes ne forte q̃ de reliquiis eoꝝ deficeret. Reuerſi ad arcã reperiũt unũ ex calceis ſancti hermacore ex errore dimiſſum: quo ſuſcepto corpora cũ omni facilitate mouẽtes: naui impoſita gradũ tulerunt: eaq; ibidem honorifice depoſuerũt pridie idus ſeptẽbris: ubi & tumulata quieſcunt: locus uero ſuſceptionis nauis quæ corpora tulit: uſq; hodie dicitur celſus. i. receſſus ſancti hermacore: qui ſemper uirenti germine decoratur.

¶ De ſancto Hiuentio epo. Cap. LXVIII.

Iuentius epꝰ diſcipulus beati hermacore fuit. Cũ idem beatus hermacoras ſanctũ ſyrum epm ordinatum ad ciuitatem papiam miſiſſet: ut uerbũ domini p̃dicaret: hiuentiũ condiſcipulũ eidem aſſociauit: ut dictũ eſt ſupra in legenda ſyri. v. idus decẽbris. Hic cum beato ſyro epo in predicatiõis officio iugiter laborauit: quẽ

& ipſum diaconum idem eps ordinauit:ac ſucceſſorẽ dimiſit. Dum aũt mortuo ſyro hiuentius ad ſacerdotiũ patereť:dudum latuit:ſed tandem ꝓductus licet ſatis renitentis pontificatum accepit:qui grauiſſimus clero & populo magiſtri ueſtigia ſequens gregem dominicum exemplis & ſermonibus pauit:& miraculis pollens in pace quieuit pridie idus ſeptembris.

¶De ſcõ Hiuentio pſbytero. Cap. LXIX.

Hiuentius preſbyter in hiſpania claruit ſub tpe cõſtantini imperatoris. Qui uir ſanctitate inſignis & ſapientia clarus: rhetorico ſtilo copioſus:genere nobiliſſimus: q̃ttuor euãgelia heroico metro q̃ttuor libris pene ad uerbũ trãſtulit:& apud hiſpanias claro fine in pace quieuit.

¶De ſcõ Niceta martyre. Cap. LXX.

Niceta martyr:q interpretať uicto r apud nicomediã ciuitatẽ paſſus eſt ſub maximiano rege ipſius mris parẽte. Hic ipſius ciuitatis oriũdus filius pfati maximiani regis gentilis:in adoleſcentia bonis moribus ĩbutus p reuelationẽ ad xpm cõuerſus eſt. Apparuit enim ei in ſomnis xps cũ uirgine in oratorio ſancte marie: tenens ſignũ crucis in mãu ſua:& docuit eũ:ut crederet in eũ: q euigilãs & de uiſiõe territus:ꝓquirebat qs eſſet:q ei apparuiſſet:cui quedã xpiana nomine iuliana occulte imagines xpi ac matris eius & ſignũ crucis oſtendit: q̃s ille ipſas eẽ figuras eoꝝ:quos uiderat recognouit. Ductus igiť a iuliana ad oratoriũ uirginis:a quodã pſbytero xpiano in fide doctus & baptizatus eſt:induſtuſq habitu deſpicabili a gabriele archãgelo ei apparente in fide xpi cõfirmatus eſt. ¶Cũ aũt puer qdã iulianus nicetã oranteˊ in eccleſia reppiſſet:pri denuncia uit. Qui miſſis appitoribus fecit eũ detieri in eccleſia ſancte dei genitricis oranteˊ:Ductuſq ad patreˊ ab eodẽ ad ſacrificia inuitať. Ille aũt ſibi dari deos petiit. ut eis thura offerret:ſtatuaſq idoloꝝ argẽteas in domũ ſuã adductas cõtriuit:& paupibus p fruſtra diſtribuit:qd cũ pri ipſemet poſtmodũ rettuliſſet:iuſſit eum catenis ligari:& uncis ſuſpendi:& a.xxiiii. uiris ſibi uicißim ſuccedẽtibus neruis taurinis aceto & felle ĩtinctis crudeliter flagellari:cui apparens angelus michael ipm dulciter cõfortauit:uiditq; niceta manũ de celo ei porrigẽteˊ coronã gẽmatã & colũnam igneam ad celũ uſq; ꝓtenſam. ¶Cũ aũt hec oĩa patienter toleraſſet:fecit eũ pater manibus & pedibus uinctis ſup ſtratum poni:& puellã ſpecioſam adduci:ut ipm oſculis & amplexibus allicies ad deoꝝ ſacrificia prouocaret. Qui dũ ſe ab ea ipudice tractari ſentiret: & aliter illã repellere non poſſet:linguã dentibus ꝑciſam in faciẽ eius ſpuit illaq; cõfuſa diſceſſit. Tũc fecit eũ rex deponi ſuper lectũ gladiis acutiſſimis circũſeptũ:q̃ttuor rotis agitabať:ſed orante ſancto gladii ſicut fenũ facti ſunt:& ipſe illeſus pmanſit. Quo uiſo miraculo qngẽti gentiliũ crediderunt. Orãte quoq; ſancto mre chriſma & aqua de petra ꝓfiliit:& ipe eos baptizauit. Stimq; ad regẽ intrauit:qué ille uidens incolumẽ quẽ mẽbratim cõciſum putabat:iuſſit eum hamo p labia ſuſpendi:& ferꝝ ignitũ acutũ auricule ipſius infigi:ut a dextera in ſiniſtrã pertranſiret:aliud quoq; ferrum cordi eius immitti & tertiũ capiti imponi:quod inde ipſum uſq; ad latus ſiniſtrum trãſfoderet. Et dũ hec cõſtanter ſimiliter ſuperaſſet:iuſſit eũ uerſis pedibus ſuſpendi:& fumo ſubterfacto fumigari:deinde napta pice & palmitibus igne ſuccenſo ſanctum cremari. Et cũ in his etiã illeſus pmanſiſſet:manus eius truncari: & ferris crura ſecari fecit. Deinde calciamenta ferrea ignita pedibus eius imponi. Et poſt hec in ꝓfundiſſimã foueam ſine aqua iactari. Qui oꝝne facta ab angelo michaele de fouea educiť:& mẽbra eius oĩa reſtituunť. Angelus quoq; ipſum hortatus ei dixit: & qui cũq; ipſum in omni neceſſitate ĩuocaret: iuſte poſtulata penitus obtineret:& ſi iniuſte peteret ad penitentiam ꝓueniret. ¶Poſt hec pater uocatis magis fecit ei mortifeꝝ in calicẽ ꝓpinari:ſed ſigno crucis edito: demões de calice ululãtes euanuerũt:& uenenũ in aquã cõuerſum eſt. De qua martyr domini magos illos ad xpm redeũtes babtizauit:quos rex una cũ filio in carcerem trudi mãdauit. Orãte uero ſancto diabolus in angelum lucis tranſfiguratus eidem apparuit: quẽ ille per ſpiritũ cognoſcens durius increpauit. Statimq; angelus bonus eidem aſtitit:& illũ fore demonem declarauit:quem niceta ad terrã proſtrauit: & pedẽ ſup collum eius poſuit:& quis eſſet interrogauit. Ille uero diu eiulans dixit ſe eſſe ſpiritũ q adam fecerat:ut puaricaret:& caim ut fratrẽ occideret:& populũ iudeorum induxerat ut xpm crucifigeret: ueniente quoq; patre maximiano ad carcerẽ:proiecit niceta demonẽ in uultu eius dicens ipſum eſſe deũ quẽ adorabat: & deinde illum in ſterquilinio alligauit. ¶Cũ aũt pater ſe in xpm crediturum promitteret:ſi niceta unum ex multis defunctis ſub columna iacentibus ſuſcitaret: orante ſancto omnes qui fuerant mortui ſurrexerũt. Et cũ in gentilitate mortui eſſent ſanctus domini eos btizauit:& iteꝝ ut dormirent ac ſe in padiſum ꝓcederẽt impauit. Que oĩa dum rex magie aſcriberet:& filium iteꝝ fuſtigari iuſſiſſet:ueniẽs regina ipm de crudelitate nimia redarguit:mox quoq; ſeditione ſubor ta populus regem gladiis & lanceis trucidauit. Niceta uero omnẽ populum in fide docuit & baptizauit: ecclefias plures cõſtruxit:& fidẽ domini multiplicauit. Demum ad chriſtum feliciter migrauit die ſabbati pridie idus ſeptembris:hora.vi. ſepultus a chriſtianis nicomedia ciuitate:iuxta corpora aliorum martyrũ ibidem pro chriſto paſſorum.

¶De ſancta Bona uirgine. Cap. LXXI.

Bona uirgo in partibus egypti claruit. Hec apud latinos bõa:apud ſuos egyptios cordimunda uocata:regali genere orta:patre zabul nobili ſatrapa:matre ziua: pulchra facie ſed pulchrior fide:nõdũ tamen baptizata: parentibus defunctis:multaꝝ diuitiaꝝ heres:ſub cura propinquoꝝ fuit. Quã dum iuuenis nobiliſſimus in cõiugiũ peteret:multas ei pollicẽs poſſeſſiones:illa oĩno mrimoniũ ei refutauit dicens xpm ſe ab ĩfantia deſpõſaſſe:uirginitatẽq; ſuam ei dedicaſſe. Propter qd a ꝓpinquis dudũ blanditiis & minis pulſata: timens ſibi uiolenter ſanctũ propoſitũ rũperetur: lateˊter fugam petiit:& ad cenobiũ uirginum ſe contulit:ac ſe a ianitrice intromitti inſtantius poſtulauit. Dũq; illa uirginem ſine abbatiſſe licentia admittere recuſaret. Abbatiſſa diuina reuelatione premonita:ipſam ĩtromitti fecit:& petenti habitum religionis tradidit. Requiſita autem ab attiuentibus & inuenta:dum ipſam inde nullatenus auellere poſſent dicunt abbatiſſe puel-

&

Iam esse gentilem:ut eam tali occasione repelleret.Illa autem hoc confitens sed baptismū expetens a presbytero monasterii baptizat:&.xii.annorum sacro suscepto uelamine uirgo domino cōsecratur. Que in multa perseuerauit sanctitate:& omni sacre regula discipline. ¶Cū aūt unam ex sororibus haberet in sociam p̄dilectā: & illā languentē oēs alie uisitarent: sola bona remansit in ecclesia orans deū:ut quia illā mori cō spiceret:sibi in alio seculo comes fieret.Quod & uoce de celo lapsa ei promissum est.Tūc bona sororē adiit: que ei illud idem prenunciauit:& mox spiritū emisit. Tertia uero nocte abbatissa uidit somniū: q̄ iuuenis splendens pallā ex eius capite auellebat:quā & scrinio abscondebat.Et querens cur hoc faceret:audiuit bonā ab ea eadē die auferendam.Mane aūt dū abbatissa uisiónē sororibus rettulisset bona presente:audita est uox angeli de celis ipsam ad patriam euocantis. Que continuo in choro soror̄ posita:omnibus circū p̄allentibus & flentibus emisit spiritū pridie idus septembris.Cuius corpus mox lux de celis clara circundedit & ex ipso odor mirabilis refragrauit:donec officio cō pleto sepulture traditum est.

¶De scō Philippo epō & martyre. Cap. LXXII.

PHilippus ep̄s & martyr passus est ap̄d alexādriā sub seuero impatore.Hic illustrissimus p̄fectus alexādrie pater fuit sancte eugenie uirginis:& ab ea conuersus ad xp̄m: ut supra in eius passione actū est.viii.cal.ianuarii.Qui relicta prefecture dignitate:a xp̄ianis in ep̄m alexandrie sublimat.Ad cuius instantiā & informationē seuerus augustus libertatē xp̄ianis concessit:ut suis legibus in egypti partibus uterent:eo q̄ ab eo uti olim prefecto suo informatus eēt:xp̄ianos reipublice plurimū esse p̄ficuos.Postmodū aūt emulātibus paganis. Seuerus edictū reuocauit:& misso illuc pennio prefecto in successorē philippo mādauit eidē:ut aut philippum diis sacrificare cōpelleret aut depositū oī dignitate & facultatibus priuaret philippus aūt ifirmitatē simulauit:donec oīa sua paupibus dispēsauit. Quod audiēs pennius:dū ob timorem populi ip̄m inuadere publice nō auderet:latenter in ecclesia orātē gladio in gutture pcuti fecit.Qui tamē populū in timorē domini exhortās:p triduū supuixit.Sed in ep̄atu mēses .xv.miracula patrās.Et sic cū palma mīrii ad xp̄m migrauit idibus septēbr̄.Sepultus in mōasterio filie sue.

¶De scō Ligorio martyre. Cap. LXXIII.

LIgorius martyr in partibus grecie passus est.Hic natiōe grecus:relicto seculo dū uaste solitudinis eremum coleret: hominibusq̄ incognitus eēt:& gētilibus uenatoribus inter uepres iuentus est.Et dū latro putaret: interrogatus q̄s esset:respōdit se esse peccatorē xp̄ianū. Quē illi audito xp̄i noīe eis exoso mox gladiis interfecerunt.Cuius corpus a uenetis de partibus greciarum transuectum in monasterio sancti laurētii positū est. Cūq̄ dies eius passiōis ignotus eēt:cuidā puero lāguēti q̄si in extremis posito:quidā sanctus apparuit: seq̄ ligorium esse dixit puerūq̄ admonuit:ut abbati sancti laurentii diem sue passionis.xiii.septēbris celebrā/dum esse indicaret:quo uidelicet die ipse pro xp̄o passus fuisset:& eo núciato suam eius meritis sanitatem perciperet:puer autem ad se rediens: hec que uiderat abbati nunciauit:& continuo incolumis de lecto surrexit.Sicq̄ dies passionis ligorii.Idibus septembris.ei se exinde omnibus notum fuit.

¶De scō Amato p̄sbytero. Cap. LXXIIII.

AMatus presbyter & abbas monasterii romerici fuit:uir quidem mire abstinētie & anachoritice uite sectator:uirtutū & miraculoq̄ gratia illustrē conuersationem ducens. Qui & migrauit ad xp̄m idibus septembris in ipso monasterio in pace tumulatus.hec ado.

¶De scō Maurilio epō. Cap. LXXV.

MAurilius ep̄s apud andegauensem ciuitatē claruit:cuius & ep̄s fuit.Hic natiōe mediolanensis claris parētibus ortus. Primo quidem sancti martini in suo monasterio turonēsi discipulus fuit:sed postmodū solitariam eligens de turone recessit:& andegauen̄ urbē adiit: ubi in uilla calourie phanū antiquissimum idoloq̄ repperit:statimq̄ orationem fudit:& ignis de celo descendens ipsum consumpsit.Ibi ergo sanctus ecclesiā fundauit:quā ꝓcessu temporis sanctus martinus cōsecrauit:ubi & multo tpe maurilius in sanctitate uite morā traxit:¶Multisq̄ miraculis coruscauit.Nā pueq̄ a uipera pcussum pene extinctū sanauit.In presiaco:ubi erat collis idolorum:demonibus cū multo eiulatu expulsis idola cōbussit:ibiq̄ cenobiū cōstruxit.¶Virq̄dam raptus a mercatoribus:ut p̄cio uenderet:ad eius p̄sidium recursum habuit.Dū aūt sanctus dominum illius ad redemptionē capti nullatenus inducere posset:raptor febribus inuasus subito expirauit:quē sanctus maurilius sua oratione a mortuis suscitauit: statimq̄ ille captiuam libere dimisit:quo etiā miraculo oēs alios dicti raptoris cōsocios ad penitentiā reuocauit.Naute quidā in mari periclitantes eū inuocabant. Quod sanctus p̄ spiritū cognoscens:ad littus accessit: & signo crucis edito tēpestatem sedauit.¶Latro quidam qui eius asinū rapuerat:nocte tota circūuagans: mane cū furto ante fores eius monasterii iuentus est: & asello reddito penitentiā egit.¶Post hec de cōsilio beati martini archiep̄i turoñ. in ep̄m andegauensem electus est.Qui dū in sede ponitur : & a martino eius metropolitano cōsecrat̄:colūba de celo ueniens capiti eius insedit.¶Dū cuidam matrone sterili filium a domino precibus impetrasset:illaq̄ pag̃ febricitanē ad mauriliū celebrantē in ecclesia sancti petri baptizā dū adduxisset: dū missa ꝓtraheret: puer sine baptismo expirauit.Ille uero q̄si negligētie cōscius acturus penitentiā ab ecclesia sua aufugit claues reliquiaq̄ secū tulit.Que dū per mare nauigaret:casu in aquā ceciderunt.Episcopus aūt q̄si hoc diuine ultioni ascribēs: uouit se nunq̄ ad sedem suā reuersur̄:nisi claues ipas diuinitus rehaberet.Sicq̄ in habitu pegrino trāsmisso mare domini cuiusdā ortum colere cepit.Requisitus est ubiq̄ per septenniū a ciuibus:sed minime iuētus.¶Dum aūt quidā ex eius clericis ad eū querēdū mare trāsire uellent scripturā ab angelo inueniūt lapidi sculptā continentē Mauriliū illac transfretasse: leti ergo dum portum in nauicula trāseunt:piscis ingens in nauem prosiluit:quem exenterantes claues in uentre reperiunt:quas bene recognoscunt.Mauriliumq̄ cum clauibus in mari demersum putauerunt. Et dū tristes redire disponerēt:hospitati sero apud dominū

cum quo eps eoꝝ morabatur:maurilium uocari audierunt,eumq; recognoſcentes:ut repatriaret: exorarunt,Recuſanti quoq; & uotum ſuum alleganti claues oſtendunt:ſicq; ſanctum cũ gloria ad ſedem ſuã reducunt:qui ſtatim iuxta ſepulturam pueri ſe ꝓſtrauit:nec ab oꝛone deſtitit quouſq; puer reuixit: quẽ ip ſe baptizatũ renatum uocauit:& in lege domini erudituꝫ ſucceſſorem epatus habuit.¶Quendã die domi nico ſecuri ligna cedentem:cuius manus contracta ſecuri adheſerat:poſt dies quinq; penitenté ſanum effecit.¶Dum in portu lydi fluminis cũ quibuſdã tranſire uellet:nec nauem haberet,Nauicule quedã ab alia parte fluuii poſite ſine aliquo ductore ad eũ peruenerunt:& ipſe cum omnibus angelico ducatu tranſiuit. Quieuit in pace,lxxxx,etatis ſue anno:epiſcopatus uero ſui anno,xxx,idibus ſeptembris,Sepultus in eccleſia andegauenſi miraculis clarens.

¶De exaltatione ſancte crucis. Cap. LXXVI.

EXaltatio ſancte crucis ſub heraclio impe/ratore facta eſt.Cum enim uenerabile crucis dominice lignũ a beata helena inuentum eſſet:ut habet ſupra in hiſtoria inuẽtionis crucis,v,nonꝫ maii:ita per medium ab ea fectũ eſt ut ex eo crucẽ cõſtantinopolim deferret: & crucẽ heroſolymis in thecis argenteis ſuo loco reſeruaret. Multoꝝ itaq; temporꝝ labente curriculo ꝓmittente domino,ꝓpter peccata ſuũ populũ flagellari, Coſroe rex pſaꝝ omnia regna terraꝝ orientis ſuo impio ſub iugauit.Hieruſalẽ autem ueniens a ſepulchro domini territus fugit:partem tamen dominice crucis ibidẽ ab helena relictã aſportauit.Volens autẽ ab omnibus ut ſolus deus coli:turrim ex auro & argento interlucentibus gẽmis fecit:& ibidem ſolis & lune ac ſtellaꝝ imagines collocauit:per ſubtiles etiã & occultos aque ductus q̃ſi deus deſuper aquã fluẽs pluebat:& ſubterraneo ſpecu equos quadrigas trahentes habebat:ut q̃ſi turri mouerent:& tonitruũ ſimularẽt. Filio quoq; ſuo regno tradito:ipſe ĩ turri reſidebat:& iuxta ſe crucẽ domini collocãs:appellari ſe regem regũ & dominum dominantiũ ab omnibus ꝑabat.¶Tunc imperator heraclius chriſtianiſſimus cũ exercitu copioſo iuxta flumen danubium contra coſroe filium pugnaturus aduenit.Et ibidem utriſq; principibus placuit:ut ipſi ſoli ſuper pontem duello confligerent: & qui uictor exiſteret ſine damno alterius partis exercitus imperium obtineret.Et ſi quis ex ulla partiũ prĩcipem ſuum iuuare preſumeret cruribus & brachiis exciſis in flumine mergeret. Heraclius igit̃ ſe deo & uenerande cruci:pro qua pugnabat:deuote commendans ambobus dudũ in cõflictu durantibus xp̃o annuẽte uictoriã tandẽ obtinuit:& coſroe filiũ ĩterfecit. Statiq; uniuerſus eius exercitus q̃ſi diuinitus tactus ſe fidei xp̃iane ſubdidit:& ſacrum baptiſma ſuſcepit. Coſroe aũt ignorabat exitũ belli:quia cũ ab oĩbus ꝓp eius ſuꝑbiam haberetur exoſus: nemo eidẽ indicare curauit:unde heraclius uſq; ad turrim aſcendens ad thronũ eius ex ĩprouiſo ꝓuenit:& eũ in throno aureo reꝑit:eiq; dixit:q; quia crucẽ domini iuxta eius modulũ honoraſſet ſi baptiſmũ & fidẽ xp̃i ſuſcipere uellet:uitã & regnũ ab impio acceptis obſidibus obtineret.Sinaũt ſtatim ipſius gladio interiret.Cũq; hoc ille ꝑfidus acquieſcere nollet: heraclius eum protinus decollauit.Sed quia rex fuerat:& crucem domini ex parte honorauerat ĩpm ſepeliri mandauit. Filiũ uero eius annoꝝ,x,quem ſecũ repperit baptizari fecit:& ipſum de ſacro fonte leuauit:ac regnũ paternum ei diſiſit.Turrim uero deſtruẽs argentũ in predã ſuis diuiſit:auꝝ uero & gẽmas ad reparandas eccleſias quas tyrannus deſtruxerat reſeruauit.¶Sacrã igitur crucẽ domini repetẽs hieroſolymã reportauit.Cum autem de monte oliueti deſcendens per porcã qua dominus paſſurus ĩtrauerat:in equo regio & apparatu ĩperiali ingredi uellet:repẽte lapides porte deſcenderunt:& ĩuicem quaſi paries ſe clauſerũt.Angelus quoq; domini ſuper portã ſignũ crucis tenens apparuit:& ĩperatorẽ de pompa ĩcrepauit:dicẽs q; cũ dominus ad paſſionẽ ꝑ ipſam ianuã ĩtrauit:nõ cultu regio:ſed humili reſidens aſello:humilitatis exẽplũ dereliquit: & his dictis angelus diſparuit.Tũc imperator lachrymis infuſus diſcalciatus & uſq; ad camiſiã exutus crucẽ domini accipiẽs uſq; ad portã baiulauit. Statimq; porta ſe ſurrigẽs:libeꝝ ĩtrantibus patefecit ĩgreſſum.Odor ãt ſuauiſſimus qui eodem die quo crux de turri coſroe fuit ſublãta uſq; hieroſolymã de perſaꝝ prouĩcia fuerat illapſus tunc rediit:oẽſq; ſuauitate refecit:Sicq; ꝑcioſa crux ſuo loco reſtituitur:& antiqua miracula renouant̃.Mortuus enim quidã ſuſcitat̃:palytici,iiii,curantur:leproſi,x,mũdant̃ ceci,xv,illuminant̃:a pluribus demones effugant̃:langoribuſq; diuerſis multi liberant̃.Et ſic impator eccleſiis reparatis:& regiis muneribus dotatis ad ꝓpria remeauit. Facta ẽ ãt hec crucis exaltatio,xviii,cal,octobr̃.Circa ãnos dũi,ccccccxx.

¶De ſcõ Cornelio papa & mr̃e. Cap. LXXVII.

COrnelius papa & martyr natione romanus ex patre caſtino,Fabiano pape in pontificatu romano ſucceſſit. Et ſedit annos tres mẽſes,ii,dies,x.Hic cõſtituit ut ſacerdotes ſi uellẽt pro certa cauſa iunare poſſent. Hic rogatus a quadã lucina matrõa:corpora apoſtoꝝ petri & pauli de catacumbis leuauit:ubi p annũ iacuerant: poſtq̃ ea græci furati fuerant:ut dictũ eſt ſupra in paſſione eoꝝ,iii,cal,iulii.Et primũ quidem corpus beati pauli ſepeliuit in predio eiuſdẽ lucine in uia oſtiẽſi,ad latus ubi decollatus eſt.Deinde corpus beati petri poſuit iuxta locũ ubi crucifixus eſt:Inter corpora ſanctorũ eꝑoꝝ:in tẽplo apollinis in mõte aureo uaticani palatii neroniani.¶Hic beatus martyr a decio ceſare cũ ſuis clericis in exilium relegatus eſt centũcellis,Ibiq; a ſancto cypriano epo carthaginenſi,epiſtolas conforta/

tionis accepit. Tandem de exilio reductus decio ꝑſentatur: & dum immobilis in fidei confeſſione permaneret, iuſſit os eius plumbatis cedi: & deinde ad templum martis adduci: ut aut ibi ſacrificaret aut ſententiam capitalem ſubiret. Cum ergo illuc duceretur: miles quidam nomie cerealis eum rogauit ut ad domũ ſuam diuerteret: & pro uxore eius ſaluſtia: que per annos .v. paralytica iacebat oraret. Que dum ad orationẽ eius ſanata eſſet. xxi. milites cũ ipſa & uiro ſuo: domino crediderunt: & a cornelio baptizati ſunt. Qui omnes iubente decio ad templum martis deducti & expuentes in idolum una cum ſancto cornelio decollati ſunt. Quorum omnium corpora a lucina prefata in cemiterio calixti ſepulta ſunt. xviii. calẽ. octobris Circa annum domini. cclii. ☞ Hic ſanctus papa ad fabianum antiochene eccleſie epm ſcripſit epiſtolã de romana italica & aphricana ſynodo. Item aliam de nouato & aliis qui lapſi erant. Tertiam de his que in ſynodo geſta ſunt. Quartã admodũ prolixam: nouatia ne hereſos anathema continentem: & cauſas. Hec hieronymus libro de uiris illuſtribus.

☞ De ſcõ Cypriano epo & mre. Cap. LXXVIII.

CYprianus carthagineñ eps & martyr paſſus in ipſa ciuitate aphricana ſub ualeriano & galieno iperatoribus galerio maximo proconſule. Qui poſtq̃ multos xp̃ianos ad martyrium uerbis & litteris confirmaſſet. Paterno procõſuli preſentat. Et poſtq̃ a fide nullatenus imutari poſſet: in exilium ab eodẽ miſſus eſt in inſulam corubitanã. ☞ Poſt aliquot menſes inde reuocatus eſt a galerio maximo qui paterno ſucceſſerat. Et cũ ad ſacrificia deoꝝ cogeret: & ſacrificare nollet: ſententiam ab eo capitalem accepit. Qua lecta ꝑ notariũ cyprianus dixit: deo gratias. Cũq; ad locũ cũ ſpiculatore ueniſſet: precepit ſuis: ut eidẽ ſpiculatori pro mercede. xxv. aureos darent. Accipienſq; linteum: manu ſua oculos texit & coronam ſuſcepit. Referuntur etiã paſſi cum eo creſcentianus uictor roſula & generalis. xviii. cal. octobris: circa ãnũ domini. cclvi. Quoꝝ corpora a xp̃ianis ſepulta ſunt in uia appalliẽſi iuxta piſcinam eiuſdẽ carthaginẽſis ciuitatis. ☞ Hic beatus martyr nõdũ ad fidẽ xp̃i conuerſus: primũ glorioſe rhetoricã docuit: deinde xp̃ianam ꝓfeſſus fidẽ: & carthaginenſis eps conſtitutus: multa ſcripſit: multa cõpoſuit. Nã ingenii huius ſuperuacuũ eſt indicẽ texere: cũ ſole clariora eius ſint opera. Scripſiſſe dr̃ de lapſis uolumẽ egregiũ cõtra nouatianos. Itẽ ſacramentoꝝ librũ eximiũ. Item aliũ de laude martyꝝ ad corneliũ papã. Epſtolas octo. Contra nouatũ & nouatianũ diuerſos tractatus & epiſtolas: in quibus eoꝝ condemnanẽ erro/res. Epiſtolarum uolumen grãde ad diuerſos ſcriptarum ſonanti ualde ornatum eloquio. Hec Hieronymus libro de uiris illuſtribus.

☞ De ſancto Tobia iuſto. Cap. LXXIX.

TObias uir ſanctus cuius pfectio ſanctitatis ex ipſo ipſius ſpeciali libro colligiẽ: a beato hieronymo & a ioſepho iter partes ſanctos teſtaméti ueteris numeraẽ: Hic ex tribu & ciuitate neptalim unus fuit ex captiuis filiis iſrael a ſalmanaſar rege aſſyrioꝝ in aſſyrios trãſlatis: qui in captiuitate poſitus uia ĩ ueritatis nõ deſeruit: adeo ut cõtribulibus ſuis euntibus ad orandũ uitulos aureos: quos fecerat hieroboam rex iſrael: iſte ſolus iret in hieruſalem ad templũ domini decimas & primitias ſuas fideliter offerendo. Hic accepit uxorẽ annam de tribu ſua: ex qua filium genitum ſuo nomie uocauit tobiam. Captus aũt cum uxore & filio habitauit in niniue. Et quia deum timebat: obtinuit a rege gratiam perambulãdi per oẽs eius regiones: qui cõcaptiuos uiſitabat: & mõita eis ſalutis prebebat. Deueniẽs aũt in rages ciuitaté medoꝝ cuidam gabello cõtribuli ſuo egenti ſub chirographo mutuauit decem taléta argẽti: que habebat ex his: in quibus a rege fuerat honoratus. ☞ Mortuo aũt ſalmanaſar cum filius eius ſennacherib filius iſrael exoſos haberet: tobias conſolabaẽ eos: & egenis miniſtrabat. Cum uero reuerſus eẽt ſennacherib a iudea fugiens manũ domini: & iratus multos hebreoꝝ faceret occidi: tobias ſepeliebat corpora eoꝝ: Quod audiens rex tulit omnem ſubſtantiã eius: & cũ occidi iuſſit. Qui cũ uxore & filio fugiẽs nudus latuit. Poſt dies quadraginta quinq; occiderũt regem filii eius: & tobias ad domum ſuam rediit: omniſq; facultas eius reſtituta eſt ei. Cum autem in quodam feſto paratum eſſet conuiuium in domo eius: & miſiſſet filium ſuum ad uocandos amicos: reuerſus ille nũciauit unum ex hebreis in platea iugulatum iacere. Cuius corpus tobias ocul tetulit: & nocte poſtmodũ latenter ſepeliuit: ꝓpter quod a proximis redarguebatur: eo ꝙ huius rei cauſa uix mortis periculum euaſiſſet. Sed ille timorem domini omnibus ante ponens ſepulture occiſorũ ſolicitus intendebat. ☞ Die uero quadam cũ a ſepultura fatigatus rediſſet: & iuxta parieté obdormiſſet: ex nido hirundinum calida ſtercora eius oculis inciderunt: & cecus factus eſt: qui tamẽ in omnibus patientiã habuit: & ſicut olim iob dominum in omnibus benedixit: cum tamen ab amiis irrideretur. Anna uero uxor eius ibat ad textrinũ opus: & de labore manuum ſibi & familie ſue uictũ procurabat. Et cum die quadam hedũ ad domum adduxiſſet: tobiaſq; cũ balãtem audiſſet: uxorem admonuit: ut ſi forte furtiuus eẽt ſuo domio redderet. Ad que illa irata cepit eũ uerbis cõtumelioſis irritare & elemoſynas ſuas ĩ uanũ factas obiicere. Ille uero cũ lachrymis orauit ad dominum: ut ſuum in pace ſuſciperet ſpiritum. Eodẽ die contigit: ut ſara filia raguelis in ciuitate medorũ audiret improperium ab una ancillarũ ſuarũ: quã increpabat: obiicẽte ei ꝙ eẽt interfectrix uirorũ ſuorũ. Fuerat enim nupta ſeptẽ uiris: & demoniũ nomine aſmodeus occidebat eos: ſtatim cũ

ad eã ingreſſi eẽnt. Que poſt ieiunium triduanũ ora/uit ad deũ: ut a tali eã opprobrio liberaret. Cuius ora/tio una cum oratione tobie uno & eodem tempore ſunt in conſpectu domini exaudite. ¶ Tobias ergo cũ putaret ſe exauditũ: ut moreret: filiũ ſuũ uocauit: & eũ de p̃ceptis ſanctis erudiuit: atq; ad ſperãdũ i domi/no cõfortauit: deĩde p̃cepit ut uirg̃ aliqué pquireret: q eum in rages medorũ adduceret: ut debita ſibi decẽ ta lenta argẽti a gabello exigere poſſet. Egreſſus ergo to bias inuenit iuueuẽ precinctum q̃ſi paratum ad am/bulandũ. Et cum ab eo accepiſſet: q; omnem regionẽ medorũ & iter nouiſſet: & gabellum cognoſceret: in/troduxit eum ad patrẽ ſuum: & audita narrauit. Cui & iuuenis: qui erat angelus raphael filiũ ſuum ſanum ducere & reducere promiſit. Paratiſq; omnibus: que erant opus in uia ambulauerũt ambo ſimul: & canis ſecutus eſt eos. Mater autem filium ſuum abeuntem amare flebat: ſed eam tobias confortabat. ¶ Venien/tes igit̃ illi ad fluuiũ tigris: exiuit tobias: ut pedes la/uaret: & egreſſus eſt piſcis immanis: ut deuoraret eũ: qué tobias iuſſu angeli manu apprehẽdit: & traxit ad littus: deinde ipſum exenterauit: & cor & fel eius ac ie cur repoſuit: que ei angelus ad medicinam utilia fore dixit: partemq; piſcis aſſam comederunt: partem ſali/tam ſecũ tulerũt. Quibus pgẽtibus expoſuit angelus tobie: q; cor ac iecur piſcis ſuper prunas poſitũ: fumo ſuo extricat omne genus demõiorũ: fel uero ualet ad auferendã albuginẽ & cecitatem oculorũ: ueneruntq; ad ciuitatẽ medorũ in qua raguel propinquus tobie morabatur. Ad cuius domũ dum diuertere uellent: angelus tobie dixit: quod filia illius unica ſibi in con/iugem cum omni ſua ſubſtantia debebatur. Et dum tobias propter ea que de puella audiuerat ipſam acci/pere dubitaret: angelus ipſum edocuit: q; ſup petulã/tes & deũ nõ timentes demoniũ poteſtatem habebat. Sed cũ illã acciperet tribus noctibus in oratione pno ctarent: & de iecore piſcis incenſum faceret: & ſic de/monẽ effugaret: quarta uero nocte puellam cognoſce ret amore pcreãde prolis: nõ appetitu libidinis. Ingreſ ſi ergo ad raguelem cũ tobiã eius cõſanguineũ cogno uiſſet gratãter illos ſuſcepit: & ad conuiuiũ inuitauit. Cui tobias filiam eius in uxorẽ petiit. Sed cũ pater illã ei dare dubitaret ne forte ei ſicut & aliis contigerat: hortãte angelo ac dicente: hoc diuine uolũtatis eſſe: & ꝓpterea alius eã nõ potuerat habere. Raguel ſarã filiã ſuã tobie deſponſauit: & magnas nuptias preparauit. Nocte uero iuuenẽ ad puellã intromiſit: qui iecur pi/ſcis ſuper prunas poſuit. Moxq; angelus demonium apprehenſum in deſerto egypti ſuperioris alligauit. Exhortante igit̃ tobia ipſe cũ ſara nocte illa in oꝛone pſeuerarunt. Sed cũ circa pullorũ cantũ raguel foueã parari iuſſiſſet: ut ante lucẽ generẽ ſepeliret: miſit an/cillam ad explorandũ quo modo ſe hr̃et. Que reuer/ſa nũciauit ambos incolumes dormiẽtes. Qui deũ ex corde benedixit: & foueã repleri mãdauit. Factoq; ſo/lemni cõuiuio uicinis & amicis adiurauit tobiã: ut du as hebdomadas apud ſe maneret: & dedit ei medieta tẽ oium que poſſidebat: & de reliqua poſt mortẽ ſuã ei relinquẽda, pmiſſit. ¶ Interea angelus q iuuenis pu tabat̃: rogatus a tobia ad rages urbẽ acceſſit: a gabello mutuatã pecuniã exegit: chirographum ei reſtituit: eumq; ſecum ad tobiam reuinſendũ adduxit. ¶ Ra/guel igitur filiã ſuam tobie tradidit: & dimidiũ ſub/ſtantie ſue in ſeruis & pecudibus camelis & pecunia ei conceſſit: filiamq; ſuã ſalutaribus monitis eruditã in pace dimiſit. Qui recedentes cum perueniſſent ad charrã que eſt medio in itĩere: raphael & tobias p̃ceſ/ſerunt: & ſaram cũ ſeruis & pecudibus léto gradu ue/nire permiſerũt: monuitq; angelus tobiã: ut pueriés domum oculos patris felle piſcis liniret: & confeſtim uiſum recuparet. Cum aũt appropinquarẽt ad urbẽ Anna mater eius q̃ ſupercilio montis quotidie ſede bat: filium ſuum de lõge uidit: & currens uiro ſuo nũ ciauit. Canis etiam qui eos ſecutus fuerat cauda blan/diens p̃cucurrit. Tobias ergo ſurgẽs duce puero: ꝓce/ſit obuiã filio: & ſe mutuo obſculantes fleuerunt pre gaudio. Cumq; tobias iunior felle piſcis oculos p̃ris deliniſſet: poſt mediã quaſi horam egreſſa albugine: uiſum ante q̃ttuor annos amiſſum recepit. Nam an/norũ. lvi. illum perdidit & ſexagenarius recuperauit. Poſt dies. vii. Sara nurus eius applicuit: & cũ gaudio a tobia & anna recepta fuit omnia quoq; que ſibi acci/derãt iuuenis enarrauit. Deinde raphael eis quis eſſet aperuit: & relicta illis pace diſpuit. ¶ Tobias uero in timore domini perſeuerans annis adhuc. lii. ſuperui/xit: & uidit filios nepotũ ſuorũ. Et poſt annos. cxii. ui/te ſue: in pace obdormiuit. Sepultuſq; eſt in niniue ci/uitate. Mortua quoq; anna eius uxore. Tobias cũ ſara & filiis ſuis uenit ad raguelẽ: & cũ eo manſit uſq; ad fi nem uite ſue: omnemq; ſubſtantiam eius poſſedit. Et poſt eius obitum in ſanctitate perſeuerauit annorũq; lxxxxix. ĩ pace quieuit. Huius ſancti & duarũ ſanctarũ infraſcriptarum hic geſta poſui: quia dies eorũ obitus ſunt incerti: & ipſorum hiſtorie hoc tempore: uideli/cet ad medium menſis ſeptembris ab eccleſia legun/tur. Hec ex libro tobie: & ex chronicis ioſephi hiero/nymi & comeſtoris.

¶ De ſcã ludith uidua. Cap. LXXX.

IVdith uidua inter ſanctas ueteris teſtamẽ ti matres: ſancta quoq; ruth regina a ioſel pho & hieronymo conſcribuntur. Quarũ ſanctitatis laudes in earũ libris ſpecialibus extolluntur. Fuit autem iudith de ciuitate betulie ori unda: filia merari de tribu ruben: uxor nobilis manaſ ſe ab eo in multis diuitiis relicta: que nimia pulchritu dine in uiduitate caſtiſſima domino ſeruiebat. ¶ Cũ ergo cambyſes filius cyri regis perſarũ: qui alio nomi/ne nabuchodonoſor appellat̃: cui pater adhuc uiuens regnum aſſyriorum cõceſſerat anno. xii. regni ſui: ar/phaſath regem medorum in campo uiciſſet: & regnũ eius obtinuiſſet: ĩ ſuperbiã elatus miſit ad omnes ur/bes munitas ſyrie & damaſci uſq; ad hieruſalem exi/

gẽs ab eis tributa lõge grauiora q̃ patres ſui. Qui omnes uno animo contradixerunt. Et īdignatus rex miſit holopherné principem militie ſue cum exercitu īnumerabili ad regiones illas: mandans ut nulli hominũ uel munitionum ꝑceret oculus eius. Qui cum uaſtaſſet ciliciam & meſopotamiá: & madianitas: & ciuitates multas obtentas deſtruxiſſet: & deos eaꝝ exterminaſſet: puenit ad terminos terre iſrael: ut expugnaret eos. Timentes aũt filii iſrael ne ſimilia faceret hieruſalẽ & templo domini: clauſerunt itinera montiũ: & ſe coram domino ieiuniis & oratiõibus humiliauerunt ad exhortationé heliachim ſacerdotis magni. Cũq; holophernes audiſſet q; filii iſrael montiũ itinera cõcluſiſſent cõtra betuliá ciuitaté: uocauit duces moab & amon: & interrogauit eos: quis eſſet iſte populus: aut que uirtus eoꝝ. Tunc achior dux filiorũ amon narrauit ei: quomodo ueniſſet populus ille de egypto in ſignis mirádis: & deo eorum ſibi ꝓpicio terram chanaam patribus ſuis promiſſam admirabili potentia obtinuiſſent. Et cũ deus eoꝝ placatus erat eis: nemo poterat illis reſiſtere: cũ uero propter peccata ſua exaſperabant eũ: flagellabat eos. Audiés hec holophernes iratus mádauit achior illi populo ſociari: ut illis peuntibus ipſe pariter cũ eis piret. Sicq; a ſeruis ſuis adductus iuxta betuliam máibus & pedibus uinctus ad arborem dimiſſus eſt. Egreſſi aute fundibularii de ciuitate eum ſoluentes adduxerunt ad populum: quia omnia coram populo que ſibi contigerát enarrauit: quem princeps ozias in domum ſuam ſuſcepit. ℂ Altera die holophernes ciuitaté betuliam potenter obſedit. Et ueniens aqueductus qui fluebát in urbem abſtulit eis aquam. Sed ciues betulie noctibus egrediebantur ad quoſdam fonticulos iuxta muros: quibus utebantur ad refocillandum potius q̃ ad bibendum. Quod holophernes cõperiés: fontibus cuſtodes appoſuit: ita ut aqua in ciuitate deficeret: poſt dies uiginti uenerunt aũt duo ſacerdotes de hieruſalé ad populum exhortandũ. Et cũ populus ſiti deficiens uellet ciuitaté tradere holopherni: ad preces ſacerdotũ adhuc quinq; diebus domini miſericordiá expectare decreuit. ℂ Hoc audiens beata iudith: primũ quidem eos redarguit: q; terminum domino poſuiſſent: deinde eis impoſuit: ut eos eodem ſero ad portá ciuitatis expectarent. Premiſſa quoq; oratione lauit ſe & induit omnes ueſtes ſuas comptas: & ornamenta tulit: & ancillá ſuã nomine abrá ſecũ duxit: portás ſecum cibos aliquos ad edendũ. Venienſq; ad portá ciuitatis iuſſit ſacerdotibus & cuſtodibus ut ſe uſq; ad diem tertiũ expectarent. Cũq; deſcenderet monté tenuerunt eam exploratores: & duxerunt ad holopherné: qui ſtatim propter eius nimium decoré captus eſt in oculis ſuis. Cũ aũt ipſum adoraſſet iudith: iterrogauit eam cur ad ſe ueniſſet. Que reſpondit: q; iccirco uenerat: ut ſaluaret aíam ſuam: eo q; populum ſuum propter peccata ipſoꝝ in manu holophernis cognouerat eſſe tradendum. Addens q; deus ſuus eam miſerat: ut ipſa ſibi hec nunciaret: ſuoq; uſus cõſilio ipm uſq; in hieruſalem cum omni exercitu ſuo ītromitteret: omnemq; populũ ſicut oues ſine paſtore obſtieret. Que cum holopherni placuiſſent: iuſſit ei dari de cõuiuio ſuo. Illa autem nõ poſſe de cibis eorum comedere dixit: ne ſuper ſe ueniret ira dei. Petiitque ſibi dari copiam per triduum egrediendi ad orandum deum ſuum. Et ita per tres dies noctibus exibat: & dominum pro ſuo populo exorabat. Quarto uero die holophernes fecit cená ſeruis ſuis: & iuſſit uagno eunucho: ut iudith uocaret ad menſam. Cuius pulchritudíe & ornamẽtis holophernes captus: iocundiorq; effectus bibit uinũ ultra oém modũ: & inebriatus ſtatim feſtinauit ad lectũ. Vago aute iudith in eius cubiculum ītroduxit: ut cõcũberet ſecũ holophernes. Omnes quoq; inebriati ad hoſpitia feſtinarũt. Holophernes autem iacebat in lecto nimia ebrietate ſopitus. Precepit ergo iudith ancille: ut ad hoſtium cubiculi obſeruaret: & oratiõe premiſſa cum lachrymis inuocato domino: pugionem holophernis: qui pendebat ad columnam exoluit: & percutiens bis in ceruicé eius: caput ipſius abſcidit: & iuoluit illud canopeo ſuo hoc eſt ſerico reticulato: & tradidit ancille: que miſit illud in perá ſuam. ℂ Et egreſſe ſunt ambe ſecundũ conſuetudinem quaſi ad orationé: tranſeunteſq; caſtra uenerunt ad portam ciuitatis: & uocauit iudith cuſtodes: apertaq; ianua ingreſſa eſt: cunctiſq; ciuibus cõcurrentibus ad eam: accenſiſq; luminaribus protulit caput holophernis. & omnia q̃ ſibi deus fecerat enarrauit. Vocatuſq; achior uiſoq; holophernis capite adorauit deum iſrael: & appoſitus eſt ad populum domini. Cũq; oĩs populus laudaſſet deũ: de mandato iudith caput holophernis in muro ſuſpẽderunt: & diluculo in hoſtes ĩpetum fecerunt. Quod uidentes aſſyrii mádauerunt principé ſuum uocari. Cũ aũt intraſſet uagno: ut excitaret eũ: uidit corpus ſine capite: nec inuenit iudith. Quod aſſyrii audiétes timore ac ſtupore ꝓcuſſi: ſe in fugam dederũt. Quos filii iſrael cedétes uſq; ad fines ſuos ꝓſecuti ſunt: & uix per. xxx. dies eoꝝ ſpolia collegerunt. Vniuerſa quoq; que fuerant holophernis iudith donauerũt. Poſt hec aſcẽdit iudith in hieruſalé: & deo gratias egit. Vocatuſq; eſt cambyſes ab hebreis ſecũdus nabuchodonoſor. Redienſq; iudith betuliá ꝓſeuerauit in ſancta uiduitate oĩbus diebus uite ſue: & dimittens abrá ſuá liberá q̃uit in pace annoꝝ. cv. Sepultaq; eſt in monumento manaſſe uiri ſui. Hec ex libro iudith & aliis quibus ſupra.

ℂ De ſancta Heſter regina. Cap. LXXXI.

HEſter regina claruit in ciuitate ſuſa: q̃ poſt modum edeſſa dicta eſt tempore aſſueri ſiue artaxerxis regis perſarum: qui regnauit ab india uſq; ad ethiopu ſupra. cxxvii. prouincias. Qui tertio anno imperii ſui fecit grande conuiuium cunctis principibus & magnatibus prouinciarum: quod durauit. clxxx. diebus in domo ſua mirabili: cuius columne erant argentee: tectum uero

instar firmamenti habens gemmas diuersi coloris: in figura siderum & signorum dispositas. Post hos dies conuiuii inuitauit omnem populum qui erat in susis & discubuerunt extra domum. vii. diebus in uestibulo horti delitiarum: quod mira pulchritudine decoratum erat. Vasti quoq; regina fecit conuiuium feminarum in palatio ubi rex manere consueuerat. Die autẽ .vii. precepit rex. vii. eunuchis: ut introducerent reginam in apparatu suo: ut ostenderet omnibus pulchritudinem eius. Que ad imperium regis uenire contẽpsit. Et iratus rex de consilio. vii. sapientũ qui sibi semper astabant mandauit: ut ultra uasti non ingrederetur ad regem: sed altera melior regnaret pro ea: ut per hoc discerent omnes mulieres non parui pendere mãdata maritorum suorum. Igitur ad suggestionẽ puerorum regis: ceperunt iquiri uirgines in omni regno eius: & tradi aggeo eunucho ad custodiam: & acceperunt cultus & ornamenta ad libitum suum: ut que cũq; oculis regis placeret ipsa regnaret pro uasti. Erat tunc in susis iudeus nomine mardocheus de tribu gemini: qui descenderat de transmigratione iechonie. Hic erat nutritius filie fratris edesse: que alio nomine dicebatur hester: quam orbatam utroq; parente mardocheus adoptauerat in filiam. Hec inter ceteras puellas tradita est eunucho: que nõ indicauit populum suum sicut ei mandauerat mardocheus. Inuenitq; hester gratiam in oculis eunuchi: & tradidit ei ornamẽta pulchriora. &. vii. puellas que excolerent eam. Porro uirgines per ordinem ingrediebantur ad regem: & que ab eo egressa fuerat: nõ poterat ad eum redire nisi eam ex nomine uocaret. Mardocheus autem uersabatur circa domum regis curas habẽs salutis filie. Tãdem ex ordine uenit dies: quo hester ad regem ingressa est in ornatu speciosо. Et inuenit gratiam apud regẽ: & fecit eam regnare pro uasti. vii. anno regni eius & celebrauit nuptias integro mense: donaq; largitus est occasione nuptiarum: iuxta eius magnificentiam regalem. ¶ Eodem tempore irati sunt duo eunuchi regis ianitores: & machinati sunt in mortem eius quod mardocheum non latuit. Qui indicauit hester & illa regi ex nomine mardochei: quesitũq; est & inuentum & appensus est uterq; in patibulo. Et traditum est scripture in annalibus regis: in quibus reges accidentia sui temporis registrabant. ¶ Post hec assuerus exaltauit amã amalechitem de stirpe agag: fecitq; eum post se primum in omni regno suo. Et adorabat eum omnes serui regis preter mardocheum: qui propter patrias leges coram eo genua nõ flectebat. Quod attendens aman indignatus est: & accipiens eum esse hebreum: cogitauit omnes hebreos perdere qui erant in regno assueri: ueteri motus odio: quia iudei perdiderant amalechitas. Duodecimo igitur anno assueri missa est sors in urnam coram aman: quo die & quo mense gens iudeorum interfici deberet. Et exiuit sors .xiiii. die mensis duodecimi. Aman autem suggerente regi: q; gens iudeorum nouis legibus uteretur & regis iussa contemneret: pacemq; regni turbaret: decreuit: rex ut gens illa omnino periret. Cumq; aman promisisset impendere decem milia talentorum argenti in gazophilacio regis ex bonis iudeorum: cõcessit rex omne illud argentũ aman: & q; de populo illo ageret ut sibi placeret. Tulitq; rex anulum quo utebatur: & dedit aman: ut scriptas litteras ex nomine regis anulo suo signaret. ¶ Tũc scripsit aman nomine regis litteras anulo regis signans: ut occiderentur iudei a paruulo usq; ad senem & bona eorum diriperentur. xiiii. die. xii. mensis. Statimq; in susis pepẽdit edictũ. Quod cum audissent iudei fleuerunt. Hester quoq; hoc audiens accersiuit mardocheum: qui omnia ei per eunuchum significauit: & exemplum edicti ei misit: mandans ut ad regem intraret & ei pro suo populo supplicaret. Et quamuis hester iuxta legem regis non auderet ad eum ingredi nisi uocata sub pena mortis: tamẽ in domino confisa exposuit se periculo: & mandauit mardocheo ut omnes iudei pro ea orarent & triduo ieiunarent. ¶ Die autem tertio premissa oratione induta regalibus: stetit in atrio cõtra basilicam regis cũ duabus puellis. Qui cum respexisset eam toruo uultu: timens hester collapsa est. Quod cernens rex & ei compatiens: quia ipsam pre omnibus diligebat: surgens uenit ad eam: & cepit hortari ne timeret: eo q; ta li lege que pro subditis facta erat ipsa utpote regia nõ tenebatur. Illa uero surgens de angustia regem oscu lata: inuitauit eum & aman ea die secum ad prandiũ. Et cum secum ambo comedissent: obtulit rex hester ut peteret quicquid ab eo uellet. Que iterum eos duos uidelicet regem & aman tantum pro die sequenti ad conuiuium inuitauit: & tunc ab eo peteret quod optabat. Egressus est itaq; aman letus. Et uidens mardocheum sibi non assurrexisse indignatus est: & uocatis amicis indicauit eis omnem gloriam suam: addens q; ipsum solum cum rege hester ad conuiuium inuitasset. Verumtamen nihil se habere putabat: dũ uiueret mardocheus. Sed amicis consulentibus iussit trabem excelsam parari: ut regi suggeret: quatenus mardocheũ in ipsa appenderet: & sic letus ad cõuiuium intraret. Noctem illam rex duxit in somnem: iussitq; sibi deferri annales & legi. Et uentum est ad locum: ubi erat scriptum: q; mardocheus nunciasset ei facinus eunuchoꝝ. Cũq; rex interrogans audisset: q; ex hoc mardocheus nihil premii consecutus fuerat: quesiuit quis esset in atrio: & responderunt ei q; amã. Ipse enim intrauerat: ut regi suggeret de morte mardochei. Cumq; uocatus intrasset: interrogauit eũ rex: quid fieri deberet uiro: quem rex desiderabat honorare. Qui cogitans pro se dictum: respondit: q; ĩdutus regalibus & coronatus super equum regis per totam ciuitatem deberet circũduci: tenente habenas primo de principibus regis. Statimq; iussit rex: ut quicquid aman dixerat: mane faceret mardocheo: nihil omnino pretermittens. Quod cum fecisset cõsternatus rediit domum. Et ecce nuncii regis compulerunt eum ad conuiuiũ regine uenire. ¶ Finitoq; conuiuio dixit rex hester: ut peteret quicquid uellet. Que petiit sibi donari uitam & omni populo suo: cum per omnes prouincias ab aman mãdati fuissent occidi. Quod aman audiens timuit. Rexq; iratus surrexit: & hortum intrauit: & cum post horam rediisset: inuenit aman super lectum regine corruisse: in quo ipsa iacebat: ut ei pro anima sua supplicaret: putansq; q; eam opprimere uellet exclamauit. Et cum ab eunuchis audisset: q; trabem ad suspendium mardochei parasset: iussit cũ in ipsa immediate appendi: & dedit hester domum aman. Auditoq; ab ea q; mardocheus patruus suus es

ſet:dedit ei anulum ſuum quem receperat ab aman. Qui de mãdato regis ſcripſit nouas litteras:regis anu lo ſignatas prioribus contrarias ad principes prouin/ ciarum:ne occiderentur iudei:immo illos qui parati erant ad interfectionem ipſorum iudei interficerent: & manus principum eſſet cum eis. Et factum eſt no/ men iudeorum celebre. ¶ Igitur precedenti die ante diem qua iudei occidi debebant:uidelicet decimater/ tia die menſis duodecimi percuſſerunt iudei hoſtes ſuos plaga magna per omnes ꝓuincias ad ſeptuagin/ ta quinq; milia. In ſuſis uero interfecerunt ſexcentos uiros. Die uero decimaquarta ſolemnitatem domini celebrantes conuiuia magna fecerunt. Deinde regis mandato ſuſpẽſi ſunt decem filii aman:& omnis eius progenies deleta eſt. Et conſtitutus eſt mardocheus loco aman princeps primus poſt regẽ. Heſter quoq; regina domino ſeruiuit oĩbus diebus: & genuit regi filium nomine artaxerxem: qui poſt regem aſſuerũ in regno ſucceſſit. Mortuo quoq; aſſuero regina He/ ſter cum filio ſuo annis pluribus imperium tenuit. Et poſt hec in pace dormiuit. Sepulta in ſuſis in ſepul chro regali. Hec ex libro heſter: & aliis uolumini/ bus quibus ſupra.

¶ De ſancto Nicomede preſbytero & martyre. Cap. LXXXII.

NIcomedes p̃ſbyter & martyr paſſus eſt ro me ſub flacco comite. Hic diſcipulus bea/ ti petri apoſtoli eiuſq; in predicatione ad/ iutor in chriſti nomine miracula faciebat. Cui ut caſtiſſimo uiro beatus petrus ad paſſionẽ per/ gens:petronillã ſuã filiam cõmendauit. Cum aũt flac cus comes petronillã in ſuum coniugiũ requiſiſſet:& uirgines ac matronas:ut ipſa requiſiuerat:ei miſiſſet: ut eam ad domum ipſius aſſociarent: ipſaq; diuinis ſacramẽtis ab eodem nicomede preſbytero perceptis expiraſſet:ut ſupra in geſtis petronille dictũ eſt pridie cal. iunii. Turba mulier: que ad eius nuptias celebrã/ das uenerat:exequias ſancte uirginis celebrarunt:quã beatus nicomedes ſepeliuit. Et dum poſtmodũ uer/ bum domini predicaret iſtanter:tentus eſt a flacco co mite tempore domitiani:pro eo potiſſime q; feliculã uirginem ab eodẽ comite paſſam ſepeliſſet: ut ſupra dictũ eſt idibus iunii: Quẽ tentum dictus comes fecit adduci ad ſacrificandũ. Quod cũ facere recuſaret:iu/ bente flacco tam diu plumbatis ceſus eſt:donec ſpiri/ tum exhalauit. Corpus autem eius in tyberim preci/ pitatum eſt. xvii. calend. octobris. Hec marcellus pe/ tri diſcipulus ſcripſit.

¶ De ſancto Valeriano martyre. Cap. LXXXIII.

VAlerianus martyr unus fuit ex numero il lorum quinquaginta:qui tẽporibus anto nini ueri iperatoris apud lugdunũ in car/ cere miſſi i fuerant cũ ſancto phõtino epi/ ſcopo. Ex quibus chriſtianis ipſe ualerianus una cum marcello martyre patefactis ianuis ab ãgelo dimiſſus eſt:ut habet ſupra in paſſiõe dicti marcelli pridie nonũ ſeptẽbris. Quo qdẽ marcello p martyriũ aſſumpto: dum ipſe ualeriãus in cellula ſecretiſſima latitaret: & multos ad xp̃i fidẽ conuertiſſet:puenit ad caſtr̃ teno ciũ in territorio cabilonẽſi:ubi ſanctus marcellus paſ ſus fuerat:ubi eſt a militibus priſci p̃ſidis captus:& cũ ſacrificare nollet ſtipiti appẽſus:& grauiter exungula tus tandem in chriſti confeſſione pſiſtens in eo loco: ubi nunc corpus eius ſepultũ colitur:gladio animad/ uerſus eſt. Qui in eius agone ut olim ꝓtomartyr ſte/ phanus uidit celos apertos: & chriſtum ei coronam oſtendere preparatam. Paſſus eſt autem. xvii. calen/ das octobris.

¶ De ſancta Euphemia uirgine & martyre. Cap. LXXXIIII.

EVphemia uirgo filia ſenatoris philophro nis in ciuitate chalcedõia paſſa eſt tpe dio cletiãi iperatoris ſub ꝓcõſule priſco. Qui primo in ipſa ciuitate. xlix. xp̃ianos iuue/ nes detẽtos una cũ euphemia uirgine cum nollẽt deo marti ſacrificare p dies. xx. in carcere macerauit. Dein de ipſos eductos alapis in faciẽ cedi:deĩde grauiter fla gellari fecit:ip̃oſq; uinctos iter̃ in carcere imperatori puniẽdos reſeruauit. De qbus dicet ifra. viii. cal. octo/ bris. Quos beata euphemia cũ eis pariter detẽta uirili ter hortabat. Propter qđ ante ꝓcõſulẽ adducta: cum ſacrificare nollet alapis diu ceſa eſt: deinde in carcerẽ remiſſa. Quã iudex ſecutus ex libidine opprimere uo luit:ſed ſubito manus eius exaruit. Qui ſe incãtatum putans:prepoſitũ domus ſue ad eã direxit:ut eã face/ ret cõſentire. Sed ille carcerem clauſum:nec clauibus apire:nec ſecuribus frãgere potuit:nec a demonio ar/ reptus ſeipſum dilaniãs uix euaſit. Deinde educta po ſita eſt ſup rotam:cuius uectes carbonibus pleni erãt: & artifex intra rotam ſignum trahentibus dederat: ut quando ſonũ faceret ſimul traherent:& ſic exeun/ te:igne:uectes corpus uirginis diſſiparent. Sed nutu dei ferrũ quo rota temperabat manu decidens ſonũ fecit:& continuo trahẽtibus illis rota artificem cõmi nuit:& euphemiã illeſam ſeruauit. Tunc parẽtes arti/ ficis ſuppoſito igne:ipſam rote alligatã:ſimul cũ rota cõburere uoluerũt. Angelus ãt domini de celo deſcẽ/ dit:& rota cõbuſta euphemiã itactã eduxit:miniſtros quoq; oẽs paralyſi ꝓcuſſit. Tũc iuſſit eam ꝓconſul in fornacẽ ardentem mitti. cuius ignis latitudo. xlv. cu/ bitis extendebatur. Sed ſigno crucis edito: inde illeſa educitur:& in loco excelſo ſtare cõſpicitur. Apeliaus autem proconſulis aſſeſſor:eidem conſuluit: ut eam decollari faceret: dicens uirtutem chriſtianorum: non niſi ferro uinci poſſe. Erectis ergo ſcalis cum ſoſthenes & uictor ad eam feriendam miſſi eſſent: uidentes eam angelorum & uirginum choris circun datam:& immẽſo lumine circũfuſam: conuerſi ſunt

ad chriſtum: & reuerſi eam percutere noluerunt: ut ſupra in eorum paſſione actum eſt. iiii. idus ſeptembris. ¶ Poſt hec priſcus eam per capillos ſuſpendi fecit: ſed immobilem permanẽtem: negato cibo: itẽrũ diebus. vii. in cuſtodia macerauit. Illa uero ab angelo quotidie refecta. vii. die educta: ſubter q̃ttuor magnos lapides poſita eſt: quatenus ſicut oliua confringeretur. Ad cuius orationem lapides ut puluis comminuti ſunt. Quod cernens priſcus ipſam in ꝓfundã foueã proiici iuſſit: ubi tres erãt beſtie immaniſſime que oẽm hominẽ deuorarẽt. Que ſtatim uirgini blãdientes iũctis caudis: ei quaſi cathedram ad ſedendũ fecerunt: & uirginẽ illeſam de fouea eduxerunt. Priſcus confuſus ut eam uel dolo occideret: fecit gladios & palos acutos cõfigi & obſcure ac terra modica operiri ut illa ex improuiſo in ipſos incidens moreretur. Gladiis uero & palis ab angelis alibi tranſpoſitis: euphemia ueniens ad locum nil leſionis pertulit: miniſtri uero incidentes interfecti ſunt. Que omnia dum priſcus magie attribueret: iuſſit eã uirgis cedi. Et cũ nec ſic ſuperari poſſet. mandauit eam ferris membratim diuidi: & in ſartagine membra torreri: uerum angeli domini ferras confregerunt: & ignẽ ſartaginis extinxerunt: uidẽs apuleius procõſulem anguſtiari. Iuſſit uirginem in harenario mitti: & beſtias ei laxari. Et laxati ſunt ei duo leones & due urſe. Et cum beſtie ei procidentes: ueſtes eius oſcularẽtur orauit euphemia ut deus eam tali martyrio dignaretur aſſumere. Sicq; una ex urſis curſum arripiens: morſum corporis eius ſolummodo infixit: liuorem tamen nullum ei fecit. Sicq; uoce celica ipſam uocante ſpiritum emiſit. Cuius corpus parentes rapuerunt: & miliario uno a ciuitate chalcedonia ſepelierunt decimoſexto calendas octobris. Cuius meritis omnes iudei & gentiles eiuſdem urbis in domino crediderunt.

¶ De ſanctis Lucia & Geminiano martyribus.

Cap. LXXXV.

LVcia uidua & geminianus martyres paſſi ſunt in ciuitate mendula in prouincia ſicilie poſita tempore diocletiani & maximiani imperatorum. Fuit autem beata lucia nobilis in urbe roma: q̃ annis. xxxvi. manſerat uidua: & annis ſeptuagintaq; ꝓmanſit in hac uita. Quam filius eius eu̇ppius diocletiãno accuſauit: q; eẽt xp̃iana. Quã imperator detentã: & ante ſe adductã: cum nõ poſſet inducere ad ſacrificandum: iuſſit in carcerem recludi. Subitoq; fundamẽta carceris cõmota ſunt: & odor ſuauiſſimus fragrauit: uoxq; de celo lapſa ipam in domino cõfortauit. Deide xp̃s ei in ſomnis apparuit: & celeſtia regna promiſit. Poſt dies quattuor tyberis fluuius inundauit: & pars maxima murorum urbis corruit. Palatiũ quoq; diocletiani ipetus aque fundituſ euertit. Imperator uero qui urbe tunc exiuerat: hoc audito rediit: & ueniẽs ad carcerem: ubi lucia detinebaẽ: ipſum apertum inuenit: & lucem maximam irradiantẽ aſpexit. Eductam ergo ſanctã extra urbem & deos adorare recuſantem: nodoſis fuſtibus cedi ſecit. Et ecce qui eam cedebat: factus eſt lapideus: manus uero carnea remanſit uſq; in preſens: unde & locus ad manũ carneã uocatur. Imperator uero pene totus aridus factus eſt. Sed orãti pro eo ſancta ſanitati ẽ reſtitutus. Et cũ ad templũ iouis accederet ad gratias diis exoluẽdas ſubito tẽplũ corruit: & oĩa idola cõminuta ſunt. Tũc iratus diocletianus iuſſit ollã ereã adduci & picẽ: plumbũ: ac reſinã in eã liquefieri: & luciã nudã in olla deponi: & per triduũ ignem ſubter miniſtrari. Quarto uero die lucia a miniſtris ex olla egreſſa: ac oĩno illeſa inuẽta eſt. Qd audiens imperator iratus mãdauit ipſam ferro & plumbo oneratam per totam ciuitatẽ duci: & deide in equuleo torqueri. Que dũ duceret: peruenit ante domũ hominis p̃potentis noie geminiani: in cuius domũ. cccxx. ſimulacra erãt. Et ecce ſubito colũba niuea de celo deſcẽdit: & ſuper caput geminiani tertio crucẽ figurans reſedit. Qui reſpiciẽs uidit celũ apertũ: & ſedem dei oĩpotentis. Et ſtatim relictis oĩbus cucurrit ad locũ: ubi iã ſancta deo torquebaẽ: & ꝓſtratus pedibus eius: ſe chriſtianũ aſſeruit: & baptiſmũ expetiit. Qui ſtatim detentus una cũ lucia carceri macipatus eſt. Sacerdos aũt quidã prothaſius noie per noctẽ ab angelo monitus ad carcerẽ acceſſit: & apertis hoſtiis: luceq; de celo ꝓfuſa: ac odore aromatũ refragrante: fonte quoq; de terra erũpente. Geminianũ baptizauit: quẽ lucia de ſacro fonte ſuſcepit. ¶ Poſt tertiũ diẽ ambo de cuſtodia educũtur: & iteꝝ penis afficiuntur: ſed ab angelo coronis de celo ſibi impoſitis laureantur. Cum aũt eos imperator iteꝝ in carcere recluſiſſet: & extra urbẽ equitaret: dũ peruenieſſet ad pontẽ gallatiũ: iudicio dei pons cecidit & multis in fluuio necatis: ipſe uix cũ paucis euaſit. Cuius prefectus noie pyrrhopogon paphilus natione: luciã & geminianũ nolẽtes diis immolare ceruicibus contundi fecit. Et ſtatim facto nimio terremotu camera fori corruit: & prefectũ cũ quadraginta ex miniſtris oppreſſit. Lucia uero cum Geminiano illeſa permanſit: quos tumultus populi ereptos liberauit. ¶ Poſt annũ uero ſancti martyres ab angelis in ſiciliã inſulam perducuntur: & in mõte tauromenio dimittuntur: indeq; uenerunt ad prediũ aleſinum: ubi filiã cuiuſdã eucarpionis a ſpiritu immundo decennio uexatam liberauerũt. Altera uero die peruenerũt ad fluuium pſimiphũ: & cum nimiũ inũdaret: oratione facta aqua ſtetit: & ſancti ſuper undas ſiccis pedibus trãſierunt: & peruenerunt ad mendulam ciuitatem: ubi multos ifirmos curabãt: & demonia clamantia eiiciebant: eoſq; omnes ad chriſtũ conuertebant. Quod audiens iudex noie aprophaſius iuſſit oẽs qui conuerſi fuerant decollari numero ſeptuaginta quinque: qui mox ut domũ redibat ex equo colapſus & mortuus

eſt. Tunc magaſius iudex hoc comperto a ſyracuſana ciuitate uenit mendulam: ut ſanctos interficeret. Orãte uero lucia mons crepuit: & ſancto ſuſcipiens triduo occultauit: deinde ſitientibus illis fontis aqua ſcaturiit: eoſq; refecit. Orauitque lucia ad dominum: ut eius in pace ſuſciperet ſpiritum: & ſtatim in domino obdormiuit. Geminianus uero poſt duos dies egreſſus: ut corpus eius ſepelieret: a carnifice inuentus gladio percuſſus eſt. Et cum odor maximus de monte fragraret: chriſtiana quedam ad odoris ſenſum montem intrauit: & in ſepulchris marmoreis ibidem ab angelis preparatis ſanctorum corpora reperta ſepeliuit: atq; in montis uertice eccleſiam eorum nominibus fabricauit. Qui paſſi ſunt decimo ſexto calen. octobris.

¶ De ſancto Lamperto epiſcopo & martyre. Cap. LXXXVI.

LAmpertus epiſcopus & martyr paſſus eſt tempore pipini francorũ regis. Hic enim genere nobilis ex oppido traiectenſi oriundus ab annis puerilibus ſacris litteris eruditus: diotardi: epiſcopi diſcipulus fuit a quo & eccleſiaſticos ordines uſq; ad diaconatum accepit. Qui pro ſui ſanctitate adeo ab omnibus amabatur: ut mortuo diotardo magiſtro ſuo traiectenſi occleſie in epiſcopum ab omni populo mereretur promoueri. Quem hydricus rex pre omnibus epiſcopis ſuis charius diligebat. Quo mortuo inuidorum malitiaciues eius impii ipſum ſine cauſa de epiſcopatu eiecerunt: & feramundum in eius cathedra ſtatuerunt. At lampertus ad monaſterium: quod dicitur ſcabolĩ: declinauit: & per ſeptem annos ibidem in penitentia & optima conuerſatione ſtetit. ¶ Quadam uero nocte ad orationem ſurgens in pauimento per ignorantiam caſu ſonitum fecit. Quod audiens abbas mandauit: ut quiſquis eſſet ille: qui ſonitum illum feciſſet: ſtatim ad crucem: que erat in campo ſub diuo uſque poſt matutinum moraturus accederet. Credens q; aliquis ex fratribus ſtrepitum ſtudioſe feciſſet. Tunc lampertus illico nudis pedibus & cilicio indutus ad crucem cucurrit ac ſi tali obediẽtie uti unus ex monachis eſſet aſtrictus: idiq; uſque poſt matutinum perſeuerauit: donec abbas in matutino omnibus uiſis fratribus: epiſcopum deeſſe cognouit. Et audito q; ille fuiſſe qui ad crucem iuiſſet: eum introduci fecit: quem totum capite cum hyems eſſet horrida: niue perfuſum & pene frigore extinctum aſpexit: & ab eo cum monachis ueniam poſtulauit. ¶ Poſt .vii. annos autem iubente pipino rege feramundus expellitur: & lampertus in ſedem ſuam reducitur. Et cum ipſe ſicut prius uerbo & exemplo polleret duo germani fratres maligni in ſurgẽtes in eum grauiter perſequi ceperunt. Quos puidẽ amici epiſcopi eo inſcio occiderunt. Eodemq; tempore lampertus pipinum de quadam eius concubina plurimum increpauit. Dodo aũt conſanguineus occiſoũ & frater ipſius meretricis aule regie domeſticus: occaſiõe accepta cõgregauit exercitũ: & domũ epiſcopi: que erat in uico leodio nocte circundedit: uolens occiſorum necẽ in ſanctum uindicare lampertum. Quod cum uir domini puero nunciante didiciſſet: gladium quem tenebat abiecit: ſuoſq; conſtanter admonuit: ut peccata ſua confiterentur: & patienter mortem ſubſtinentes in domino confortarentur. Cum autem hoſtes domum eius undiq; inflammaſſent in ſanctum martyrem irruerunt: & ipſum orantem iaculis & gladiis peremerunt. Quibus abeuntibus: quidam ex epiſcopi famulis euadentes: corpus eius ad eccleſiam ſuam nauigio perduxerunt: quod traiectenſi cum multa ciuitatis meſtitia ſepulture dederunt: paſſus eſt .xv. calẽ. octobris circa annum domini .ccccccx.

¶ De ſcõ tharraſi confeſſore. Cap. LXXXVII.

THarraſis confeſſor grecia ut creditur oriundus: eo q; de uita ipſius nihil certum habetur: confeſſione chriſti & penitentia clarus apud conſtantinopolim eremi incola angelicam uitam duxit: ubi in pace quieuit. Corpus autem eius in ſpelũca repertum eſt: in qua & penitẽtiam egiſſe putatur: cum titulo in tabula ſcripto. Hic requeſcit corpus ſancti tharraſis cõfeſſoris. Quod inde leuatum tempore alexii imperatoris: intra urbis regie ambitum honorifice ſepulture traditum eſt. Proceſſu uero temporis inde tranſlatum fuit ueneti as ab ipſius patrie ciuibus: atq; in mõaſterio ſancti zacharie depoſitum quieſcit. Cuius tranſlatio facta eſt .xv. calẽ. octobris: Nam & de eo quo tempore floruit: quo ue die ad xp̃m migrauit aliter reperiri nõ ualuit.

¶ De ſanctis Emiliano & Hieremia martyribus. Cap. LXXXVIII.

EMilianus diaconus & hieremias martyres apud cordubam hiſpanie ciuitatem paſſi ſunt. Qui pro confeſſione fidei chriſtiane detenti: & diuerſi afflicti ſuppliciis: tandem gladio decollati ſunt. xv. cal. octobris hec ado in martylogio.

¶ Da ſanctis Victore & Stephana martyribus. Cap. LXXXIX.

VIctor & ſtephana martyres apud ſiciliam paſſi ſunt ſub perſecutione antonini imperatoris agente duce ſebaſtiano. Qui militem uictorem captum hortabatur: ut diis ſacrificaret. Quod dum recuſaret: iuſſit dux confringi digitorum eius articulos: donec oſſa de corio ſuo gregarentur. Et cum in his gratias ageret: iuſſit eum mitti ĩ caminum ignis ardentis. Orauit autem uictor ad dominum: & ignis eũ non tetigit: ſed poſt triduũ dux ipm illeſum inuenit. Tũc mãdauit uenena prepari & ea in carne iniici & ei dari. Et cõtinuo mãducauit: nec aliqd mali ſenſit: uenenarius ãt acriores uene

norũ ſtimulos porrexit. Et cũ comediſſet iteꝝ ſanus ſtabat. Statimq; magnus ille cõuerſus: oés codices ſuos combuſſit: & fidé xpi ſuſcepit. Poſt hec iuſſit dux neruos corpis eius dirũpi: & oleum decoqui: & partibus occultioribus corporis infundi. Ac demum in equuleo ſuſpẽdi & lãpades ei ardentes applicari. Que cũ oĩa cõfortatus a domino ſupaſſet: fecit acetũ & calcẽ in os eius ĩfundi: deinde ipm exoculari: & ſic uerſis pedibus ſuſpendi: donec ex eius naribus ſanguis diſtillaret. Dimiſſo igitur eo triduo in illo ſuſpendiculo: carnifices eum mortuum exiſtimantes acceſſerunt ut uideret: & ſtatim excecati ſunt. Sed orante uictore tã ipſe q̃ illi uiſum perceperunt. Iratus autem ſebaſtianus hoc audito mandauit eũ decoriari. ℂ Tũc uxor unius militis nomine ſtephana annorum circiter. xvi. exclamare cepit: & ſanctum martyrem beatificare: uiditq; duas coronas ab angelis de celo deferri: & maiorem uictori: minorem uero ſibi dari. Et cũ hec omnia coram cunctis enaraſſet: & chriſtum dominum confeſſa fuiſſet. Iuſſit dux arbores duas palmarum ad ſe inclinari: ita ut ſe tangerẽt: & in utriſq; ligari manibus ac pedibus beatam ſtephanam: & ſimul arbores ad naturalem erectionem reuertentes dimitti: ſicq; dirupta eſt ſtephana in duas partes & a xpanis occulte ſepulta. Sanctũ aũt uictorẽ iuſſit dux decollari. Percuſſoq; illo ex eius corpore ſanguis & lac emanauit. Cuius corpus a chriſtianis ſepultũ eſt in ſarcophago: quod ipſe ſibi ppauerat in ciuitate ſua. Paſſi ſunt autem ſancti martyres. xiiii. cal. octobris.

ℂ De ſcõ methodio epõ & marty. Cap. LXXXX.

Methodius martyr primo olympi lycie eps & poſtmodum tyri fuit. Qui nitidi cõpoſitiq; ſermonis aduerſus porphyrium libros luculentos compoſuit. Item ſympoſium. x. uirginum. Item de reſurrectione contra origenem opus egregium. Et aduerſus eundem de phitoniſſa & de arte georgiorum. In geneſim quoque & in cantica canticorũ cõmentarios edidit. Et multa alia que uulgo leguntur: q ad extremũ nouiſſime peruenionis ſub diocletiano: uel ut alii affirmant ſub decio & ualeriano in calcide grecie martyrio uitam finiuit. Cui in carcere exiſtenti facta eſt reuelatio plurimorum de tpe aduentus antixpi: que ſanctus martyr ſcripture commendauit: paſſus eſt. xiiii. calẽ octobeꝝ. Hec hieronymus de uiris illuſtribus.

ℂ De ſcõ fereolo martyre. Cap. LXXXXI.

Fereolus martyr & iulianus eius comes in aluernia nati deo in militari habitu ſeruiebant: ut dictũ eſt ſupra in paſſione iuliani mris. v. calẽ. ſeptẽbꝝ. Cũ aũt perſecutores ſanctum iulianum apud aluerniam decollaſſent: & caput eius uiẽne ad fereolum detuliſſent: a criſpino conſulari tali conditiõe miſſi: ut aut fereolus ſacrificaret: aut ſimilẽ ſententiã acciperet: cũ eis aſſentire: nollet: confeſtim in chriſti confeſſione capite ceſus eſt. Cuius corpus una cum capite ſancti iuliani in ipſa ciuitate in eodem tumulo ſepultum eſt. xiiii. calẽ octobꝝ. ℂ Poſt multos aũt annos cum mamertus eps uienneꝝ corpus ſancti fereoli tranſferre uellet: inuenit caput ſancti iuliani inter manus fereoli: & utrumq; ipſorũ ita integrum & illeſum ac ſi ea die fuiſſet ſepultum.

ℂ De ſcõ flocello martyre. Cap. LXXXXII.

Flocellus mr puer decennis paſſus eſt apud urbẽ auguſtuduneũ tẽporibus antonini ipatoris ſub ualeriano pſide. Cũ enim pſes audiſſet: q flocellus ſanctos martyres in eorũ paſſionibus cõfortaret: iuſſit eũ teneri: & ſuſpenſum in equuleo diutius flagellari. Deinde carceri una cum leone recludi: ut ab eo deuoraretur. Orante uero puero leo ſubito moritur. Statimq; .vii. lucerne cũ cãdelabris ei preſentantur: quarum lumine tenebre carceris repelluntur. Quod audiẽs gentilis quidã filium ſuũ cecum ſurdum & mutum ei obtulit: cui ſanctus martyr confeſtim uiſum auditũ & loquelã reſtituit: & ipm cũ patre ad xpm conuertit. Que dũ pſes audiſſet ipm in ignẽ maximũ extra urbem mitti fecit. Sed puer ab angelo ſibi a dextris aſſiſtente hortatus ignẽ ingreſſus eſt. Et continuo tempeſtate & imbre ualido ingruẽte ignis extinctus eſt. Quẽ pſes iuſſit lingua & palmis clauis cõfigi. Et dũ nihilominus chriſtũ cõfiteret: ſtola ĩdutus linea feris in platea exponit: & ab eis diſcerptus martyrio coronatur. xiiii. calẽ octobris.

ℂ De ſcis ianuario epõ & ſociis marty. Cap. XCII.

Anuarius eps & ſocii eius. i. feſtus ſoſius & proculus diaconi: deſiderius lector: acacius & eutyches paſſi ſunt apud ciuitatem puteolanam ſub perſecutione diocletiani agente preſide timotheo. Qui preſes miſſus a ceſare ad ciuitatem nolanam campanie ad chriſtianos exterminandos. Soſiũ eccleſie meſſenateũ & pculũ puteolane eccleſie diaconos & eutycheté & acaciũ ciues nolane urbis laicos chriſtianos in carcerem clauſit. Ianuarium uero epm beneuenti ei de chriſtianitate delatum teneri: & ſibi preſentari mandauit. Quem cum ad deorum ſacrificia: nec blanditiis: nec minis inclinare poſſet. Iuſſit carminum ignis per triduum incendi: & ianuariũ interim cuſtodie detẽtũ inter flãmas immiti: qui oratione fuſa cũ angelis decantãs in medio ignis deãbulabat illeſus. Quod dũ milites timotheo preſidi nũciaſſent: iuſſit caminũ ignis aperiri. Et erũpens flãma plurimos paganorum circunſtãtes peremit. Ianuarius autem ex camino proſiliuit: ita ut nec capilli eius: nec ueſtimenta exuſta in aliquo apparerent. Quod dum preſes magicis artibus attribuiſſet: iuſſit eum in cuſtodia detineri. Die uero ſequẽti ante ſe adduci: & neruos de corpore ipſius ſeparari: deinde iterum in carcerẽ recipi: ut interim noua ſupplicia excogitaret. Ad quem uenientes feſtus diaconus & deſiderius lector beneuentane ciuitatis: & eius ſuppliciis condolentes: iuſſu eiuſdem preſidis detinentur: & una cum ianuario uinculis manicipantur. ℂ Poſt hec dum timotheus ad ciuitatem puteolanam tranſire uellet iuſſit omnes martyres pfatos catenis uinctos ante currũ ſuũ protrahi ad exẽplum chriſtianoꝝ: ipſoſq; cũctos in amphitheatrum eiuſdem urbis introduci: & urſos eiſdem laxari. Sed manſuefacte fere quaſi oues ad pedes martyrũ procidebant. Quod cernens preſes dictata ſententia iuſſit eos omnes capite cedi. Statimq; lecta ſententia: cũ ſancti ad decollationẽ ducerentur: cecus effectus eſt pſes. Ianuariũ quoq; mox reuocatũ rogauit: ut pro ſe ad deũ ſuũ oraret. Et cũ pro illo oraſſet: cõfeſtim lumẽ oculorũ recupauit. Quo uiſo miraculo fere qnq; milia gẽtiliũ cõuerſi ſunt. Preſes uero in malum obſtinatus hec

uidens:ianuariū ad martyriū una cū ceteris remisit: qué senex quidā rogauit:ut uestibus suis aliquid pro reliquiis acciperet. Cui episcopus post decollationem suam orarium suum ei se daturum promisit. Decollati sunt ergo sancti martyres. Ianuarius episcopus festus & ꝓculus diaconi:desiderius lector & acacius: & eutyches. Sosius uero diaconus q inter alios promptior appuerat in carcere est seruatus:donec postmodū ab eodem preside passus est:ut dicitur infra in eius passione. viiii. cal. octobris. Ianuarius autē post martyrium suū seni appuit:& orariū suum sanguine perfusum quo decollandus oculos texerat:eidem tradidit. Qué senex militibus ab eoꝝ occisione redeūtibus:in testimonium miraculi ostendit. Eadem autē hora q̄ sancti capite cesi sunt:timotheus a demonio arreptus diuq; uexatus infeliciter expirauit. Mater uero sancti ianuarii in ipsa hora in urbe beneuētana somniū uidit:q; filius eius per aera ad celum uolaret. Et dié & horā notans inuenit ipsum tunc palmā martyrii suscepisse. ℂ Cū uero martyr domini decollaret̄:& orarium ante oculos teneret:digitus eius una cum capite abscisus excidit. Sed dum christiani corpus ipsius & ceterorū martyrū nocte sepelire uellent: apparuit eis ianuarius:eos admonēs:ut dígitū simul cum capite p̄ cisum requirerēt. Quod illi facere curauerunt:& sanctorū omnium corpra honorabiliter iuxta ciuitatem sepelierunt. Qui passi sunt. xiii. cal. octobris.

ℂ De scō Godérico epō. Cap. LXXXXIIII.

Odericus ep̄s claruit apud metensem ciuitatē tpe theodeberti regis francorū. Qui aquitania exortus: primo quidem miles egregius cum multas contra barbaros uictorias obtinuisset:& corā deo & hoībus famosus esset:oculoꝝ cecitatē īcurrit:nūq̄ tamē ip̄m patiētia deseruit. Eodē ātē tēpore sanctus arnulphus metēsi eccle sie presidebat. Godericus autē ab angelo monitus ad ciuitatem metensem uenit:& ibidē in ecclesia sancti stephani ꝓtomartyris:ut monitus fuerat: ad deū deuote orauit:& lumen quod dudum amiserat recuperauit. Arnulphus aūt ei carne propinquus ip̄m in domū suam suscepit:& diuina iussione p̄sbyterum ordinauit. Deinde solitaniā uitam eligens ep̄atui resignauit:& successorem sibi godericū reliquit:& eremū petiit:ut supra in eius gestis dictū est. xvii. calē. septēbris. Godericus autem ecclesie metensi:exemplis & doctrinis laudabiliter prefuit. ℂ Cum autem corpus sancti arnulphi defuncti ad ecclesiam suā cū ciuibus deferret̄:deuenit ad uillam hominis impii:ut illac transitum haberet:qué uidelicet sanctus arnulphus sepius in uita sua monitum:non potuerat a sceleribus reuocare: dumq; uille appropinquarent omnes immobiles facti: ultra procedere non uolebant: eo q; sanctum corpus illac transire nolebat: sed dum omnes propter hoc hesitarent:& sol iam occasui festinaret: occurrit eis uir fidelis: qui eos ad uillam suam aliam inuitauit. Ad quam cuncti cum tanta celeritate uenerunt:ut uolasse potiusquam measse putarentur:ubi dum uinum non reperiretur: modicum ceruisie sancto episcopo oblate:adeo multiplicatum est:ut nocte illa cunctis ad poculum abundaret. Quie uit autem in pace uir domini. xiii. cal. octobris: & tumulatus iacet in ecclesia metensi.

ℂ De sanctis peleo & nilo episcopis & martyribus. Cap. LXXXXV.

Peleus & nilus ep̄i apud palestinam martyrio claruerunt. Qui tempore persecutionis in christianos seuientis:pro confessione glorioſi nominis christiani: cum plurimis cleris detenti:& ignibus consumpti: immortalem a domino coronam percipere meruerunt. xiii. cal. octobris:ut ait ado in martylogio.

ℂ De scīs felice & cōstātia mr̄. Cap. LXXXXVI.

Felix presbyter & constantia martyres tempore persecutionis Neronis imperatoris apud nuceriam ciuitatem passi sunt. Qui rabie dicti cesaris in christianos crassante: dum christum confiteri non dubitassent:gladio capite cesi martyrium consumauerunt. xiii. calē. octobris. hec ado.

ℂ De scīs fausta & euilasio mr̄. Cap. LXXXXVII.

Austa uirgo & euilasius martyres apud cyzicum ciuitatem passi sunt: sub maximiano imperatore. Cum enim fausta eēt infantula annorum. xiii. filia gemelli protectoris ciuitatis: parentibus ambobus orbata: christum dominum clara confitebatur uoce. Missus est igitur euilasius preses annorum. xxxx. a maximiano augusto ad cyzicum ciuitatem. Qui puellam detentam fecit radi:& ad turpitudinem decaluari. Sicq; in equuleo suspendi & torqueri. Statimq; coruscationibus factis: multi ministrorum occisi sunt. Deinde in loculis missā: dum ab hora prima diei usq; ad sextam serra ferrea secaretur: nec in aliquo ledi posset: predicante uirgine gloriam christi: euilasius preses conuersus ipsam dimisit: & baptismum suscepit. Deinde maximianus hoc audito misit alium presidē nomine cracum: quem iurare fecit ne unq̄ crederet in christum. Qui euilasium & faustam iussit comprehendi:& euilasium in equuleo suspendi & torqueri. Faustam uero sicut crepidas capite:fronte:facie:pectore: totoq; corpore clauis configi. Cum autem illesa permansisset: mandauit eam cum euilasio in saginem mitti:& plumbo bulliente ollā repleri. Quibus orantibus & psallentibus:plumbū sicut aqua tepida refrigeratum est. Sancti uero quasi in balneo iacentes:uoce ipsos de celo uocante spiritum emiserūt. xii. cal. octobris.

ℂ De scō priuatu epō & martyre. Cap. XCVIII.

Priuatus episcopus & martyr passus est in territorio gaualitane ciuitatis temporibus ualeriani & galieni imperatorum sub persecutione allemannorum: qui ab occidente aduersus rempublicam cum rege ipsorum herode conuenientes:transmisso rheno gallias infestabant. Veneruntq; ad montem gedronem in solo gaualitane ciuitatis positum:ad quem gaualitani ciues quasi in presidiū confugerāt:quem ipsi hostes per biennium obsiderunt. Sed beatus episcopus cum populo suo in ipso monte non erat:eo q; in alio sibi monte cellam construxerat:in qua lectioni & orationi insistebat. Cum igitur hostes episcopum ibidem esse comperiunt: ad eum accedunt: & sperantes per hoc populum obsessum flectere: priuatum capiunt: & ut suos ciues ad se tradendum hostibus inducat com

pellunt. Recuſantem uero hoc facere: fuſtibus grauiſſime cedunt: & ducẽtes illum ad gaualitanam quam ceperant ciuitatem: cum nec ipſum ad immolandum idolis compellere poſſent: in ignem miſerunt: Sed cum inde illeſus euaſiſſet: lanceis & cultris pluribus ipſum plagis confoderunt. Redeuntes autem ad gedronem montem: populo libertatem egrediendi concedunt illiſq; exeuntibus: & ad epiſcopum ſuum ſeminecem recurrentibus: germani oppidum capiunt: & totaliter uaſtauerunt. Sanctus autem martyr uulneribus perſecutorum attritus: inter ouium ſuarum manus poſt dies modicos emiſit ſpiritum. xii. calen. octobris. Sepultuſq; eſt in ſubterranea crypta ꝓpter perſecutionem paganorum: qui nec ſanctorum cadaueribus indulgebant.

¶ De ſancto Eulogio pſbro. Cap. LXXXXIX.

EVlogius preſbyter: ut in uitis patrũ habetur: in eremo de ſcythei egyptiorum claruit. Qui cogitationes hominum cognoſcens: cum quoſdam aliquando indigne uelle communicare uideret: ſingulos remouebat: & eorum eis cogitationes detegebat: donec omnes per penitentiam purgabantur. Et ſic illos ad communionem admittebat: Quieuit autem in eterno de ſcythi duodecimo calen. octobris.

¶ De ſancto Mattheo apoſtolo & euangeliſta. Cap. C.

MAttheus apoſtolus & euãgeliſta ex tribu leui progenitus: a qua & ſecundum nomen aſſumpſit: ex publico autẽ teloneario ope publicanus appellatus ex publicanis a domino ad penitẽtiã uocatus: & in apoſtolatũ tranſlatus eſt. Hic primus in iudea patria lingua. i. hebrea ſcripſit euangelium: quod q poſt modum in grecum tranſtulerit: non ſatis claret. In quo quidem euangelio: ut hierous aſſerit. Vbicumq; euangeliſta ueteris ſcripture teſtimoniis utitur: non ſequitur ſeptuaginta interpretum auctoritatem: ſed hebraicum ueritatem. ¶ Qui poſt aſcenſionem domini primum in egypto predicauit: deinde ad ethiopiam tranſiuit & ueniens in ciuitatem eoꝝ regiam: que dicit̃ natoaber: in qua rex egippus regnabat: inuenit ibi duos magos nomine zaronen & arphaſath q ita homines ſuis artibus dementabant: ut quoſcũq; uellent ſenſuũ ac mẽbrorũ officio & ſanitate priuare uiderent̃: unde & ſe quaſi deos ab hominibus adorari faciebant. Matheus autem apoſtolus in eadem ciuitatem ingreſſus: & apud candacis eunuchũ regine: quẽ philippus diaconus baptizauerat hoſpitatus. Ita magnorũ pſtigia detegebat: ut qcqd faciebãt hoibus in pernicie: ipſe cõuerteret: in ſaluteꝫ. Oés quoq; infirmos ad ſe delatos quacũq; infirmitate curebat. Eunucho autẽ apoſtolũ interrogante: qũo tot linguas loqueretur: & intelligeret. Expoſuit ei mattheus: qũo in mũdi principio unica lingua hominũ ꝑ ſupbiã turrim babylonis edificare uolẽtiũ cõfuſa in. lxxii. liguas diuiſa fuit. Et qũo ſpiritu ſancto deſcẽdẽte omniũ linguaꝝ ſcientiã receꝑiſſent: ut ſicut illi q per terrim factam uſq; ad celum edificare uolebant: ꝑ confuſione linguarũ ab edificio ceſſauerunt: ſic apoſtoli per omnium linguarum notitiam turrim non de lapidibus: ſed de uirtutibus conſtruerent: per quam credentes celum aſcenderẽt. ¶ Tunc ſuperuenit: q diceret magos illos cum ſingulis aduenire draconibus qui ignem ſulphureũ ex ore & naribus euomentes: homines occidebant. Apoſtolus autẽ ſigno crucis ſe muniẽs ad eos ſecurus exiuit: candace per feneſtram cum pluribus ſpectante: quem mox ut dracones uiderunt: ante pedes eius obdormierunt. Cum autem inſtante mattheo: ut eos magi exercitarent: & ipſi eos ſuis artibus excitare nõ poſſent. Dixit apoſtolus eis: q; niſi xp̃m rogaſſet: dracones omnem furorem ſuũ in magos exacuiſſet. Et cũ populus conueniſſet: precepit illis apoſtolus: ut in nomine ieſu nullum ledentes abirent. Et continuo ſine cuiuſq; leſione manſuetiſſimi per portam urbis egreſſi ſunt. ¶ Cepit autem apoſtolus de gloria paradiſi terreſtris magnum ſermonem contexere: aſſerens illum cunctis montibus eminere: & proximum celo fore: ſpinas uel tribulos ibi non eſſe: lilia nec roſas eius marcere ſenectutem non euenire: angelorum ibidem organa reſonare: aues aduocatas continuo obedire. De hoc autem paradiſo terreſtri dixit hominem eiectum propter peccatum fuiſſe: ſed per chriſti natiuitatem & paſſionem ad paradiſum celeſtem meliorem reuocatũ aſcendere. Et cũ hec populo loqueret̃: ecce ſubito tumultus exorit̃: in quo regis filius euphron mortuus plãgebat̃. Quem cum magi illi funeri aduocati ſuſcitare non poſſent: ſuaſerunt regi q; in deorũ cõſortium raptus eẽt. Ideoq; illi ſimulacrum & templum conſtrui oporteret. Predictus autẽ eunuchus magos cuſtodiri faciẽs: inſtãte regina eupheniſſa noĩe apoſtolũ aduocauit. Qui oratione fuſa iuuenẽ protinus ſuſcitauit. Quod cernẽs rex egippus per uniuerſas prouincias ſuas edictũ miſit: ut omnes ad eũ conuenirent: & deum in effigie hominis latẽtẽ uiderẽt: uenerũt autẽ cum coronis aureis ei ſacrificare uolentes. Quos mattheus cõpeſcuit: ſeq; nõ deũ ſed xp̃i ſeruũ cõprobauit: & ſua predicatione pluſq; ſexaginta milia hominũ ad xp̃m cõuertit: Regẽ quoq; cũ uxore & filio ſuſcitato & oĩ familia baptizauit: & iphigeniam eius filiã uirginem ſacro uelamine conuerſauit: eamq; pluſq; ducẽtis uirginibus prefecit. ¶ Populus autẽ de auro & argẽto apoſtolo oblato: ipo iubẽte eccleſiã fabricauit: quã infra dies. xxx. perfectã: apoſtolus in nomine reſurrectionis xp̃i ſancte dedicauit. Totamq; egyptum & ethiopiã ad fidem chriſti perduxit. Ipſe autẽ in eccleſia conſtructa annis. xxxiii. ſedit: & multos pſbyteros & diacones ordinauit. ¶ Defuncto autem rege egippo: hyrtacus rex crudeliſſimus

regnũ uiolenter accepit:& euphronen egypti filiũ eie cit. Obtento aũt regno:iphigeniam uirginẽ concupi/ ſcẽs:dimidium regni ſui apoſtolo promiſit:ſi eam in ſuum coniugiũ faceret cõſentire. Cui apoſtolus dixit: ut iuxta moré predeceſſoris ſui:die dominico ad ec/ cleſiá conueniret:& preſente iphigenia cũ ſuis uirgini bus:q̃ bona ſint iuſta coniugia ab eodẽ audiret. Quo rex cũ gaudio feſtinauit:putás mattheum uelle iphi/ genie cõiugiũ ſuadere. Apoſtolus auté uiribus & om ni populo congregatis: de bono matrimonii diu lo/ cutus:a rege plurimum eſt laudatus:credente q̃ hoc ideo diceret:ut cõſenſum uirginis ad coniugium in/ clinaret. Deinde imperato ſilẽtio ſermoné repetiit di/ cens:q̃ ſi regis ſponſam aliquis ſeruoꝝ uſurpare pre/ ſumeret:nõ ſolũ regis offenſam:ſed mortẽ ĩcurreret: nõ qa uxorem duxiſſet:ſed quia ſponſam domini ſui cõtra matrimonii federa uiolaſſet. Ita & rex hyrtacus ſciés iphigeniam regis eterni ſponſam effectam: & ſa/ cro uelamine conſecratá:non poterat potentioris ſui ſponſam tollere:& ſuo coniugio copulare. Quod au/ diés rex admodum pre ira inſaniés:furibũdus abſceſ/ ſit. Apoſtolus autem omnes ad patientiam & conſtã/ tiam confortauit:& iphigeniam coram ſe timore pro ſtratam:cũ ceteris uirginibus benedixit. ¶ Poſt miſ/ ſarũ autem ſolénia rex ſpiculatorem miſit: qui apo/ ſtolum iuxta altare ſtantem ubi corpus xp̃i ab eo con fectum fuerat:expaſſis manibus orantẽ: a tergo miſ/ ſo gladio interfecit: & martyrem domino conſerua/ uit. xi. cal. octobris. Quod populus uidens ad palatiũ regis incendendum properabat: ſed a preſbyteris & diaconibus uix detenti: apoſtoli martyrium celebra runt Corpuſq̃ eius in montibus parthorum honori fice condiderunt. Quod proceſſu temporis inde tãſla tum apud ſalernum digna ueneratione quieſcit. Za/ roes autem & arphaſath ex ea die qua mattheus re/ gis filium ſuſcitauit in perſidam fugerunt: ſed eos apoſtoli ſimon & iudas ibidem uicerunt: ut dicetur infra in eorum paſſione. v. cal. nouembris.

¶ De ſancta Iphigenia uirgine. Cap. CI.

IPhigenia uirgo filia fuit regis egippi & di ſcipula beati matthei apoſtoli. Quam idẽ apoſtolus baptizauit: & chriſti uirginem ſacro uelamine conſecrauit. Cum au / tem hyrtacus rex apoſtolum occidi mandaſſet:ut ſu/ pra in eius proxima paſſione actum eſt iphigeniã uir/ ginem cepit de ſuo coniugio appellare: & per matro/ nas miſſas ac magorum preſtigia propulſare. Et cum eius animum nullatenus immutare poſſet:totam do mum eius igne copioſo uallauit:ut eã cum ceteris uir ginibus concremaret. Apoſtolus autem cũ angelo ei/ dem apparens: omnem ignẽ ab eius domo excuſſit. Et erumpẽs flamma regis palatium inuaſit:& uix ſo/ lo rege cum filio euadente:cuncta conſumpſit. Sta/ tim q̃ filius regis a demonio arreptus patris crimina propalans:ad ſepulchrũ apoſtoli properauit. Rex au/ tem turpis leproſus effectus: cum curari non poſſet ſe manu propria interemit: populus autem euphro/ nem ab apoſtolo baptizatum:regẽ conſtituit:qui an/ nis. lxx. regnauit: & chriſti cultum ampliauit: totáq̃ ethiopiam eccleſiis repleuit. Iphigenia autem ducen/ tarum & amplius uirginum mater exiſtens in ſan/ cto propoſito perſeu erans in pace quieuit. Cuius hiſtoria merito magiſtri ſui paſſione ſubiicitur: quia diés dormitionis eius ignoratur.

¶ De ſanctis Alexandro epiſcopo & Herculano mar/ tyribus. Cap. CII.

ALexander eps & martyr cũ herculão mar/ tyre rome paſſus é ſub antonino impato/ re. Qui dũ clareret miraculis inter cetera luceium quendam gentilem mortuum ſuſcitauit. Illeq̃ ſurgens parẽtibus enarrauit q̃liter in carcere obſcuriſſimo poſitus erat:quidá uero iuuenis ſplẽdidiſſimus ad eũ acceſſerat dicens:q̃ alexãder epi/ ſcopus ipſum uocabat:unde ſtatim ipſe ad corpus re/ dierat. Qua propter tã ipſe luceius q̃ pentes cum aliis .cxxv. ad dominum conuerſi ſunt:& ab alexãdro epi/ ſcopo baptizati. Hoc audiens antoninus alexandrum per corneliũ preſidem fecit teneri:& uinctũ romá ad/ duci. qué creſcentius p̃sbyter & bonifacius ac uitalis diacones ſecuti ſunt. Et dum imperatori preſentatus xp̃m cõfiteret:prĩo fuſtibus cedit:deinde carceri mã/ cipat:datis ei quattuor dieꝝ indiciis ad reſipiſcendũ. Cũ autẽ p̃sbyter creſcentius comes eius ip̃m ſub ar/ bore defleret:nũciat ei ab angelo alexandrũ de carce/ re fuiſſe ſolutum:quod ille ita factum eſſe comperit. Et cũ xp̃m iterũ p̃dicaret:& ſignis clareret. Iterum ca/ ptus & impatore antonino iubẽte in equuleo ſuſpẽ/ ſus é:unguliſq̃ toto corpore laceratus: atq̃ lampadi/ bus ad latera appoſitis aduſtus. Deinde ad templum apollinis adductus eſt: ut ſacrificaret. Sed cum pars tẽpli eius oratione corruiſſet:beſtiis exponitur:ſed in tactus permanens in fornacẽ mittitur:moxq̃ diuina uirtute ignis extinguit:& herculanus miles hoc uiſo ad xp̃m cõuertitur: ſtatimq̃ ambo ipſi ab impatore decollari iubent. Cum autẽ alexãder ad martyrium duceret:quedã uidua ei petenti orarium cõmodauit: qd ipſe ſe ei remiſſurꝝ promiſit. Quod audiẽtes mili/ tes uidue illudebãt:& orariũ amiſſum dicebant. San/ ctus autẽ martyr uia claudia uigeſimo ab urbe milia ric ductus é:q̃ orario oculos texit:ſicq̃ gladiũ cũ pſa/ to herculano ſuſcepit:& cõtinuo facto terremotu ui/ cus & therme corruerũt. Orariũ aũt p̃ angelũ uidue reſtitutũ eſt:quod ipſa militibus redeũtibus oſtẽdit. Creſcentius aũt p̃sbyter & alii qui eum fuerant ſecuti corpus ipſius ſepelierunt in loco:ubi ignẽ fornacis ex tinxit. xi. calẽ. octob. Sed poſtmodum papa damaſus cryptam fabricauit:& ibidem ipſum depoſuit.

¶ De ſanctis Mauritio & ſociis militibus martyri/ bus. Cap. CIII.

MAuritius dux ſacratiſſime legionis thebeorum cum ſociis ſuis:exuperio: candido:innocentio: uictore uitali & conſtantio ſigniferis:ac reliquis eiuſdem legionis ſanctis militibus ſex milibus ſexcentis & ſexaginta ſex paſſi ſunt ſub maximiano imperatore in galliis ciuitate ſedunenſi in loco:qui dicitur auganum. Hi thebei dicti ſunt a ciuitate eorum:que thebea nuncupatur:que eſt in partibus orientis ultra fines arabie. Cũ enim Diocletianus & Maximianus imperatoribus fidem chriſti cupientes penitus extirpare: epiſtolas ad diuerſas mundi partes direxiſſent:ut chriſtiani aut ſacrificare cogerentur: aut diuerſis penis perimerentur:pluresq; ciuitates in quibus iam chriſtiani dominabantur nuncios uacuos remiſiſſent. Imperatores ira commoti per omnes prouincias mandauerunt: ut omnes bellicis armis apti romam uenirent:ut omnes rebelles romano imperio ſubiugarent. Littere autem ad populum thebeorum delate ſunt: qui electã legionem ſex milium ſexcentorum ſexaginta ſex ad imperatores miſerunt:ut eos in bellis iuſtis iuuarent: non autem contra chriſtianos pugnarent. ¶ Huic ſacre legioni dux erat inclytus beatus mauritius. Diocletianus autem maximianum contra gallias cum ĩfinito exercitu miſit:eiq; legionem thebeorum ſociauit. Hi a ſancto marcellino papa exhortati ſunt:ut ante gladiis interirent q̃ fidem quam acceperant uiolarent. Cum ergo uniuerſus exercitus alpes tranſmeaſſet:& othodorum aduenĩſſent:iubet imperator omnes: qui ſecum uenerant idolis immolare & contra chriſtianos unanimiter coniurare. Quod audientes ſancti milites ſeptem miliaribus ab exercitu diſceſſerunt: & in loco ameno: qui dicitur auganum circa rhodanum conſederunt. Quibus maximianus miſſis militibus mandauit: ut ad deorum ſacrificia cum aliis feſtinarent. Quod illi ſe non poſſe facere reſponderunt: ut pote quia fidem chriſti haberent. Tunc ceſar ira ſuccenſus miſſis militibus iuſſit: ut aut eos diis ſacrificare compellerent: aut decimum quem qua eorum quem ſors contingeret: ad ceterorum exemplum protinus decollarent. Sancti igitur cum gaudio unus ante alterum feſtinabant: & ad martyrium peruenire certabant. Quos ſanctus mauritius dux eorum aſſurgens ſacra contione confortabat. Nunciis quoq; imperatoris dixit:q; iam chriſti mandatum adimplere parati erant: qui petro dixerat: ut mitteret gladium in uaginam. Nam pro chriſto mori omnes parati erant: nullamq; ut pote chriſti milites defenſionem facere cupiebant: eo q; ad defenſionem reipublice tantum arma ſuſceperant. Cũ hec imperator audiſſet:iuſſit ut iterum decimum quẽlibet trucidarent. Quo facto exuperius ſignifer accinctus inter commilitones ſtans: eos ad paſſionem gloriоſa locutione exhortatur:& ut omnes arma proiiciant ſuadet:& uirtutibus ſolis armentur. Dixitque nunciis auguſti: ut hec imperatori referrent: q; licet milites eſſent ſui ſerui tamen potius erant chriſti. Ceſari debebant militiam ſed chriſto innocentiam:ab imperatore laboris ſtipendium acceperant: a chriſto uite eterne premium preoptabant. Tunc imperator inſaniens iuſſit omnem ſuum exercitum totam legionem circundare:ita ut nec unus poſſet euadere. Vallantur ergo ſancti milites chriſti a militibus diaboli:nefandis manibus trucidantur pedibus equorum conculcantur: & chriſto precioſi martyres conſecrantur. ¶ Dei autem q̃ plures euaſerunt: ut ad regiones alias uenientes chriſtum predicarent: & in locis aliis glorioſius triumpharent. Ex quibus fuiſſe dicitur Solutor Auentor & octauius apud tauri/num Alexander apud bergomum Secundus apud uintimilium conſtantinus uictor & urſus & alii q̃ plures. Cum ergo carnifices predam diuiſiſſent & in ſimul conuiuarent: quendam iuuenem nomine uictorem illac cãu tranſeuntem: ad ſecum conuiuandum inuitauerunt. Ille autem eorum crudelitatem deteſtãs requirere cepit:quomodo inter tot milia occiſorũ poſſent cũ gaudio epulari. Cũq; audiuiſſet q; pro fide xp̃i mortui eſſent:ſuſpirans ille beatum ſe dixit ſi cũ illis fuiſſet occiſus. Cũ autẽ illi cõperiſſent q; xp̃ianus eſſet:ip̃m ꝓtinus trucidarunt. Quorũ martyrũ corpora a xp̃ianis in ipſo loco ſepulta ſunt:& eccleſia eorum nomine fabricata. Sed poſt aliquod tempus: corpus innocentii martyris in unda rhodani immerſum:inundatione ip̃ius fluminis ad terrã euectũ eſt: & ab eiuſdẽ loci ep̃is cũ aliis in eccleſia ſepultum. ¶ In dedicatiõe aũt ip̃ius eccleſie faber quidã gentilis die dominico opus ſuũ exercebat:qui a ſanctoꝝ exercitu rapitur cedit:& q; die dominico laboraret redarguitur. Sed correctus ad eccleſiã cucurrit:& xp̃ianum ſe fieri poſtulauit: paſſi ſunt autem ſancti martyres .x.cal.octobris:circa annos dom̃i.cclxxx.

¶ De ſcõ Siluano epiſcopo. Cap. CIIII.

SIluanus ep̃s nazarenus claruit tempore honorii ĩperatoris. Qui beati hieronymi auditor fuit:& eidẽ tanta dilectione cõiũctus: eiuſdẽq; moribus & ſanctitate uite adeo imbutus:ut poſt eius obitum a cunctis hieronymus nouus diceretur. Cum autem poſt obitum hieronymi quidam ſabinianus hereticus ſurrexiſſet:qui duas in xp̃o diuerſas uolũtates aſſereret: & ĩ ſua ſecta plurimos cõgregaſſet:& ad cõprobandã eius falſam opinionẽ libellũ compilaſſet:quem hieronymo intitulauerat predictam hereſim cõprobantẽ: eiuſq; eloquẽtiam & ſtilum habentẽ. Siluanus ſabinianum ad diſputandũ requiſiuit. Statutaq; die ſiluanus cum cyrillo ep̃o hieroſolymitano: & catholicis ex pte una. Sabinianus uero cum hereticis ſuis altera ad eccleſiam cõuenerũt. Ibiq; cum fuiſſet diutius diſputatum: hereticus opuſculum a ſe cõpoſitũ ſui erroris fomentum protulit: qđ a hieronymo compoſitũ aſſeuerauit. Quod e contra ſiluanus cõſtanter negauit & hereſiarchã de falſo cõpilato ope duriter increpauit. Tãdẽ inter ſe in hoc cõuenerũt:ut ſi uſq; ad horã nonã diei ſequentis opus illud falſo compoſitum hieronymus miraculo quo quam oſtenderet:hereticus capite puniretur ſinautẽ archiep̃s. Catholicis ergo tota nocte in oratione perſiſtentibus:die ſequenti horã pene nonam:ſabinianus ad eccleſiã cũ ſuis aduenit:ut dei ſeruũ pimeret:eo q; nihil miraculi appuiſſet. Nã hieronymus aures clauſerat ut mirabilior apperet. Hora aũt debita ſiluanus iuxta obligationem: letus quaſi ad nuptas pergens ad ſupplicium ductus eſt. Qui inuocato hieronymo: ne fides catholica deperiret: ſpeculatori collum prebuit: & ut ſe feriret roga/

uit. Cum aũt ille enſem leuaſſet: adeſt ſubito hieronymus cunctis cernentibus: extenſaq; manu: ſpiculatoris enſem tenuit: & ſiluano ut exurgeret imperauit. Deinde hereticum increpauit: ſcripturã illam falſo cõpoſitam aſtruxit: eiq; minatus terribiliter iudicium mortis diſparuit. Cõfeſtim ergo caput ſabiniani a corpore detruncatũ terram petiit: acſi ſpiculatoris enſe amputatum fuiſſet. Quo miraculo diſcipuli hereſiarche ad fidẽ catholicam redierunt. Poſt hec diabolus ſiluani ſanctitati inuidens: ut ipſius famam lederet: in eius ſpeciẽ ſe mutauit: & cuiuſdã nobilis matrone noctu intrãs thalamum: eam in lecto iam poſitã de concubitu requiſiuit. Illaq; clamãte hominem in eius cameram introiſſe: accurrentibus familia & uicinis: diabolus ad fidem illoꝝ confirmandam ſub toro latitauit. Quẽ illi inuenientes: accenſis luminibus intuentes. Siluanum archiepiſcopum crediderũt. Et ꝓpter ipſius opinionẽ ſtupefacti interrogauerunt: cur tantã nequitiam preſumpſiſſet. Qui ut maius contra ſanctum odiũ incitaret: cepit horrẽda loqui: & aſtruere q; ipſum ad hoc mulier inuitaſſet: illa aũt ip̃m aperto ore demẽtiẽs: multas ab eo cõtumelias audiuit: q; illi hec ſuſtinere non ualentes: iniuriis & uerberibus ip̃m de domo expulerunt. Que cum diuulgata fuiſſent: tota ciuitas cõtra illum cõmota: ſiluanum hypocritam dignum ĩcẽdio dignũ acclamabat: ut aũt uir domini audiuit hec: patiẽter tulit: & deo gratias egit. Et ad cedendũ furori ſe ad bethleem ad locũ: uidelicet magiſtri hieronymi: ad tẽpus mãſurũ tranſtulit. ¶ Reuoluto autem anno cum in eccleſia bethleem ad ſepulchrum hieronymi die quodam ſolus oraret: uir quidam malignus ingrediens ſiluanum hypocritam & adulterũ acclamans: gladium educens: ipſum in eius guttur demergere uoluit. Sed epiſcopo hieronymũ inuocante manu illius retrouerſa: gladio proprio ſeipſum peremit: ſuperueniens alter nequiſſimus exiſtimãſq; hominẽ illũ per ſiluanũ interemptũ: illum ſimiliter occidere conabat. Sed qđ primo acciderat: & huic euenit. Subſequenter duo alii intrauerũt: duoſq; occiſos uidentes ignari diuini iudicii: ſcelus illud factum ab homine dei putauerũt. Quorum unus in eũ inſiluit enſe nudato. Sed epo hieronymũ inuocante uir ille ut duo priores ſe ꝓprio enſe & manu iugulauit. Quod ſocius magie aſcribens: ante fores eccleſie clamat ſiluanum adulterũ & maleficũ: ac hominum occiſorem: cõcurrunt populi ep̃m dignum incendio acclamãtes. Capitur innocens: ut ad ſuppliciũ pertrahat. Cyrillus accurrẽs ip̃m liberare nititur: ſed magis populus concitatur. Cũ aũt extra eccleſiã duceretur: hieronymus uiſibiliter de ſepulchro exiens: cunctis ſplẽdens apparuit: q; ſiluanum dextera tenens: de medio populi furentis eduxit. Inter hec demoniaca uinculis ferreis alligata ad tumulũ eius liberanda defertur. Sed hierous demoni mãdauit: ut ex ea exiens cũctis publice: que in ſiluanum commiſerat propalaret. Mox a femina illa diabolus diſceſſit in forma & habitu ſiluani cunctis apparuit: ita ut ab eo nullatenus diſcerni poſſet. Sicq; demõ cuncta: que contra uirũ dei cõmiſerat enarrauit & continuo nuſq; cõpuit. Hieronymus aũt ſiluanum adhuc tenens dextera. ſi aliud a deo uellet interrogauit: qui ſe de hoc ſeculo ſumendum poſtulauit: & quod petierat impetraſſe audiuit. Statimq; diſparuit hierous: & poſt horę ſpatium in pace expirauit ſiluanus. Omnes quoq; populi ad eius pedes procidunt: & de in eum cõmiſſis ueniã petunt: corpuſq; ipſius ad nazareth tollentes: in eius eccleſia honorifice cõdiderũt: quieuit in pace. x. calẽ. octobris.

¶ De ſancto Siluano abbate. Cap. CV.

SIluanus abbas in deſerto de ſcythei claruit: de quo legit in uitis patrum: q; in extaſi mẽtis raptus ad ſe rediẽs: poſtmodũ flere cepit: dixitq; ſe uidiſſe quoſdã ex fratribus ſuis ad inferna trahi. Dũ aũt ad monaſteriũ quoddã cũ zacharia eius diſcipulo ueniſſet: & cũ fratribus aliq̃tulũ comediſſet: reuertẽs diſcipulũ aquã in uia bibẽtem redarguit: eo q; ipſius diei ieiuniũ ſolueret. Qui dũ ei reſponderet: quo ieiunium ſeruarent: qui eo die cũ fratribus comediſſent: audiuit ab abbate: q; illud fuerat cõuiuiũ charitatis. ¶ Aliquãdo dum quidã peregrinus fratres ad eũ ueniſſet: & fratres eius manibus operantes uidiſſet: redarguit illos dicẽs: q; maria optimã partẽ elegit: quẽ abbas in cella locatũ hora nona cũ ceteris ad mẽſam nõ uocauit. Ille aũt poſt cibũ abbatẽ cur ſe nõ uocaſſet interrogauit. Cui ille reſpõdit: q; homo ſpiritalis erat: & eſca opus nõ hẽbat. Hoc audiens frater penitẽtiã egit: a ſiluanoq; audiuit: q; etiã maria marthe miniſterio ĩdigebat. Hec ĩ uitis patrũ.

¶ De ſcõ Ione p̃ſbr̃o & martyre. Cap. CVI.

SOn p̃ſbyter & martyr apud caſtreſium pagũ paſſus eſt. Hic ex partibus athenarum ueniens ſancto carautio martyri uſq; roma ſociatus cũ beato dionyſio ep̃o exurbe egreſſus cum eodem galliam adiit: & ab ipſo p̃ſbr̃ ordinatus: caſtreſiũ pagũ ꝓperãs: euangelium p̃dicauit: herbis uirentibus & aqua frigida ſubſtẽtatus. Ad quẽ predicantem tres lictores a iuliano prefecto pariſius miſſi ſunt: ut eum tenerent: & occiderent. Qui eum prope pariſius inuẽtum nullo timore territum nec minis turbatum: nec ullatenus a doctrina deſiſtẽtem: uerberibus ceſum decollauerunt. x. calen. octobris. Cuius corpus truncum caput manibus tollens uſque ad locum ubi ſanctus martyr ſibi ſepulturam elegerat quaſi miliario uno ꝓcedens ibidẽ occubuit: ſepultumq; ibidem miro fragrans odore in loco: qui dicitur mons ſancti ionis.

¶ De ſancto Florentio p̃ſbytero. Cap. CVII.

FLorentius p̃ſbyter floruit tẽpore conſtantini imperatoris: qui ſancto floriano martyri ſociatus: de quo ſupra dictum eſt in eius paſſione. iiii. nonas maii poſt eius exceſſum & martyriũ ſub diocletiano peractũ: ab angelo monitus ad gallias uenit: & ad portũ fluminis rhodani: qui dicitur lugdunũ applicuit: ubi cũ eſſet dies dominicus: ut miſſam audiret: nauẽ cõfractã ſine gubernatore repertam aſcendit: & angelo duce trãſiuit: ibiq; demoniacũ inuentum ab oppreſſione immundi ſpũs liberauit: & in ipſa uia plurima alia miracula fecit. Quẽ ſanctus martinus ep̃s turoneũ per uiſum angelo monitus ſacerdotem conſecrauit. A quo dimiſſus uenit ad locum ꝓpe ligerim: cui nomen erat gloriana: in quo erat ſpelunca ſerpentibus plena: quos ille ſua oratione fugauit: & ibidem ieiuniis & orationibus quotidie uacãs manſionem elegit. Singulis quoque annis orationis gratia turoñ ueniebat. Cum aũt

peruenisſet ad locũ:qui dicit cõdata iuxta fluuiũ mulieré cecam flenté amariſſime repperit:& ab ea filium eius atq; ductorem in flumine necatũ audiuit & mox oratione p̃miſſa in loco ei oſtenſo ab angelo piſcatores retia iactare fecit:& filiũ mulieris de flumine uiuũ extractum ei reſtituit:& ipſam inſuper a cecitate ſanauit. Vixit auté a tempore quo a ſancto floriano fuerat ſeparatus annis.lxiii.& annorum.cxxiii. migrauit ad chriſtum.x.calendas octobris. ſepultus apud lugdunum miraculis clarus.

¶De ſcõ Sanctino eṕo & cõfeſſore. Cap. CVIII.

Sanctinus eṕs apud meldeñ ciuitatem claruit tpe domitiani & nerue ĩperatorũ:qui a beato dionyſio eṕs ordinatus:miſſus eſt carnotũ ad p̃dicandũ:& poſtmodũ ab eodem meldenſi urbi in pontificé prefectus eſt: cui antoninũ iuniorem in ſocium & preſbyterũ cõceſſit mãdans eis:ut poſt martyriũ ipſius dionyſii quod ſe pro xp̃o paſſurũ didicerat:omnia que circa ſe cõtigiſſent: romano pontifici & fidelibus rome intimare curarẽt. Itaq; poſtqua dionyſius paſſus eſt:ſanctinus & antoninus romam pergebãt iuſſa impleturi: uenientibuſq; illis in italiam ſanctinus ſocium febricitanté diebus pluribus expectauit. Ne tandem iter retardaret:antoninum hoſpiti cum enceniis & linteis commẽdauit: ut ſi conualeſceret:inde ei miniſtraret:ſi decederet:illum inde ſepeliret. Et ſic a loco diſceſſit. Antoninuſq; poſt modicum deceſſit. Quem prĩceps ille omnibus ſibi retentis:in ſtabulo iumentorum in ſterquilinio ſepeliuit. Quod dum ſanctinus qui iam fines urbis terigerat per ſpiritum cognouiſſet:retrocedens ab hoſpite de ſocio requiſiuit. Ille autem eum obiſſe: corpuſq; ſe honeſte ſepeliſſe affirmauit. Quem ſanctinus dementiens:ac redarguens ad locum acceſſit: & oratione premiſſa ſocium de foſſa euocans ſuſcitauit. Quod princeps ille cernens confuſus ueniam petiit: & fidem chriſti ſuſcepit. Tunc ambo celebrata miſſa romam uenerunt:& anacleto pape actus & geſta ſancti dionyſii:necnon & que ſibi contigerant narrauerunt. ¶Perfectoque negocio ad urbem meldenſem redierunt: predicationi inſtantes. Poſt que ſanctinus dormiuit in Chriſto decimo calendas octobris. Cui & Antoninus in epiſcopatu ſucceſſit: & conſummatus & ipſe ſanctitate ad chriſtum migrauit. Quorum ambo corpora in uno tumulo collocata requieſcunt.

¶De ſcõ Lino papa & martyre. Cap. CIX.

Linus papa & martyr natione italicus de regione tuſcie:patre herculano beato petro apoſtolo in pontificatu romano ſucceſſit. Seditq; annos.xi.meſes.iii.dies.xiii. Hic ex precepto beati petri apoſtoli cõſtituit:ut mulieres in eccleſia uelato capite itroirent. Dicunt qdã:q; linus & cletus petri ſucceſſores:nõ ſederũt ut põtifices: ſed ut petri coadiutores:qbus beatus petrus in uita ſua crediderit eccleſiaſticaꝝ reꝝ diſpoſitionẽ. Ipſe uero tantũ predicationi & orationi uacabat: ꝓpter qd̃ tanta auctoritate dotari meruerũt:ut in catalogo pontificum ponerent. Clementé uero ipſe beatus petrus ſibi ſucceſſoré cõſtituit:licet aũt hec ueritate nitant:tamé ut ait hieronymus:beatus clemẽs ſpiritu ſancto plenus: timẽs ne apoſtolica ordinatio poſteris tẽporibus trãſiret in uitiũ: ut quidã munus hereditariũ putantes: minus de dei cogitarẽt electione:linũ & cletum ante ſe coegit pontificari. Et ſic clemens primus fuit ꝑ petri electioné:tertius uero per gradũ. ¶Hic beatus eṕs cum demões effugaret:mortuos ſuſcitaret & alia miracula faceret:multoſq; conuerſos baptizaret: filiam etiã ſaturnini cõſulis a demonio liberaſſet:& ad xp̃m cõuertiſſet. Saturninus cõſul credens hoc magicis artibus fieri:ipſum diuerſis penis afflictum decollauit. Imperãte nerone.ix.cal.octobris. Et licet corpus eius primo fuerit in uaticano ſepultum:poſtea tamé a gregorio oſtiéſi eṕo oſtiam trãſlatũ eſt:& in eccleſia maiori ſancti laurentii reconditum. ¶Hic fecit ordinationes duas per menſem ſeptembrem: & ordinauit eṕos.xv.preſbyteros.xix. Et ceſſauit eṕatus dies tres.

¶De ſancta Tecla uirgine & martyre. Cap. CX.

Thecla uirgo & martyr paſſa eſt apud iconium ciuitaté imperante nerone. Que ipſius urbis preclaro genere orta beati pauli apoſtoli p̃dicatione cõuerſa:atq; uirginitatem profeſſa:cũ ſponſum haberet nuptiis renunciauit. Quod mater eius ſentiẽs:filiã iudici tanq̃ xp̃ianã accuſauit. Tunc proconſul alexander theclã detentam iudicauit igni cremãdã. Et cũ in medio ignis eſſet poſita in nullo tamé exuſta eſt:imberq; de celo uehemẽtiſſimus cadens rogũ extinxit. Sicq; uirgo liberata:ad domũ ubi paulus hoſpitabatur aduenit: ubi multos diſcipulos ſuenit:q; ſe pro ea orantes.vi.diebus afflixerant. ¶Poſt aliquod tẽpus ſyrus alexãder theclam detentam iudici iterum obtulit:& de xp̃ianitate detulit. Quã iudex beſtiis exponi iuſſit:ſed interim eam tryphene matrone nobili ĩperatoris propinque cuſtodiendã tradidit. Die uero ſtatuta thecla in harenã ducitur:& leene ſupra dorſum colligaſ. Sed leena uerſo capite uirginis pedes lambebat. Sicq; puella de harenario educit illeſa:& in die ſequẽti reſeruatur itez feris ſubiiciẽda:tryphenecq; cõmendat cuſtodienda. Sequẽti itez die thecla producitur:& ſpoliata in ampithеatrum mittit:& leones & urſi ad eam dimittũtur. Ad cuius pedes leena procidit:urſamq; ad uerginẽ currẽtem lacerauit. Leonem uero ferociſſimum eadẽ leena cõplexa cũ ipo dimicauit:& cũ eo pariter mortua corruit:& ſic uirginẽ defenſauit. Deinde in foſſam aque ſerpentibus plenã iniicitur:ſed protinus ſerpẽtes nube ignis oppreſſi moriunt. Dehĩc tauris ferociſſimis pedibus alligatur. Et lamine candentes inter ilia animaliũ mittuntur:ut ſaltu rapido cito diſcerperẽt uin

ctã. Sed ferrũ candens cõbuſſit funes: & ſolutis uincu lis uirgo liberaſ: diſcurrentibus tauris pre incẽdii do/ lore. Clamantibus aũt populis cum tryphena magnũ deũ xp̃ianoꝝ: proconſul tam miraculi ſtupore q̃ po/ puli timore: theclam ſuis ueſtibus idutã matronis li/ berã dimiſit. Quã tryphena in domum ſuã ſuſcepit: & adoptans in filiam fidẽ chriſti percepit. Multos eti/ am gentiles uirgo domini ad fidem perduxit. Deinde ſeleuciam abiit: & in uirginitate & ſanctitate uite per ſeuerans: ſomno pacis dulciter requieuit nono calen/ das octobris ibidem ſepulta.

¶ De ſcõ Conſtantio cõfeſſore. Cap. CXI.

COnſtantius cõfeſſor apud anconã claruit: qui in eccleſia beati ſtephani ptomartyris manſionarii functus officio ſeruiebat: fun dituſq; terrena deſpiciens tota mẽte ad ſo la celeſtia flagrabat. Quadã uero die cum in eadẽ ec/ cleſia oleũ defeciſſet: & dei famulus unde lãpades accẽ deret nõ haberet. Lampades oẽs aqua repleuit: atq; ex more in medio papyros poſuit: quos allato igne accẽ/ dit: ſicq; aqua in lampadibus acſi oleũ tota die ac no/ cte arſit. Cuius ſanctitatis opinione creſcẽte multi ad eum uidẽdum ex diuerſis locis ueniebant. ¶ Die ue/ ro quadã ex lõginquo loco ad eũ uidendũ ruſticus ue nit. eadẽ uero hora contigit: ut uir domini ſtans in li/ gneis gradibus reficiendis lãpadibus deſeruiret. Cũq; is qui ad eũ uidendũ uenerat: quis nã eẽt iquireret: & oſtenſum ſibi exili forma: & puſilla ſtatura cõſpiceret deſpexit: eũ atq; in corde ſuo deriſit: dicẽs ſe grandem hominẽ uidere credidiſſe: ille uero nihil habebat de homine. Quod ut cõſtantius per ſpiritũ agnouit lãpa des reliquit: concituſq; deſcendens in amplexus ruit: & deoſculãs eũ gratias egit: q; de ſe talia cogitaſſet: eo q; ipſe ſolus ex hominibus in eũ cognoſcendũ oculos aptos habuiſſet. Cuius humilitatẽ & ſpiritũ ppheticũ ruſticus cõſiderãs: & ueniã ab eo petiit: & deinceps in reuerentiã aſſumpſit. Quieuit aũt in pace uir domini .ix. cal. octobris ſepultus ancone. Hec gregorius prĩo dialo. cap. v. Corpus aũt huius ſcĩ pceſſũ tpis uenetias trãſlatũ: & ĩ eccleſia ſcĩ baſilii colloca tũ é. iiii. idus iul.

¶ De ſcõ Conſtantio epõ. Cap. CXII.

COnſtantius eps̃ aquine ciuitatis fuit: & io annis pape primi tẽporibus claruit. Qui ultra nimiã ſanctitatis famam: qua apud multos ĩnotuit. ſpiritu pphetico dotatus eſt. Cum enim in die eius obitus a circũſtantibus ciui bus: utpote tam amabilis pater diſceſſurus amariſſi/ me plãgereſ: queſitũ eſt ab eo: quẽ poſt ſe pontificem haberent. Quibus pphetico ſpiritu reſpondit. q; poſt cõſtantiũ mulionẽ: poſt mulionẽ fulloné: poſt fullo/ nẽ neminẽ. Quibus editis uite ſpiritũ exhalauit. ¶ De functo uero ſancto eius eccleſie paſtoralẽ curam ſuſce pit andreas diaconus illius: qui quondã in ſtabulis iti neꝝ curſum ſeruauerat equoꝝ. Illo quoq; ex hac luce ſubtracto: epatus ordinem iouinus ſortitus eſt: qui in eadẽ urbe fullo extiterat. Quo adhuc ſupſtitie in cun cti habitatores ciuitatis illis & barbaroꝝ gladiis & pe ſtilentie uaſtitate deleti ſunt: ut poſt mortẽ eius: nec qui eps̃ fieret: nec quibus fieret inueniri poſſet. Sicq; cõpleta eſt uiri dei ſententia: quatenus poſt exceſſum duoꝝ epoꝝ ſe ſequentium: eius aquineũ eccleſia pa/ ſtorem minime haberet. Hec gregorius. iii. dialogo/ rum capitulo. viii.

¶ De ſancto Soſio martyre. Cap. CXIII.

SOſius martyr paſſus eſt apud ciuitatẽ pu/ teolanã tpe diocletiani imperatoris ſub ti motheo pſide: qui cũ eẽt diaconus meſſe/ nate ciuitatis annorũq; .xxx. poſt paſſionẽ ſancti ianuarii beneuẽtani epi paſſus eſt. Cũ aũté quo dam tẽpore preſente ipſo epo euangeliũ in eccleſia le/ geret: uidit eps̃ de capite eius flãmã exurgere. quã ne/ mo alius uidit: & ꝓnunciauit eum martyrẽ futurũ: non poſt multos dies ianuarius eps̃ tentus & in carce rẽ miſſus eſt: ad quẽ uiſitandũ cũ ueniſſet ſoſius cum diacono feſto & lectore deſiderio: & ipſi ſimul cũ eo detenti ſunt. Et poſtq; ianuarius cũ aliis eius ſociis paſ ſus eẽt: ut dictũ eſt ſupra in eoꝝ paſſione. xiii. cal. octo bris: & ipſe ſoſius ab eodẽ preſide pro xp̃i nominis cõ feſſione gladio ceſus eſt. ix. calend. octobris.

¶ De ſancta Salaberga abbatiſſa. Cap. CXIIII.

SAlaberga abbatiſſa ĩ territorio lugduneũ claruit tẽporibus ſancti ſulpitii epi bituri ceũ & dagoberti regis francorum: Hec in ſuburbano leucoꝝ oppido territorii lin/ goneũ parentibus claris & religioſis exorta eſt: a nati/ uitate ceca. Cũ aũt ſanctus euſtaſius abbas columbani ſucceſſor in domo gũdonii patris puelle hoſpitatus eſ ſet duoſq; filios uiri ſibi oblatos benedixiſſet. Salaber gã cecam eidem adductã poſt triduanũ ieiuniũ illumi nauit: & ſpiritualibus diſciplinis iformanit. Quã pa/ rentes cuidã generoſo uiro licet dudũ renitenté inui/ tã in coniugem tradiderunt. Quo infra duos menſes defuncto: iteꝝ iuita maritaſ alduino comiti regis da/ goberti: ex quo quinq; filios procreauit. Tandẽq; uiꝝ ad caſtitatem cõuertit: eiuſq; obtenta licentia cum cõ ſilio ualberti ſucceſſoris euſtaſii abbatis in ſuburba/ no lingonenſi: in paterna hereditate cenobiũ puellaꝝ cõſtruxit: ueꝝ ciuili bello inter reges francoꝝ exorto inde cũ ſancto ualberto diſceſſit: & lugdunũ ueniens monaſteriũ aliud fabricauit: ubi pluſq; trecentaꝝ pu/ ellaꝝ ancillaꝝ xp̃i mater extitit. ¶ Dũ quodã tẽpore ſancti ualberti pſtolareſ aduentũ: & uinũ ad ſufficien tiã non haberet: ſua oratione uinum in uegete multi plicauit: & que ſemiuacua erat plenam repperit. ¶ Vi te ſue inſtante termino per uiſionẽ uidit tabernaculũ mire claritatis de celo deſcẽdere: in quo recepta in pra to ameno ſumme pulchritudinis trãſlata eſt. Quem ſibi locũ a deo paratũ intellexit. Eidẽ etiã dormiẽti cĩ/ gulũ a rhenibus ſolutũ eſt: quod nuſqua cõparuit: di/ ctũ eſt ei ipſam die cẽteſimo a corpe migraturã: qbus diebus cõtinue pſalterium legit: & die ſibi ſtatuta ui/ delicet. ix. cal. octobris in pace quieuit.

¶ De cõceptiõe ſcĩ Ioãnis baptiſte. Cap. CXV.

COnceptio ſancti ioannis baptiſte in mar/ tylogio hieronymi. viii. calẽ octobris ſcri/ bit: & in quibuſdam eccleſiis celebratur. A quo die uſq; ad eius natiuitatẽ. ix. mẽſes integraliter numerant: nullo die deficiente nec ſupe/ rante: ut ſicut trium hominũ tantum celebrant feſta natiuitatum. ſ. xp̃i: & beate uirginis: ac ipſius baptiſte: ſic & eoꝝ celebrentur feſta conceptionum. Feſtũ aũté conceptionis matris domini per reuelationẽ primo cognitũ fuit: ſicut ſupra dictũ eſt in legenda cõceptio nis eius. vi. idus decembris. Qualiter aũté cõceptionẽ

ioannis baptiſte:tali die fuiſſe factā: habuerint hierony/mus:incertū eſt:ueriſimiliter tamē credi pōt:& re/cte opinari:q̄ ſicut cōceptus & ortus baptiſte in aliis pfectus apparuit:ſic & tēpus eius quo fuit in utero ī/tegrū eſſe debuit:ut ſicut xp̄s nouē menſibus integra liter in utero uirginis fuit:ſic & baptiſta poſt eorūdē menſiū integralē decurſum de uētre matris exiuit:ut ſicut natiuitas precurſoris aſſimilat̄ natiuitati ſalua/toris:ſic & eius conceptio ad xp̄i cōceptionē inq̄tū eſt poſſibile ſimilet̄. ¶ Et notandū q̄ circa conceptionē ioanis baptiſte:tria miracula ſpecialiter apparuerunt: que aliqualiter tacta ſunt ſupra in eius natiuitate. viii. cal. iulii. ſ. ſupernaturalis conceptio in utero ſanctifica/tio:& pphetalis doni repletio. ¶ Fuit enim primū ſu/pernaturalis conceptio:quoniā erat heliſabet ſterilis: & ambo parentes pceſſerant in diebus ſuis. Ideoq̄ za/charias de pmiſſione angelica dubitauit. Conſueuit enim homo dubitare. ¶ Aliquando ppter pmiſſoꝝ magnitudinē ſicut & habraā legit̄ q̄ dubitauit: quā/do dominus ſemē ſuum terrā chanam poſſeſſuꝝ eſſe promiſit geñ. xv. ¶ Aliquando ppter fragilitatis pro/prie conſiderationē: ſicut patet in gedeone: qui cū fa/milia eius eſſet infima in tribu manaſſe:& ipſe mini/mus in domo patris ſui:dubitauit quō iſrael liberare poſſet:iudic. vi. ¶ Aliquādo ppter nature impoſſibili/tatē:ſicut patet in ſara:que ſuā ſenectutē conſiderans riſit:cū dominus abrahe filiū ex ea naſcituꝝ eſſe pre/dixit geñ. xviii. Ex his autē omnibus zacharias dubi/tare potuit:quia ibi erat & magnitudo pmiſſionis:qa de filio naſcituro dictū eſt. Erat enim magnus coram domino:& conſideratio pprie fragilitatis:quia talem filiū habere ſe reputabat indignum:& impoſſibilitas naturalis:quia uxor eius erat ſterilis:& ambo pceſſe/rant in diebus ſuis:nihilominus tamē plagam incur/rit amiſſionis loquele:. ppter eius ī credulitatem:ut ex hoc maius miraculū in natiuitate filii appareret:& p/pter alias rationes ſuperius in natiuitate ioannis aſſi/gnatas. ¶ Secundū miraculū fuit in utero ſanctifica/tio:quia de eo dictum eſt. Et ſpirituſancto replebitur adhuc ex utero matris ſue. Quod priuilegiū in quat/tuor ſanctis tātūmodo reperitur. ſ. in hieremia, pphe/ta hier. primo. Anteq̄ exiret de uulua ſanctificaui te: in iacob iuſto apoſtolo:ſicut hieronymus teſtat̄:in io/anne baptiſta:& in beata uirgine maria:licet talis ſan/ctificatio & ſpirituſſancti repletio longe plenior fue/rit in beata uirgine q̄ in aliis p̄nominatis ſanctis. ¶ Et notandū q̄ licet ioannes baptiſta fuerint in utero ſan/ctificatus:fuit tamē originali peccato cōceptus:alioqn non fuiſſet zacharie filius:unde feſtū illud licet dicāt cōceptionis:eſt tamen potius feſtum ſanctificationis: quia uidelicet in utero matris ſanctificatus fuit. Sicut & de beata uirgine ſuperius dictū eſt in legēda conce/ptionis eius:unde ſub uocabulo cōceptionis agitur fe/ſtū ſanctificationis. ¶ Tertiū miraculū fuit ppheta/lis muneris repletio. Ideo dicit̄ pluſq̄ ppheta:qa anteq̄ naſceret̄ prophetare meruit:quando in utero matris exultans ad uocem ſalutationis marie:deū adeſſe co/gnouit:unde chryſoſtomus. Nunquid pphete fuit ut prius fieret ppheta q̄ homo. Et quia conſuetudo erat ut prophete ungeret̄. Ideo xp̄s fecit mariā ſalutare he/liſabet. Et ſermo pcedens de utero matris ubi habita/bat dominus:& per aures heliſabet ingreſſus deſcen/deret ad ioānem:& eum illic ungeret in proph etam. ¶ Non ſolum aūt ipſe anteq̄ naſceret̄ ,pphetaui t: ſed inſuper ſuis meritis matri:prophetie ſpiritum t radi/dit:unde chryſoſtomus. Quis prophetaꝝ cum eſſet ,ppheta:prophetam facere potuit. Helias quid er n un/xit heliſeum in ,pphetam:non tamen ,pphetandi gra/tiam illi donauit. Iſte aūt in utero matris exiſtēs d iui/ni introitus ſcientiā matri donauit:& os illius in u ter/bo confeſſionis aperuit:ut cuius nō uidebat perſo n ā: cognoſceret dignitatē dicens:unde hoc mihi: ut m a/ter domini mei ueniat ad me. Hec chryſoſtomus.

¶ De ſanctis Andochio Thyrſo & Felice martyri/bus. Cap. CXVI.

ANdochius thyrſus & felix martyres apud aurelianum paſſi ſunt ſub aureliano im/peratore. Ex qbus andochius & thyrſus miſſi ſunt a ſancto policarpo epō in galli/as ad predicandū. Qui uenientes aurelianū dū ſua pre/dicatione multos conuerterent: & multos martyres confortarēt:recepti ſunt hoſpitio a felice xp̄iano nego/ciatore:pauperꝝ hoſpite cunctorꝝ. Et cū ad imperato/rē ibidem tunc degentē accuſati fuiſſent: inde educti ſunt. Quos dum eorꝝ hoſpes inſequit̄ cū eis ſimiliter detinet̄:omneſq̄ ſimul imperatori preſentant̄. Et dū xp̄m confiterent̄:manibus ſuſpendunt̄: & ſaxa in pe/dibus alligant̄: & ſic in ſuſpendiculo uſq̄ in craſtinū dimittunt̄. Cum aūt ſequenti die incolumes inuenti fuiſſent:in ignē copioſum miſſi ſunt. Sed cōbuſtis uī culis:& flāmis imbre copioſo extinctis:ipſi inuſti om nino permanſerunt. Quos impator continuo decol/lari mandauit. Fauſtus uero xp̄ianus cū ſymphoria/no ſuo filio corpa eorꝝ collecta ſepeliuit. viii. cal. octo.

¶ De ſcīs q̄dragintanouē maribus. Cap. CXVII.

QVadragintanouem martyres paſſi ſunt in chalcedonia ciuitate ſub diocletiano im/peratore proconſule aūt priſco. Hi cū bea/ta euphemia uirgine detenti:cum nollent deo marti ſacrificare per dies. xx. in carcere macerati ſunt. Deinde iuſſu preſidis educti alapis in faciem ce/ſi:& grauiter flagellati: iteꝝ uincti in carceē reducti ſunt:& imperatori reſeruati:ut de his ſupra actū eſt in paſſione euphemie. xvi. calen. octobris. Poſt dies au/tem. xii. imperatori diocletiano chalcedonē uenienti: a procōſule preſentant̄. Quos cum imperator in xp̄i fide immobiles repperiſſet eos omnes uinctos leoni/bus & urſis expoſuit deuorandos. Et cum a feris inta/cti cuſtoditi fuiſſent:iuſſit eos omnes pariter decolla/ri. viii. calen. octobris.

¶ De ſcō Cleopha diſcipulo. Cap. CXVIII.

CLeophas diſcipulus unus ex. lxxii. fuit. Hic unus ex illis duobus extitit:quibus in ca/ſtello emaus euntibus in die reſurrectio/nis ſue dominus apparuit:& ab ipſis inui/tatus cum eis diſcubuit:quem & ipſi in panis fractio/ne cognouerunt. Alius uero lucas euāgeliſta fuiſſe di/citur. Hunc autem tradunt apud ipſum caſtellū ema/us in eadem domo qua menſam domino parauerūt: poſt diſcipulorum in iudea diſperſionem pro confeſ/ſione chriſti a iudeis occiſum:& glorioſa memoria ſe/pultum:qui paſſus eſt ſeptimo calend. octobris. Hec in martylogio adonis:ſumpto ex Hieronymi ſcriptu/ris & chronicis antiquis.

¶De ſcõ Firmino pb̃ytero & mr̃e. Cap. CXIX.

Firminus preſbyter & martyr apud ambianum paſſus eſt ſub longino & ſebaſtiano preſidibus: qui ex ciuitate hibernie: que dicitur pampilonia ortus patre firmo ſenatore: cum adhuc eſſet puer traditus eſt honeſto preſbytero ſacris litteris imbuendus: qui annoꝝ. xvii. etate & doctrina proficiens: & pro honeſto iam ſene predicationis officium ſupplens: ab eodẽ ad honoratũ epm̃ toloſam miſſus eſt: a quo & preſbyter eſt ordinatus. Anno uero etatis ſue. xiii. reuerſus ad magiſtrum relictis oĩbus apud andegauen̄ urbẽ anno uno & tribus menſibus predicauit: & multos ad xp̃m cõuertit: deinde beluacum ueniens: a ualerio preſide ob xp̃i confeſſionem ſepe uſq; ad mortem flagellatus eſt: & poſt hec in carcerẽ clauſus: ſergio ſucceſſori ualerii reſeruatus eſt: ſed a populo uioleter ſolutus: ibidem diutius predicauit: omnẽ populũ baptizauit: & eccleſias plures conſtruxit: inde ambianũ perrexit: & infra. xl. dies tria milia hominũ ad xp̃m conuertit. Tandẽ a lõgino & ſebaſtiano p̃ſidibus cõprehenſus: ꝓpter timorẽ populi in carcere decollatus eſt. vii. calen. octobris. Fauſtinianus aũt ſenator pater ſancti firmini ep̃i de quo ſupra dictũ eſt. iii. calen. ſeptẽbris qui ab eodẽ martyre cũ filio fuerat baptizatus: corpus eius rapiens in ſuo cemiterio ſepeliuit: quod poſtmodum ſaluius ambianen̄ epiſcopus in eccleſiam maiorem trãſtulit: de quo ſupra habitum eſt. iii. idus ianuarii. Sebaſtianus autẽ preſes in ultionem martyris chriſti a ciuibus beluacẽſibus poſtmodum interfectus eſt.

¶De ſcõ Herculano martyre. Cap. CXX.

Herculanus martyr paſſus eſt rome ſub aureliano impatore: qui a beato alexandro papa ad xp̃m cõuerſus eſt: & baptizatus. Cũ idem alexander in cuſtodia teneretur apud quirinum tribunum: qua propter aureliano accuſatus & ab eodem comprehenſus atq; fuſtibus ceſus in confeſſione nominis domini tandem gladio cedente martyrii palmam percepit. vii. calend. octobris. Cuius corpus uia numentana ſeptimo ab urbe miliario a chriſtianis ſepultum eſt.

¶De ſanctis Cypriano epiſcopo & luſtina uirgine & martyribus. Cap. CXXI.

Yprianus ep̃us & iuſtina uirgo paſſi ſunt apud damaſcum & conſumati in nicomedia ciuitate tpe claudii impatoris ſub eutelio comite orientis. Beata namq; iuſtina de ciuitate antiochie filia eduſii ſacerdotis idolorum: quotidie ad feneſtrã ſedens: & preliũ diaconem legentem euangeliũ audiens conuerſa eſt. Quod cũ mater patri in lecto nunciaſſet: & ambo dormitantes xp̃m cũ angelis eos ad regnũ celoꝝ uocantẽ uidiſſent: euigilantes mane & ipſi conuerſi ad eccleſiã conuenerũt: & una cum iuſtina ab optato ep̃o baptiſmum perceperunt: a quo poſtmodũ eduſius preſbyter ordiatus eſt: Quo defuncto dũ uirgo xp̃i eccleſiã frequentaret: & eã quidã aglaius ſcholaſticus adamaret: miſit ad eã matronas & uiros: ut ſibi illã peterent in uxorẽ. Que cum omnibus ſe xp̃o deſpõdiſſe reſponderet. Ad cyprianũ magnũ iuuenis acceſſit: qui puer ab annis. vii. fuerat diabolo conſecratus: ut artibus ſuis iuſtinam in eius amorẽ concitaret. Cyprianus autem aduocauit demonem quendam: & eum adiurare cepit: ut uirginẽ de libidine tentatam ad ſe adduceret: ut eam uel ipſe uel aglaius cognoſcere poſſet. Demon aũt unguentum quoddã cypriano tradidit: ut domũ uirginis perungeret: & ipſe poſtmodũ noctu ad eã tentandã introiret. Quod cũ factũ eſſet: & demon ingreſſus cor uirginis in amorẽ cõcitaret. Iuſtina oratione premiſſa ſignũ crucis edidit: & diabolus territus fugit: & ad cyprianũ cõfuſus rediit: quẽ cum interrogaſſet: cur ſine effectu rediſſet: dixit ſe ſignum uidiſſe: in quo omnis uirtus eius defecerat. Cyprianus aũt demonẽ fortiorẽ miſit: ſed quod primo cõtigerat: & ſecundo euenit. Quod cyprianus uidens illos deriſit: & principem demonioꝝ aduocauit: & adiuratum ad uirginẽ deſtinauit. qui illam diuerſis langoribus prius uexatã ad ſe media nocte ductuꝝ ꝓmiſit. Tunc diabolus in ſpeciem uirginis ſe mutauit: & ad iuſtinã ingreſſus: dixit ſecũ ſe uelle manere: & uirginitatẽ ſeruare. Et cũ uirgo acquieſceret: & uirginitatis premia cõmendaret: cepit eã tentare dicens: q; dubiũ eſſet: ne ex hoc deum offenderet: cum ipſe primis parentibus prolis generationẽ precepiſſet. Cũ aũt cor uirginis per imiſſionem demonis in ardorem libidinis cõcuti cepiſſet: illa in ſe reuerſa & quis ſibi loqueretur intelligens: ſigno crucis ſe muniuit: & diabolũ ut fumum inſuffla uit: & ſtatim ab omni tentatione liberatam ſe ſenſit.

¶Poſt hec diabolus in ſpẽm iuuenis aglaii ſe tranſigurauit: & in eius lectulũ ingrediẽs in amplexus eius ruere uoluit: ſed ſigno crucis edito confeſtim euanuit. Deinde permittente deo ipſam febribus fatigauit: ſed uirgo xp̃i omnia certamina ſuperauit. Videns diabolus: q; nihil proficeret: in formã iuſtine ſe trãſmutauit: ut famã iuſtine pollueret: & eã ad cyprianum ſe adduxiſſe iactaret: & in tali ſpecie ad magũ cucurrit: ipſumq; quaſi amore eius languens oſculari uoluit. Sed mox ut cyprianus nomen iuſtine nominauit: diabolus nomen illud audire nõ ualens diſparuit. Quapropter cyprianus deluſum ſe uidens ad hoſtiũ uirginis diu uigilauit: & quãdoq; in feminã: quãdoq; in auem ſe arte magica: ut uidebaꝫ: commutauit: ſed cũ ueniſſet ad hoſtiũ eius: neq; auis neq; femina: ſed cyprianus apparebat. Aglaium tandẽ in paſſerẽ arte magica commutauit: qui mox ut ad feneſtram uirginis uolaſſet: non paſſer ſed iuuenis uidebaꝫ: & cũ nec poſſet fugere: nec ſalire: ipſum iuſtina redarguit: & p ſcalã deponi fecit. ¶Victus ergo diabolus per omnia ante cyprianum confuſus ſtetit: quem ille interrogauit:

quomodo in nullo in xp̃ianam uirginem preualeret. Quem demũ primo ſibi iurare fecit: q̃ nunq̃ ab eo diſcederet: deinde ei dixit: q̃ ſignum crucifixi uiderant: & in hoc territi fugerant. Interrogatus quoq̃ an xp̃s diabolo maior eſſet, Reſpõdit ipſum maiorẽ omnibus: qui demones omnes igne cruciãdos iudicaturus eſſet. Tunc cyprianus uirtutes diaboli cõtemnés: oĩa idola ſua confregit: & codices cõbuſſit: & ueniens ad ep̃m antimum baptiſmum inſtanter petiit. Sed ille cyprianum ſibi illudere uelle putabat: qa ipſum magũ eſſe cognouerat. Cũ autẽ cuncta que ſibi contigerant narraſſet: ab eo ſacrũ baptiſma ſuſcepit. Quem ep̃s antimus in diaconum: & poſt annũ in preſbyteꝝ ordinauit. Cui & cyprianus in ep̃atu ſucceſſit: qui xp̃i fidem conſtanter predicabat: & multos gentiliũ conuertebat: & in xp̃i nomine miracula faciebat. Cyprianus aũt ep̃s iuſtinam in quodã cenobio matrẽ plurimaꝝ uirginũ cõſecrauit. Qui & martyribus multas epiſtolas deſtinabat: & in eos in certamine conforta/bat. ¶ Poſt hec eutelius comes orientis cyprianum & iuſtinam detentos: dũ idola adorare nollent: iuſſit tormentis affligi: & cyprianum quidem ſuſpendi & exungulari: iuſtinam uero neruis flagellari & alapis cedi: deinde ambos in carcerẽ trudi. Die quoq̃ ſequenti iuſſit parari ſartaginem pice adipe ac cera plenam: & in eam cyprianum iactari. Cũq̃ ipſum ignis non tangeret: & iuſtina ingredi formidaret: cyprianus eã hortabatur: ut intraret. Que ingreſſa omnino ſicut & ille illeſa permanſit. Sacerdos aũt idolorꝝ cũ de conſenſu comitis ad ſartaginem ueniſſet: ut ſuis carminibus maleficia xp̃ianorꝝ diſſolueret continuo ignis de ſartagine exiuit: & eum penitus conſumpſit. Tunc de conſilio terentini cognati ſui eos in cuſtodia artauit: ut interim claudio que geſta fuerant ſcriberet: & ille de eis pro libito ſuo diſponeret. Et mandante claudio ad ciuitatem nicomediã adducunt: & iuxta flumen gallum cũ quodam tertio xp̃iano peregrino theogni to nomine pariter decollant. Quorum corpora cum canibus expoſita. vii. diebus intacta permanſiſſent: a nautis quibuſdam xp̃ianis in nauem leuata: & romã delata: atq̃ ſepulta ſunt. Nunc autem ut dicitur placẽ tie quieſcunt. Qui paſſi ſunt. vi. calen. octobris. Circa annum domini. cclxxx.

¶ De ſcõ Euſebio papa & mr̃e. Cap. CXXII.

EVſebius papa & martyr huius nominis primus natione grecus ex medico: marcello pontifici in ep̃atu romano ſucceſſit: & ſedit annos. ii. menſes. ii. dies. xxv. Huius tẽporibus inuenta eſt crux domini noſtri ieſu xp̃i hierosolymis ab helena regina: ſicut ipſe in quadam epiſtola ſua ſcribit. Que tamen epiſtola apocripha reputat: quia nec eius tẽpore crucem domini inuentã fuiſſe ueriſimiliter creditur. Sed melius tempore ſilueſtri pape. Qui conſtantinũ impatorem baptizauit: q & baptizatus helenã matrem conuertit. Que poſt eius cõuerſionẽ crucem domini inuenit. Hic ſanctus pontifex pro xp̃i noĩe martyrio coronatus eſt: ſub p̃ſecutione cõſtantini anteq̃ fieret xp̃ianus. Et ſepultus eſt cũ fratribus ſuis iuxta corpus beati petri in uaticão ſexto cal. octobris. Et ceſſauit epiſcopatus dies ſeptem.

¶ De ſanctis Coſma & Damiano & ſociis martyribus. Cap. CXXIII.

COſmas & Damianus: antimus: leontius: & euprepius martyres in ciuitate egea paſſi ſunt tẽporibus diocletiani & maximiani imperatorꝝ ſub preſide lyſia. Quorum duo primi fratres ex eadem ciuitate que eſt in arabia: matre religioſa nomine theodora geniti: arte medicine docti: in uirgine gratie xp̃i: omnẽ infirmitatem nõ ſolum ab hominibus: ſed etiam a iumentis curabant: gratias omnia tribuentes. Nam & camelum arte diabolica debilitatũ ſanum reſtituentes: illeſum abire ſecerunt. ¶ Matrona autẽ nomine palladia paralytica: cum omnia ſua in medicis conſumpſiſſet: ad ſanctos dei acceſſit: & ab eis ſanitatem integrã reportauit. Tũc illa damiano munuſculũ obtulit. Et cum recipere nollet: & illa cũ ſacramẽtis per nomẽ domini adiuraſſet: recipere acquieuit: ut eius deuotioni ſatiſfaceret: & ne nomẽ domini ſpernere uideret. Quod ut coſmas cõperuit: turbatus p̃cepit: ne corpus eius cũ fratris corpore poneret. Sequenti uero nocte dominus coſme apparuit & fratrẽ de ſuſcepto mũere excuſauit. ¶ Audiens aũt preſes lyſias famã eorꝝ: & q̃ in xp̃i uirtute infirmitates ſanabant: eos ad ſe accerſiri fecit: & que eſſent eorꝝ nomina: que patria: que conditio: que fortuna requiſiuit. Illi uero reſponderunt ad ſingula: q̃ nomina eorꝝ erant: coſmas & damianus: patria uero arabia: conditio xp̃iana: fortunã autem xp̃ianos neſcire dixerunt. Addẽtes ſe & alios tres fratres conſobrinos habere: antimũ: leõtium: & euprepium. Quos preſes miſſo cũ eis officio ſibi preſentari iuſſit: & cepit agere ut ſacrificarent: quod cũ facere cõtemnerent precepit eos in mãibus & pedibus grauiter torqueri. Et dum eius ſupplicia deriderent: iuſſit eos catenis uinctos in mare precipitari. Sed ſtatim angelus domini affuit: & diruptis uinculis illos e pelago liberauit. Et cum hoc miraculũ preſes magicis artibus aſcriberet: & ipſi ei xp̃i uirtutẽ predicarent: illeq̃ ſe eos in nomine dei hadriani uelle ſequi dixiſſet: cõtinuo duo demões affuerunt: & eũ in faciẽ ceciderunt. Sed orãtibus pro eo ſanctis ſtatim demones diſceſſerũt. Tunc preſes dicere cepit: q̃ dii contra eũ indignati fuiſſent: quia illos relinquere cogitaſſet. Mandauitq̃ ſanctos in carcerẽ trudi donec eos qũo perderet cogitaret. Sequenti die illos eductos iuſſit in ignẽ copioſum iactari. Sed tamẽ eos in nullo leſit: quin potius flãma erumpens multos de aſtantibus interemit. Iubentur ergo in equuleo ſuſpẽdi: ſed angelo eos cuſtodiente fatigatis admodũ miniſtris incendendo: ante preſidẽ deponuntur illeſi: tres igiẽ fratres fecit in carcerẽ recludi: & coſmã & damianũ crucifigi: & a populo lapidari. Sed lapides in iaciẽtes redibant: & plurimos uulnerabant. Eductis ergo tribus fratribus: & ſtãtibus iuxta crucẽ. Coſmã & damianũ p̃cepit a quattuor militibus ſagittari. Sagitte aũt mr̃es non ledebant: ſed cõuerſe plures occidebãt. Lyſias aũt ſe confuſum in omnibus cernens: omnes .v. fratres inſimul gladio cedi iuſſit. Chriſtiani autem memores uerbi quod dixerat ſanctus coſmas: damianum cum eo ſepelire dubitabãt. Et ecce ſubito camelus aduenit: & humana uoce loquens ſanctos in unũ ſepeliri mandauit. Quod & factum eſt. Proceſſu uero tp̃is duoꝝ fratrũ coſme & damiani corpa romã ſunt trãſlata & eccleſia eorum nomini edificata. Paſſi ſunt ãt ſci martyres. v. cal. octo. Circa ãnũ domini. cclxxvii.

¶ De ſanctis Florentio & Hilario martyribus. Cap. CXXIIII.

FLorentius & Hilarius martyres paſſi ſunt in galliis caſtro ſeduno. Qui a paganis tenti dum xp̃m confiterent: poſtq̃ lingue eorum preciſe fuiſſent: dum adhuc integro ſermone loquentes fidei noſtre preconia predicarẽt: gladio feriri iuſſi ſunt: & ſic martyrii a domino coronã pceperunt. v. cal. octobris. Hec ado in martylogio.

¶ De ſanctis Adulpho & Ioanne martyribus. Cap. CXXV.

ADulphus & ioannes apud cordubam hiſpanie ciuitatem paſſi ſunt. Qui pro confeſſione nominis xp̃iani capite ceſi: a xp̃o domino coronari meruerunt quinto calendas octobris: ut ait ado in ſuo martylogio ex datariis hieronymi ſumpto.

¶ De ſancto Forſeo ep̃o. Cap. CXXVI.

FOrſeus ep̃s anno quinto conſtantis: qui & conſtantinus in hibernia claruit: ut dicit ſigibertus. Hic nobilis genere ſed nobilior fide ab infantia ſacris litteris eruditus: dum inter parentes ſuos ſacri uerbi ſeminaret eloquium: quadam die ſubito egrotans quaſi mortuus ſtetit: & quattuor manus ad ſe deſuper extenſas cõſpexit: que tenentes eum per brachia pennis ſubuolabãt. Ipſe autem quaſi per caliginem duo angelica corpora cernebat. Viditq; tertiũ angelũ armatum ſcuto ſe p̃cedere: & canticum mellifluum audiuit ignotum. Sed ab angelo ſuperiori mandat̃: iſtis: ut ipſum ad corpus reducant. Ipſe autem poſtq̃ ad ſe rediit: & attinentes flẽtes aſpexit: hortatus eſt eos: diuiniſq; ſacramentis perceptis die illo & altero ſuperuixit. Media uero nocte ferie tertie mortem letus excepit: recordatus iocundiſſime uiſionis. ¶ In tranſitu quoq; ſuo uiſum mirabilẽ uidit: quem beda deſcribit. Vidit enim bonos angelos ſe ſuſcipientes: & demones clamantes: ac cõtra eos bella commouentes. Et cum eos preceſſiſſent: conuerſi ignita iacula in eum iactabant: ſed angelus quidam p̃cedẽs: ea ſcuto ſuſcipiebat: & protinus extinguebat. Tũc demones angelis oppoſuit: q; forſeus ſepius ociosos ſermones dixiſſet. Sed angeli reſpondẽrũt: q; niſi principalia crimina proferrent: propter iſta minima non periret. Et cum dudum ſuper hoc diſputaſſent: tandem preliante angelo cum demonibus demones in hoc contriti ſunt. Tunc demon alius oppoſuit: q; ſeruus qui ſcit uoluntatem domini ſui: nec facit plagis uapulandus eſt multis. Hic autem dona iniquor recepit. Nam a quodam uſurario ueſtem perceperat: quam nunq̃ reſtituerat. Excuſantibus autem eum angelis & dicentibus: q; demones occulta dei iudicia nõ cognoſcebant: diabolus tam grauiter eum percuſſit: ut poſtmodũ uite reſtitutus ſemp̃ percuſſionis ueſtigiũ retinuerit. Arripientes enim demones unũ de his quos in ignibus torrebãt: ip̃m in eum iactauerũt: qui eius humer& maxillamq; ſcindit. Cognouitq; forſeus hominem: quia ille erat cuius ueſtẽ acceperat. Et hãc p̃cuſſionẽ p̃mittente deo pro receptiõe illius ueſtis recepit. Deinde ceperunt demones cum angelis contendere de proximi dilectione: qa uidelicet p̃ximũ ſicut ſeipſum nõ dilexerat. Et cũ in hoc etiã demones uicti fuiſſent ad alias accuſationes cõuerſi ceperunt p̃ferre q; digne penitentiã delinquẽtibus nõ annunciaſſet. In omni uero cõtradictione demonum ualida extitit pugna: donec iudice deo triũphãtibus angelis deuictiſq; aduerſariis immenſa claritate uir ſanctus circũfuſus eſt. Et ad mandatum angeli mundũ reſpiciens uidit uallẽ tenebroſam: & .iiii. ignes in aere aliquibus ſpatiis a ſe diſtantes. Quos dixit ei angelus eẽ .iiii. ignes mũdũ ſuccendentes: quor& unus eſt ignis ſuperbie: ſecundus inuidie: tertius auaritie: & quartus luxurie. Qui poſtmodũ in unũ redacti illi appropinquabãt. Et cũ flãmã aſcendentẽ timeret: cõfortauit illũ angelus dicẽs: quia quod nõ accẽderat in eum nõ arderet. ¶ Deinde ab angelis ſup̃ tectũ eccleſie ſpiritus eius adducit̃ ubi iã corpus eius mortuũ adductũ plangebat̃: iubet̃ ab angelis cadauer ſuũ agnoſcere: & ip̃m reaſſumere. Ille uero omnino recuſabat. Tandẽ coactus ad corpus reducit̃: & ſic cũctis ſtupentibus forſeus ſuſcitat̃. Qui uiſa omnia populo rettulit: & deinceps aſperrimã uitã duxit. Incendia uero que in ſpiritu ſumpſerat in ſcapulis corporis & gena apparebant. Inde egreſſus p̃dicauit ſcotis: & que p uiſum habuerat enarrabat. Deinde eps factus ab angelo monitus apud hiberniã p̃dicauit. Ac inde populor& inuidia electus p britãniã in ſaxoniam deuenit: & a rege ſigiberto ſuſceptus monaſteriũ conſtruxit. Quod fratri ſuo forlano noie gubernandũ dedit: ipſe aũt ulcano alio fratre ſuo eremũ petiit: ubi per annũ p̃mãſit: inde cõpulſus a rege clodoueo conſilii gra ad galliar& littora nauigauit. Et a rege ſuſceptus honorifice monaſteriũ in latiniaco oppido cõſtruxit. In quo laudabiliter uitã finiuit. .iiii. cal. octobris. Cuius corpus in uilla: que dicitur parona ſepultum eſt: ut dicit beda.

¶ De ſcõ Vinceſlao martyre. Cap. CXXVII.

VInceſlaus dux boemior& tẽpore henrici imperatoris martyriũ paſſus eſt. Qui poſtq̃ ſacras litteras didiciſſet: amore celeſtis patrie: non ad ſup̃bie uentum accepit dominii dignitatẽ: ſed ut multis p̃deſſe poſſet: unde & ſua pauperibus & eccleſiis largiflue ip̃endebat. Cũ autem uocatis principibus & baronibus cũctis ad curiã imperatoris fratris ſui germani: ipſe poſtremus omniũ adueniſſet: & alii principes idignati locũ ei ad ſedẽdũ dare nullatenus decreuiſſent: ſtatim ut aulã intrauit: crux aurea in fronte eius apparuit: aliiq; duo ſplẽdidi uiri uiſi ſunt hinc inde ipſum comitãtes. Cui ceſar mox aſſurgens ip̃m pre ceteris honorauit. A quo adhuc gentile ad conuiuiũ in dolo inuitatus eſt. Et licet

eum ceſar honoraſſet ipſum tamen ut xp̃ianiſſimum oderat: unde cũ uinceſlaus poſt prãdiũ ex more ad ecclesiã pgeret: eũ ĩperator cũ turba gentiliũ inſecutus: eſt. Ipſumq; ante eccleſie fores p̃cũbentem occidi fecit & matrem domino cõſecrauit. Cuius ſanguis in pauimento effuſus in teſtimoniũ fratricidii p multa anno rũ curricula nec abradi potuit nec abſtergi. ¶ Poſt ali quod tẽpus dũ fideles corpus ipſius tranſferre uellẽt: ĩuenerunt eius uulnera plene ſanata: excepta auricula: que ei fuerat totaliter abſciſa: que tamẽ loco ſuo appli cata cõtinuo cõſolidata eſt. Cũ aũt ad fluuiũ maximũ & inundantẽ deueniſſent: & ip̃m tranſire dubitarent ĩuocato ſancto martyre currũ cũ ſup poſito corpore ex alia parte fluminis repẽte trãſuectũ uiderunt: oẽſq; ſtatim ſine piculo tranſierunt. Dũ aũt ad ciuitatẽ pra gã corpus detuliſſent: carcer ſubterraneus cõfeſtim il luminat: & facto terremotu apiũt: cũctiq; captiui ſolutis uinculis liberant. Eadẽq; nocte xp̃s crucifixus regi dacie apparuit: eiq; dixit: q; peccata eius ipſum iterato crucifixerant: & q; niſi eccleſiam ſancto mr̃i uinceſlao conderet peccatoꝝ ueniã minime p̃ciperet: unde ex hoc rex territus: eccleſiam cũ monaſterio ordinis ſancti benedicti ſancto mr̃i fabricauit: & bonis ſuis largi flue dotauit: ubi & ſanctũ corpus eius requieſcit miraculis clarens. Paſſus eſt autem. iiii. cal. octobris.

¶ De ſcõ Maximo martyre. Cap. CXXVIII.

MAximus martyr paſſus eſt ſub decio ceſare: optimo aũt p̃cõſule apud aſiam ciuitatẽ. Quã ingreſſus decius maximũ detentũ dum ad ſacrificia deoꝝ cõpellere nõ poſſet. Iuſſit eũ fuſtibus cedi: deinde in equuleo leuatum graiter exungulari. Ita ut carnes una cũ ſanguine in terrã defluerent. Cũq; martyr domini diceret tormẽta ſibi non doloré: ſed unctionẽ inferre. Iuſſu p̃conſulis mandãte decio: extra ciuitatem eductus: ibiq; lapidibus obrutus occubuit quarto calendas octobris. Sepultuſq; eſt a chriſtianis iuxta murum ciuitatis memoria nominis eius a fidelibus deſuper edificata.

¶ De ſcõ Exuperantio epõ. Cap. CXXIX.

EXuperantius eps̃ claruit apud toloſanam ciuitatem. Qui beatus uir ipſius urbis põtifex: quantum ſibi extiterit parcus quantũq; aliis largus: ſanctus hieronymus memorabili proſecutus eſt relatu. Qui & domini confeſſor inclytus quarto cal. octob. in xp̃o feliciter regeuit: ſepultus in eccleſia toloſana: ut ait ado ĩ martylogio.

¶ De dedicatione baſilice ſancti Michaelis archangeli. Cap. CXXX.

DEdicatio baſilice ſancti michaelis archangeli dupliciter nominat̃. ſ. dedicatio baſilice: & memoria ipſius. ¶ Dicit̃ aũt dedicatio: eo q; hac die locũ eius ſiue templũ in mõte gargano ſibi dedicatũ fuiſſe michael archangelus reuelauit. Cũ enim: ut dictũ eſt ſupra in eius apparitione. viii. idus maii: ſanctus archãgelus michael in monte gargano: ſipõtinis fidelibus cõtra neapolitãos adhuc gentiles uictoriã miraculoſe cõtuliſſet. Sipõtini quoq; ante os ſpelunce: ubi archangelus: apparuerat: quotidie orationibus uacarent: ſipõtini adhuc dubitabant: an predictũ locum ingredi uel dedicare deberent. Tunc eps̃ duxit ſuper his romanũ pontificem conſulendũ: qui ſuper hoc requirendã decreuit archãgeli uoluntatẽ. Inſtantibus ergo cũctis triduo ieiunio apparuit in hac die michael archangelus epõ: dicens nõ eſſe opus ipſam quã edificauerat eccleſiã dedicari. Ipſe. n. qui cõdiderat: ipſe & conſecrauerat: precepitq; ut die ſequenti locũ cum populo ingrediens ip̃m precibus frequẽtaret: & ſpecialẽ ſuũ patronũ ſentiret: deditq; eis p̃dicte cõſecrationis ſignũ: ut. ſ. ab oriẽte per poſterulã aſcenderent: & ibidẽ marmori ueſtigia hominis impreſſa uiderẽt. Mane igit̃ eps̃ & populus ad locũ ueniunt & introgreſſi cryptã magnã & tria alta/ria inuenerunt: quoꝝ duo in auſtrali parte poſita erãt tertium uero in orientali uenerandũ & rubeo pallio circũtectum: ubi celebratis miſſarum ſoleniis: ueſtigia ut archãgelus predixerat ĩuenerunt: & oẽs ad propria cũ gaudio redierunt. In eadẽ ſpelunca aqua lucida & nimiũ dulcis emanat: que poſt cõioné ſumpta diuerſas egritudines ſanat. His auditis papa in honorem ſancti michaelis & oĩum beatoꝝ ſpirituũ hunc diẽ uidelicet. iii. cal. octobris per totũ orbẽ ſtatuit celebrandũ. ¶ Dicit̃ etiã hoc feſtũ memoria: eo q; in ipſo: ut dictũ eſt oĩum angeloꝝ memoriam agimus. Circa quod ſciẽdum eſt: q; ſicut dionyſius ponit in libro de celeſti hierarchia. Omnium angeloꝝ ſunt tres hierarchie & nouẽ ordines: ita q; quelibet hierarchia tres ordines continet: & dicit̃ ab hieron quod eſt ſacꝝ & archos princeps q̃ſi ſacri principatus. Superior aũt hierarchia cõtinet ſeraphin: cherubin: & thronos. Media dominationes: uirtutes & poteſtates: Vltima uero principatus archangelos & angelos. Eoꝝ aũt ordinatio & diſpoſitio põt uideri p ſimile in terrenis. Nã miniſtrorũ qui ſunt ſub uno rege: quidã operant̃ ĩmediate circa perſonã regis ſicut cõſiliarii & aſſeſſores & cubicularii: qui ſimiles ſunt prime hierarchie: quidã circa regimẽ regni in cõ̃: ut principes milites & iudices: & hi ſunt ſimiles ſecũde: quidã aũt opant̃ circa regimẽ alicuius p̃tis regni: ſicut prepoſiti & baiuli ac p̃ſides: & hi ſunt ſimiles tertie. ¶ Tres igit̃ ordines prime hierarchie accipiunt̃: inquantũ deo aſſiſtũt. Ad hoc aũt tria neceſſaria ſunt. ſ. ſumma dilectio: & hoc quãtum ad ſeraphin q interpretant̃ ardẽtes. Perfecta cognitio: & hoc q̃tum ad cherubin: q ĩterpretant̃ plenitudo ſcientie. Perpetua fruitio ſiue quietatio: & hoc q̃tum ad thronos: qa in eis deus ſedere dicit̃: dũ eos in ſe quieſcere facit. ¶ Tres aũt ordines medie hierarchie accipiunt̃: inquantũ habent regere uniuerſitatẽ hoĩum ĩ cõi. Et hoc cõſiſtit in tribus. Primo in p̃ſidendo ſiue ĩperãdo: & hoc p̃tinet ad ordinẽ dominationũ q aliis inferioribus p̃ſunt: & eos in diuinis dirigũt ac eis ĩperant. Secũdo in operãdo: & hoc pertinet ad ordinem uirtutũ: q̃bus nihil eſt impoſſibile exequi quod mandat̃: & ideo eis attribuit̃ opatio miraculoꝝ. Tertio in arcendo & expellẽdo contraria ĩpedimenta: & hoc p̃tinet ad ordinẽ poteſtatũ: qui habẽt arcere demões & cõtrarias poteſtates. ¶ Tres uero ordines ultime hierarchie accipiunt̃ ſecundũ quod habẽt regimen limitatũ & determinatum. Nam quidã preſunt uni, puincic: & hi ſunt de ordie principatus: ſicut erat princeps perſaꝝ: qui preerat p̃ſis: de quo habẽt dan. io. quidã preſunt uni multitudini uel ciuitati: & hi dicunt̃ archangeli quidam uero cuilibet perſone ſingulari: & hi ſunt angeli: & ideo angeli minora: archangeli uero maiora nunciare dicunt̃: quia bonum multitudinis

dignius q̃ bonũ unius hominis. ℂ Decet autẽ nos ne/
dũ in hac solẽnitate: sed cõtinue omnes istos angelos
honorare ꝓpter septẽ rationes. ℂ Primo quia sunt cu
stodes nostri. Cuilibet enim homini dant̃ duo ange/
li: unus malus ad exercitiũ: alius bonus ad custodien/
dum. Effectus autem angelice custodie in homine tri
plex assignari põt. Primus est: ut proficiat in anima in
bonum gratie. Et hoc facit angelus tribus modis. Pri
mo omne impedimentũ ad bonum remouẽdo: hoc
significatum est exo. xii. ubi angelus percussit primo/
genita egypti. Secundo pigritiã excitando: quod signi
ficat̃ zach. iiii. Angelus domini excitauit me: q̃si uir̃
qui suscitat̃ a somno. Tertio in uiã penitentie ducẽdo
& reducendo: quod significatũ est tobie. v. in angelo
qui eũ duxit & reduxit. Secũdus effectus est: ut aia nõ
cadat in malũ culpe. Et hoc facit angelus tribus mo/
dis. Primo ipediendo peccatũ futur̃ ne fiat: hoc signi
ficatũ est numeri. xxii. in balaã qui ad maledicendum
israel pergẽs ab angelo in uia ipeditus est. Secũdo in/
crepando preteritũ: ut ab eo quis recedat: quod signi/
ficatũ est iudic. ii. Cũ angelus filios israel de preuarica
tione increpasset: ipsi eleuauerunt uocẽ &c. Tertio q̃si
uiolentiã inferendo ut a presenti eripiat quod signifi/
catũ est in uiolẽtia eductiõe loth de sodoma genẽ. xix.
ℂ Tertius effectus est: q̃si aia cadit postmodũ resur/
gat. Et hoc facit etiam tribus modis. Primo mouẽdo
cor ad contritionẽ: quod significatur tobie. xi. ubi to/
bias iunior ad documẽtum angeli de felle per quod ĩ
telligitur contritionis amaritudo: liniuit patri oculos
ꝰ. cordis. Secũdo purgando labia ad cõfessionẽ: quod
significat̃ isa. vii. ubi per angelum labia isaie purgant̃.
Tertio cõgaudendo ad satisfactionẽ luc. xv. gaudium
est angelis dei super uno peccatore &c. ℂ Secũdo de/
bemus eos honorare quia sunt ministratores nostri
heb. i. Omnes sunt administratorii sps &c. Oẽs enim
ꝓpter nos mittunt̃: qa superiores ad medios medii ad
ĩfimos & ĩfimi ad nos. Et hoc qdẽ cõpetit. Primo bo/
nitati diuine: in hoc enim manifestat̃ diuina bonitas:
q̃tũ nostrã saluteꝫ diligat: dũ nobilissimos sps & sibi ĩ/
tima charitate unitos: ad nos dirigit & trãsmittit. Se/
cũdo charitati angelice. Cũ enim charitatis ardentis
sint: maxie desiderãt alioꝝ salutem. Ideoq; ut ad nos
mittant̃ lex exigit angelice charitatis. Tertio humane
ĩdigẽtie. ℂ Mittunt̃ enĩ angeli ad inflãmandũ affectũ
ad dilectionẽ: unde in huius figura legunt̃ missi ĩ cur
ru igneo. iiii. ro. vi. Ad illuminãdũ intellectũ ad cogni
tionẽ: figura huius apoc. x. in angelo q habebat libꝝ
apertũ in manu sua. Ad corroborandũ omne pfectũ
usq; in pfectionẽ: huius figura. iii. ḷ. xix. Angelus por
tauit helie panẽ subcinericiũ: & uas aque: & comedit
& bibit: & ambulauit in fortitudie cibi illius usq; ad
montẽ dei. ℂ Tertio honorãdi sunt: qa sunt fratres &
cõciues nri. Oẽs enim electi assumunt̃ ad ordies an/
gelorꝝ: quidã ad superiores: qdã ad ĩferiores: quidam
ad medios secundũ diuersitatẽ & exigentiã meritorꝝ:
licet beata uirgo sup oẽs fuerit exaltata. Et hoc greg.
in quadã homelia ꝓ prolixa uerba insinuare uidetur.
ℂ Quarto quia sunt aiaꝝ nr̃aꝝ in celis portitores. Et
hoc faciũt triplici modo. Prio uiã ꝓparãdo malach. iii.
Ecce ego mitto angelũ meũ & ꝓparabit uiã &c. Ter/
tio ꝓ uiã ꝓparatã in celũ baiulãdo exo. xxiiii. Ecce ego
mitto angelũ meũ q te cust. in uia: & ĩduc. in ter. quã ꝓ/
mi. partibus tuis. Tertio in celo collocando luc. xvi. sa/
ctũ est ut moreret̃ mẽdicus & portatus ab angelis in
sinũ abrahe. ℂ Quinto qa sunt oꝝonũ nr̃aꝝ ante deũ
presentatores: ipsi enim primo orationes nr̃as deo re
presentãt tob. xii. quãdo orabas tu cũ lachry. & sepeli.
mor. ego obtuli orationẽ tuã domino. Secundo ibidẽ
pro nobis allegãt zach. i. Respõdit angelus domino &
dixit: domine exerci. usq; quo nõ miserebe. luda & ur.
hierusalem quibus iratus es &c. Tertio dei sentẽtiam
& gratiam nobis renunciado dan. ix. dicitur & gabri/
el ad eũ uolans dixit. Ab exordio precum tuaꝝ egres/
sus est sermo glo. i. Sententia adeo & ifra. Ego autem
ueni ut indicarẽ tibi &c. ℂ Sexto sunt honorãdi quia
sunt regis eterni nobilissimi milites secundũ quod di
cit̃ iob. xxv. Nunqd ẽ numerus militũ eius: uidemus
aũt q; in militibus alicuius regis: qdã semp in aula re/
gia cõmorant̃ & regẽ associant: qdã ciuitates & castra
custodiũt & cõseruãt: qdã uero regis inimicos expu/
gnãt. Ita hoꝝ militũ xpi: quidã in celo empyreo semp
regẽ regũ associãt: & ad eius honorẽ cantica letitie &
glorie cãtãt: dicẽtes: sanctus sanctus sanctus &c. isa. vi.
Itẽ benedictio & claruit & sapientia &c. apoc. vii. Alii
aũt custodiũt ciuitates & uillas: illi. ſ. q nobis sunt ad
custodiã deputati isa. lxii. Sup muros tuos hierusalẽ
cõstitui custodes. Alii uero dei inimicos. i. demões ex/
pugnãt apoc. xii. Factũ est preliũ magnum in celo. i. in
ecclesia militãte secundũ unã expositionẽ: michael &
angeli eius prelia cũ dracone &c. ℂ Septimo & ultio
quia sunt tribulatoꝝ cõsolatores zach. primo. Ange/
lus q loquebat̃ in me uerba cõsolatoria: hoc aũt faci/
unt tribus modis. Prio cõfortando & roborãdo dan.
xi. Cũ daniel corruisset tetigit eũ angelus dicẽs. Noli
timere pax tibi cõfortare & esto robustus. Secũdo ab
ĩpatientia cõseruãdo ps. Angelis suis mãdauit de te: &
infra. In manibus porta. te. ne. for. offen. ad lapidem pe
dem tuum. Tertio ipsam tribulationem refrigeran/
do & minuendo. Et hoc significatur dan. iii. ubi ange
lus domini cum tribus pueris descẽdit in fornacem:
& fecit medium fornacis quasi uentũ roris flantem.

ℂ De scõ Maximo epõ. Cap. CXXXI.

MAximus epus apud rhegyũ ciuitatem claru
it. Qui de uico qui dicit̃ deconiato ortus:
parẽtibus xpianis ab ĩfantia uirtutibus &
sacris litteris eruditus: relicto seculo insu/
lam lerinẽsis monasterii petiit: ubi monachus factus
omni sanctitate pollebat. Multasq; insidias diabolo ꝓ
pessus deuicit: postea uero factus est abbas monaste/

rii ſucceſſorq; ſancti honorati. Quẽ diabolus nocte q̃ dam exterrere uolés eidem in forma horribili appa/ruit: ſed ſigno crucis edito cõfeſtim euanuit. Moxq; ſanctus febricitare cepit. Cui decúbéti rurſum demõ in ſpecie draconis ſe oſtendit: ſed cũ oraſſet ad domi/nũ monſtrum depellit: & ſanctus protinus a febre curatur. ¶ Nocte quadã orationis gratia ad littus egreſ/ſus: uidit nauẽ ad portum applicuiſſe: cuius naute ad eum uenient: eidemq; dicũt q; fama eius ad ſyrie par/tes cõuolauerat: multuſq; populus eum deſiderabat: ubi ſi uellet accedere multũ domino populũ poſſet acquirere: offerẽtes ſe illũ in ſua naue uecturos. Qui diaboli figmẽta perpendés orauit: & ſigno crucis edi/to: nauis phãtaſtica cũ nautis diſparuit. ¶ Electus de inde a populo in ep̃m rhegyne ciuitatis gregẽ domi/nicũ uerbis nutriebat & exẽplo: qui etiã baſilicã ſancti albani intra caſtellũ rhegyi cõſtruxit. Ad quã edifi cãdã dũ pauci boues eo p̃ſente columnas faciliter tra/herẽt: abſente uero plurimi trahere nõ poſſent: uoca/tus eps uidit demonem in forma parui ethiopis plaſtro inſidentem. Quem poſtq; ſua oratione fugauit: boues opus ſolitum etiam in eius abſentia celeriter perfecerunt. ¶ Cum autem reliquias ad eccleſiã conſecrandã deferrent: puer quidã frater rhegyni diaco/ni de muro lapſus cecidit & expirauit: cuius corpus diaconus ĩ cubile ep̃i collocauit. Ad cuius p̃ces finito officio maximus thalamũ ingreſſus puerũ oratione ſuſcitauit. ¶ Alias etiam filiam cuiuſdã uide nobilis ciuitatis defunctã: motus maternis lachrymis ad uitam reduxit. ¶ Adoleſcentulum inſup morſu rabidi canis extinctũ: ſua oratione priſtine uite reſtituit. Canẽ quoq; qui multos laniauerat: leui ictu baculi peremit: uulnera etiam cunctis inflicta ſanauit. ¶ Quendam hominem quem bos cornupeta feriens euiſcerauerat: uulneribus alligatis infra dies ſeptẽ ſanum effecit. ¶ Cecum quendã qui ab annis .xv. lumen oculoꝝ amiſerat: dũ ad matutinum p̃geret: & pedibus ipſum cepiſſet diutius poſtulatus: ſigno crucis edito p̃tinus illuminauit. Obitum autem ſuum & preſciuit & predixit. Et in ſtratu p̃prio quaſi leui ſopore detentus ſpiritũ emiſit .iii. kal. octobr̃. Cuius corpus cõtinuo miro odore fragrauit. Sed dũ ĩ eius exeqis puella nup defuncta loculo uiri ſcĩ ſubſtrata fuiſſe: p̃tinus a mortuis reſurrexit: & una cũ ceteris corpi ſepulture ĩterfuit: & deũ collaudare cepit. Sicq; ſepultus ẽ ĩ eccleſia ſcĩ petri rhegyne cĩtatis: ubi iacet miraculis clarus.

¶ De ſcõ Hierõymo p̃ſbr̃o & doctore. Ca. CXXXII.

Hieronymus p̃ſbyter & doctor eximius fi/ius euſebii uiri nobilis oppido ſtridonis: quod dalmatie quondam pannonieque confinium fuit: extitit oriundus. Hic adhuc puer romam adiit: ubi litteris grecis & latinis & hebraicis plene eruditus eſt. In arte grammatica donatum: in rhethorica autem preceptorem habuit uictorinum. ſcripturis autem diuinis exercitabatur die ac nocte & inde hauſit auide: quod poſtmodum effudit abunde. ¶ Quodam uero tempore ſicut ipſe in epiſtola ad euſtochium refert: dum de die tullium: de nocte platonem auide legeret: eo q; ſermo ſibi incultus in libris propheticis non placeret: circa mediam quadrageſimam ſubita febre corripitur: adeo ut calore iam uitali deficiente exequie funeris parentur. Subito igitur in extaſi ad tribunal ſummi iudicis rapitur: & cuius conditionis eſſet interrogatus: chriſtianum ſe fore profitetur. Quem iudex aperto ore dementiens: ciceronianum: eſſe dixit: non chriſtianum: eo q; ubi theſaurus ſuus ibi eſſet cor ſuum. At hieronymus obmutuit: & iudex illum acriter cedi iuſſit. Cum autem miſericordiam poſtularet: & aſtantes pro iuuene ueniam ſupplicarent. Iurauit hieronymus: ac proteſtatus eſt q; ſi unq̃ codices ſeculares legeret: chriſtum negaret. In hec uerba dimiſſus reuixit: & lachrymis ſe totum per fuſum inuenit: ac ex uerberibus ſcapulas repperit liuientes. Extunc ſe diuinorum uoluminum ſtudio totaliter contulit. ¶ Dum autem eſſet annorum .xx. per liberiũ papam romane eccleſie cardinalis preſbyter ordinatur. Tunc ſub imperatore conſtantio in arriana hereſim lapſo: & alie hereſes pululare ceperunt: quas omnes uir ſanctus uerbo & ſcripto iuxta ſibi a deo datam ſapientiam cepit infringere: cui paula nobiliſſima romãorũ eius diſcipula ſedula miniſtrabat: eiuſq; filiam euſtochium uirginem ſacratiſſimã hieronymus diuinorum ſtudiis imbuebat. ¶ Mortuo uero papa liberio ſanctus doctor dignus ſummo ſacerdotio ab oĩbus acclamatur. Sed dum clericorum & monachorum laſciuiam increparet: ab eis turpiter deriſus eſt. Nam ut ait ioannes beleth. Cum hieronymus ad matutinũ p̃geret: ueſtem mulieris lineã quã iuxta lectum poſuerant ſuper pelliceum ſuum putãs induit: & ſic ad eccleſiam proceſſit. Hoc autẽ faciebãt emuli: ut mulierem hr̃e in thalamo crederet. Quod ille uidens: eorum ceſſit ueſanie: & ad gregorium nazanzenum conſtantinopolitaũ ep̃m peruenit. a quo multa in ſacris litteris dedicit. Deinde alexãdriã p̃rexit: & didymũ doctorẽ pluribus menſibus audiuit. Poſt hec in ſyriam abiit: in poſſeſſione euagrii preſbyteri aliquantulum commoratus. ¶ Deinde in egypti eremum properauit: ubi quanta pro chriſto ſubſtinuit in epiſtola ad euſtochium ipſe commemorat. Nam in credibili ſe penitentia & humano corpori penitus importabili ſe macerauit: ibiq; quadriennium exegit. Quo peracto ad bethleẽ oppidum remeauit: ubi prudẽs animal ad preſepe domini ſe obtulit permanſurũ. Penitentiam uero cõſuetam nullatenus dimiſit: & carnem diris uerberibus flagellauit. Ad portam quoque bethleem occidentalem cenobium conſtruxit: & multos diſcipulos congregauit: inter quos euſebiũ nobilẽ cremonẽſem p̃dilectũ habu/

it. Bibliothecã aũt ſuã quã ſummo ſibi ediderat ſtudio: itez relegés: diẽ ieiuniis ducebat ad ueſpez. In trã ſlatione etiã ſcripturaz. annis &. v. méſibus deſuda/uit: & ſemp uirgo pmãſit. Mõaſteriũ quoq; ancillaz dei cõdidit: in quo paulã uiduã & euſtochiũ eius filiã uirginé: que cũ ſecute fuerant multis ſacris uirginibus prepoſuit: & regulam eis monaſticam dictauit. ℂ Cũ aũt uſq; tũc in eccleſia unuſq;q; caneret qđ uolebat: ad inſtantiam theodoſii imperatoris damaſus papa hieronymo impoſuit: ut diuinum officium ordinaret. Qui pſalterium p ferias & nocturnos & horas alias canonicas diuiſit: & gloria patri in fine pſalmoz cantari inſtituit. Epiſtolas & euãgelia per anni circulũ: ceteraq; oĩa ad officiũ pertinẽtia preter cantũ ordinauit. Quod papa damaſus ſibi miſſum approbauit: & eccleſie celebrandũ tradidit. ℂ Quadã uero die adueſpaſcẽte: dũ hieronymus cũ fratribus ad ſacrã lectioné legendã ſederet: leo quidã claudicans monaſteriũ ingreſſus eſt. Fugientibuſq; cunctis: eum ſolus ſanctus doctor excepit: & leonis plantam a ſentibus uulneratam inuenit. Adhibita ergo cura leo conualuit: & inter eos quaſi domeſticum animal habitabat: fenumq; ſicut bos comedebat. Cui hieronymus officium impoſuit: ut aſinũ loci ligna de nemore deferentem: ad paſcua & ad nemus duceret & cuſtodiret: Quod & factum eſt: leonem aſinum continue more paſtoris induſtrii comitante: ipſumq; fideliter defenſante. Quadam autem uice leone grauiter ſoporato: mercatores cum camelis illac tranſeuntes: aſinum ſolum paſcentem a leone elongatum rapuerunt. Expargefactus leo: ſocium rugiẽdo querens huc illucq; diſcurrebat. Et eum non inueniẽs: ad portã monaſterii triſtis rediit: & intus ac ſi pre uerecũdia ingredi nõ preſumpſit: uidentes aũt fratres q; ſine aſino rediſſet: putauerũt q; fame cõpulſus illũ deuoraſſet: nolebãtq; ei annonam prebere conſuetã. ℂ Tunc admonẽte hieronymo officiũ aſini leoni iniungũt: & ligna cedẽtes ei imponũt. Quod cũ leo patiẽtiſſime ferret: quadam die expleto ope: ad agrũ exiuit: & q̃ſi diuino inſtinctu undiq; diſcurrere cepit. Et ecce uidit a lõge negociatores cũ onuſtis camelis precedẽte aſino ueniẽtes: leo igitur recognito aſino: rugiẽs ſuper eos irruit: & omnes homines in fugã cõuertit. Deinde terribiliter cauda terrã percutiens: aſinũ & camelos pterritos ſicut erãt onuſti: ante ſe ad cellã ire coegit. Quod cũ fratres uidiſſent & mirati hieronymo nunciaſſent: iuſſit ſanctus camelos introduci: & depoſitis ſarcinis pedes eis lauari: & ſuper hoc uolũtaté domini expectari. Tunc leo cepit per monaſteriũ diſcurrere: ſingulozꝝ fratrũ ueſtigiis ſe pſternẽs: & de perpetrata culpa quaſi cauda alludẽs ueniã poſtulabat. Hierouymus aũt futurũ pſcius iuſſit hoſpitibus uenturis refectioné parari. Et ecce hoſpites ad ſunt preforibus: abbatẽ uidere querẽtes. Ad quos cũ exiſſet illi pedibus eius aduoluti: pro cõmiſſa culpa ueniã poſtulabant. Quos ille benigne introducẽs: ac reficiens: admonuit ut ſuis cõtenti alie na de cetero nõ ueſperẽt. Illi autem beato hieronymo licet dudũ recuſanti medietatẽ olei qđ ſe cum attulerãt pro benedictione obtulerũt: eãdẽq; mẽſurã annis ſingulis ſe & ſuos heredes eius fratribus daturos pmiſerũt. ℂ Tanta autẽ laſſitudine fatigatus eſt: ut in ſtratu ſuo iacẽs funiculo ad trabẽ ſuſpẽſo ſupinus manibus ſe leuaret: ut. ſ. officiũ monaſterii put poterat exhiberet. Per annos uero. l. nunq; coctũ niſi bis in ultima egritudie mãducauit: carnẽ cilicino ſacco ſemp domauit: nec ſtratũ aliud niſi terrã unq; ſciuit: ſemel in die poſt ueſperas radices aut folia arborũ deguſtauit: ſemper orationi: aut eruditioni: aut lectioni intẽtus. ℂ Appropinquãs aũt uite termino: ſe ſuper nudã humũ collocari precepit: & ſacco quo induebaf opiri: ubi primo fratres ſuos ad ſe cõuocatos dulci eloqo & ſacris admonitionibus informauit: & euſebium eis in abbaté dimiſit. Deinde ſacrã euchariſtiã ſibi oblatã cũ lachrymis ſumpſit. Et ſuppinus ad terrã rediens: manibus in modũ crucis ſupra pectus extẽſis: ſymionis pphete uaticiniũ decantauit. Quo finito cũ eſſet hora cõpletorii: ſubito lux maxima ac ſi ſol in meridie eũ circũfulſit: in q̃ luce ab aſtãtibus uiſe ſunt acies angelozꝝ diſcurrẽtes: tanq; ſcintille in arũdineto. Audita q; ẽ uxor ſaluatoris ipm ad celeſtia inuitãtis: & ſancti doctoris ſe paratũ uenire reſpõdẽtis. Et poſt horã lux diſpuit: & inclytus doctor cũ luce ſpiritũ ad dominũ emiſit: pridie cal. octobris. Anno etatis ſue. xcix. méſe. vi. anno honorii imperatoris. xii. Corpus uero qđ p̃ nimia afflictione & uerberibus leproſi ſpeciẽ p̃tẽdebat: odoré nimiũ oĩa aromata ſuperanté fragrabat. ℂ Eadẽ hora cyrillus hieroſolymitanus eps olim eius auditor: orãs in cella raptus ĩ ſpiritu uidit iter ſpecioſum & lucidiſſimũ de monaſterio ſancti uſq; ad celũ: & multitudiné angelozꝝ ſplẽdẽtiũ alternati cũ melodiis & cãtibus cereos deferẽtiũ: & aliã nõ minorem iſtis obuiã modo ſimili ueniẽté. Animá quoq; hieronymi poſt oés ad ſaluatoris ipius dexterã ad celos pcedẽté. Que in loco ubi cyrillus degebat ſubſiſtẽs: ſe eidẽ aĩam eſſe doctoris inclyti reuelauit: & ut ad ſuos pergeret filios mãdauit: quatenus eos lugẽtes cõfortaret: & que uiderat nũciaret. Statimq; uiſio euanuit: & cyrillus eadẽ hora illũ migraſſe cognouit. ℂ Eadẽ etiã hora auguſtinus eps hipponeñ. in ſua cellula exiſtens dum tractatus de uiſione beata cõpilare uellet: & ſuper hoc hieronymũ conſulẽdum diſpoſuiſſe: ac epiſtolã ei ſcribere cepiſſet: in effabile lumen cũ odorũ fragrãtia in compabili cellam repleuit: eoq; admodũ ſtupente: uox de luce inſonuit: que ipſum de nimia pſumptione redarguit: eo q; exiſtens in carne mortali: beatitudinem eternam comprehendere cogitaſſet: quod nulli mortalium aliquando poſſibile foret. Cũ autem auguſtinus ab eo quereret equis eſſet. Reſpondit ſe eſſe hieronymi aĩam: cui ipſe epiſtolã notare ceperat deſtinandam: que ipſa hora a carne ſoluta ad celi gaudia properabat. Cum autem Auguſtinus ab ea multas queſtiões de trinitate & angelica natura atq; de beata uita queſiuiſſet: & ipſe ad ſingula clarius reſpondiſſet: lux illa cum uoce diſparuit: odor tamen pluribus diebus permanſit. ℂ Eadem hora in ciuitate turoneñ duo monachi monaſterii ſancti martini cum quodam alio uoces omnium muſicorum iſtrumentorum dulciſonas audierunt: & lucem ſole clariorem conſpexerunt: odorem quoq; cunctorũ aromatum perſenſerunt. Et admirantes tanta: audierũt uocem de celo: qualiter xp̃s cum angelis omnibus patriarchis prophetis: apoſtolis: martyribus: confeſſoribus: & uirginibus: ac beatozꝝ omnium animabus hieronymo preſbytero tunc in bethleem mortuo occur

rebat:eiuſq; animam ad celoꝝ gaudia tam feliciter p
ducebat. ¶ Corpus autem eius cilicino ſacco quo ui/
uens utebatur inuolutum in terra prout ipſe manda
uerat ſepultum eſt·uidelicet ante hoſtium ſpelunce:
in qua xps fuit natus:& in preſepio reclinatus. In cu/
ius exeqis cecus unus a natiuitate uiſum recepit. Sur/
dus & mutus audiendi & loquendi facultatem acce/
pit. Hereticus etiam quidam qui corpus illud incen/
dio dignum aſſeruit:ſubito in ligni ſpẽm eſt muta/
tus:& mox fulmine de celo deſcendente combuſtus:
atq; in cinerem redactus. Alia quoq; ſigna & miracu/
la ſtupẽda & innumera per ſanctum ſuum dominus
operari dignatus eſt:que in epiſtolis euſebii: auguſti/
ni:& cyrilli leguntur:que per ſingula ponere lõgum
eſſet. ¶ Hic glorioſus doctor preter ſacram expoſitio
nem ueteris teſtamenti: quod ex hebraico: & noui:
quod ex greco ſermone trãſtulit in latinum: infinita
pene alia opuſcula edidit. Omnes enim .xvi. prophe
tas expoſuit. Quorundam grecorum doctorum uo/
lumina in latinã tranſtulit. Scripſit opuſcula ſiue epi/
ſtolas ad diuerſos circiter .cxxxxvi. Tractatus quinq;
Epiſtolas alias breues .lxx. Sermones .x. Itẽ libros he/
braicarum queſtionum. Item hebreorum nominũ.
Libellum de locis terre ſancte conditum ab Euſebio
in latinum uertit ex greco. Super libro pſalmorum
.i. tractatus prolixos edidit. Librum de optimo gene
re interpretandi ad pammachium. De uiris illuſtri/
bus. Item contra iouinianum libros .ii. Itẽ contra hel/
uidium de beate marie uirginitate perpetua lib .i. Cõ/
tra pelagium lib .i. Contra origenem lib .iiii. Contra
uigilantium lib .i. Ad nepotianum lib .ii. Super euan/
gelio matthei lib .iiii. Vitam pauli primi eremite &
aliorum patrum monachorum. Librum chronicũ
omnimode hiſtorie. De ſeraphin lib .i. De oſanna lib.
i. De frugi & luxurioſo filiis lib .i. Homelias origenis
.xxviii. in hieremia & ezechiele ex greco in latinũ con
uertit. Item de tribus queſtionibus ueteris legis. Ho/
melias in canticis canticorum .ii. Commentariorum
in epiſtola pauli ad galatas lib .iii. In epiſtola ad ephe/
ſios lib .iii. In epiſtola ad titum lib .i. In epiſtola ad phi
lemonem lib .i. Super geneſim lib .i. Didymi librum
de ſpiritu ſancto ex greco in latinum uertit eloquiũ.
In lucam homelias origenis .xxxviii. In pſalmis a .io.
uſq; ad .cxvi. tractatus .vii. Captiui machi monachi ge
ſta deſcripſit. Contra rufinum aquileiẽſi preſbyterũ
inuectiuas plurimas. Ad beatum auguſtinũ epiſtolas
multas. Itẽ librum prohemiorum ſuper libris diuine
ſcripture. Ad heliodorum exhortatium Altercatio/
nem luciferiani & orthodoxi. Ad euſtochium de uir
ginitate ſeruanda lib .i. Ad marcellam epiſtolarum li.
i. Commentarios in eccleſiaſten plures. Enchiridion
in pſalterium. Aduerſus heliachim lib .i. Et opuſcula
alia diuerſus hereticos q̃ plures. De mãſionibus filio/
rũ iſrael lib .i. & alia innumera uolumina ad edifica/
tionẽ eccleſie catholice ſua pietate cõpoſuit. Et pene
oẽs libros noui ac ueteris teſtamẽti commẽtatus eſt.

¶ De ſancto Antonino martyre. Cap. CXXXIII.

ANtoninus martyr apud placẽtiam ciuita/
tem paſſus eſt. Qui unus fuit ex ſacra le/
gione thebeorum & ſocius beati mauri/
tii martyris. Qui de placentinis finibus
egreſſus per orientales prouincias pertrãſiuit:& mul
ta miracula fecit. Demum ad urbem ſuam rediẽs ab
infidelibus tentus & capite ceſus glorioſo martyrio
coronatus eſt. Cuius corpus ignotum dominus bea/
to ſauino ipſius ciuitatis epiſcopo reuelauit. Apparu/
it enim ei uir ſplendidus:qui oſtendit ei: ubi iacebat
ſancti martyris corpus:qui etiam formam corporis
& membra & annos militie & nomen & caput abſci/
ſum ſignauit: urceum quoq; plenum eius ſanguine
pro teſtimonio ſeruatum innotuit. Et ut ipſum cor/
pus ex eodem loco leuare:& digno ſepulchro conde/
re deberet admonuit:qui euigilãs uiſionem clero &
populo reſerauit & in loco oſtenſo fodere cuſtos pre
cepit:ubi ſanctum corpus ſicut epiſcopo oſtẽſum fue
rat:per omnia inuentum eſt. Quod dum leuarent:
gutte alique ſanguinis ex eo pfluxerunt. In cuius trã/
ſlatione cum ſolus ibi eſſet ſauinus epiſcopus ſex alii
epiſcopi apparuerunt:qui eſſent uel unde uenirent
omnibus ignoti. Leuantes ergo corpus martyris po/
ſuerunt in ſepulchro ſancti uictoris epiſcopi. Qui ali/
as in uita ſua ſpiritu prophetico predixerat: q̃ poſt
eius obitum maior eo in ipſo tumulo quieſcere debe
bat. Sepulto quoq; corpore epiſcopi illi:qui apparue/
rant ſubito diſcedentes nuſquã uiſi fuerunt: ſicq; ſan
ctum corpus condigna reuerentia condiderunt pri/
die calendas octobris.

¶ De ſanctis Victore & Vrſo martyribus.
Cap. CXXXIIII.

VIctor & urſus martyres paſſi ſunt in gal/
liis caſtro ſalodoro. Hi fuerunt ex glorio/
ſa legione thebeorũ:cuius mauritius dux
extitit inclytus. Qui primo diris ſuppli/
ciis excruciati:ſed celeſti ſuper eos lumine coruſcan/
te. ruẽtibus in terrã miniſtris erecti. Deinde in ignem
miſſi:ſed in nullo penitus leſi. Nouiſſime gladio cõſu
mati ſũt pridie cal .octo. ut ait ado ĩ ſuo martylogio.

¶ Explicit liber octauus.

Incipit prologus noni libri.

NOnus liber preſentis catalogi continet in
ſe paſſiones & geſta illorum ſanctorum:
quorum feſtiuitates occurrunt infra tem
pus:in quo eccleſia repreſentat propaga/
tionem filiorum:qui fuerunt ipſius eccleſie defenſo/
res:quales fuerunt ſancti martyres. ¶ Hoc autem tẽ/
pus eſt a calendis octobris uſq; ad calendas nouem/
bris. Et hoc ſub figura ſanctorum machabeorũ: quo
rum tunc libri leguntur:qui uti ſancti martyres pro
fide:ſic & illi pro lege dei uſq; ad effuſionem ſangui/
nis uiriliter decertarunt. Ad ipſius ergo temporis fe/
ſta pertractanda percurrendum eſt. ¶ Notãdum au/
tem:q; quia ſancti machabei:uidelicet mathathias &
eius filii:qui inter ſanctos teſtamenti ueteris connu/
merantur:nullas certas in anno feſtiuitates habẽt: eo
q; eoꝝ dies obitus ſunt ignoti. Iccirco in principio hu
ius libri premittuntur: eorũq; geſta pertractuntur:
quia eo tẽpore eorũ libri in eccleſia dei leguntˉ. Acta
etiã quorũdã alioꝝ ſanctoꝝ eiſdẽ machabeis cõtẽpo/
ranioꝝ: quoꝝ ſimiliter feſtiuitates certos dies nõ ha/
bẽt: pfatis machabeoꝝ inſeruntˉ hiſtoriis: ut ſanctoꝝ
onie & ſimõis eius filii ſacerdotũ & martyris eleazari.

Finis prologi.

¶ Incipit liber nonus a calendis octobris uſq; ad ca/
lendas nouembris.

¶ De ſancto Mathathia duce. Cap. I.

MAthathias dux populi iudeorꝫ: cuius laus & ſanctitas ex geſtis ſuis colligit que in primo libro machabeorꝫ deſcribunt. Qui cum oĩbus filiis ſuis a ioſepho & hieronymo in catalogo patrũ ſanctorꝫ ueteris teſtamenti cõnumerant. Tẽpore antiochi epiphani regis ſyrie & egypti iudeorꝫ perſecutoris claruit. Hic de ciuitate modin oriũdus: de uice ioachim qnq; filios illuſtres ꝓgenuit: uidelicet ioãné: ſimonem: iudã: eleazarꝫ: & ionathã. ¶ Cum aũt rex antiochus filios iſrael ad ritũ gẽtilitatis ꝓduxiſſet: idolũ quoq; ſuper arã templi domini in hieruſalẽ poſuiſſet: oẽs quoq; iudeos nolẽtes idolo ſacrificare: & iuxta legẽ gentiliũ uiuere: diuerſis penis affligeret. Egregius mathathias & filii eius uidẽtes mala: que fiebãt: decreuerunt ꝓ lege dei uſq; ad morté fideliter decertare. Et cũ legati regis ueniſſent in modin: ſtatuentes idola: qdã ex iudeis ĩmolauit in medio. Et ſurgẽs mathathias cũ ſuis trucidauit eũ ſuper arã: & nũcios regis antiochi interemit: araq; deposuit: & cũ oĩ tribu ſua exiit in ſolitudiné oĩa relinquẽs. Ad quos multi cũ filiis & uxoribus cõfugerũt: malẽtes herbis uti: q̃ cibis gentiliũ coinqnari. Tũc emiſſarii regis aggreſſi ſunt eos ĩ ſabbatis: qbus nefas erat iudeis arma capẽ: & ꝓcuſſerũt quoſdã: alios in ſpelũcis fumo ſuffocãtes. Et ꝓierũt ex eis mille: plures aũt liberati adiũcti ſunt mathathie: eũq; ſibi ducẽ ſtatuerũt: q docuit eos pugnare in ſabbatis: ne lex ſimul cũ populo piret: & colligẽs armatos aras depoſuit idolorꝫ: ĩmolãtes quos potuit ĩterfecit: pueros ĩcircũciſos iuſſit circũcidi. Et uno anno geſſit hũc magiſtratũ. Cũq; grauiter egrotaret: cõuocãs filios ſuos benedixit eis: & cõſtituit eis ſimoné in patré: & cõſiliariũ ꝓp ſapiẽtiã. Iudã uero ducẽ ĩ armis ꝓp fortitudiné. Et mortuus é mathathias & ſepultus é ĩ modin. Surrexitq; iudas cognomíe machabeus filius eius ꝓ eo: & factus é q̃ſi leo defendẽs iſrael clypeo ſuo. Hoc ex libro machabeorum: & ex hiſtoria ſcholaſtica atq; ex chronica guilelmi.

¶ De ſcõ Iuda machabeo. Cap. II.

IVdas machabeus ſacerdos & dux iudeorꝫ filius mathathie ꝓfati ĩ ducatu iudeorꝫ patri ſucceſſit. Qui prĩo appolloniũ ducẽ ſamarie: q contra eũ inſurrexerat deuicit: & inde ſpolia multa tulit cũ gladio eius: quo deinceps pugnauit. Inde ſaron ducẽ ſyrie cõtra ſe uenientẽ occidit: & eius agmina ꝓtim ceſit: ꝓtimq; fugauit. Quod ĩtelligẽs antiochus epiphanes rex ſyrie: oẽm ꝓpriã uirtutẽ cõgregauit: & multos ab inſulis mercede cõduxit. Cũq; uidiſſet ſibi ſtipẽdia deficere: iuit in perſidẽ accipere tributa regionũ: relinquẽs lyſiam de genere regali ſuper negocia regni: traditoq; ſibi medietaté exercitus: ut iudeorꝫ genus extirparet: & euerteret hieruſalẽ. Lyſias uero elegit ptolemeũ: nicanorẽ: & gorgiam uiros potẽtes & miſit cũ eis quadraginta milia peditum: & ſeptem milia equitum: ut uenirẽt in terrã iuda. Iudas uero machabeus cũ tribus milibus ſolũmodo uiris electis: hoſtibus ſuis occurrit: & eoſdẽ pinatos in cãpeſtribus emaus iuadẽs: multos eorum occidit: reliquoſq; fugauit: & ſpolia multa tulit. Cui redeũti ĩgẽs multitudo iudeorꝫ ſe cõiũxit uſq; ad decẽ milia deũ laudãtes ſup uictoria obtẽta. Hoc audiẽs lyſias cõgregauit exercitũ q̃draginta milia uirorꝫ peditũ & qnq; milia equitũ: & uenit ĩ iudeã. Tũc occurrẽs eis iudas cũ decẽ milibus ĩ bethoron: percurſores eius ſtatim ꝓſtrauit: & cũ lyſia cõgreſſus de eius exercitu qnq; milia occidit. Quod attẽdẽs lyſias: iudeorꝫ audaciã timens rediit antiochiã & peregrinorũ ꝓſidia cõgregãs: cũ maiori apparatu diſpoſuit redire in iudeã. Iudas uero ĩterea hieruſalẽ cũ populo ſuo uenit: & tẽplũ ab alienigenis pollutũ emũdauit: & de nouo dedicauit: diẽq; encenioꝝ. xxv. die méſis nouẽbris iſtituit. Tũc ſtatuerũt eũ iudei ſummũ ſacerdoté: & ſic quodã modo regnũ iudeorꝫ in iuda renatũ eſt: q murꝫ hieruſalẽ ꝓ circuitũ repauit: turreſq; erexit: & caſtellũ bethſurã ad tuitionẽ muniuit. ¶ Antiochus aũt rex reuertẽs ad ꝓpria: audito q; iudas machabeus ſuos prĩcipes debellaſſet: uerſus in furoré: ꝓcepit agitari currũ uerſus hieroſolymã: ut eã euerteret: Sed apꝓhẽſus dolore uiſcerũ ſubito de curru cecidit: & colliſus grauiter: poſt dies modicos miſerabiliter mortuus eſt: relicto filio ſuo puulo antiocho eupatore rege: & philippo collactaneo ſuo ſibi dato tutore. ¶ Eodẽ tẽpore gẽtes finitime iudeis repationẽ hieruſalẽ a iuda factã egre ferẽtes iudeos ꝓſequebãt. Quos iudas machabeus poténter debellãs idumeos pcuſſit plaga magna: pugnãs quoq; cõtra timotheũ ducẽ filiorꝫ amon fugauit eũ: ac uaſtata iacer rediit ĩ iudeã. Tũc cõgregate ſũt gẽtes: q̃ erãt ĩ galaad: aduerſus iudeos: q erãt ĩ finibus eorũ. Qui fugiẽtes ĩ locũ munitiſſimũ themã: miſerũt ad iudã ut ferret eis auxiliũ. Cũq; adhuc legerẽt epiſtole: ſupuenerũt nũcii a galilea: indicãtes aggregari eos: q erãt in ptolemaide & tyro & ſidone aduerſus iudeos: utrobiq; ergo hoſtibus nũciatis: miſit iudas ſimoné fratrẽ ſuũ cũ tribus milibus electorꝫ ĩ ſolatiũ galileorũ. Ipe uero cũ ionatha fratre ſuo & octo milibus exiit ĩ galaaditidẽ: relinquẽs in iuda ioſephũ & azariã duces: ut ſeruarẽt iudã: ſed tamẽ nullo ĩterĩ hoſtiũ bellũ cõmitterẽt. Et uenit ſimõ ĩ galileã: & cõtrite ſũt gẽtes ab eo: & ꝓſecutus é eos uſq; ptolemaidẽ: rolleſq; ſpolia eorũ: & iudeos quos captiuos trahebãt rediit in iudeã. Iudas uero machabeus & ionathas frater eius trã ſito iordane poſt triduũ aſſumptis nabutheis incẽdit uezor & ſpoliauit: & nocte cõſurgens applicuit diluculo ad caſtra timothei ducis filiorꝫ amõ. Qui cognoſcẽtes q; machabeus eẽt: ab eo fugerũt: & ceciderunt ex eis fere. viii. milia: uaſtauitq; iudas ciuitates gẽtium in galaaditide. Poſt hec congregauit timotheus exercitũ alium: & ſedit ſecus torrentem. Iudas uero cum ad eos tranſiret: appuerũt aduerſariis de celo uiri. v. in

equis ducatū iudeis prebētes. E qbus duo machabeū circūſeptum cōſeruabāt hinc īde. Alii uero in aduerſa rios tela & fulmina iaciebāt. Et ſic cōtrite gētes fugerunt ad phanum: quod erat in carmaim: ſed ipſum iudas cū omnibus: qui erant in eo ſuccendit. Cōgregatis ergo iudas oībus iudeis: qui erāt in galaaditide: ut ueniret in terrā iuda: cum ueniſſet in ephron: & ciues nollent ei tranſitū dare: deſtruxit ephron: & tranſiuit ſuper interfectos. Reuerſuſq; cū omnibus hieruſalē: obtulit holocauſta in mōte ſion: q; nemo ex eis ceciderat. Eodemq; die redierunt cum uictoria: iudas de galaad: & ſimon de galilea in hieruſalem. ¶ Interea uero dum abeſſent ioſephus & azarias uolētes ſibi facere nomen: cōgreſſi ſunt cum gentibus & fugierunt ceciderunt q; de populo duo milia. Et magnificatus eſt iudas in hieruſalem: uaſtauitq; idumeos & philiſteos: comburens aras & deos eorū. Quibus auditis rex antiochus eupator iratus nimium collegit exercitum centūmilia peditū & uigītimilia equitū: & .xxii. elephantos: & applicuit ad bethſuram iudeorū munitionē ut expugnaret eam. Quo cognito iudas collecto exercitu ſuo occurit antiocho regi. Et inito duro certamine ceciderunt de exercitu regis ſex milia uiri. Tunc diuerterunt iudei a prelio: & aſcendit poſt eos rex: captaque bethſura: obſedit hieruſalem. Sed quia eſca eis deficiebat: inita pace ficta rex cum iudeis: ut ſuis legibus uterentur: intrauit in montem ſion: ſtatimq; rupto federe murum deſtruxit in gyro: occiſoq; menelao: qui pontifex fuerat: reuerſus eſt antiochiam cū gente ſua. Demetrius uero ſother olim frater antiochi epiphanis & patruus antiochi eupatoris: audito q; frater ſuus mortuus eſſet: cū eſſet rome: rediit in ſyriam: qui omni populorū fauore ſuſceptus occiſo antiocho nepote ſuo: & lyſia eius nutritore: rex conſtitutus eſt. Ad quem uenientes quidam impii ex iſrael cum alcimo uiro alieno a genere ſacerdotali: qui ſacerdotium ambiebat: accuſauerūt iudā: q; oēs regis amicos occidiſſet: uel a terra ſua expuliſſet. Rex uero conſtituit alcimum ſacerdotem: & miſit bacchidem cum exercitu in iudeam. Qui miſit nūcios ad iudeam & fratres eius in dolo loquētes de pace: nec attendit iudas ſermonibus eorum. Multi uero de populo credentes ei egreſſi ſunt ad bacchidem: qui occidit ex eis .ccccc. uiros: alii autem ab eo fugerunt. Tunc receſſit bacchides a hieruſalē: committēs regionē alcimo: & reuerſus eſt ad demetrium regem in antiochiam. Alcimus uero ſeducens populum uerbis fecit mala in iſrael pluſq; gentes. Iudas uero faciebat uindictā in uiros legis deſertores. Alcimus ergo uidēs q; nō poſſet iudā uincere: rediit ad regē: accuſans illū in multis. Qui miſit nicanorē ad pdendū populū iudeorū. Et uenit nicanor in hieruſalē cū exercitu uſus iude uerbis pacificis. Sed iudas itelligēs eius inſidias: exiliit ab eo: & ad ſuos refugit. Sed poſtea cōgreſſus cū nicanore uictus eſt: & fugit in ciuitatē dauid. Nicanor autē apponens manū capiti cum exiret ex hieruſalē: iurauit ſe tēplū domini ſuccēſurū. Et ueniens bethorē ſuſcepit exercitū ſibi a rege deſtinatū. Iudas uero cū .iii. milibus ſequens eū cōmiſit pliū cū eo .iii. die mēſis martii: & cōtrita ſūt caſtra nicanoris: fugitq; eius exercitus: quos iudei perſequētes eos occiderunt. Et caput nicanoris amputatū: dexteraq; manū: eius quā ſuperba cōtra tēplum extenderat ſuſpenderūt. Linguā uero minutatim inciſam auibus ad comedēdū dederūt: & die hūc ſolenne ſtatuerūt. ¶ Dei de iudas cū populo romanorū confederatus eſt: faciens ſecū amicitas perpetuas in tabulis eneis cōſcriptas in memoriale ſempiternū. ¶ Demetrius uero rex audita morte nicanoris miſit rurſum bacchidē & alcimū in iudeā cū exercitu copioſo. Qui uenerunt in beroea Iudas uero cū tribus milibus caſtra poſuit in laſa. Qui uidentes multitudiné hoſtiū timuerūt: unde & plures de caſtris ſe a iuda ſubtraxerunt: ut non remanerēt cū eo niſi .ccccccc. uiri. Sed iudas diſſolutus eſt: qa bellū perurgebat eū: nec hēbat tempus exercitū cōgregādi. Cūq; oēs abire uellēt: hortatus ē eos iudas: ut pugnarent p lege domini: & potius in uirtute ſua morerētur q; īducere ſibi opprobriū. Et hoc dicto cōgreſſi ſunt cū hoſtibus expugnātes cornu dextrū. Qui aūt in ſiniſtro cornu erāt: uenerūt eis a tergo: & ingratuatū ē pliū. Occiſuſq; ē iudas: & ceteri fugerūt. Simō aūt & ionathas fratres eius redimētes corpus iude ab hoſtibus: tulerūt illud in modin & ſepelierūt in ſepulchro patrū ſuorū. Plāxitq; cū oīs populus planctu magno. Elegitq; ionathā in ducē ſibi. Hec unde ſupra.

¶ De ſancto Ionatha machabeo. Cap. III.

IOnathas machabeus ſacerdos & dux iudeorū filius mathathie ſuprapoſiti iude fratri ſuo in ducatu iudeorū ſucceſſit. Qui accepto principatu fugit cum ſuis in deſertū thecue ꝓpter bacchidē ducē demetrii regis: de quo ſupra ꝓximo dictū eſt. Miſitq; ioannē fratrē ſuū ad nabutheos amicos ſuos: ut ei apparatum ſuū commodarent. Sed exeuntes filii zābri percuſſerunt ioannem. Quod audiens ionathas & ſimon frater eius furrexerūt in filios zābri dū nuptias celebrarēt: & occiderūt eos in uindictā ſanguis fratris ſui. Hoc aūt bacchides intellecto uenit cōtra iordanē in uirtute magna. Cōmiſſoq; pliō cū ionatha & ſuis occiderūt ex parte bacchidis mille uiri: uerſuſq; in fugā rediit ad regē ſyrie demetriū. Tūc alcimus precepit deſtrui muros domus ſancte interioris opaq; ꝓphetarū. Sed ꝑcuſſus a deo paliſi mortuus eſt cum torméto magno. Et ex tunc ionathas pontificatum tenuit. ¶ Eodem tpe q; dam iniqui ex iſrael reduxerunt bacchidem ducē regis demetrii in iudeā. Qui uoluit cōphendere ionathā occulte: ſed non potuit: quia innotuit eius conſilium ionathe. Qui apprehēdens .l. uiros ex inſidiis occidit eos: & ſeceſſit cū ſuis in bethbeſſa: que eſt in deſerto. Et aſcendit bacchides: & obſedit bethbeſſam. Et egreſſus ionathas ꝑcuſſit per noctē multos hoſtium in tabernaculis ſui. Et pugnauit cōtra bacchidem: & contritus eſt ab eo. Qui iratus cōtra uiros: qui reduxerāt eum in iudeā: multos ex eis occidit. Deīde cū ionatha pacē firmauit reddēs ei captiuos: quos predatus fuerat. Et ſic rediit in terrā ſuam. Ionathas autem ſedens in machinas iudicabat ibi populū: & extermināuit impios ex iſrael. ¶ Poſt hec egreſſus qdā extreme ſortis iuuenis noīe alexāder: adiuuantibus ſe ptolomeo philomatre rege egypti: & attalo rege aſie bellū demetrio regi ſyrie ītulit: uictūq; uita & regno priuauit: & ſic regnū eius obtinuit. Qui mox audita fama ionathe & fratrū ſuorū: ſcripſit ad eū epiſtolas cōſtituens eū ſibi amicū: miſitq; ei purpuram & coronam.

Et induit ſe ionathas ſtola ſancta in die ſolẽni ſceno/phegie:& cõgregauit exercitum:& fecit ſibi arma co/pioſa. ¶ Cum aũt alexander rex cleopatrã filiam pto/lemei euergetis regis egypti in uxorem duceret apud ptolemaidã:uocauit ad ſe ionathã ducem iudeoꝝ ac ſummũ ſacerdotem:qui inuenit gratiã in conſpectu predictoꝝ duorum regũ:& honoratus eſt ab eis:& i/dutus eſt purpura:& ſcriptus inter primos amicos re gis. Et ſic honoratus hieruſalẽ cum gloria magna re/greſſus eſt. Qui deinde cũ romanis amicitias renoua uit:& cum lacedemoniis denouo cõtraxit. ¶ Poſt hec aũt demetrius filius primo genitus demetrii olim re gis ſyrie reſumptis uiribus rediit in maritimã phili/ſtinoꝝ:& in ſyriã celes:ducemq; ſui exercitus conſti/tuit apollonium:qui ionathã prouocauit ad bellum. Egreſſuſq; ionathas de hieruſalẽ cum decẽ milibus uenit iopen:& expulſo inde apollonio obtinuit eam. Deinde cõmiſit cum eo prelium in campo:fugiẽteſq; equites apollonii in azotum intrauerunt phanũ da/gon. Ionathas uero eos inſecutus:phanum cũ eis:qui itus erant ſuccendit:fuitq; numerus occiſorum octo milia:inde tranſitũ faciens per aſcaloné: ſuſceptus eſt cum gloria:indeq; rediit hieruſalem. Quod audiens alexander rex addidit adhuc glorificare ionathã: mit tens ei fabulam auream:que ſolet dari cognatis regis utebaturq; ionathas inſignibus regis. ¶ Cum autem alexander perambulaſſet in ſuperiores partes ſyrie:ſo cer eius ptolomeus rex egypti cum uirtute magna in greſſus eſt ſyriam. Cui utpote regis ſocero ciues oc/currerunt:& ciuitates ei aperuerunt. Qui obtentis ur bibus in dolo tulit filiam ſuam: quam alexandro in coniugem dederat:& tradidit eam demetrio quon/dam filio demetrii regis:& impoſuit ei diadema ſy/rie & egypti. Quod alexander agnoſcens uenit cõtra eum:ſed a ptolemeo uictus fugit in arabiam cum an tiocho filio ſuo ad parentes maternos. Rex aũté ara/bum timens ptolemeum:occidit alexandrum filiũq; eius reſeruauit. Et ſic regnauit demetrius in ſyria per ptolemeum. ¶ Eodem tempore cum ionathas expu gnaret arcem hieruſalẽ:demetrius nouus rex ſyrie ue nit ptolemaidã:& ſcripſit ionathe:ut ſibi occurreret arce dimiſſa. Qui ueniens ad regem honoratus eſt ab eo:& in ſacerdotium cõfirmatus. Interea cum miſiſ/ſet ionathas machabeus tria milia electoꝝ uirorum: & liberaſſent regem:quem antiocheni uolebant occi dere. Rex quoq; poſtmodum pacem cum antioche/nis feciſſet:ad eoꝝ ſuaſionem uexauit ionatham ual/de recedens ab eo. Sed poſtq̃ tryphon de arabia reuer ſus adducto ſecum antiocho alexandri filio ueniſſet antiochiam:eamq; ui armorum obtinuiſſet:& deme trium expuliſſet:impoſitoq; ſibi antiochus diadema te regnare cepiſſet: ſcripſit antiochus ionathe gratas epiſtolas:fecitq; ſecum amicitias:& in ſacerdoté illũ confirmauit. Simonem auté fratrem eius principem iudeorom cõſtituit. ¶ Poſtmodum uero cogitauit tryphon occidere antiochum:quem regem ſyrie ſub limauerat:& regnum inuadere:ſed timuit ionatham ducem iudeorum ſtrenuiſſimum antiochi defenſo/rem. Eligenſq; primum ionatham occidere: ſcripſit ei:ut ſibi in bethbeſſam occurreret. Qui dum ueniſ/ſet ad eum cum quadraginta milibus uiroꝝ: ſuaſit ſi bi tryphon:ut paucis aſſumptis ,ecũ iret ad ptolemai dam:quam ſibi traderet poſſidendam. Et credidit ei ionathas. Cepitq; illum tryphon:& qui cum eo erãt occidit. Ionathã uero in cuſtodia detinuit. Deinde ue niens hieruſalem ſcripſit ſimoni: quia pro argento: qué ionathas debebat eum detinuerat. Quod ſi mit/teret centum talenta argenti & duos filios eius obſi/des:ipſum remitteret. Simon aũt licet dolum cogno/ſceret:ne tamẽ populus murmuraret:q; fratrem nol/let redimere:miſit pueros cũ argento. Et mentitus é tryphon:occiditq; ionathã & filios eius. Reuerſuſq; antiochiã occidit antiochũ dominũ ſuũ: & regnum uſurpauit. Simon aũt accipiens oſſa ionathe fratris ſui & filioꝝ ſepeliuit ea in tumulo paterno in modin Factuſq; eſt dux iudeoꝝ loco fratris. Hec unde ſupra.

¶ De ſancto Simone machabeo. Cap. IIII.

Simon machabeus dux & põtifex iudeoꝝ filius ſupra nominati mathathie ionathe fratri ſuo in ducatu iudeorum ſucceſſit. Qui accepto principatu faciens pacem cũ demetrio rege. Quem tryphon a regno ſyrie expule/rat:ut ſupra proxime dictum eſt:miſit ei munera: ut faceret remiſſionem regioni iudeoꝝ. Demetrius aũt oblata gratanter accipiens:abſoluit iudeos ab omni tributo. Extunc cepit populus iſrael ſcribere in tabu/lis & geſtis publicis annotationes temporis. Tunc de/ſcendit ſimon in gazam:& capta ciuitate eiecit idola/tras ex ea ac mundauit eam. Dehinc obſedit illos:qui erant in arce in hieruſalem. Quibus inde eiectis & ar ce mundata:intrauit in ea ſimon cum muſicis inſtru mentis hymnis & ramis palmarum:ſtatuens: ut om nibus annis ageretur hic dies cum letitia: uidens au/tem Simon ioannem filium ſuum:q; uir erat prelii: poſuit eum ſub ſe ducem:& dedit ei gazam ad habi/tandum. ¶ Eodem tempore congregauit rex De/metrius exercitum:ut tryphonem qui eum ab antio chia fugauerat expugnaret. Sed tryphon auxilio re/gis perſidis Demetrium uicit: quem princeps regis perſidis uiuum cepit: & apud hyrcaniam in cuſto/dia poſuit. Antiochus autem frater demetrii hoc au/diens:qui in aſia educatus fuerat uenit in ſyriam. Ex/ceptus ab omnibus cum fauore: perſecutus eſt try/phonem:qui regnum occupauerat: eoq; fugato re/gnauit in ſyria. Simon autem dux iudeorum dilata/tis finibus ſuis:& facto portu in ioppe: cum haberet tunc pacé:miſit ad lacedemonios ad innouandã fra/ternitatem. Romanis quoq; miſit clypeũ aureum:& recepit ab eis amicabilia ſcripta de amicitia & unione confirmata. Cum ergo antiochus rex ſyrie trypho/nem apud doram obſediſſet: miſit ei ſimon macha/beus duo milia uirorum in auxilium: & argentum & aurum multum. Qui noluit ea recipere: ſed fre/git pactum:quod fecerat cum ſimone:anteq; rex eſſet conſtitutus: miſitq; ad eum anthenobium militem: mandans ut reddat ſibi arcem: que erat in hieruſa/lem: ioppem: & gazam: atq; tributa locorum: qui/bus dominatus fuerat:alioquin ueniret contra eum. Cũque ueniſſet athenobius hieruſalem: & uidiſſet gloriam & apparatum ſimonis: & affluentiã auri & argenti:miratus eſt. Cui ſimon conſtanter contradi/xit:& eum uacuum ad regẽ remiſit. Qui rediens regi rettulit uerba ſimonis & gloriam eius. Cum autem iam tryphonde doram fugiſſet. Auditis rex ſermoni/

bus ſimonis: tryphonem inſecutus eſt: relinquens cendebeum ducem exercitus:ut expugnaret iudeam. Qui cédebeus cedronem edificauit:ponens in ea milites:ut uaſtarent fines iudee. Simon autem dux & pōtifex iudeoꝝ cum iam ſenuiſſet:uocatis duobus filiis ſuis maioribus iuda & ioanne:poſuit eos loco ſui: ut pugnarent pro populo dei: deditq; illis .xx. milia pugnatoꝝ:qui profecti ſunt aduerſus cendebeum. Cūq; uenīſſent ad quendā fluuium:timebant tranſire:ſed ioannes prior tranſiuit:& ſecuti ſunt eum oēs. Conuerſuſq; eſt cendebeus in fugā & caſtra eius. Ceciderunt q; ex eis duo milia uiroꝝ. Et reuerſi ſunt filii ſimonis uictores. ¶ Poſt hec aūt ptolemeus filius abobi:q erat dux cōſtitutus in hiericho:cū eſſet gener ſimonis ducis iudeorū:inuitato eo ad prādiū hiericho: occidit eū cū duobus filiis iuda & ionatha in dolo:ut principatum obtineret. Miſit quoq; nuncios occupare hieruſalē:& alios in gazam: ut interficerēt ioannē. Sed p̄currēs qdā in gaxā:nunciauit ioanni: que facta fuerant. Qui feſtinauit occupare hieruſalē: occiditq; eos:qui uenerāt eū pimere. Et factus é dux pōtifex iudeoꝝ poſt patrē:q etiā corpa patris & fratrum precio redempta ab his:qui erāt in hircho:ſepeliuit in tumulo paterno in ciuitate modin:ubi & iudas & ionathas depoſiti fuerant. Hec unde ſupra.

¶ De ſancto ioanne machabeo. Cap. V.

IOannes machabeus cognomine hyrcāus dux & pontifex iudeorū filius ſupradicti ſimonis poſt mortem patris in ducatu iudeorum ſucceſſit. Quem ioſephus in tribus cōmendat:ſcilicet in religione ſacerdotii: in ſtrenuitate ducatus: & quia uir propheta erat. Qui accepto ducatu inſecutus eſt ptolemeū: qui patrem eius dolo interfecerat:& matrem ſuam cum duobus paruulis tenebat in uīculis:& cōfugerat ad oppidū ultra hierichonta. quod uocabaſ agon: Obſeſſo quidem oppido:cum ioannes ipſum acriter impugnaret. Ptolemeus matrem & fratres ioannis ſuper muros uſq; ad ſanguinis effuſionem cedebat. Propter quod fractus pietate ioannes ab inpugnatione ſe temperabat: matre tamen clamante ne pro ſe ſcelus ptolemei ſineret inultum. Mortem enim ſuā ſic iudicaret immortalitate meliorem. Ob hoc diutius tracta obſidione: cum ſeptimus annus iudeis feriatus ueniret: ioannes ab obſidione receſſit. Ptolemeus uero matre ipſius & fratribus occiſis:confugit ad zenoné philadelphie tyrannum:qui totilla cognominabatur. ¶ Deinde ioānes aduerſus bircanos bellū gerens:& eos deuincens: hircani nomen accepit:& a romanis ius amicitie poſtulans decreto ſenatus inter amicos relatus eſt. Poſtmodum autem ſamariam:que nunc ſebaſte uocatur obſidione captam:ſolo coequauit:quam ſuo tempore herodes inſtaurans: ſebaſtem in honore auguſti uocari uoluit. Hic primus inſtituit xenodochiā pauperum in hieruſalem. Et mortuus eſt annis .xxxiii. rebus optime adminiſtratis:relictis quinq; filiis:ſcilicet ariſtobolo primogenito & antigono cum tribus aliis. Cumq; nullus eorum ad regendum populum ſufficeret:uxorem ſuam diſertiſſimam iudee prefecit & filiis. Sepultuſq; eſt in modin. Hec ex hiſtoria ſcholaſtica: & ex ebronicis ioſephi: hieronymi atq; guilelmi.

¶ De ſancto ſimone ſacerdote. Cap. VI.

ſyro diſtabat: ubi in carcere iterum poſitus per noctē angelica collocutione ac uiſione cōfortat̄: & pedibus ſanus efficitur. Quod cū preſes antiochus mane cerneret: indignatus iterꝙ mādauit ſergium pedibus coturnis indutum ante redam ſuā pertrahi uſqꝫ in caſtrum ruzaffatan quod nouem ſimiliter miliaribus a tetrapyrgio diſtat: in quo loco pro tribunali ſedens: ſergiū ſacrificare nolentē gladio animaduerti p̄cepit. Ad cuius martyriū tam homines loci q̄ beſtie agri conuenerunt: qui uoce celica uocatus: extra caſtrum decollatus eſt: locus aūt: in quo ſanguis eius effuſus eſt: magnā uoraginē fecit: & cruorem oēm ſuſcepit: & ſic deinceps in teſtimonium eius paſſionis uorago pmāſit: cuius corpus in ipſo loco a xp̄ianis ſepultū eſt: edificata deſuper nobiliſſima crypta. ¶ Poſt aliquod tēpus xp̄iani quidam de caſtro ſyro uenerunt: ut corpus ſergii tollerent: & cum baccho ſepelirent. Sed cum nocte illud auferre uellent: ignis maximus circa locū accēſus eſt: quē illi de caſtro ruzaffatan uidentes: & hoſtes illos eſſe putantes: qui ignē accendiſſent: ut domos extra caſtrum exurerent: armati egreſſi ſunt: & eos qui corpus auferre uoluerant: inde effugauerunt. Nūc autem ipſorum amborum martyꝝ corpora uenetiis eſſe credunt̄ in eccleſia cathedrali beati petri apoſtoli: ſub cuius crypta in arca marmorea uenerantur. Paſſi ſunt autem noū octobris.

¶ De ſanctis Marcello & Apuleo martyribus. Cap. XXX.

MArcellus & apuleus martyres apud urbē romam paſſi ſunt ſub neronis p̄ſecutiōe. Qui quidem primo ſimoni mago adherunt: ſeduidentes mirabilia: que dominus operabat̄ per apoſtolū ſuum petrū: relicto ſimone apoſtolice ſe doctrine tradiderunt. Et poſt martyriū apoſtoloꝝ pro cōfeſſiōe xp̄i & ipſi decollati: aureliano cōſulari uiro ſententiā ferēte: coronā martyrii p̄ceperūt: ſepultiq; ſūt nō lōge ab urbe roma. noū octo.

¶ De ſancta Iulia uirgine & mr̄e. Cap. XXXI.

IVlia uirgo & martyr paſſa eſt apud puinciam auguſtanā: que dicit̄ eufrateia. Que a preide impiiſſimo martiano cōprehenſa iubet̄ idolis īmolare. Cumq; ſacrificare contemp̄ſiſſet: poſt diuerſa tormentoꝝ genera ipſi illata: nouiſſime gladio iuſſu eiuſdē preſidis iugulatur. Sicq; curſum glorioſi martyrii cōſumauit noū octobris: ut ait ado in martylogio ſuo.

¶ De ſcā Iuſtina uirgine & mr̄e. Cap. XXXII.

IVſtina uirgo apud ciuitatē patauinā paſſa eſt ſub maximiano rege. Que fuit filia regis uitaliani & regine p̄pedigne: quos beatus proſdocimus ep̄s ad xp̄m conuertit: & iuſtinā ſacro fonte renatā diuinis litteris erudiuit: ut dicet̄ infra in eius legenda. vii. idus nouēbris. Hec defunctis parētibus: dum inter generoſas feminas uenetiaꝝ partibus in ſua quoq; patria patauī moraretur: maximianus rex: uitaliani ſucceſſor: mediolano ueniens ad patauinā urbem. luſſit ſibi in campo martio tribunal parari: ut illic ſanctos dei diuerſis penis afficeret: aut compelleret immolare. Cum autem beata iuſtina de ſuo predio aſcenſo uehiculo: ad uiſitandos dei famulos properaret: uidens q̄ maximiani milites eam perſequerentur: fugere cepit: arbitrans q̄ occaſione ſtupri eam comprehendere uellent: & cum in anguſto pontis curui: qui ex marmore conſtructus pro pe ciuitatem eam concluſiſſent: deſcendens de reda: orationem ad dominum fudit: genibuſq; in marmore pontis poſitis ita molle inuētum eſt: ac ſi cera igne ſoluta: extractiſq; genibus ueſtigia in marmore perpetuo remanſerunt. Que cum regi illi preſentata fuiſſet: & eam de nomine interrogaſſet. luſtina chriſtiana ſe eſſe reſpondit. Cumq; de ſecta ſua interrogata chriſtum ſe colere cōſtanter diceret: & pro eius nomine ad omnia tormenta ſe paratam aſſereret: atque deorū omnino ſacrificia recuſaret: maximianus abſq; aliis tormētis: utpote regali ſanguine natam iuſſit eā gladio extingui. Et cum deo gratias egiſſet: ad locum paſſiōis adducta: orationem premiſit: & ſic gladium eius lateri ſpiculator immerſit. Que telo infixa per horam integram: expaſſis manibus & erectis in celum oculis ad dominum exorauit: & omnes chriſtianos aſtantes confortauit. Sicq; cunctis uale dicēs ſpiritum emiſit noū octobris. Cuius corpus a ſancto p̄ſdocimo & chriſtianis fere mille paſſibus a ciuitate patauii ſepultum eſt: & eccleſia inſignis nomini eius deſuper edificata: ubi uſqꝫ in preſens quieſcit: & miracula multa oſtendit.

¶ De ſcō Marco papa primo. Cap. XXXIII.

MArcus papa huius nominis primus natione romanus ex patre probo. Felici primo pontifici in epiſcopatu rōano ſucceſſit: & ſedit annos. viii. menſes. ii. dies. x. Hic conſtituit ut nullus epiſcopus uel ſacerdos etiam ſi maioris ſcientie & probitatis exiſtat ſe ponat ante aliū priuſq; ſe ordinatum. Et hic ſolus de tantorum numero pontificum qui fuerūt a beato petro apoſtolo uſqꝫ ad ſilueſtrum papā martyrium euaſit. Et requieſcit in eccleſia in qua prius preſbyter ordinatus fuerat: q̄ uſqꝫ hodie eccleſie ſancti marci noīat̄: que eſt in medio rome in regione que dicitur pinus. Quieuit autē in pace noū octobris. Et ceſſauit epiſcopatus dies. vi.

¶ De ſcō Marco papa ſecūdo. Cap. XXXIIII.

MArcus papa huius nominis ſecundus: natiōe romanus ex patre priſco ſilueſtro pape pōtifici in epiſcopatu ſucceſſit. Seditq; annos. ii. menſes. viii. dies. xx. Hic conſtituit ut epiſcopus oſtienſis: qui conſecrat epiſcopos urbis pallio uteretur. Et conſtituit in eccleſia omnibus diebus dominicis & in natalitiis apoſtolorum ſymbolum ab omni clero & populo alta uoce cantari. Et hic requieuit in pace. Et ſepultus eſt in cemiterio babile uia ardeatina noū octobris. Fecit autem ordinationes duas per meſem decembriū preſbyteros. xxv. diacones. vi. epiſcopos per diuerſa loca numero. xxvii. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xx.

¶ De ſancto Marco ſcriptore & confeſſore. Cap. XXXV.

MArcus eremi cultor cognomine ſcriptor ſic dictus eſt: quia plurima ſanctorū anachoritarum in deſerto egypti commorātium geſta ſcribebat. Qui dum ad communionem accederet: angelus ei ſacramenta porrexit. Cuius manum tantū uſqꝫ ad iuncturam brachii uidit. Requiſitus autem a matre: ut ad ſe uiſendā accederet ueſtitus ſacco ſciſſo & reconſuto: faciēq; fuli-

gine tincta ad eam oculis clauſis ingreſſus eſt. Et uiſus ab ea:ſed ipſam minime conſpiciens:ſtatim egreſſus eſt. Hec heraclides.

¶ De ſcā Pelagia peccatrice. Cap. XXXVI.

PElagia prima feminaꝝ antiochie ciuitatis adhuc pagana:rebus & diuitiis plena:corpore pulcherrima:habitu ambitioſa & uana:animo & corpe impudica per ciuitatem quadā uice cū pōpa maxima trāſibat. Ita ut nihil ſuper eā niſi aurū & argentū & p̄cioſi lapides uiderent:& quocūq; iret diuerſorū aromatū aerem odore repleret:quam precedebat & ſequebat multitudo puerorū & puellaꝝ:qui & ipſi preclaris ueſtibus erāt induti. Quā dū nonus eps heliopoleos:que nunc damiata dr uidiſſet:amariſſime flere cepit:ex eo q; ipſa maioré curam habebat placere mundo:q; ipſe placere deo. Procidenſq; in terrā facié ſuā percutiebat:& terram lachrymis irrigabat:ac dei miſericordiā implorabat. Dixitq; aſtātibus clericis:q; deus illam in iudicio contra eos ꝓducturus eēt:quoniam ipſa tam ſolicite ſe depingebat:ut terrenis amatoribus placeret:& ipſi celeſti ſponſo placere negligerēt. Dū hec & ſimilia diceret ſubito obdormiuit. ¶ Viſum q; eſt ei q; quedā colūba magna:& fetida circa cū celebrante uolaret:q; dū catecuminos eiiceret:colūba diſpuit:& poſt miſſam rediēs:in uaſe aque ab eodē demerſa:munda & cādida exiuit:& tā alte uolauit:q; uideri nō potuit. Et dū ſuper uiſionē ſtuperet:& poſt hec die q̄dam in eccleſia predicaret. Pelagia que aderat:adeo eſt ſubito cōpuncta:q; ei ſtatim per nūciū litteras miſit ſupplicans:ut quia xp̄s ſicut ipſa audierat pro peccatoribus in mūdum ueniſſet:ipſam quoq; peccatricem eps ad xp̄m redeuntē:benigne ſuſciperet. Sed cū eps ſe tētari dubitaret eidē reſpōdit:q; eū ſolū uidere nō poſſet. Cū aūt ad eū corā pluribus aduēniſſet:ad pedes eius ꝓcidit:& amariſſime flere cepit:dicēs:ſe eē pelagiā. i. pelagus iniquitas exeundans fluctibus peccatorum:que multas animas in abyſſum perditiōis demerſerat:ſed nunc omnia perhorrebat. Quam eps clementer ſuſcipiens:penitentiam ei ſalutarem iniunxit:& ſacro baptiſmate regenerauit:illamq; eſſe columbam:quam uiderat:recognouit. diabolus autem in aere uocifera batur:& de nono ſene:qui ſibi ſpem ſuam abſtulerat:diris clamoribus conquerebatur. ¶ Quadam nocte pelagiam dormientem diabolus excitauit:& eam multis blanditiis adulari cepit:gloriam quoque & diuitias ipſi collatas commemorabat:& ſi chriſtum uellet relinquere:adhuc maiora promittebat. Illa uero ſe ſignans in eum ſuffflauit:& de modo ſtatim euanuit. Die uero tertio omnes ſeruos ſuos & ancillas manumiſit:& cuncta que habebat:pauperibus tribuit. ¶ Poſt aliquot dies cunctis ignorantibus nocte ſu aufugit:& in montem oliueti deuenit:ubi habitum uirilem eremite ſumens:in pua cella ſe collocauit:& deo in multa abſtinentia ſeruiuit. Maxime aūt fame ab omnibus habebaē:& frater pelagius dicebatur:uirque ab omnibus putabatur. ¶ Poſt hec autem dum quidam diaconus dicti noni epi hierosolymā loca ſancta uiſitaturus aduenisſet:quendam monachū nomine pelagium in mōte oliueti de mandato epi requiſiuit:& ipſum inueniens uiſitauit:qui ab ea cognitus:ipſam tabefactam minime regnouit. Cui dixit pelagia:ut ſe orationibus ſui epiſcopi commendaret:quia uere apoſtolus chriſti eſſet. Recedens inde diaconus:cum die tertio ad cellam rediſſet:& pulſanti ad hoſtium nemo ſibi reſpondiſſet:feneſtrā aperuit & mortuā eam uidit:qui cū epo nūciaſſet:& ille ad ſancti uiri celebrandas exequias cum clero & populo conueniſſet:extrahentes corpus eius de cella:quem uirum putabant:feminam inuenerunt:& deo gratias agentes:corpus eius in eodem monte deuote ſepelierunt:dormiuit autem in pace ſancta dei .viii. idus octobris circa annum domini. cclxxx.

¶ De ſancta Margarita dicta pelagius uirgine. Cap. XXXVII.

MArgarita dicta pelagius uirgo ꝓcioſiſſima diues & nobilis apud egyptum:tanta fuit parentum ſolicitudine cuſtodita:& moribus optimis inſtituta:q; ab omnibus uideri modis omnibus renuebat. Deniq; cuidam adoleſcēti nobili a pentibus in cōiugium traditur:& cuncta nuptiis neceſſaria imméſa gloria p̄parantur. Cum aūtē die nutiarū iuuenes & puelle & nobiles cū ecti feſta cum gaudio celebrarent. Virgo domini deo inſpirante:cōſiderans uirginitatis damnū:tam damnoſis plauſibus reparari:cepit oīa huius uite gaudia:quaſi ſtercora reputare:unde nocte illa a uiri conſortio ſe abſtinens:media nocte illo ſoporato ſe deo cōmendauit:& tonſis crinibus in uirili habitu clam aufugit. Longe aūtē ad quoddam monaſteriū ueniens:& fratrē pelagiū ſe dicēs:ab abbate receptus eſt:& diligenter inſtructus. Qui tam ſancte ac religioſe uite ſe habuit:q; defuncto ſanctimonialiū ꝓuiſore de ſenioꝝ cōſiglio & abbatis imperio:licet inuitus monaſterio uirginū eſt prelatus. ¶ Dū ergo eis nō ſolū corporū neceſſaria ſed etiā animarū pabula miniſtraret:diabolus eius ſanctitati inuidens:ut uite eius innocentiam diffamaret:unam ex uirginibus:que hoſtiaria erat:in adulteriū traxit:& utero intumeſcēte cū iā celari nō poſſet:pudor & dolor maximus monachos ac uirgines cōſternatus eſt. Soluſq; pelagius:ut pote eaꝝ familiaris ſine ullo examine ab omnibus cōdemnaē:& cum ingnomina foras pellitur:ac in quodā ſpecu recludiē:eiq; monachoꝝ ſeueriſſimus deputatur:qui ei panē hordeaceū & aquā tenuiſſime miniſtrabat. At ille oīa patienter ſubſtinebat:& deo gratias agens per ſanctoꝝ exempla ſe cōtinue cōfortabat. Tandem cū finem ſuum adeſſe cognouiſſet:monachis per litteras mandauit:ſuum genus:nomen:ac conditionem

reuelans:dicens q̄ uir fuerat non pro conditione mē/
tita:quod inter feminas oſtendiſſet: petens ut quam
uiri feminam neſcierant:ſorores ſancte ſepelirent: ut
femine uirginem recognoſcerent:quam calumniato
res uirum adulterum iudicaſſent:His auditis mona/
chi & ſanctimoniales ad ſpeluncam concurrunt: pela
gium mortuum conſpiciunt: feminam & uirginem
intactam cognoſcunt & penitentiā agentes in mona/
ſterio uirginum honorifice ſepelierunt.

¶De ſancta Thaide meretrice. Cap. XXXVIII.

THais meretrix apud alexandriam tāte pul
chritudinis extit: ut multi ꝓpter eam uē/
ditis ſubſtantiis ſuis ad ultimam pauper/
tatē deuenirent. Amatores quoq; ſui p̄ ze/
lo litibus inter ſe conſertis:puelle liminina frequēter
ſanguine replebant. Quod audiens pānutius abbas:
ſumpto ſeculari habitu:& ſolido aureo profectus eſt
ad eam:deditq; ei ſolidum quaſi pro mercede peccan
di. Cumq; camerā ſecum ingreſſus lectū precioſum
aſcendere inuitaret:interrogauit ſi eſſet ſecretius cu/
biculū:quod nullus ingrederet. Que duxit eum in in
terioré cellam:dicens q̄ nemo illū ibi uidere poſſet:
niſi ſolus deus. Interrogataq; a patre:an ſciret eē deū.
Reſpondit:q̄ ſciebat deum:& futurū ſeculum:& tor/
menta peccatorum. Quam ſenex iterū interrogauit:
ſi hec eſſe noſcet:cur tot animas hoīum ſuamq; per/
deret. Que mox cōpuncta ad pedes eius ꝓcidit:& pe/
nitentiā poſtulauit. Cūq; abbas illi locum cōſtituiſſet
ubi ad ſe uenire deberet:quatenus ſuper eius ſalute di
ſponeret. Illa colligens omnia:que ex peccato lucrata
fuerat:in medio ciuitatis omni populo ſpectāte com
buſſit. Erat aūt precii librarū auri.cccc. Quibus incē/
ſis ad locū ſibi ab abbate cōſtitutum perrexit. Quam
ille in cenobio uirginum in parua cella recluſit: & ho
ſtiū plumbo ſignauit:paruāq; feneſtrellā reliquit:per
quā ei modicus uictus inferret:iuſſitq; diebus ſingu/
lis panes & aque ei a ceteris miniſtrari: mandans
ut etiā urinam ſuā in cella effunderet: quia tali fetore
digna eſſet. Et cū quereret quomodo deū adorare de
beret: ꝓhibuit ne deū nominaret:ſed tantū incūbens
cōtra orientē reſpiceret ac diceret. Qui pſalmaſti me
miſerearis mei. ¶Poſt annos aūt.iii. pannutius ei cō/
patiens ad abbatē antonium perrexit:ut quereret an
ipſi deus adhuc peccata ſua thaidi dimiſiſſet. Et nar/
rata cā antonius mandauit:ut oēs diſcipuli ſui illi no
cte in oratione uigilarēt:quatenus deus ſuper hoc ali
quid eorū cuiq̄ reuelaret. Nocte uero paulus maior
antonii diſcipulus:uidit in celo lectū precioſis uirgis
orditum:quem tres uirgines ſplēdide cuſtodiebant.
Cūq; paulus interrogaſſet:an eſſet antonii audiuit q̄
nō ſed thaidis meretricis. Quod cū mane rettuliſſet:
abbas pānutius letus diſceſſit:& ꝓfectus ad monaſte
riū hoſtium celle deſtruxit. Et cum illa rogaret ut ad
huc maneret incluſa:iuſſit eā egredi: quoniā dimiſe/
rat ei deus peccata ſua. Et cum illam eduxiſſet diebus
.xv. ſuperuixit:& in monaſterio uirginū in pace pau/
ſauit:ubi & cum honore ſepulta fuit.

¶De ſcā Reparata uirgine & mr̄e. Cap. XXXIX.

REparata uirgo.xii.annorum paſſa eſt in ci
uitate ceſarienſi ſub decio ceſare. Que no
bili genere ipſius urbis exorta: cum ieiu/
niis & orationibus uacare:& a decio deté
ta eſt ut diis ſacrificaret. Quod dum facere contem/
neret: plumbo liquefacto iuſſu ceſaris perfunditur:
ſed blumbo tepefacto in nullo leditur. Deinde ace/
tum feruens in os eius diſtillatur. Et dum hoc patiē/
ter toleraſſet:lampades ardentes ad latera ipſius ap/
ponuntur:& poſt hec in caminum ignis mittitur:ſed
a chriſto cuſtodita inde omnino illeſa & inuſta ꝓdu/
citur. Iterumq; coſte ipſius ac pectora faculis ardenti/
bus inflammantur. Et dum in his omnibus victoriā
obtinuiſſet:& decio ſuadenti conſentire nollet. Iuſſit
uirginem in craticulam extendi:& prunis ſubter ſtra
tis diutius torreri. Deīde ſic aſſatam per totam ciuita
tem nudam circūduci ad exemplum chriſtianorum.
Sed dum chriſtum uiua uoce confiterentur: & chri/
ſtianos ad tolerantiam hortaretur:reducta ad ceſarē
ungulis crudeliter laniatur: deinde teſtulis marmo/
reis ſuperextenditur:& calce uiua aqua ſuperinfuſa:
ac ſale adhibito eius uulnera confricant:poſtmodūq;
ſinapi aceto loquefacto perfunditur: ac deinceps ſpi/
noſis fuſtibus eradicatis duriſſime ceditur. Et cū hec
omnia conſtanti animo ſuperaſſet: extra ciuitatem
educta:iuſſu decii decollatur:caputq; eius ipſi ut mā/
dauerat preſentatur. In cuius decollatione uiſa eſt co/
lumba candida de ore eius exire: & in celum ſubito
auolare. Cuius corpus iuxta murum ciuitatis ſepul/
tum eſt octauo idus octobris. Inde ꝓceſſu temporis
tranſlatum quieſcit in florentia.

¶De ſcā Benedicta uirgine & mr̄e. Cap. XL.

BEnedicta uirgo & martyr apud lugdunū
ciuitatem paſſa eſt. Que ſenatoribus ro/
manis in urbe progenita: religione chri/
ſtiana: ſpreto ſeculo cum.xii. uirginibus
domino in pudici ſeruiebat. Audito uero certamine
ſanctorū martyrum quītini & aliorū:qui roma egreſ
ſi in galliis triumpharūt:ipſa de urbe cum ſodalibus
diſcedens ad gallias acceſſit: ubi ceteris a ſe ſeparatis
ipſa cum ſola ſcoberia eius collactanea lugdunum ue
nit:& in uilla myriniaco ſuper fluuium iſaram:iuxta
nemus reſedit:ubi domino in ſcītate ſeruiebat. Quā
iudex macrobius detentam:dū ſacrificare nollet: ala/
pis cedi:deinde uirgis fuſtigari fecit:deinde in equu/
leo leuari:& diutius tortam plūbatis cōtundi:atq; de
poſitā in carcerē trudi mandauit:ubi angelica uiſita/
tione cōſolata:ſua predicatione.cl.gētiles ad xp̄m con
uertit. Inde quoq; ipſam eductā & in fidei cōfeſſione
perſiſtentem:iuſſit iterū iudex neruis cedi:& rurſum
carceri mancipari. Sed inde ab angelo ianuis reſeratis
educit:& uulnera eius omnia ſanant. Multiq; de po/
pulo uiſo miraculo cōuertuntur. Propter qd ab ipſo
iudice ſimul & carnifice ſecuri tempo excuſſo macta/
tur:ſicq; martyrio coronatur.viii.idus octobris. Se/
pulta in lugduni ciuitatis territorio ubi paſſa fuerat.

¶De ſanctis Dionyſio epiſcopo Ruſtico & Eleuthe/
rio martyribus. Cap. XLI.

DIonyſius epiſcopus: & ruſticus preſbyter
& eleutherius diaconus in prouincia gal/
liarum:ciuitate pariſius paſſi ſunt: ſub p/
ſecutione domitiani imperatoris agente
feſcenino prefecto. Qui beatus Dionyſius natitio/
ne athenienſis ab Ariopago qui uicus erat ceteris ex/
cellentior:ubi erant ſchole nobiles philoſophorum
ariopagita dictus ē q etiā ex philoſopho mundano :a

beato paulo apoſtolo cōuerſus: philoſophus xpi eiuſ/
que diſcipulus effectus eſt. In eo igitur uico morabat
dionyſius: q ob plenitudinē ſapientie diuinorum nu/
minum theoſophus. i. dei ſapiens dicebatur: cū quo
erat appollophanus eius comphiloſophus: & multi
philoſophorum epicureorū & ſtoicorum & aliarum
plurimū ſectarū. ¶ Cū ergo in die dominice paſſiōis
philoſophi athenienſi nō poſſent cauſam tenebrarum
que ſuper uniuerſam terrā facte fuerant naturaliter
inuenire. Non enim fuit naturalis ſolis eclipſis: tum
quia eclipſis fieri ſolet in renouatione lune: que tunc
erat. xv. & ita in perfecta diſtantia e regione ad ſolem:
tum quia eclipſis non aufert lumen uniuerſis ptibus
terre: tum quia per tres horas durare non pōt. Dio/
nyſius maximus philoſophus hoc miraculum uidēs:
nec huius cauſam inueniens: hoc protulit uerbum:
q aut deus nature patiebatur: & ei elementa com/
patiebantur: aut totus ordo nature peruertebatur.
Et tūc atheniēſes aram illi deo: qui hoc oſtēderat mi/
raculū: conſtituerunt: & ſuppoſuerunt titulum igno
to deo. Singulis enim aris titulus ſupponebatur: ut in
dicarent: cui eſſent dedicate. ¶ Cum ergo paulus ue/
niſſet athenas: & cum epicureis & ſtoicis diſputaret:
ſingulaque deorum altaria perluſtrans: inter cetera
ignoti dei altare uidiſſet: declarauit eis hunc eſſe
deum: quem predicabat: qui celum & terram fe/
cerat. Cum autem inter alios philoſophos Dionyſi/
ius: qui ceteris in diuinis doctior erat: dudum cū pau
lo diſſeruiſſet: caſu cecus tranſibat: Cui dionyſius di/
xit: ut ſi ceco illi in nomine dei ſui preciperet: ut uide/
ret: & ille lumen reciperet: ſtatim crederet. Sed ut om
nis ſuſpitio tollere: paulus ait Dionyſio: ut ipſemet
uerba preferret. Quod cum ille feciſſet: protinus ce/
cus uiſum recepit. Statimque dionyſius credidit: &
cum Damari uxore ſua & omni familia baptiza/
tus eſt. Sicq a paulo per triennium inſtructus epi/
copus athenis ordinatus eſt: ubi predicationi inſi/
ſtens: tam ciuitatem q̄ maximam partem regionis ad
fidem chriſti perduxit. Huic paulus ea: que ad terti/
um celum raptus uiderat: reuelaſſe creditur: ſicut &
ipſe dionyſius in pleriſq librorum ſuorum inſinua/
re uidetur: unde & de hierachiis angelorum: & ordi/
nibus: diſpoſitionibus: & officiis: tam luculenter &
clare diſſeruit: ut nō putares hoc ipſum ab alio didi/
ciſſe: ſed ipſum potius in tertium celum raptum:
hec omnia conſpexiſſe. Prophetico etiam ſpiritu cla
ruit: & dormitioni beate marie interfuit: pro ut
ipſe in libro de diuinis nominibus aſſerit. ¶ Cum
ergo audiſſet petrum & paulum rome a nerone in
carceribus detineri: epiſcopum ſibi ſubſtituit: & ad
eos uiſitandos acceſſit: eorumq paſſionibus preſens
fuit. Verum poſt aliquod tempus a beato clemente
petri ſucceſſore in franciam deſtinatur: & ipſi ruſti/
cus preſbr & eleutherius diaconus ſociantur. Sancti
quoq ſaturninus & marcellinus epiſcopi: & lucianus
preſbiter comites adiunguntur. Qui omnes uenien/
tes arelatum: uerbum domini predicare ceperunt.
Tunc dionyſius auctoritate ſummi pontificis fretus:
marcellinum in hiſpaniam: ſaturninum aquitani/
am: & lucianum ad beluacenſem pagum direxit. Ipſe
uero cum ſibi adiunctis ruſtico & eleutherio pariſius
uenit: & multos ibidem conuertit: & eccleſias ere/
xit: ac clericos diuerſorum ordinum conſecrauit. Et
cum templorum pontifices ſepius contra eum ſedi/
tionem excitarent: & populus armatus ad eū concur/
reret: diuina gratia: aut depoſita feritate: ad eius pedes
pcidebāt: aut exterriti fugiebant. ¶ Cū autem domi
tiani imperatoris precepto ſecūda perſecutio in xpia/
nos excitata eſſet pfectus feſceninus cōtra chriſtianos
ab urbe in galliā directus: pariſius ueniens: beatū dio/
nyſium predicanté captum colaphizatum conſputū
& loris cum ſociis alligatum ſibi preſentari fecit. Dū
aūt ſancti coram illo in cōfeſſione domini cōſtantes
aſtarent: ecce quedam matrona nobilis uenit: & uir
ſuum lubium ab his magis turpiter deceptum aſſe/
ruit. Pro eius itaq uiro mittitur: & in dei confeſſione
martyrizat. Sancti uero a. xii. militibus uiciſſim ſibi
ſuccēdentibus flagellant: deinde catenis grauibus uī/
cti carceri mancipantur. ¶ Sequenti uero die dionyſi
us ſuper crate ferream flāmis ſuppoſitis nudus exten
ditur: ideq erectus ad beſtias ferociſſimas ieiunio ex/
citatas exponit. Que cum ad eum accurrerent: ſignū
crucis oppoſuit: & manſuetiſſimas eas fecit. Deide in
clibanum mittitur: ſed extincto igne nil leditur: cru/
ci affigitur: & diutius ibidem torquetur: inde depoſi/
tus: cū ſociis multis aliis fidelibus in carcere recludit:
ubi dum ſanctus miſſam celebraret: & populum fi/
delem cōicaret: dominus ieſus cū angelorū multitudi
ne: & īmenſo lumine eidē apparuit: & panem ſacrū ei
obtulit: atq ad martyrium confirmauit. ¶ Poſt hec
ſancti iudici preſentantur: & nouis ſuppliciis crucian
tur. Et cum oīa tormenta ſuperaſſent: iuſſu pfecti an
te idolum mercurii extra ciuitatē ducuntur: & ibidē
in cōfeſſione trinitatis trium capita ſecuribus preci/
dunt. Statimq corpus ſancti dionyſii ſe erexit: & ca/
put ſuū intus brachia angelo duce & celi pcedente lu
mine per duo miliaria & deportauit: a loco ſcilicet q
dicitur mons martyrū uſq ubi nunc dei puidentia
requieſci. Multi uero circūaſtantes angelorū melodiā
cōcinentem audierunt: inter quos largitia uxor prefa
ti lubii xpianam ſe eſſe clamauit: & mox ab impiis de
collata in ſuo ſanguine baptizata occubuit. Dum in/
fideles iuſſiſſent: ut ruſtici & eleutherii corpora in ſe/
quana fluuio mergerētur: ne a chriſtianis ſepelirent.
Matrona quedā nobilis nomine catulla: licet adhuc
pagana: tamen iam propter uiſa miracula ad chriſtū
mente cōuerſa: uectores ad prandiū inuitauit: & illis
epulātibus ſanctorū corpora furtim ſurripi fecit: & in
ſuo pcio occulte ſepeliuit: q poſtmodū perſecutione
ceſſante inde ſubſtulit: & corpori dionyſii ſociauit: ac
fidem chriſti percepit. Paſſi ſunt autē. vii. idus octob.
circa annū domini. lxxxxvi. etatis uero beati dionyſii
. lxxxx. ¶ Die uero paſſionis ipſorū cū apud arelatum
ſanctus regulus epūs miſſarum ſolēnia celebraret: apo
ſtolorum nominibus in canone recitatis adiunxit: &
beatorum martyrum dionyſii ruſtici & eleutherii.
Quod dicto cum adhuc eos uiuere putaret: mirari
cepit quomodo eorum noīa ſic ignoranter in canone
recitaſſet. Et ecce tres columbe eidem in altari appa/
ruerunt: habentes ſanctorum martyrū nomina ſuis
pectoribus ſanguine deſcripta. Qui diem notans: in/
uenit eos tunc per paſſionem a corpore migraſſe.
¶ Beatus autem Dionyſius doctor eccleſie mira/
bilis & inſignis: ſcripſit librum de angelica hie/

rarchia. Item de diuinis nominibus. Item de mystica theologia: & alia forte plurima que nostris temporibus inueniri non possunt.

¶ De scō Donino martyre. Cap. XLII.

DOninus martyr passus est in tercitorio ciuitatis chrysopolis. s. parmesis sub maximiano īpatore. Qui cū esset primus cubicularius eiusdem augusti: coronam eius seruabat: & de ipsius manibus maximianus aureolā impialē accipiebat. Anno igit. vi. impii sui: cum roma mediolanū uenisset: dedit cōtra xp̄anos edictū mortis. Inde ueniēs in partibus germanie: xp̄ianos quosdā ibi inuētos decollari mādauit. Tunc erāt ibidē fideles quidam occulti circiter quingenti. Inter quos sanctus donninus potissimus erat: q ceteros cōfortabat. Et dū impator ad urbē romam uenisset prefati oēs eum secuti: eidem occurrerunt: seq; christianos constantissime ꝓfessi sunt. Quos omnes imperator decollari mādauit. Et quibusdā ex ipsis occisis aliquot fugerunt: una cū sancto donino: quidā per uiā flaminiā: quidā per uiam aureliam: quidā uero per uiā claudiam. Donninus autem uia claudia perrexit. Et dum uenisset .xv. miliario ab urbe chrysopoli: nuncii maximiani eū apprehēsum: in media uia publica que claudia dicit: iuxta sistrionem fluuiū decollauerunt cuius corpus trūcum manibus ꝓpriis caput de terra leuauit: & ipsum deferēs flumē super undas transiuit: atq; ꝓiactum lapidis deportauit: usq; ad locum in quo quiescit: ubi & sepultus est miraculis clarens. Inter que oēs eū inuocātes: & de calice ipsius potantes liberat a morsu rabidi canis. Qui passus est. vii. idus octobris.

¶ De sancto Cerbonio epō. Cap. XLIII.

CErbonius episcopus populonie clarut tēpore beati gregorii pape. Qui dū hospitalitati eēt intentus: die quadam transeūtes hospitio suscepit. Quos gothis supuenientibus abscōdit: eorūq; uitā ab illoꝝ nequitia reseruauit. Quod dū totille gothorū regi ꝓfido nūciatū eēt. Iratus crudelitate iussit episcopū teneri: & in loco qui merulis dr. viii. ab urbe miliario ubi cū exercitu suo residebat sibi ꝓsentari: eūq; ī spectaculo populi uersis ad deuorandum proiici. Tunc in conspectu regis episcopus ad medium deductus est: atq; ad eius mortē ursus immanissimus exquisitus: qui ex cauea dimissus: accensus & cōcitus episcopū petiit: sed subito sue feritatis oblitus: capite humiliter submisso lambere episcopi pedes cepit: populusque qui ad spectaculum uenerat mortis: magno clamore uersus est in admirationem uenerationis. Ad cuius reuerentiam etiā rex ipse promotus est. Ipsumq; honoratum ualde dimisit: & eius se orationibus commendauit. ¶ Hic etiam in ecclesia sua: cui preerat: populonie sepulchrū sibi pauit. Sed cum longobardorum gens in italiam ueniens cuncta uastasset ad helbam insulam recessit. Qui irruente egritudine ad mortem ueniens: clericis suis precipit: ut corpus eius in sepulchro quod sibi populonie preparauerat ponerent. Cui cum illi respōderent: q; illuc ipsum reducere minime possent: eo q; longobardos ipsum locum detinentes uel illac discursantes timerent: hortatus est eos: ut secure ipsum illuc deportarent: & festine sepelire curarent: moxque ex eodem loco sine ulla mora discederent. ¶ Defuncti igitur corpus in naui posuerunt. Cumque populioniam tenderent: & immensa nimis pluuia erupisset: per totum illud maris spatium: quod ab helba insula usque populioniam duodecim milibus distat: circa utraque nauis latera procellosa ualde pluuia cecidit: sed in naui eadem: nec minima imbris gutta descendit. Peruenientesque ad locum: corpus sepulture tradiderunt: & episcopi precepta seruantes: ad nauem sub festinatione redierunt. Quam mox ut intrarunt: in eodem loco dux crudelissimus longobardorum gummarith aduenit. Ex cuius aduentu cerbonium habuisse spiritum prophetie claruit: qui illos sepulto corpore inde discedere sub festinatione precepit. Quieuit autem uir sanctus in domino. vi. idus octobris. Hec gregorius tertio dialogorum capitulo undecimo.

¶ De scō Paulino episcopo. Cap. XLIIII.

PAulinus episcopus eboracēsis claruit apud idem oppidum tempore beati gregorii pape. Cum enim idem sanctus doctor augustinum episcopum ad predicandū anglorum genti destinasset: ut dictum est supra in gestis ipsius augustini episcopi. vii. calen. iunii. Idem beatus augustinus iustum episcopum genti nordannialorum consecrauit. i. ei nationi anglorum: que ad aquilonem umbri fluminis habitabat. Qui iustis uerbū fidei predicando: eandem gentem cum rege suo eduino conuertit. Hic etiam iustus paulinum episcopum ordinauit: & ipsum ad eboracensem ciuitatem in fide confirmandam de legauit. Qui fructum plurimum predicationis in eadem ciuitate perfecit: & clarus sanctitate in pace quieuit. vi. idus octobris.

¶ De sancto Geraldo cōfes. Cap. XLV.

GEraldus cōfessor apud aurelianū claruit. Hic uir illustris lemouicensi territorio aureliaco pagonatus est patre geraldo matre adaltrude de nobilissimis atqueditissimis. Qui dū insimul caste uiuerent: nocte quadā diuinitus in somnis admonent: ut debitū matrimoniale soluāt: ut prolē mirificā procreare ualeāt: quem geraldū nominare debeant. Excitatus igitur pater: debitoq; soluto: iterum obdormiuit: uiditq; expollicepedis eius dextri ungulam nascentē que in arborem magnā succrescens: palis & pticis protegebat: nec tamen in pede pondus aliquod sentire uidebat. Cumq; mater filium adhuc gestaret in utero: & die quadam

cū uiro eſſet in thalamo: trinam uocem audiuit infantuli uagientis: & quaſi iam nati uocem emittētis. Natus igitur puer & ablactatus: annis puerilibus deo ditus: litteriſq; diuinis mirabiliter breui tempore ultra coetaneos eſt imbutus. Iuueniſq; effectus: armis: utpote miles nobilis exercitatus: cunctos in acie ſuperabat. Defunctus aūt parentibus: ex facultatibus ſuis egenis largiflue miniſtrabat. Quem diabolus ſemel uiſione puelle pulcherrime eius uaſalli filie graui tentatione pulſauit: ita ut ille nūcium ad patrem mitteret: q; nocte ſequenti ad eam accedere uelle. Peccatum tamen timens orationem premiſit: & ſic ad domum puelle acceſſit: & a patre ſuſceptus fuit. Cum autem tentationē grauem ſentiret: & ad ignem ſederet: puella ſibi ultra modum deformis uiſa eſt: ut iam: quam uiderat: eſſe non putaret: niſi pater eius illam eſſe penitus affirmaſſet. Sicq; tentatione ſuperata ſine crimine rediit: & patrem cum omni familia libertati dona uit: atq; puellā nuptui tradidit. ¶ Officium autem diuinum ac ſi clericus continue dicebat: & miſſam quotidie audiebat. Cū autem die quadā agendis curie intētus: miſſam audire nō poſſet: loco miſſe pſalterium totū legit. Et extunc in conſuetudine duxit: ut quotidie totū pſalterium decantaret. ¶ Demum relicto ſeculo monaſterium in ꝓprio ſolo in aureliaco cōſtruxit: quod de ſuis facultatibus large dotauit. In quo ſe monachum fecit: & multa uite ſanctitate & abſtinentia claruit: pollensq; uirtutibus: feliciter ad chriſtum migrauit ſexto idus octobris. Sepultuſq; eſt in ipſo monaſterio miraculis clarus.

¶ De ſanctis Caſſio & Florētio & ſociis martyribus. Cap. XLVI.

Caſſius & florentius martyres cum ſociis .vii. paſſi ſunt ſub maximiano imperatore apud beronā urbem galliaꝝ circa rhenum fluuiū. Cū enim idē imperator de mauritania aphrice & de finitimis regionibus ꝓpter galloꝝ frequentes tumultus militū multitudinē deuocaſſet. Inter alios elegit milites. cccl. x. ad ſui cuſtodiam deputatos: quos una ſecum cū ſacra legione theboꝝ in galliam adduxit. Poſtq; autem legionē predictā occidit xp̄m dominum cōfitentes: prefati milites .cccl. x. xp̄ianiſſimi ab eodē imperatore diſcedētes per diuerſa loca fugerunt: quoꝝ precipui erāt caſſius: florentius: geron: maloſus: & uictor. Qui una cum eoꝝ ſociis .cccl. v. trino martyrio ternis in locis coronati: una & eadem die ab eccleſia recoluntur: cum tamen diuerſis diebus paſſi fuerint: ut ſcribit hellinādus. Nā cū de mandato imperatoris maximiani milites eius gentiles prefatos chriſtianos inſequentes: hinc inde eos requirerent: caſſium & florentium cum aliis ſeptem apud beronam urbem circa rhenum fluuium inuenerunt: quos ibidem in chriſti cōfeſſione decollauerunt: quoꝝ paſſio agitur. vi. idus octobris.

¶ De ſcis Gerone & ſociis mr̄ibus. Cap. XLVII.

Geron martyr cū ſociis .cccxviii. apud coloniam agippinam paſſi ſunt. Cū enim perſecutores ab imperatore maximiano deſtinati ad predictos milites .cccl. x. occidendos: Caſſium & florentium cum aliis ſeptem interfeciſſent: ut ſupra dictum eſt. Geronem militem cū commitiua .cccxyiii. militum in campis colonie inuenerunt. Quos omnes xp̄m dominum confitētes gladiis trucidarunt. Quoꝝ feſtum colit. vi. idus octobris.

¶ De ſanctis Maloſo & Victore & ſociis martyribus. Cap. XLVIII.

Maloſus & uictor martyres cum ſociis triginta apud oppidum francorū: quod troia ſiue xanthum dicitur paſſi ſunt. Cum perſecutores prefati poſt interfectionem predictorum martyrum: uidelicet caſſii & florentii & ſociorum geronis atq; aliorum predictorum ꝓceſſiſſent ad reliquos requirendos de mandato imperatoris maximiani maloſum & uictorem cum aliis triginta: qui de numero predictorum .cccl. x. militum ſupererant: iuxta dictum oppidum xanthum inuentos: gladiis cederunt: & eorum corpora in locis paluſtribus ſubmerſerunt: quorum tamē reliquie a chriſtianis reperte: cōdigno honore ſepulte ſunt. Et in eorum poſtmodum honorem Helena conſtantini mater baſilicam ſuper eorum corpora miro decore & ſine ullo ligno conſtruxit: ubi & per eorum merita eurogyalus coloniēſis ep̄s dolore capitis ſanatus eſt. Sed cum corpus maloſi martyris lōgo tempore ubinam ſepultū fuerit latuiſſet. Sancto ep̄o dicti loci diuina reuelatione mōſtratum eſt. Qui corpus de loco ſuſtulit: imm̄ēſi odoris refragrans ſuauitate: & ipſum iuxta ſocioꝝ cadauera collocauit. Hoꝝ etiam dies paſſionis ſimiliter celebratur. vi. idus octobris.

¶ De ſcō Pinyto epiſcopo. Cap. XLIX.

Pinytus ep̄s gnoſie urbis cretenſis: marci antonii imperatoris tēporibus apud ipſam claruit ciuitatem. Qui īter uiros apoſtolicos nobiliſſimus in ſcripturis ſuis uelut in quodam ſpeculo uiuētem ſui dereliquit imaginem. Quiq; inter cetera ſapiente ſue opuſcula ad dionyſium corinthiorum epiſcopum elegantem ſcripſit epiſtolam: in qua docet non ſemper lacte nutriendos populos: ne quaſi paruuli ad ultimo occupentur die: ſed & ſolido debere paſci cibo: ut in ſpiritualem proficiant ſenectutem. Qui & in chriſto plenus ſanctitate quieuit ſexto idus octobris. Hec hierōymus libro de uiris illuſtribus.

¶ De ſancto Pierio preſbytero. Cap. L.

Pierius alexandrine eccleſie preſbyter inſignis floruit tempore diocletiani imperatoris. Qui tam florentis ſermonis uenuſtate populos docuit tātaq; diuerſorum tractatuum elegantia fulſit: ut origenes iunior uocaretur. Tractatum longiſſimū ſuper oſee ꝓphetiā deſcripſit. Et apud alexandriam in pace quieuit. vi. idus octobris. Hec hieronymus ubi ſupra.

¶ De ſanctis Tharaco preſbytero & Andronico martyribus. Cap. LI.

Tharacus probus & andronicus martyres apud tarſum metropolim cilicie temporibus diocletiani & maximiani paſſi ſunt ſub p̄ſide maximo. Quoꝝ primus natiōe romanus: & miles annoꝝ .lxv. militie terreſtri ꝓ xp̄o renūciauit. Secūdus de ſede p̄philie exortus. Tertius uero iunior de primis epheſioꝝ ciuitatis. Qui iſimul ſociati: accuſati ſunt maximo p̄ſidi a domero cēturione: q; eſſent xp̄iani: & ab eodē iudice tenti ſunt. Qui primo quidem tharacū ut ſenioré in xp̄i profeſſione

ſinuictum manentem: in maxillis ceſum nudatum uirgis flagellari fecit. Deinde uinculis ferreis in carcere alligari: poſtea probū in ſimili cōfeſſione manentē in dorſo & uentre neruis crudis diutius ceſum: eiſdē uinculis uinctū carceri mācipauit. Ac poſtmodum andronicū xpi noīs cōfeſſione gaudēte: ut adoleſcētulū diu ſuaſum: in equuleo appenſum & ceſum: ac ore contuſum & lateribus punctum: necnon plagis cum teſtarum fragminibus confricatum: ferreis catenis ligatū in ergaſtulo clauſit. ¶ Deinde eos in ſuſia ciuitate productos: idē preſes ſibi preſentari fecit: Et primo tharacum ſacrificare nolentē ore ipſius lapidibus cōfracto & dentibus excuſſis: manus eius in ignem mitti iuſſit: dehinc ligari pedibus: capiteq; deorſum ſuſpēdi & fumum atrum ſubterponi: atq; acetum cū ſale eiuſdem auribus īſtillari: nares quoq; ſinapi aceto liquefacto pfundi: & ſic in cuſtodiā tradi. Sequenti die probū eductū iuſſit: os eius cōfrīgi: & ferrū ignitū labiis apponi: atq; extēſum neruis crudis diutiſſime cedi: faciēq; tota lapidibus contuſa in cuſtodiam recipi. Tertio uero die andronicum productum in palis .iiii. extenſum alligari: & neruis duriſſimis in ſcapulis & uentre flagellari: eo q; plagas eius priores curatas fuiſſe mirabat. Sic que illum in eadem cuſtodia recludi fecit. ¶ Demum eoſdem ad achabor ciuitatē attraxit: ubi primum prefatus preſes tharacum uinctum in faciem cedi iuſſit: & obliſcos accenſos labiis & maxillis applicari: aures quoq; nouacula precidi: & raſo capite prunas ſuperponi. Deinde obeliſcos incenſos ſub aſellis immitti: & ſic in carcerē uinculari. Probum uero uinctum pedibus ſurſum appēdi mādauit: & candendētes obeliſcos lateribus apponi: atq; clauos ignitos manibus eius infigi deinde oculos eius acubus pungi: & ſic in carcerem compendi/tum mitti. Andronicum autem ligatum papyris in flammatis circa uentrem exuri precepi: & obeliſcos incenſos circa digitos eius apponi: ferrū quoq; ignitū in os eius mitti: & dētes eius excuti: moliſq; cōfractis linguā ipſius abſcidi & cōburi: & ſic in carcerē alligari. ¶ Poſt dies autem aliquot eos preſes impius produci fecit: & reſpiciens illos ſanos iratus uehementer: beſtiis ferociſſimis in harenam expoſuit. Que pluribus gentilibus extinctis ſanctorum pedes līgebant. Leena quidē tharacū: leopardus probū: urſus autem obſequebatur andronicū. Nouiſſime cū omnia ſuperaſſent. Iuſſu preſidis decollati ſunt: adhibiti quoq; ſunt quattuor cuſtodes: ne corpora ſanctorū ſepelirētur: ſed in ignē miſſa conſumerētur. Orta autē ualida tempeſtate & fulminibus cuſtodes territi fugerunt: & flamme extincte ſunt: & ſic corpora incumbuſta remanſerunt. Super quorum ſingula xpiani nocte uiderunt ſtellā fulgentē: eaq; tollētes honorifice apud tarſum cilicie ſepelierunt. v. idus octobris.

¶ De ſcō euſtathio abbate. Cap. LII.

EVſtathius abbas luxouiēſis fuit. Qui a beato columbano ab italia ad dictum monaſterium gubernandum paterno affectu directus: equo iure ſubditas monachorum cateruas rexit: adeo ut nullus ſe beatum columbanū perdidiſſe gemeret. Qui huius doctrinis imbutus fuiſſet. Qui & poſt laudabilem uitam uirtutibus pollens: qeuit in xpō. v. idus octobris: luxouii ſepultus.

¶ De ſancto Euſtathio epō. Cap. LIII.

EVſtathius epūs antiochenus claruit apud ipſam ciuitatē tempore cōſtantii impatoris. Hic genere pāphilus tā opere q̄ ſermone fidei pugil egregius aduerſus arrianū dogma plurima cōſcripſit. Extant etiā ipſius ſapiētie p̄clare duo uolumina de anima. Item tractatus aduerſus origenē. Item epiſtole multe quas enumerare difficile eſt. Qui ꝓpter fidei catholice defenſionē: quam cōtra arrianoꝝ ſectā ſuſceperat: a cōſtantio impatore traianopolim in exiliū miſſus uite terminum dedit.

¶ De ſanctis quattuor milibus nongentis ſeptuagintaſex martyribus. Cap. LIIII.

QVattuor milia nōgenti ſeptuagintaſex martyres apud aphricā paſſi ſunt ſub perſecutione uādalica. Qui cū eſſet eccleſiaꝝ dei plurimaꝝ epi preſbyteri & diacones aſſociatis ipis turbis fidelium populoꝝ iuſſu hunerici arriani regis in horribile exilium eremi truſi: atq; inter mauros ferociſſimos deputati ſunt. Inter quos erant cyprianus & felix precipui ſacerdotes. Ex quibus plurimi dum ducerentur: & cuſpidibus ac lapidibus ſibi alligatis ad currendum dū tunderent: & per aſpera & dura loca traherent per ſingula mēbra diſcerpti inter manus trahentium expirabant. Extat per totū aggerem publicus locus tumuli uel ſepulture ipſorum. Reliqui uero predictoꝝ ad exilium p̄dictum addūcti: fame & inedia ac nuditate afflicti: necnon uariis ſuppliciis excruciati martyrium celebrarunt: quorū natale colitur. iiii. idus octobris.

¶ De ſcō Marcello epō & martyre. Cap. LV.

MArcellus epūs apamie & martyr: ſucceſſor ioannis uita ſanctiſſimus tēpore theodoſii ſenioris martyriū paſſus eſt. Cum eni iuſſu eiuſdē auguſti deoꝝ templa ubiq; deſtruerentur. Venit preſectus orientis apaniam ad templa idoloꝝ deſtruenda: & dum ibidē templum iouis maximū & robuſtum: utpote lapidibus ferro & plumbo alligatis fabricatum uidiſſet: impoſſibile quoq; ad deſtruendum iudicaſſet: ad ſuggeſtionem marcelli perrexit ad alias ciuitates: ipſumq; templū iuxta uires ei diſſoluendum commiſit. Marcellus uero cuiuſdā operarii cōſilio quattuor ingentibus colūnis ſubterfoſſis: quibus tota parietum machina nitebatur: ligna ſuppoſuit: & in ipſis ignē immiſit: ut lignis exuſtis: colūne ruerent: totamq; fabricam ſecum traherent. Sed reſiſtente demone: ignis non poterat ligna inflāmare. Epūs uero oratione p̄miſſa aqua benedicta ignē aſpſit: & mox diabolū effugauit. Statimq; igne ſubtermiſſo ligna accendit: quibus cōbuſtis ruē tibuſq; colūnis: omne edificiū templi corruit: cuius ſonitus terrā concutiens oēs exterruit. Poſt que ſcūs epūs & alia plura phana idoloꝝ deſtruxit. Qui & martyribus ꝓ xpō certātibus ſcribebat: & eoꝝ ſcripta recipiebat. Nouiſſime autem & ipſe a paganis tentus: ꝓ xpīq; cōfeſſione martyrio coronatus eſt: & apud apamiam honore cōdigno tumulatus. iiii. idus octobris.

¶ De ſancto Carpo diſcipulo. Cap. LVI.

CArpus diſcipulus beati pauli apoſtoli apd troadem claruit: ubi & ab eodem apoſtolo epūs cōſtitutus eſt. De hoc refert dionyſius in epiſtola ad themophilū: q; cū eſ/

ſet uir mire ſanctitatis & zelator fidei: & qdā infidelis fidelē quendā peruertiſſet: adeo carpus moleſte tulit: ut ex hoc infirmitatē incurreret. Tāte aūt ſanctitatis erat: ut nūq̄ celebraret: qn aliquā celeſtē uiſionē cōſpiceret. Sed cū ꝓ utriuſq̄ cōuerſione orare deberet: deū tamen quotidie exorabat: ut cōbuſtione q̄dā: amboꝝ ſimul īmiſericorditer abrumperet uitas. Et ecce circa noctis medium dū uigilaret: & hāc orationē faceret: ſubito domus: in qua erat: in duo diuiſa fuit: & quedā immēſa fornax ibidē apparuit: reſpicienſq̄ ſurſum uidit celū apertum & ibidē ieſum circundatum multitudine angelorū. Deinde iuxta fornacē predicti duo uiri tremuli ſtare cernunt: q a ſerpentibus de fornace ꝓcedentibus morſibus & inuolutionibus uiolēter in fornacem trahebantur: & ab aliis qbuſdam uiris impingebant. Hoc uidēs carpus adeo in iſtoꝝ uindictā delectabat: ut ſupioré uiſionē intueri cōtemneret: & in hoꝝ ultionē totus intētus eēt: ita q plurimū moleſte ferebat: q in fornacem nō cito cadebāt. Tandē cū in celum reſpexiſſet: ecce ieſus hominum illorū miſeratus ad illos cum angelis deſcēdens: manus extendit: & ipſos eripuit. Dixitq̄ carpo: q patus eſſet iterum pro peccatoribus pati. Sicq̄ de cetero carpus ꝓ illorū cōuerſione orauit: dominuſq̄ utrūq̄ ad fidem reuocauit. ¶ Demum idem beatus diſcipulus pro confeſſione chriſti martyrio coronatus eſt: & apud troadem ſepultus. iii. idus octobris.

¶ De ſancto Eduardo rege & cōfeſ. Cap. LVII.

EDuardus cofeſſor rex illuſtris angelorū generoſa progenie ortus filius regis elterudi & enie regine ricardi ducis normanorum filie: diligenti parentū cura nutritus ab annis puerilibus ſanctiſpūs informatus ē diſciplina. Qui adhuc puer exiſtēs: ꝓpter dauoꝝ procellā ſeuientium in anglia ductus eſt in neuſtriam in auita domo: ubi opa puerilia deſerens: xp̄i ſeruitio ſe mācipauit: beatāq̄ dei genitricē & petrum apoſtolū atq̄ euāgeliſtā ioānē in p̄onos ſibi ſpēales aſſumpſit. Tandē pēte defuncto & fratre ipſius inaudita crudelitate pēpto eduardus timēs: ſe domino cōmēdauit. Expectās quoq̄ donec poſt modicū tēpus barbarica peſtis ceſſauit: & tūc a baronibus ī regnū īductus: & cū gloria apud lundunū ī die ſancto paſche ab eō coronatus ē. ¶ Regnauit aūt tēporibus henrici tertii īperatoris: & regnū optima pace gubernauit: & ſanctiſſime deo uixit. Egitā godini filiā liberalibus artibus imbutē in uxorē duxit: quā adeo ꝓfecit: ut caſtitatē ſeruātes ſolo noīe coniuges: ambo uirgines permanſerūt. Fuerat aūtē godinus predictus cōſpirator in nece fratris regis eduardi. Dū aūtē die quadā cū rege in mēſa diſcūbēs ſe iuramēto de morte fratris excuſaret: picu lo offe quā comedebat: ſubito offa quā in ore poſuit ſuffocatus eſt. Filius quoq̄ eius eadem die ab equo in carenſem fluuium ꝓcipitatus necatus ē. Mater uero eius uxor godini ictu fulminis interiit. Sicq̄ omnes qui mortis fratris regis conſcii fuerant: ultio diuino uindicauit: ſola regis cōiuge que innocens inde fuerat incolume permanēte. ¶ Rex iſte tāte fuit grauitatis: ut uix nō ſine maxima cā prouocaret in riſum: unde & ſemel cū die paſche poſt prandiū ualde rideret: & ex hoc omnes mirarentur: dixit rex q ꝓ ſpiritum uiderat. vii. dormientes in celio monte: qui dudum ſuper latus dextrū iacuerant: ſe uerſos eſſe in ſiniſtrū: qui donec ſic manerent: multe in orbē perſecutiones future forēt. Sed poſt decurſum annorū. ioo. iterū ad latus dextrū ſe uerterent. Directi ſunt autem a baronibus nuncii ex anglia in greciam ad montem predictum apud epheſum ciuitatem. Qui per omnia ſicut rex dixerat contigiſſe inuenerunt. Nam donec illuc nuncii puenerūt: oēs epheſioꝝ populi: q. vii. dormiētes in ſiniſtrū uerſi fuiſſent penitus ignorarunt. Qui tamē modicis ātea diebus ſup dextrū latus illos cognouerāt dormiētes. ¶ Hic etiā rex circa pauperes liberaliſſimus & hūilis fuit. Nā die quodā pauperē cōtractū incedere nō ualētē: ꝓprio latore carentē deuotus rex in humeris ſuis aſſumpſit: & ip̄m a regali palatio uſq̄ ad ſancti petri eccleſiā baiulauit. Hic etiā ſepius in hora cōſecrationis xp̄m in carne cōſpexit in manibus ſacerdotis. Qui regno feliciter diſpoſito qeuit in pace anno domini. M. lxv. iii. idus octobris. Sepultus iuxta beati petri altare: ubi & miraculis pollet.

¶ De ſcō Eduardo rege & mr̄e. Cap. LVIII.

EDuardus mr̄ rex ſecūdus angelorū: filius egdari regis: una cū patre annis duobus cū dimidio regnauit. Tunc uiſa eſt ſtella cometes apud uicū regiū: q dicit calua: ſignificans perſecutiones in regno ſubſequentes. Nam clerici intruſi & criminoſi a ſuis eccleſiis: per dunſtanū archiep̄m cantuariēſem expulſi noua prelia ſuſcitarunt: oībus pene eccleſiis deuaſtatis: quos tamen ultio diuina puniuit: ut ſupra dictū eſt in uita ſancti dunſtani. vii. idus ſeptembris. Cum autem mortuo egdaro rege eduardus adhuc iuuenis eſſet: & elfrida nouerca eius olim regis uxor: filium ſuum ꝓpriū puerululum nec dum annorum. vii. regem facere ꝓcuraret: & ob hoc cū quibuſdā ex baronibus conſpiraſſet. Dunſtanus eduardum ut pote cui regnū tanq̄ primogenito de iure debebat: cōtra uotum illorū coronauit: unde & regina turbata in morte regis machinari cepit. Cum autem die quadam eduardus de uenatione feſſus rediret: & illa ſitienti poculū porrexiſſet ſatelles ab eadem inductus: regem potantem ſicca percuſſit & occidit. Et cū ſero eſſe circa corpus ipſius ſubito diuina lumīaria micuerūt. Cuiuſq̄ tactu claudus greſſum: & mutus loquendi uſum continuo recuparūt. Cūq̄ ad corpus eius elfrida regina in equo ueniſſet: ut quaſi ſe de nece eius inculpabilem ſimularet: dum redire uellet: equus ſe inde nullo modo mouere potuit: mutatoque alio equo ſimi-

liter & tertio:ſicut & priori contigit: unde ab omnibus de morte regis rea iudicata eſt. Sepultus eſt autē rex cōdigno martyris honore miraculis clarens. Elfrida uero regina uidēs ultionem:quā deus fecerat in clericos eccleſiaꝝ perſecutores de homicidio condigne penituit:& in melius uitam mutauit.

¶ De ſcō Theophilo epō & cōfeſſore. Cap. LIX.

THeophilus epūs apud antiochiam floruit. Qui ſextus a beato petro apoſtolo eiuſdē eccleſie ſedem tenuit:& uir eruditiſſimus multa ſapientia claruit: plurimoſq; libellos compilauit. In teſtimoniū libros.iii. ab anatholiū ſcripſit. Aduerſum hermogenis hereſim alium. Extant eius & alii elegātes ad edificationem eccleſie pertinentes:compoſuit & contra martionem librū unū. Super euangelio & prouerbiis ſalomonis commentarios ſe legiſſe beatus tradidit hieronymus: qui cū ſuperiorum elegantia non uidentur ſibi congruere. Qui etiam marci antonini imperatoris temporibus: in pace quieuit.iii.idus octobris.

¶ De ſcō Theophilo confeſſore. Cap. LX.

THeophilus confeſſor in ciuitate cilicie claruit. Qui cum eſſet eccleſie uicedominus eccleſiaſticas res utpote moribus & ſcientia precipuus optime gubernauit: quem clerus & populus nimium diligebat:uacāte uero epiſcopatu:ipſum in pontificem omnis populus elegit: ſed theophilus ſe indignum iudicans omnino recuſauit. Ad metropolitanum autem uiolenter a populo ducitur:& in epm ſibi dari ab omnibus poſtulatur. Sed ipſe penitus renuens:uix ab ipſo dimittitur:& alius in epm conſecratur. Poſt dies modicos ad ſuggeſtionem emuloꝝ quorundā theophilus ab epo de officio deponitur:& in locū eius quidam ex aduerſariis ſurrogat. Deſperans iſte iudeū magum adiit: & eius auxiliū implorauit. Qué ille nocte extra ciuitatē adduxit:& diligenter monuit:ne crucē ſibi imprimeret aut xpm uel uirginem nominaret. Vocante aūt mago demones:infiniti homines cādidati eidē apparuerunt:qui cū cereis ardentibus ad regem ipſoꝝ diabolū in throno aureo ſedentem:illū adducunt. Pro quo iudeus genu flexu ipſius auxiliū poſtulauit. Ille theophilum officio reſtituendū & maiorem adhuc faciendū promittit:dū tamen hic xpm & matrem uelit abnegare:& diabolo profeſſionē facere:& abnegationis chirographū manu propria ſcribere. Theophilus ergo abnegationē fecit:& chirographum ſcribens diabolo tradidit. Reuerſus aūt mox die ſequenti ab epo accerſitur:& expulſo emulo in officiū remittit: & ultra q̄ prius honoratur. ¶ Poſt dies aūt aliquot: theophilus reſcipiſcere cepit:& peccatū ſuum deflens per dies.xl.matrem miſericordie inuocauit. Quibus elapſis:gloriosa regina eidē nocte media apparuit:& eidē ſalutem ſpoſpondit:ipſum tamē:ut adhuc in oratione perſiſteret:admonuit. Quod cum ille feciſſet:poſt triduum iteꝝ eidem uirgo beata cū ſplendore nimio aſtitit:& eius peccatum ei dimiſſum a deo nunciauit. Cum aūt ipſe pro chirographo cōfecto nimium anxiaretur: die ſequēti dei genitrix eidē in ſomnis apparuit:& chirographū ſupra eius pectus dimiſit: quod ille excitatus inueniens ad epm celebrantem acceſſit: & coram omni populo peccatum ſuū confitens: cuncta uiſa:& geſta narrauit:eiuſq; chirographum cunctis oſtendit:qui ex luce a uirgine cōtracta facie ut ſol reſplendere uiſus fuit:& in eodē loco per triduum in oratione perſeuerauit. Tunc q; ſequentiā illam cōpoſuit Aue maria gratia plena dominus tecum uirgo ſerena:in qua & de ſeipſo:& de eius miraculo mentionem facit. Et elapſis tribus diebus ad chriſtum migrauit. In cuius tranſitu audite ſunt uoces angelice cōcinentes. Sepultuſq; eſt in eccleſia cilicie:per quem deus multa miracula oſtendit.

¶ De ſanctis Fauſtino Ianuario & Martiale martyribus. Cap. LXI.

FAuſtinus: ianuarius: martialis martyres in hiſpaniis ciuitate corduba paſſi ſunt: q primo equulei pena cruciati:deinde ſuper ciliis excoriatis:auribus quoq; & naribus preciſis:dentibus etiā ſuperioribus euulſis:ad ultimū ignis paſſione glorioſum martyriū conſumauerunt tertio idus octobris:ut ait ado in martylogio ſuo.

¶ De ſcō Calliſto papa & martyre. Cap. LXII.

CAlliſtus papa & martyr huius nominis primus natione romanus ex patre demetrio de regione urbis rauennatis zepherino romano pontifici in epatu ſucceſſit & ſedit annos qnq; menſes duos dies.x. Hic cōſtituit ieiuniū die ſabbati ter in anno fieri:fruméti:uini & olei ſecundū prophetam. Adhuc quoq; iuxta q̄ttuor anni tempora:quattuor indixit omni eccleſie ieiunia: primum uernale:ſecundū eſtiuale:tertium autūnale: q̄rtum hyemale:in quibus etiā precepit ordinatiōes fieri:q̄q̄ nec ipſe:nec alius quilibet romanoꝝ pontificū a beati petri uſq; ad ſancti ſilueſtri tēpora legatur celebraſſe ordinationes niſi in méſe decembris. Hic idē phibuit:ut in accuſatione preſbyteroꝝ iſames & ſuſpecti & inimici nō ſuſciperentur. Eos uero hereticos nominauit:qui dicunt ſacerdotes poſt lapſum ſi digham egerint penitentiā:non poſſe ad priſtinos redire honores. Hic fecit eccleſiam ſancte marie tranſyberim:& cemiterium in uia apia cōſtruxit: quod ſuo nomine uocatur cemiteriū calliſti ad catacūbas: ubi q̄plurima multitudo martyꝝ ſepulta eſt. ¶ Huius tēpore imperante alexandro:pars eminentior capitolii diuino incendio cōcremata eſt:& ſiniſtra manus aurea idoli iouis fulmine liquefacta eſt. Tunc ſacerdotes ad imperatorē uenerunt:petentes:ut dii irati ſacrificiis placarentur. Dum ergo offerrent celo ſereno mane die iouis:repente diuino fulmine quattuor ſacerdotes idolorum mortui ſunt:& ara iouis concremata eſt:& ſol obſcuratus eſt:ita ut populus fugeret extra muros. Cum aūt palmatius conſul audiret:q; calliſtus cum ſuis clericis & multis chriſtianis tranſtyberim latitaret:rogauit imperatorem:ut chriſtiani per quos hoc malum ciuitati cōtigerat:ad purgationem urbis penitus delerentur. Qui dum de mandato imperatoris cum militibus tranſtyberim properaſſet: ut calepodium preſbyteꝝ cum aliis chriſtianis comprehenderet.x.milites:qui domum intrauerant:excecati ſunt. Quod alexander cōſpiciens:iuſſit omné populum pro liberatione militum deo mercurio ímolare. Sed cū una ex uirginibus paganoꝝ arrepta a demonio:deum chriſtianorum ueꝝ & unicum accla maret:conuerſus eſt palmatius conſul:& cū uxore &

filiis ac omni familia numero.xlii. baptizati ſũt a ſancto calliſto papa. Conuerſus eſt & ſimplicius ſenator: & felix cum filia ſua bãda: quam prefatus palmatius a paralyſi liberauit: qui omnes ab eodem põtifice baptizati: detẽti ſunt una cum calepodio preſbytero: & ab imperatore alexandro pariter decollati: ut hec omnia ſuperius dicta ſunt in paſſione calepodii & ſocioꝝ. ¶ vi. idus maii. Quoꝝ omnium corpora calliſtus pontifex in ſuo cemiterio ſepeliuit. ¶ Deide alexãder imperator calliſtum papam detentum. v. diebus ſine cibo & potu manere fecit: deinde fuſtibus ceſum in cuſtodiam artiſſimã recludi. Cui p noctẽ apparens beatus calepodius martyr cũ ingenti lumine: ipſum in timore domini cõfortauit. Quod cernens miles quidã noie priuatus: q erat ulceribus plenus ad pedes eius procidit: & pro ſanitate ſua exorauit. Quem cum calliſtus ſacro fonte perfunderet ab omnibus uulneribus ſanauit. Quod audiens alexander: iuſſit calliſtum per feneſtram domus in qua tenebaẽ precipitari: corpuſq; eius in puteũ demergi: & in eo rudera cumulari. Alterius uero preſbyter corpus eius de puteo eleuauit: & in cemiterio ſuo ſepeliuit pridie ictus octobris. ¶ Hic fecit ordinationes quinq; per menſem decembriũ preſbyteros. xv. diacones quattuor epos per diuerſa loca numero. xix. Et ceſſauit epatus dies. vi.

¶ De ſcõ Gaudẽtio epo & martyre. Cap. LXIII.

Audẽtius eps ariminenſis & martyr paſſus eſt apud eandẽ ciuitatem tempore conſtantii imperatoris. Qui ex ciuitate epheſioꝝ exortus: fidei documentis eruditus: adhuc catecuminus: ad urbẽ romã ueniens: tempore damaſi pape: a quodam iuſtino p̃ſbytero ſacrum baptiſma ſuſcepit: & apud quandã matronam nobilem nomine euſiticã hoſpitio ſe recepit. Quã adhuc gentilem: ſua predicatione ad fidẽ xp̃i cõuertit: & ad ſanctũ damaſum papã adduxit: qui eã ſancti fontis unda perfudit. Damaſus aũt pontifex cũ de origine & religione gaudentii ab eo cũctatus audiſſet: eum ſecũ accerſiuit: ipſumq; clericũ fecit: quẽ & in ſui ſeruitio detinẽs poſt biennium leuitã ordinauit: deinde poſt ſeptennium ad ſacerdotium promouit. Qui ſedula exhortatione: populo iugiter uerbũ domini predicabat: & miraculoꝝ gloria clareſcebat. ¶ Nam quidam miles romanus nomine tarſenſius a diabolo obſeſſus eſt: clamante demone per os eius: q; niſi illuc gaudẽtius preſbyter ueniret: inde nunq; diſcederet. Gaudẽtius ergo de mandato pape pro eo miſſarum ſolemnia celebrauit: deinde ſacram euchariſtiã uiro offerens: demonẽ ab eo in fumi ſpeciem eiecit. Quo miraculo multi paganoꝝ cõuerſi ſunt. ¶ Cum aũt ariminenſis eps defunctus eſſet: & populus ipſius urbis ad papã pro petendo põtifice acceſſiſſet. Damaſus gaudẽtiũ epm cõſecrauit: & ariminũ in paſtorẽ cũ populo deſtinauit. Qui primum ad ciuitatem que martiana dicebatur aduenies diebus. x. ibidẽ moram traxit: & populum multũ ibidem exiſtentem in fide xp̃i erudiuit: quem miles gentilis qui dudũ egrotus in lecto iacuerat: eius fama cõperta: ad ſe ingredi fecit: & ut ſe ab infirmitate illa curaret humiliter ſupplicauit. Sanctus autẽ eps orationem premiſit: & militẽ manu tenens de cubili ſanũ erexit conuerſumq; ad dominum cũ coniuge & filiis ac ſeruis. xxiii. numero baptizauit. Poſt hec ex ipſa ciuitate diſcedens ariminum deuenit. Et dum eſſet in itinere ſociis uino carentibus & nimium ſitiẽtibus aquam in uinũ conuertit: & comitibus propinauit. Ingreſſo autem ciuitatẽ occurrit illi omnis populus cũ multitudine languentium diuerſis egritudinibus oppreſſoꝝ: quos omnes continuo in xp̃i nomine ſanos effecit. ¶ Sed q̃primum in ipſa urbe miſſam celebrauit. mox idolum martis in medio adhuc foro poſitũ cecidit: & cõfractum eſt: ceteraq; omnia ſimulacra in diuerſis locis poſita ſimiliter corruerunt. Quo miraculo multi gentilum ad xp̃m cõuerſi ſunt. ¶ Quedã neptis euſitice predicte: que gaudentium hoſpitio rome ſuſceperat: a demonio uexata ad beatum gaudentium ariminũ adducta: & ab eodẽ eſt continuo liberata. Hic ſanctus uir ſua predicatione ariminenſem populũ ad fidem xp̃i perduxit: multas eccleſias conſtruxit & dedicauit: multoſq; preſbyteros & alioꝝ ordinũ clericos ordinauit. Inter quos leonẽ preſbyteꝝ & marinũ diaconum uiros ſanctos: qui de dalmatia illuc uenerant cõſecrauit: ut dictũ eſt ſupra in geſtis marini cõfeſſoris pridie noñ ſeptembris. ¶ Poſt hec cũ de mandato conſtantii imperatoris apud ariminum ciuitatem: cõciliũ eporum congregatũ eſſet: multiq; arriani fulti preſidio auguſti: pauci uero ep̃i catholici conueniſſent. Gaudentius pro defenſione catholice fidei: arriãis uiriliter reſtitit: ſed quia eis omnino ſe obuiare nõ poſſe uidit: eoꝝ ueſanie ceſſit: & cum ſanctis rhophilo popilieñ: & mercuriali liuienſi ep̃is: nocte liuiam clandeſtine properauit. Poſt diſceſſum uero arriarum: ad ſedem ſuã rediit: & conuocata ſynodo catholicoꝝ: que ab arrianis decreta fuerant reuocauit: reuocauit: quendam quoq; martianũ preſbyteꝝ hereticum: nolentem ad eccleſie unitatẽ reuerti damnauit: & de eccleſia eiecit. Quod audiens martianus ꝓconſul: qui dicti martiani preſbyteri ꝓpinquus erat: epm durius ĩcrepauit: & multis conuitiis exprobrãs: mortis ei minas intentauit. Quẽ mox malignus ſpiritus inuaſit & duriſſime uexare cepit. Cuius rei cauſa milites proconſulis gaudentiũ deteſtantes: ip̃m mane ante ſolis ortũ clanculum orantem cõprehenderunt: & quaſi in ultionẽ domini ſui extra portã uinctũ eduxerunt: & tãdiu fuſtibus & lapidibus tutuderunt: donec ipſe in domino cõmendans & pro ipſis etiam pſecutoribus exorãs ſpiritum exhalauit pridie idus octobris. Cuius corpus in loco qui dicitur ad lacum in ſoueam maximam proiecerunt terra illud ac lapidibus obruentes. ¶ Poſt annos uero. lxx. cum locus ſepul-

ture eius cūctis eſſet ignotus: mulier quedam erat ce/
ca in ciuitate ceſarea: ſiue ceruia: nomīe abortiua. Cui
per uiſum angelus raphael cum papa damaſo apparu
it: & quis uter eorum eſſet nominauit: ac eidem im/
poſuit: ut ſi lumen oculoꝝ recipere uellet, ad ciuitatē
ariminenſem ueniret: & ciuibus nunciaret: ut corpus
ſancti gaudentii in tali loco diu occultatum require/
rent: & honorabilius tumularent. Signum quoq; ei
dederunt: quia mox inuento corpore: ipſa lumen re/
cuperaret: ſicq; illi eam uera dixiſſe cōprobarent. Cū
autē mulier iam de tali uiſione cōfidens: ſed deducto
re cogitans iter ſola arripuiſſet: leuem arundinem in
manu ſua perſenſit: & ex altera parte ductorē preuiū
intellexit: ſummitatē arūdinis petentē. Quo duce ad
ciuitātem ariminum peruenit: & uiſa ciuibus patefe/
cit: qui unanimes ad locū oſtenſum acceſſerūt: & ter/
ram effodiētes: odorem mirificū ſenſerunt: corpuſq;
ſancti repertū de fouea eduxerūt: ſtatimq; mulier: ut
predixerat: lumen oculoꝝ recepit. Multi quoq; lāgu/
entes a diuerſis infirmitatibus curati ſunt. Corpus au
tem ſancti martyris in tumulo marmoreo collocatū
eſt: & eccleſia eius nomini deſuper edificata.

¶ De ſancto Fortunato epō. Cap. LXIIII.

FOrtunatus epūs tudertine ciuitatis circa tē
pora iuſtini imperatoris claruit. Qui in ef
fugandis ſpiritibus immenſe uirtutis gra
pollebat: adeo ut aliquando ab obſeſſis cor
poribus legiones demonū pelleret: & oratione ſua eo
rum multitudines ſuperaret. ¶ Iuuenis quidā de tu/
ſcie partibus uxorem duxerat: que ad dedicationē ec/
cleſie beati ſebaſtiani martyris fuerat inuitata: qūe no
cte precedente uoluptate carnis deuicta: a uiro ſuo ſe
abſtinere nō potuit: & mane homines pluſq; deū eru/
beſcens: ad cōſecrationē acceſſit: mox uero ut beati ſe
baſtiani reliquie in eccleſiam ſunt delate: malignus eā
ſpiritus inuaſit: & coram omni populo uexare cepit.
Quā preſbyter ipſius eccleſie altaris ſindone cooperu
it: ſed hunc repentes ſimul diabolus inuaſit: qa ultra
uires ꝓprias quicq; preſumpſit. Puella igit domū de/
lata magis quibuſdam tradit liberanda: a quibus ad
fluuium ducit: & in aquam demergitur: atq; diutius
incantat. Sed omnipotentis dei iudicio: dū peruerſa
arte ab ea unus demon expellit: in eā ſubito legio de/
monū intrauit: totq; motibus cepit agitari: totq; uo/
cibus per ſtrepere: quot ſpiritibus tenebat. Quā parē/
tes eius ad fortunatum epm adducētes: culpam eius
cōfeſſi ſunt. At ille eam ſecū pluribus diebus detinu/
it: & orationi inſtanter incubuit: puellāq; incolumen
& plene liberatam remiſit. ¶ Alio quoq; tempore ex
obſeſſo hoīe ſpiritū malignū eiecit: qui occūbente ſo
le in formam ſe peregrini tranſmutauit: & per ciuita
tem uadens clamare cepit: q; fortunatus epūs: qui ſan/
ctus putabat: peregrinū de ſuo hoſpitio repulliſſet.
Quem uir quidam mala intentione: ut epm diffama
ret: hoſpitio ſuſcepit: & cum uxore & paruulo ad pru
nas ſedens: pegrinū: ut ſe calefaceret: iuxta igne poſu/
it: Fortunatoq; de eius in humanitate: & q; eſſet hypo
crita detrahere cepit. ¶ Poſt modicum autē: qui pe/
regrinus uidebat: paruulum filium eius inuaſit: & i/
uaſit: & inter prunas ꝓiciens: aīam eius excuſſit: ſta/
timq; diſparuit: & quis fuiſſet declarauit. ¶ Alio etiā
tempore: quendam cecum ſigno crucis ſuper oculos
eius edito protinus illuminauit. ¶ Preterea equus cu
iuſdam militis in rabiam uerſus fuerat: qui a multis
detineri nequibat: ſed oēs morſibus lacerabat. Sed dū
ſanctus uir eius capiti extēſa manu ſignum crucis edi
dit: cunctam eius rabiem in manſuetudinē immuta/
uit. Tunc miles equum manſuefactum ſancto epō de
creuit offerendum. Ille aūt dum recipere recuſaret: ui
ctus precibus dignum precium tribuit: & ſic equum
oblatum recepit. ¶ Die quadam gothi ad tudertinā
ciuitatem: uenientes: duos pueros rapuerunt. Quoꝝ
ducem epūs ad ſe uocans pro pueris redimentis quale/
cunq; uellet precium obtulit: & tātum ut pueros red/
deret: ſolicite requiſiuit. Et cū pro redemptione pue/
roꝝ biduo inſtitiſſet: gothus cum omnino audire re
cuſauit: ſanctūq; uiꝝ cōtriſtatum ualde dimiſit: pue/
roſq; equis ſuperpoſitos cum ſuis premiſit. Statim au
tem: ut eos ſecuturus equum aſcendit: equus lapſo pe
de cum eo corruit: & tibiam illius confregit. Qui ad
hoſpitium reductus pueros reuocauit: & fortunato
cōpunctus gratus remiſit: ac ueniam petens eius gra/
tiam implorauit. Epūs aūt per diaconē ſuum aquā illi
benedictā deſtinauit: quam mox ut ſup illius coxam
aſpſit: fractura ſolidata de lecto ſanus ſurrexit: & aſcē
ſo equo ſuum iter peregit. ¶ In eadem ciuitate mar/
cellus quidam eidem ſancto deuotus ſabbato paſcha
li defunctus eſt. Cuius corpus cū longius eſſet deferē/
dum eo die ſepeliri non potuit. Due igit defuncti ſo/
rores ad eū flentes uenerunt: & ut earum fratrem re/
ſuſcitarent: fidelibus precibus ſupplicauerūt. Qui dū
eas licentiaſſet: eo q; ex humilitate de ſe tanta nō pre/
ſumeret. Subſequenti die dominico ante crepuſculū
cum duobus diaconibus ad domū defuncti perrexit:
& iuxta corpus in orationem ſe dedit. Deinde ipſum
ſurgēs ex nomine uocauit. Ille autem acſi leuiter dor
miēs oculos aperuit: & epō reſpōdit: atq; de eo quod
fecerat: conqueri cepit: dicens q; duo heſterno die ad
ſe uenerant: qui ſpiritum a corpore eiicientes in bonū
locum deduxerant. Ipſa uero die unus miſſus fuerat:
qui eum ad corpus reduci mandauerat: quia fortuna
tus epūs ſic a deo petebat. Quibus expletis uerbis: mar
cellus mox ex infirmitate cōualuit: & in hac uita diu/
tius māſit. Quieuit aūt uir ſanctus in domino pridie
idus octob. & ſepultus eſt in eccleſia tudertina. Ad cu
ius ſepulturam crebra miracula fiunt. Hec gregorius
dialogorum libro primo cap. x.

¶ De ſcō Fortunato alio epō. Cap. LXV.

FOrtunatus epūs pictauiēſis claruit tpe iuſti/
ni ꝑatoris iunioris. Qui natione italus
primo poeta: deinde in ꝑfate urbis epm ſu
blimatus: uir egregius: ingenio clarus: ſen/
ſus celer: ore ſuauis: btī martini heroico metro geſta i
iiii. uoluminibus digeſſit: hymnos ēt feſtiuitatū ſin/
gulaꝝ elegāter cōpoſuit: & ſcitate plenus ī pace quiē.

¶ De ſcō Iuſto epiſcopo. Cap. LXVI.

IVſtus epūs lugdunenſis inſigni ſanctitate
refulſit. Qui epatu relicto cum uiatore le/
ctore eius miniſtro ad eremum egypti ſe
cōtulit: ubi multo tempore angelicam ui
tam duxit. Ad hūc reuiſendum antiochus epūs uir ſan
ctus eiuſq; in epatu ſucceſſor ad eremum acceſſit: &
ab eo ſanctitatis perſpicue exēpla reportauit: de quo
dicetur ifra in eius geſtis idibus nouembris. Sanctus

autē iuſtus in pace quieuit pridie idus octobris. Quē dum morientem miniſter eius defleret: eo q̄ ſe deſereret: ille pphetico ſpiritu eundem hortans predixit: q̄ ſe cito ſecuturus eſſet. Quod rei per effectū probauit euētus: nā uiator poſt dies vii. eū ad patriam ſecutus eſt: uidelicet xii. cal. nouembris: ut dicit̄ ibidem.

¶ De ſcis. ccc. lx. martyribus. Cap. LXVII.

Recēti. lx. martyres apud coloniam agrippinam paſſi ſunt. Qui cum eſſent milites mauri ex ſacra legione thebeorum: & illis trucidatis iſti ex eorum conſortio aufugiſſent: a militibus maximiāi imperatoris apud ipſam urbem inuenti: & ipſi gladiis trucidati ſunt idibus octobris. Quorum corpora condita ſunt in baſilica: que admirabili opere ex moyſaico quodammodo de aurata reſplēdet: unde etiam & loci incole ſanctos aureos illos uocare conſueuerunt. Hec uſuardus Ado tamen ponit: q̄ fuerunt ſolummodo. ccc. l.

¶ De ſcō Antiocho epiſcopo. Cap. LXVIII.

ANtiochus ep̄s lugdunenſis fuit: qui cum adhuc ipſius eccleſie preſbyter eſſet: pio īcitatus officio ad uiſendum eius ep̄m qui in egypti eremo morabat̄ noīe & actione uere iuſtum: peregre profectus eſt: a quo & ſanctitatis inſignia exempla reportauit: ut dictum eſt ſupra in legenda iuſti ep̄i pridie idus octobris. Hic fuit uir diſcretione precipuus: ſanctitate preclarus. Qui etiā non immerito tempore interiecto ad eiuſdem pontificatus culmē aſſumptus eſt. Quo ſtrenue & feliciter adminiſtrato: in pace quieſcens: regnum celeſte conſecutus eſt idibus octobris. Sepultus apud lugduū. in eccleſia ſanctorum martyrū maccabeorum: in qua & ſanctus iuſtus requieſcit.

¶ De ſcō Baſolo abbate. Cap. LXIX.

BAſolus abbas apud rhemeū. ciuitatem claruit tempore chilperiti regis francorum: ut ait ſigibertus. Hic ex territorio lemoui cenſi natus: dum adhuc iuuenis eremum optaret: angelo ipſi apparente ipſumq̄ deducente: ad urbem rhemenſiū deuenit: & a ſancto egidio ep̄o rhemenſi. iiii. poſt remigium ſuſceptus fuit. A quo & locum ad radices montis rhemenſis obtinuit: ubi conſtructo cenobio monaſticam uitam duxit: deinde ad nemoroſi montis cacumen aſcēdit: ubi per annos. xl. incluſus manens eremi cultor deo ſeruire ſtuduit. Et dum aque penuriam ſubſtineret: oratione ſua fontē de ſaxo produxit: qui uſq̄ in preſens de loco illo uſq̄ ad inferiora defluit. ¶ Attila quidam diues & potens dum circa montem illum uenaret̄: & aprū cum canibus ſequeret̄: aper ille cum eſſet nimie magnitudinis depoſita omni feritate ad cellam uiri dei ueniens: & quaſi liberari ab eo ſe petēs pedibus illius aduolutus iacebat. Quem dum canes & equites ſequerentur: diuina uirtute effecti īmobiles: ultra uiri domini limites nec accedere: nec retrocedere ualebant. Quod cernens attila de preſumptione penituit: & ſe ſancti orationibus commendans: aprum dimiſit: eidemq̄ uiro dei predia ſua ibidem poſita gratāter cōceſſit. ¶ Qui dam pro crimine damnatus ſuſpendio: dum iam laqueo aſtrictus ſuffocaretur. Sanctum tamē baſolum mente inuocans: quia iam uoce non poterat: laqueo rupto liberatus euaſit. Quieuit in pace idibus octob.

¶ De ſcā Placidia uirgine. Cap. LXX.

PLacidia uirgo fuit filia ualētiniani imperatoris & eudoxie auguſte filie theodoſii magni. Que ſpreto ſeculo adheſit auieſue galle placide ieiuniis elemoſynis & orationibus intenta. De huius ſanctitate cuidam ſeni reuelatum eſt: q̄ eius meritis ſoror ipſius placidie honoria nomine a grauiſſima ifirmitate liberata fuiſſet. Qui & uiſa eudoxie ipſius matri rettulit. Et extunc mater filiam in deuotiōe habere cepit. Cum autem placidia cum utroq̄ parente: & auia galla rauennam nauigio ueniret: grauiſſima in mari tempeſtas exorta eſt. Qui omnes beato ioanni euangeliſte pro eor̄ liberatione uouerant baſilicam cōſtruendā. Statimq̄ beatus apoſtolus eiſdem apparuit: & tēpeſtate ſedata incolumes ad portum perduxit. Regina ergo galla ei apud rauēnam eccleſiam fabricauit: in qua ſanctus ioannes eidē auguſte: & barbaciano preſbytero apparuit: & ſandalium ſuum pro reliquiis illis dimiſit: ut ſupra actum in geſtis barbaciāi pridie cal. ianuarii. ¶ Poſt aliquod autē tēpus: placidia hieroſolymā perrexit: ubi luſtrās loca ſancta biennium exegit. Et deinde per uenetiam ueronam uenit: ibiq̄ cuidam drute filie orabilis nobilis matrone ſurde & mute auriū & lingue facultatem cōceſſit: ubi & in x̄po dormiuit: ſepulta in eccleſia ſcī ſtephani uia tridētina idibus octobr̄. ſignis coruſcās.

¶ De apparitione ſancti michaelis archangeli. Cap. LXXI.

APparitio ſancti michaelis archangeli noua anno domini. ccccccc vii. facta eſt: ut ait ſigibertus. Tempore enim childeberti regis francorum & iuſtiniani auguſti apparuit archangelus michael antberto brachaceū ep̄o ſupra mare oceanum cōmoranti: ipſumq̄ ſecundo monuit: ut in loco maris oceani inſula: que ꝓpter eius eminentiam tumba dicitur: nomini ſuo fundaret eccleſiam: uolens ſibi talem uenerationem exhiberi in pelago: qualis exhibebatur in monte gargono. Interea taurus in eadem inſula a latrone furtim captus ligat̄ in loco illo. Vnde ep̄s tertio admonitus iubet̄: ut in illo loco fundamentum iaceret: quo tau̅ ligatū inueniret. Et ſicut eū terrā pedibus protriuiſſe uideret: ſic eccleſie ambitū duceret. Que dū ep̄s populo rettuliſſet: ad locū nauigio acceſſerunt: & tau̅ inuenientes: ut archangelus predixerat: eccleſiam conſtruere ceperunt. ¶ Due aūt rupes ibidem erant: que humanitus inde moueri non poterāt: que & officiū impediebāt. Sed michael cuidā uiro apparuit: p̄cipiens ut ipſas rupes inde amoueret: qui tam facile eas mouit: ut nihil habere ponderis uiderentur. Sicq̄ eccleſia in honorē archangeli michaelis conſtituit̄: & ex eo tempore ſicut in mōte gargano: ita & in ipſo loco: qui modo dicit̄ in periculo maris: ueneratio eius frequētari cepit. In qua eccleſia partem pallii: quod in monte gargano angelus poſuit: & partem marmoris: ſupra quod ſtetit: detulerunt. Cum uero aque ibidem penuriā īcole paterent̄: monitu angeli foramen in ſaxo fecerunt: & inde aquā̄ copia uſq̄ in preſens largius emanauit. Hec autem apparitio in dicto loco celebratur. xvii. calen. nouembris. Ille enim mons oceano cingit̄: ſed bis in die feſto ſancti michaelis predicto iter prebens populo aperitur. ¶ Cum aūt quodam anno copioſa tur

ba ad eccleſiam pergeret·contigit mulierem pregnan tem uicinamq; partui ex deuotione archangeli ſecū ire. Et ecce magno impetu unda rediit:& omnis tur/ ba timore concuſſa ad littus fugit. Sola autem muli/ er grauida fugere non ualuit:ſed a marinis fluctibus capta ē. At michael eidē inter undas aſtitit: qui mulie rem illeſam ſeruauit:que & in medio pelagi filiū par/ turiuit:que & in ulnis ſuſcipiēs lactauit:& angelo du ce cum puero ad littus illeſa peruenit. ¶ Temporibus caroli regis dux quidā ſenogallie noīe ſergius habēs uxorem grecam nomine margaritā: dū ꝓplecareret: bonis elemoſynaꝝ operibus ſolicite inſudans ſubito leproſus effectus eſt:qui plurima expendens in medi/ cis:nulla medicamina percipere poterat. Dum autem pro ſua ſalute deum iugiter exoraret. Nocte quadam michael archāgelus eidem in ſomniis apparuit: eūq; admonuit:ut ad eccleſiam monaſterii ab angelo ele/ ctam:que brentalis dicitur:uiſitandam accederet:in/ deq; ſalutem protinus reportaret. Qui expergefactus mane cōiugi & militibus uiſa narrauit. Sequēti quo/ que nocte eidem dormiēti:iteꝝ angelus aſtitit: & iuſ ſa predicta replicauit. Qui dum locum ſibi nō eſſe re ſpondiſſet notum:angelus addidit:ut nauē cum uxo re & militibus ſuis aſcenderet:eāq; ad locum deducē dam angelice ſolicitudini cōmitteret. Qui iuſſa perfi ciens nauem conſcendit:flantibuſq; uentis proſperis unius noctis & diei ſpacio ad locum ſancti michae/ lis:qui brētalis dicit̄ ſuper mare adriaticū habēs mo/ naſteriū ſitum:quod brentale dicit̄ ſiue de brundulo angelo duce peruenit. Et dū ſe mane ad portam appli cui iſe mirarent̄:& locū ignorantes ubi nā eſſent ab i colis ſciſcitarent̄:ab eiſdē ſe ad eccleſiam prefatam ar/ changeli appuliſſe didicerunt:qui deo gratias agētes naué exierunt:cūctiq; nudis pedibus ad eccleſiā ꝓceſ/ ſerunt. Sed dei miſericordia anteq; dux eccleſie ingre deretur hoſtia confeſtim ab omni lepre mūdatus eſt macula. Tunc dux ſanus ad domum rediit: & omni/ bus uēditis medietatē pauperibus tribuit:aliam me/ dietatem eccleſie ſancti michaelis obtulit: & ibidem cum coniuge perpetuis temporibus deo ſeruiuit.

¶ De ſcō Gallo abbate. Cap. LXXII.

GAllus abbas ex hibernia claris parentibus natus & ſancto columbano in diſcipulum traditus:ab eodem ſacris ex litteris erudi/ tus:& monachus ipſius effectus ad ſacer/ dotium promotus eſt. Columbanus aūt in galliam nauigans cum apud luxouium cenobium cōſtruxiſ/ ſet:ſigiberto rege annuente:ibiq; cum gallo & aliis di ſcipulis deo ſeruire curaret perſecutione regis theodo rici & brunichildis regine inde expellitur:eo q; a ſan/ cto columbano arguebatur:q; relicta coniuge concu bine amplexibus fruebatur:ut dicet̄ infra in uita co/ lumbani abbatis. xi. calen. decembris. Inde igit̄ colū/ banus ad theodobertum auſtraſioꝝ regem perueni/ ens infra partes allemanie iuxta fluuium lidiniacum habitandum cum diſcipulis:ab eo locū obtinuit: qui tuconia dicebat̄:cuius loci incole adhuc idolis ſeruie/ bant:ubi gallus fidē trinitatis predicare & phana ido loꝝ cepit exurere. Sed dū habitatores loci ſeruis dei ex hoc perſecutione excitarent:relicta tuconia colum banus cum diſcipulis ad caſtrum arbonā acceſſit:& a preſbytero uulmaro grataner exceptus. Qui eos lo/ cum edificandi monaſterii antique ſtructure docuit: & illuc uſq; perduxit:ubi eccleſiam in honorem ſan/ cte aurelie & cellulas conſtruxerunt:& ibidem popu/ lum docere in chriſti fide ceperunt: idoliſq; in lacum demerſis eccleſiam dedicarunt. Ibiq; columbanus cū gallo & aliis diſcipulis triennio reſederunt. ¶ Cum autem nocte quadam gallus piſcationi inſiſteret audi uit de montis uertice demonem:quendam alium exi ſtentem in pelago uocantem:ipſumq; ei reſponden/ tem:& utrunq; ipſoꝝ ſe de hoſpite gallo conqueren/ tem:q; eos de ſede propria eieciſſent. Qui ſigno crucis edito demones in fugam uertit: & ueniens abbatem ſibi audita rettulit. Illeq; dū fratribus aduocatis deo laudes exolueret:audite ſunt uoces demonū per ſtre/ pentium:& ſanctis perſecutionem illaturos ſe acriter comminantium. Dux autem regionis nomine gun/ zonus:audiens q; ſancti dei cultum deorum ſuorum euacuarent:miſſis famulis ſuis iuſſit illos inde diſce/ dere. Qui uaccam monachorum abſtulerūt: & duos ex fratribus occiderunt:illos quoq; ab eoꝝ finibus di ſcedere preceperunt. Sed dum columbanus ad gilol/ fum regem italie ꝓperare diſponeret:gallus egritudi/ ne preſſus ibidem remanſit:& a preſbytero uulmaro deuote hoſpitio ſuſceptus fuit. ¶ Poſtq; autem gallus de langore conualuit:preſbyteꝝ ut ſibi locum aliqué grate ſolitudinis oſtenderet ſolicite requiſiuit. Cuius iuſſione diaconus eius nomine hildeboldus ad locū optimum illum adduxit. Qui cum die ītegro ieiunii peragraſſent:gallus ad flumē ueniens:miſſo rete piſci culos cepit:& ipſis aſſatis pariter cum diacono cibum ſumpſit. Ibiq; uterq; ipſorum illa nocte quieuit. Gal/ lus uero crucē ligneam in terrā fixit:& ad eam capſel lam reliquiaꝝ:quā ſecum tulerat appendit:& ante il/ las proſtratus in orationem pernoctauit. Cūq; mane ingens ad eos urſus deſcenderet & micas que ab eis remanſerant lingeret:p̄cepit ei gallus ut ligna in ignē mitteret:urſuſq; protinus obediuit. Cui uir dei quaſi pro mercede panem porrexit. Mane uero diaconus iu bente gallo ad flumē acceſſit:ut piſces iterum aliquot caperet. Duo autem demones in ſpecie mulierum nu darum eidem apparuerūt: ſed ad orationem uiri dei continuo euanuerūt. Cumq; ad locum preuiſum de/ ueniſſent:& ſerpentum ibidem multitudinem reppe riſſent:oratione galli ſerpētes omnes inde fugati ſunt uſq; in preſens. In ipſo igitur loco cum triduo permā ſiſſent:& ibi gallus locum ſibi ſolitudinis elegiſſet:ad reuiſendum ſuum hoſpitem preſbyterum redierūt.

¶Cum igitur ibidem per dies.vii.reſediſſet: gunzo/ nus dux miſit ad preſbyterum:orans ut gallum ad ſe adduceret:eo q̄ filia eius immundus ſpiritus inuaſiſ/ ſet.Qui per os puelle clamabat:q̄ ideo filiā ducis op/ preſſerat: quia pater eius gallum abbatem una cum magiſtro colūbano de poſſeſſiōe ſua eiecerat.Hec igi tur puella ſigiberto regi fuerat deſponſata. Quod cū rex ſigibertus audiſſet:duos epiſcopos ad puellā mi/ ſit ut ſuis eam orationibus liberarent. Sed demon ex ore puelle eorum occulta eis obiiciēs illos deridebat: & q̄ niſi a ſolo gallo inde poſſet eiiciaffirmabat: pater igitur puelle afflictus iterum legatos ad preſbyterum uulmarum deſtinauit:ut ſine mora gallum ſibi addu ceret:ut eius filia liberationem conſequi poſſet. Pro/ mittens illi q̄ uirum dei in conſtantienſem ep̄m pro moueret:ſi demonem ab eius nata expellere poſſet. Iam autem gallus ad locū electe ſolitudinis reuerſus erat:& quietem mentis eligens duos diſcipulos in mi niſtros aſſumpſerat:& ad ducem uēire recuſans ſe ad italiam colūbanum reuiſurum pretendebat:eo q̄ mi raculi gloriam formidabat.Tandem uictus precibus legator̄ & uulmari preſbyteri:ioānem diaconum & ſocium ſecum aſſumpſit:& nauigio ad ducem in ca/ ſtro burningio peruenit.Inuenitq̄ puellam iacentem uinctam:& a demonio triduano ieiunio tabefactam. Qui orationem ad dominum fudit:& in chriſti no/ mine demoni imperauit:qui mox ex ore eius in ſpe/ ciem nigri corui diſceſſit:& fetorem ſulphureum in loco dimiſit.Dux uero multa ei dona obtulit:que uir dei accipiēs ea poſtmodum omnia in pauperum uſus expendit.Cum autē illum in ep̄m uellet preficere om nino renuit:ſed ioannem diaconum diſcipulum ſuū obtulit. Ad cuius nutū in eum omnis populus ep̄m conſtantienſem elegit.Rex autē ſigibertus audito q̄ puella liberata fuiſſet:miſit ad patrem ut eam ſibi de/ ſponſatam tranſmitteret.Que cum ad eum ueniſſet: & modum liberationis eius ſigibertus audiſſet. Gal/ lo abbati pecuniā copioſam miſit:de qua ſanctus cel/ lam & eccleſiam edificauit.Quam rex & dux prediis & poſſeſſionibus dotauerūt. Cum autem ſigibertus ſponſam ſuam ſibi uellet coniugio ſociare:audiuit ab ea q̄ pro eius liberatiōe uotum pudicitie emiſiſſet.Et de cōſilio galli abbatis ne eius propoſitum auerteret: ipſam in cenobio matrem uirginum multarum eſſe conſtituit.¶Deinde uir domini a gunzono duce ad urbem conſtantiam aduocatus:ut conſecrationi ioā/ nis epiſcopi preſens eſſet:uerbum domini in populo mirifice predicauit:& multos ab errore gētilitatis ad chriſtum conuertit.Epiſcopo quoq̄ formam guber/ nāde ſibi & cōmiſſe eccleſie prebuit. Atq̄ poſtmodū ad cellam ſuam in eremo rediit:ubi plures diſcipulos congregauit.Deinde rogatus a uulmaro preſbytero: relicto monaſterio ad domum eius per dies aliquot diuertit:ut ei monita ſalutaria preberet.Et cum om/ ni populo in ipſo caſtro uerbum domini predicaſſet: poſt dies duos febre correptus diebus.xiiii.langore p̄ſ ſus iacuit:& cum eſſet annor̄.lxxxxv.ad extrema de/ ductus in domino quieuit.xvii.calē.nouembris. Cu/ ius corpus in caſtro burnigio ſepultum eſt ubi & mi raculis uiuit.

¶De ſanctis ducentis & ſeptuaginta martyribus. Cap. LXXIII.

DVcēti & ſeptuagīta martyres chriſti apud aphricam coronati ſunt: & ſancti marty/ res martianus & ſatyrianus cum duobus fratribus & maxima uirgo egregia ancilla chriſti ſub perſecutione uandalica gerrico rege arria/ no.Qui primo nodoſis fuſtibus ceſi:& uſq̄ ad oſſa la niati:cum multo tempore talia paterentur: ſequenti die incolumes reddebantur.Poſtmodum autem du/ ra cuſtodia mācipati:& artati in neruo dei uirtute ſo/ luto cippo liberati ſunt.Ob quod miraculum. Maxi/ ma libertati ſue reddita:materq̄ multarum uirginū effecta in confeſſione chriſti conſenuit. Sancti autem inter mauros ferociſſimos relegati: cum predicatiōe ſua multos ad chriſtum conuertiſſent iuſſu gergerici ligatis pedibus poſt terga currentium quadrigar̄: in ter ſpinoſa loca ſiluar̄ tracti: & diſcerpti ſp̄ūs emiſe/ runt.xvii.cal.nouēbris:ut ait ado in martylogio ſuo.

¶De ſcō Magnobono ep̄o. Cap. LXXIIII.

MAgnobonus ep̄s andegauēſis claruit tem/ pore dagoberti regis:quem rex fama ipſi/ us comperta ad ſe accerſiri fecit. Cum er/ go ciuitatem ingreſſus eſſet: cōpediti qui erant in ergaſtulis eius patrocinium implorabant. Il/ le uero iudicem adiit:& ut reos amore chriſti ſolue/ ret:exorauit:qui ab eo repulſus dum eccleſiam intrās oraſſet:ſubito compedibus fractis & carceribus reſe/ ratis incluſi abſoluti ſunt. ¶Cum in predio quarta/ naco eius dioceſis puer a demone raptus eſſet:iter ue/ pres & rupes collidit:& ſemiuiuus ſancto ep̄o a parē/ tibus offertur:qui demonem chriſti nomine inuoca/ to a puero eiecit:& ipſum ſanum parentibus reſtitu/ it.¶Quadam uice dum flumen cum ſociis uellet trā ſire:nauem conſpexit ab alia parte fluminis ductore carentem.Sed dum oraſſet:nauis ſine remige cis flu/ men ad eum uenit:& ipſum cum ſociis ſine ullo gu/ bernante tranſuexit.¶Ver̄ tempore famis ingruen/ tis diſpenſatori ſuo certam nummor̄ ſummam pau peribus diſtribuendam dedit:quam ille in diſpenſan do duplicatam inuenit.¶Abbas quidam eius emu/ lus ad cum ueneno poculandum quoſdam miſerat. Sed ſanctus uir hoc per ſpiritum cognoſcēs nuncios abbatis benigne ſuſcepit:& eorum itentionem eiſdē aperuit:atq̄ ſic eos ad penitentiam prouocauit:quie/ uit autem in pace uir dei.xvii.calendas nouembris:ſe pultus in eccleſia ſua.

¶De ſancto Ambroſio ep̄o. Cap. LXXV.

AMbroſius ep̄s biturice ciuitatis apud eandem ci/ uitatem claruit tempore pipini regis fran corū:q uita & ſanctitate eximius: & do/ ctrina prefulgidus gregem domini ſibi cō miſſum uerbo & exemplo fideliter enutriuit: & uir/ tutibus plenus in pace quieuit.xvii.cal.nouembris:ut ait ado in martylogio ex dictis hieronymi ſumpto.

¶De ſcō Ambroſio cōfeſſore. Cap. LXXVI.

AMbroſius alexandrinus confeſſor didymi auditor:apud alexandriam floruit. Qui multa ſapientia pollēs:uolumen de dog/ matibus multor̄ uerſuum aduerſus apol lonium ſcripſit.Commentarios quoq̄ in Iob elegan/ tes compoſuit.Et tempore theodoſii iunioris apud p̄ fatam urbem in domino quieuit.Hec hieronymus li bro de uiris illuſtribus.

¶De ſcō Herone epō & martyre. Cap. LXXVII.

HEro epiſcopus & martyr poſt beatū ignatium antiochenam rexit eccleſiam: ſicut eidem ignatio ad paſſionem pergenti fuerat diuinitus reuelatum: qui epiſcopus factus: ut magiſtri uiam pius imitator ſequeretur: pro commendato ſibi grege amator chriſti occubuit. xvi. calendas nouembris.

¶De ſancto Priūato martyre. Cap. LXXVIII.

PRiuatus martyr ſub alexandro imperatore rome paſſus eſt: qui cum eſſet miles plenus ulceribus uidens qualiter ſanctus calepodius preſbyter & martyr beato calliſto pape in cuſtodia detento: nocte cum immenſo lumine apparuit: ipſumq; blandis exhortationibus cōfortauit: ad pedes calliſti procidit: & pro ſanitate ſua iſtātius exorauit. Quem dū calliſtus ſacro fonte perfunderet: ab omnibus uulneribus curauit: ut ſupra dictū eſt in paſſione beati calliſti pape pridie idus octobris. Quod audiens alexander imperator & poſt paſſionē calliſti priuatum teneri fecit: & in chriſti confeſſione manentem: tam diu plumbatis cedi: donec deficeret: cuius corpus aſterius preſbyter iuxta corpus beati calliſti ſepeliuit. xvi. calen. nouembris.

¶De ſcō Luca euangeliſta. Cap. LXXIX.

LVcas euāgeliſta natiōe ſyrus ex antiochia ciuitate unus fuit ex ſeptuagintaduobus chriſti diſcipulis: ut abbas dorotheus ſcribit: uel ut dicit hieronymus diſcipulus fuit apoſtolorum: poſtea paulum ſecutus eſt uſq; ad paſſionem ſeruiens domino ſine crimine. Hic ſapientia eruditiſſimus grecis ſermonibus nō ignarus arte medicus extitit: prius corporibus deinde animabus preſtans medelam. Nā uerba eius languentis anime ſunt medicina. ¶Hic euāgelium ſicut audierat ſcripſit in grecia in partibus uidelicet achaie: theophilo epō diſcipulo ſuo: cum iam ſcripta eſſent euangelia per matheum in iudea litteris hebraicis: & per marcū in italia latinis. Hic tertius ſcripſit in grecia litteris grecis. Qui etiam eodem greco ſermōe actus apoſtolorum ſicut uiderat ipſe compoſuit: quem plurimiq; tradūt fuiſſe proſelyton: & hebreas litteras ignoraſſe: eo q; quicquid ſcripſit greco ſermone compoſuit. Euangelium aūt ſuum ipſe didicit ab apoſtolis: ſicut ipſe in p logo ſuo eidem teſtatur theophilo. Cum enim non fuerit cum chriſto in omnibus actibus & miraculis chriſti: ideo ſuum euangelium ſcripſit ſecundū quod apoſtoli: qui preſentes fuerant: ipſi intimauerūt & rettulerunt. Creditur quoq; q; ea que de icarnatione domini & natiuitate & infantia meminit: a beata uirgine didicerit. Ideoq; predicta ſuper alios euāgeliſtas plenius & copioſius explicauit. Nam & eidem dei genitrici familiariſſimus extitit. Cuius euangelium a paulo mirabiliter approbatum eſt: quando ad confirmationem dictorum ſuorū luce euangelium adducebat: unde quidam ſuſpicati ſunt: q; quādocunq; paulus in epiſtolis ſuis dicit: ſecundum euangelium meum: de luce ſignificare uolumine. ¶Actibus uero apoſtolorū ipſe beatus euangeliſta preſens fuit: & ea cuncta oculis ſuis proſpexit. Nam & tempore paſſionis domini iam xp̄i diſcipulus eſſe ceperat: quod patet ex eo: ut quidam tradunt: quia ipſe alius diſcipulus cū cleopha nominatim exp̄ſſo fuerit: quibus dominus euntibus in emaus die reſurrectionis apparuit: qui ex humilitate nomen ſuū cōticuit. Ipſorū igit actuum uolumē uſq; ad quartū imperii neronis annum texens hiſtoriā in urbe cōpilauit: ut eius tamē ſcripta indicāt pauli apoſtoli ſectator fuit: & omnis eius peregrinatiōis comes indiuiduus. Nā & geſta ſolius pauli in actibus apoſtolicis ꝓſequēs: cum eiſdē uolumini finem facit. ¶Hic ab ineūte pueritia caſtiſſimus fuit: & ſine crimine uirginitatē mentis & corporis ſemp ſeruauit. Nam neq; uxorem neq; filios habuit: & in opus euangelice predicationis iugiter laborauit. Crucis quoq; mortificationē ut tradit eccleſia: in ſuo corpore: p nominis xp̄i honore portauit: quia & carnē ſuam mira penitentia afflixit. ¶Fertur quoq; q; lucas euangeliſta artem pictoriā habuit: & in ipſa ſolēnis oparius fuit. Nā & rome due extant imagines: una xp̄i in ſancta ſanctorū: & alia dei genitricis in eccleſia ſancte marie maioris per quas deus miracula retroactis temporibus oſtendit: quas lucas dicit depinxiſſe: formam uultus ſaluatoris & matris naturalē aſſimilantes: & eas ueraciter repreſentantes: conſtantinopoli etiam alia pictura beate uirginis habetur: que forme matris domini dicit eſſe ſimilima: que ab eodem euangeliſta tradit fuiſſe figurata. ¶Deniq; beatus lucas ſanctitate & plenus mundicia obiit in bithynia plenus ſpiritu ſancto: etatis ſue annum. lxxiiii. Ibiq; ſepultus eſt. xv. calen. nouembris. Cuius oſſa regnante cōſtantino imperatore anno. xx. imperrii eius: cum reliquiis andree apoſtoli cōſtantinopolim tranſlata ſunt: licet ciues padue urbis: ipſum corpus preſentialiter fabulentur ſe habere in eccleſia: uidelicet ſancte uirginis iuſtine.

¶De ſcō Iuſto puero & martyre. Cap. LXXX.

IVſtus martyr puerulus annorū. ix. apud ambianenſe oppidū paſſus eſt ſub rictiuaro preſide. Qui natus antiſiodori clara proſapia: patre iuſtino matre felicia: in tenera etate deo deditus ſpiritum prophetie meruit obtinere. Cum enim pater iuſti fratrem quendā iuſtinianū noīe habuiſſet: qui de ciuitate illa dū eſſet adhuc puer dudum furto ſublatus fuerat: & ambianum ductus negociatori cuidam nomine lupo xp̄iano uendito: adhuc in ſeruitute māebat. Iuſtus per annorū. ix. prophetico ſpiritu hec omnia patri nunciauit: & ad requirendū patruum omnino ſe uelle accedere dixit: qui tamen nunq̄ patruum uiderat nec nominari audierat: eo q; anteq̄ iuſtus genitus eēt: p annos multos

ille raptus extiterat. Dum autem pater puerum reuocare non poſſet: eiuſq; uerba quaſi puerilia derideret ab eo tamen multa uictus iſtãtia: pueq; aſſumpſit: & ambianum ſecum prexit. Qui dũ ueniſſent ad caſtrũ militoné pauperes xp̃ianos eſca refocillarũt. Iuſtus uero pauperi nudo reperto tunicã ſuam tribuit. Sed dũ ambianum ueniſſent: a predicto lupo negociatore occulte quidem xp̃iano ꝓpter metum rictiouari preſidis hoſpitati ſunt. Cui cauſam eoꝝ aduẽtus expoſuerunt: & ſeruũ quem habebat ſe redimere precio obtulerunt. Lupus uero oĩbus famulis ſuis conuocatis ut ſuum recognoſcerent: iuſtus patruũ quem nunq̃ uiderat per ſpiritũ recognouit: quẽ tamẽ pater eius iuſtiniani germanus: iam grandeuũ effectum uix recognoſcere ualuit. ¶ Cum aũt preſidi nunciatũ fuiſſet: ꝙ xp̃iani peregrini in domo lupi laterent. Ille iuſtianum ſeruũ abſq; ullo precio libertati donauit: & ipm cum iuſtino & puero iuſto nocte de ciuitate dimiſit: mane aũt cuſtodes rictiouari ad domum eius ueniẽtes oĩa perſcrutanť: & non iuentis illis: iuſſu preſidis eos in equis curſoribus inſequuntur. Cũq; ſancti iuxta fontem pranderent: & milites a longe cõſpexiſſent: puer quidem patrem & patruum inter frondes aſcõdit: ipſe uero in arborem ſpeculator aſcendit. Ad quẽ peruenientes ſatellites: dũ parentes non inuenerunt: puerum ſe profeſſum xp̃ianum decollauerunt: & cõtinuo abierunt. Corpus autem truncum per ſeipſum ſe leuauit: & caput manibus ſubſtulit: atq; ad parẽtes acceſſit. Quibus ꝑdeuntibus caput lingua clare loqui cepit: deũ collaudans: & patrem ac patrũ admonens: ut corpus ſuum ad ciuitatem beluacũ delatum ſepeliant: caput uero ad matrem pro eius cõſolatione deferãt. Quibus dictis corpus mortuum cecidit: & ſpiritus celos petiit: lux quoq; celica deſuper immenſa coruſcauit. Illi igitur corpus ad territorium beluacenſe portãtes: illud ibidem ſepelierunt: & antiſiodoꝝ regreſſi caput matri obtulerũt: omniaq; geſta narraueruntquod illa ut caput martyris ſuſcipiens reueretur digno loco repoſuit: & ipſum pro reliquiis deuotionis conſeruauit. ¶ Sanctus aũt amator epiſcopus poſt decurſum temporis caput iuſti martyris in loco ubi ipſe decreuerat: collocauit: ubi puella ceca a natiuitate annorum. xvi. lumen oculoꝝ recepit. In loco aũt ſepulture eius in territorio beluacenſi baſilica eius nomini edificata eſt. Sed interiecto tempore caput eiuſdem beluacũ tranſlatũ in ſacrario eccleſie ſancti petri recõditũ eſt: paſſus eſt ſanctus martyr. xv. cal. nouẽbr̃.

¶ De ſancta Tryphonia regina. Cap. LXXXI.

TRyphonia regina uxor quõdam decii ceſaris fuit. Que poſt paſſionem martyrum hippolyti & ſociorum hoc modo cõuerſa eſt. Cũ enim decius ceſar & ualerianus prefectus ſanctos martyres ireneum & abundium necari in cloacam feciſſent: de quibus ſupra in eoꝝ paſſione dictum eſt. vii. calẽdas ſeptembris: & elapſis diebus triginta ſeptem ambo in carruca conſedentes ad amphitheatrum deſcenderent: ut ibi ſanctos martyrizari facerent: uterq; eorum a demonio arreptus clamare cepit: ꝙ eum ſancti martyres laurentius & hippolytus cruciarent: & poſt diras uoces ualerianus ibidem expirauit. Decius autem ad palatium reductus: per triduum a diabolo uexabatur. Tunc eius nomine tryphonia omnes ſanctos in carceribus detentos dimiſit. Finito uero triduo decius clamans ſe a laurentio torqueri: miſerabiliter uitam finiuit. Quod uidẽs tryphonia cum filia eius cyrilla puella uirgine cõuerſa eſt: & ad iuſtinum preſbyterum uenerunt baptiſmi gratiam poſtulantes: qui indixit eis ieiunium ſeptem dierum: & eas poſtmodum ſacri fontis unda ꝑfudit. Quibus ad domum ſuam reuerſis: tryphonia die ſequenti orans ad dominũ cum lachrymis emiſit ſpiritũ: cuius corpus iuſtinus preſbyter iuxta corpora hippolyti & ſocioꝝ ſepeliuit. xv. cal. nouembris.

¶ De ſcõ Aſclepiade epõ & mr̃e. Cap. LXXXII.

ASclepiades epiſcopus antiochenus & martyr apud eandem ciuitatem paſſus eſt. qui unus fuit ex preclaro cõfeſſoꝝ numero: q ſub decio ceſare paſſi ſunt. Hic enĩ pro cõfeſſione nominis chriſtiani capite truncatus martyrio coronatus eſt. xv. calen. nouembris: ut dicit ado.

¶ De ſanctis Ptolemeo & Lucio martyribus. Cap. LXXXIII.

PTolemeus & lucius cũ quodã tertio martyres tempore antonini pii auguſti paſſi ſunt apud alexandriam ciuitatẽ. Qui ptolemeus a quodam centurione detẽtus: eo ꝙ ſe chriſtianum diceret: dudumq; carcerali cuſtodia maceratus ab eodẽ iudici urbicio traditus eſt: a quo ĩterrogatus dum ſe chriſtum colere uiua uoce profiteretur: capitali ſententie damnatur. Dumq; lucius: qui chriſtianus occultus: iudicem de tanta impietate argueret: eo ꝙ nullius reum criminis innocenter damnaſſet: interrogatus quoq; ab eodem ſe chriſtianum fore ſimiliter aſſereret: ſimili ultione puniendus adiudicatur. Sed & quidam tertius pari uſus libertate: pari quoq; damnatione condemnatur. Qui omnes ſimul decollati martyrio corõati ſunt. xiii. cal. nouẽbr̃.

¶ De ſcõ Ethbino cõfeſſore. Cap. LXXXIIII.

EThbinus in hibernia claruit tẽpore mauricii imperatoris. Hic in britannia natus: ĩ domo paterna uſq; ad annum. xv. liberalibus diſciplinis inſtructus eſt. Mortuo uero eius patre ab ipſius genitrice ſancto ſampſoni dolenſi epõ oblatus ab eodẽ clericus factus eſt. Materq; ipſius ſacro uelamine conſecrata: qui poſtq̃ predicto epiſcopo annis aliquot adheſit: ut artiori ſe uite traderet: ad ſanctum ſimilianum abbatem acceſſit: a quo in monaſterio quod tauracum dicitur: monaſticum habitum ſuſcepit: qui etiam ad diaconatum promotus ſancto uignaloco ſacerdoti: & eiuſdem loci monacho ſociatur. ¶ Cum autem cũ predicto ſancto quadam uice itineraret: & leproſum aſpectu horribilem inueniſſent: ethbinus iacentem cepit brachiis ſubſtẽtaret: dumq; ille dolore narium torqueri ſe diceret: & & nullum ſibi adeſſe remedium: niſi oris anhelitum exprimeret: uignalocus compatiens naſum horridũ & ulceroſum in ore ſuſcepit: quem ethbinus per latera ſubſtinuit: reſpicienſq; ſurſum: uidit crucem aurea̅ angeloſq; pauperi obuiantes. Tunc leproſus uiros domini confortans: ſe chriſtum eſſe proteſtans in nube raptus nunq̃ comparuit. Illi uero domini gratias agentes alter alterius meritis uiciſſim uiſionem aſcribebant. ¶ Dum igitur franci britanniã deuaſtaſſent: ethbinus hiberniam petens in ſilua nectenſi tugurĩũ

& eccleſiam paruam fabricauit:in qua deo aſſidue ſer uire cepit miraculis etiam clarens claudum unū ere/ xit. Mulier quedam ad eum ueniēs pro ſalute filii ſui palytici:longeq; poſiti ſupplicauit:dicens q; beata uir go brigida illam ad ethbinum miſiſſet:ut eius filium liberaret.Qui ſuis orationibus filio milieris illius ſa/ lutem impetrauit.In ipſo autem loco pane ſolum & aqua bis in hebdomada ſe refecit & annoꝝ.lxxxiii.in pace quieuit.xiiii.cal.nouembris.

¶De ſancto Maximo martyre & leuita.

Cap. LXXXV.

MAximus martyr & leuita & uir ſcūs tpe de cii ceſaris apud ambianēſem ꝓuinciā paſ/ ſus eſt.Qui cū eſſet plebeius patiēdi deſide rio īquirētibus ſe pſecutoribus palā oſten dit.Et a pſide cōprehenſus poſt reſpōſionū eius cōſtā tiā dū xp̄m cōfiteret:in equuleo ſuſpenſus ac diutius tortus eſt.Cui dū pſes ceſariā eius filiam nimis ſpecio ſam in uxorē ꝓmitteret:ſi diis ſacrificare conſentiret: & ille ſe mariā uirginē dei genitricē habere ſponſam aſſereret:ac oīno ſacrificare renueret:fuſtibus diutiſſi me cedit:deinde ad carcerē duci iubet.Qui dū duce/ retur emiſit ſpiritum.xiii.cal.nouembris.

¶De ſanctis Capraſio primo & Feliciano martyri/ bus.

Cap. LXXXVI.

CApraſius martyr cū primo & feliciano fra tribus paſſus eſt in galliis ciuitate agenēſi ſub daciano pſide.Cū enim capraſius xp̄ia nus occultus timore preſidis ꝓpter rabiē pſecutionis declinās iuxta urbē in rupis ſpelūca late/ ret::audiēs qualiter beata uirgo fides pro xp̄o agoni/ zaſſet:de qua ſupra ī eius paſſiōe dictū eſt pridie noñ. octobr.animatus ad tolerantiā paſſiōis orauit ad do/ minū:ut ſi eū dignū gloria martyrii iudicaret: ex lapi de ſpelūce aqua limpidiſſima emanaret.Quod p̄ſtan te domino ſtatim obtinuit.Super hec uidit p ſpiritū columbā niueā de celo deſcendentē:& coronam auro gēmiſq; fulgentē ſup caput fidei uirginis īponentē: q̄ ueſtibus fulgidis erat ornata:& angelis comitata.Ipſa uero colūba alaꝝ uolitatu & rore celeſti:ignē: in quo uirgo iniecta erat:extinxit:& ad celos ſubito aduola/ uit.Cū aūt hec oſa capraſius cōſpexiſſet : ſpōte ad cer/ tamē cucurrit:& xp̄ianū ſe coram daciano cōfeſſus fu it.Quē ille detētū ungulis laniari fecit.Ita ut primus & felicianus fratres eius exemplo patientie conuerte/ rentur:& ſe chriſtum colere faterentur.Quos omnes inſimul uinctos:preſes capite cedi mandauit.Quoꝝ corpora in eodem tumulo in agenenſi ciuitate a chri ſtianis ſepulta ſunt.xiii.calend.nouembris.

¶De ſanctis undecim milibus uirginibus.

Cap. LXXXVII.

UNdecim milia uirgines cū ſociis eaꝝ apud coloniā paſſe ſunt ſub hunoꝝ principe iu liano.Quaꝝ omnium pricipalior auctrix & ſignifera fuit beata urſula.Hec filia uni/ ca regis ſcotie xp̄ianiſſimi nomine mauri ſapiētia mi rabili & pulchritudine inſigni pollebat.Quā rex an/ glie nimis prepotens miſſis ſolēnibus nūciis:filio ſuo in coniugiū:multis ꝓmiſſionibus & blanditiis poſtu lauit:addiiciens minas:ſi ad eū legati uacui reuerterē/ tur.Pater autem uirginis cum iram regis anglie for/ midaret:quid ageret anxiabat:nec enim uolebat deū offendere filiam ſuam homini gentili tradendo: nec uirginis ſacrum propoſitum impedire:eius pudiciti/ am:quam deo uouerat perturbādo.¶Virgo autem domini diuina reuelatione premonita patri ſuaſit:ut predicto regi aſſenſum preberet:ea tamen conditio/ ne:ut iuuenis baptizaretur: & per triennium in fide inſtrueretur:& q; ſibi a patre iuuenis & a ſuo.x.uirgi nes electe & ſpecioſe in ſocias darentur: & tam ſibi q̄ illis:mille uirgines ſubſcriberentur: & naues.xi.mu/ nite ad opus earum fabricarentur:quatenus dicto tri ennio per mare ludendo diſcurrerent: & uirginita/ tem ſuam domino dedicarent.Hoc autem uirgo po/ poſcit: ut interim coeuas ſuas chriſto uirgines con/ ſecraret: & ſponſum ac patriam ad fidem adduceret. Quod parentes & iuuenis fieri conſenſerunt: ipſoq; continuo baptizato naues fabricari preceperunt.Om nia igitur feſtinantius parantur: uirgineſq; de diuer/ ſis mundi partibus congregantur:& omnes urſule p̄/ ſentantur:pater autem eis honorabilem comitatatū multorum epiſcoporum & baronum anglie & ſcotie tradidit: & neceſſariorum copiam miniſtrauit.Mul ti quoq; ad tam grande ſpectaculum de diuerſis ur/ bibus cōuenerunt.Inter quos fuit panthulus baſi/ leēſ. epiſcopus: qui eas uſque romam perduxit & in/ de reuerſus cum eis martyrium ſuſcepit.Sancta quo/ que geraſma regina ſicilie: que uirum ſuum conuer/ terat ſoror macririi epiſcopi & darie matris ſancte ur ſule:cum quattuor filiabus ſuis ſcilicet babila iulia ui ctoria:& aurea: & paruulo ſuo hadriano: cum hoc per litteras patris urſule cognouiſſet: relictoque re/ gno in manu alterius filii: per mare in angliam na/ uigauit.Cuius conſiglio & etiam induſtria tam na/

ues quam omnes uirgines regebantur: & ſic in no/
uam Chriſti militiam ab omnibus coniuratur iux/
ta condictum igitur triennio per mare diſcurrunt: &
omni ludorem genere ſe exercitantes: modo belli p̄/
ludia incohant: modo fugam ſimulant: modo aliud
fingunt: quod animo occurrebat. ¶ Tandem poſtq̄
Vrſula ad fidem & pudicitiam omnes Chriſti uirgi/
nes conuertiſſet: ſub unius diei ſpatio flante proſpero
uento ad portum gallie: qui ceila dicitur applicantes:
inde coloniam ſunt delate: ubi angelus domini Vrſu
le apparuit: & predixit eas illuc īegro numero reuer
ſuras: & coronas martyrii precepturas. Ad cuius ad/
monitionem inde uenerunt baſileam: ubi relictis na/
uibus pedeſtres uenerunt romam. Quas papa Cy/
riacus gaudenter ſuſcepit: quia de terra earum erat:
& multas ibi conſanguineas habebat: plurimaſq; ex
ipſis nondum baptizatas ſacro fonte perfudit: qui di/
uinam reuelationem in ſomnis accepit: ut cum ipſis
relicto pontificatu diſcederet: & coronam martyrii
cum eis acciperet. Et cum anno uno & mēſibus duo
bus & diebus uiginti eccleſiam rexiſſet: inuitis cardi/
nalibus & clero romano papatui reſignauit: & cum
uincentio preſbytero cardinale & multis aliis uirgi/
num ſe collegio ſociauit. Et quia inuitis omnibus pō
tificatum reliquit: nomen eius de catalogo pontificū
clerus abraſit. ¶ Videntes autem duo iniqui princi/
pes romane militie: ſcilicet maximianus & aphrica/
nus: q̄ per ſacras uirgines multi ad eas undiq; concur
rentes ad chriſtum conuertebātur: explorata earum
uia: miſerunt per literas ad iulianum cognatum ſu/
um ducem gentis honorum: ut apud coloniam con/
tra eas exercitum duceret: ubi uirgines cū ſociis tru/
cidaret. Secuti ſunt autem eas una cum ſummo pon/
tifice predicto iacobus epiſcopus antiochenus: qui de
britannia patria ſua ueniens ſeptem annis ibidem ſe/
dem tenuerat: & romanam curiam uiſitare uenerat.
Macririus quoq; leuicanus epiſcopus auunculus ba/
bile & iuliane & follarius epiſcopus lucenſis cum ali/
is preſbyteris & clericis multis. His etiā occurrit ſpon
ſus beate Vrſule ethereus nomine patre ſuo iam chri
ſtiano defuncto & matre cum ſororibus baptizatis:
qui diuinam iam reuelationem habuerat: ut ſponſe
ſue occurreret: & cum ea palmam ſuſciperet: qui ſe/
cum de britannia ſocrum dariam adduxit cum par/
uula ſorore nomine florentina: & quendam clemen/
tem epiſcopum. His etiam ſe rome coniunxerat mar
culus epiſcopus grecie cum ſorore ſua conſtantia fi/
lia dorothei imperatoris conſtantinopolitani: qui cu
iuſdam regis filio nupſerat: ſed eo ante traductiōem
morte preuento uirginitatem ſuam chriſto deuoue/
rat. Omnes igitur uirgines cum predictis epiſcopis
& multis aliis coloniam redierunt: & ipſam iam ab
hunis obſeſſam inuenerunt. In quas irruentes barba
ri uelut in oues lupi: totam illam glorioſam multitu
dinem gladiis peremerunt. Sicq; coronam martyrii
perceperunt. Cum autem uidiſſent urſule pulchritu
dinem: manum retraxerunt. Sed cum impio iuliano
honorum duce nollet nubere: nec idolis immolare:
ille contemptum ſe uidens: directa ſagitta eam in cor
de tranſfixit: & ſic illa ad dominū migrauit. ¶ Que
dam autem uirgo nomine corbula timore perterri/
ta in naui nocte illa ſe abſcōdit: ſed in criſtinum mor/
ti ſe offerens martyrii coronam ſuſcepit. Quarum
corpora a fidelibus collecta: apud coloniam honore
condigno tumulata ſunt: & honorabilis eccleſia cum
notabile monaſterio uirginum ad memoriam earū
fabricata ſunt. Paſſe ſunt autē uirgines undecim mi/
lia cum ſociis earum duodecimo calendas nouem/
bris: Circa annum domini. cccc l.

¶ De ſancto Hilarione abbate. Cap. LXXXVIII.

Hillarion abbas: cuius uitam hieronymus
ſcribit: apud egyptum claruit: Qui ortus
uico tabath: quod quinque milibus a ga/
za urbe paleſtine diſtat: parentibus gen/
tilibus chriſtianus ipſe ut roſa de ſpinis floruit: ſed
alexandriam a patre miſſus in breui grammaticam
didicit: & in chriſtum credens: eccleſiam frequenta/
re cepit. Audiens autem celebre nomē antonii: quod
per omnes egypti populos ferebatur: uidendi eum
ſtudio perrexit ad eremum: & ſtatim mutato habi/
tu duobus menſibus ſecum manſit: contemplans or
dinem uite eius: morumq; grauitatem. Reuerſus au/
tem cum quibuſdam monachis ad patriam: parenti/
buſq; defunctis omnia pauperibus largitus eſt: nihil
ſibi omnino reſeruans. Sicq; annorum quindecim
nudus & armatus in chriſto ſolitudinem ingreſſus
eſt: ſacco tantum membra coopertus quindecim ca/
ricas poſt ſolis occaſum comedebat. Igitur a decimo/
ſexto etatis ſue anno uſq; ad uigeſimum eſtus & plu/
uias breui tugurio declinauit: quod iunco texerat.
¶ Structa deinceps breui cellula longitudine pedum
quinque: latitudine paulo ampliore q̄ eius corpuſcu/
lum patiebatur: ut ſepulchrum potius q̄ domum cre
deres. Capillos in anno die paſche ſemel totondit: ſu/
per nudam humum uſq; ad mortem cubauit. Sac/
cum quo ſemel indutus fuerat nunquam mutauit:
nunquam lauit: orationi & pſalmodie iugiter inſta/
bat ab anno. xxi. incipiens tribus annis & dimidio lē/
tem aqua frigida madefactum comedit: deinde tri/
ennio panem aridum cum ſale & aqua: deinde per
annos nouem ſex uncias hordeacei panis & coctum
modicum olus in cibo habuit: ſed laſſus egritudine
oculorum oleum adiecit. Et in tali ieiunio uſque ad
ſexageſimoquarto etatis ſue annum perſeuerauit.
Abinde uero uſque ad annum. lxxx. pane abſtinuit ī/
credibili feruore mentis accenſus. Fiebat autem ei ſor
bitiuncula de farina & comminuto olere in cibo &
potu uix. v. uncias appendentibus. Nunquā ante ſolis
occaſum guſtauit: neq; ulla ſolennitate ieiunium ſol/
uit. ¶ Igitur potentiſſimus miraculis & ſanctitate in
comparabilis octogeſimo etatis ſue anno cum eſſet
abſens heſychius: qui eum familiariſſime colebat: in
teſtamenti uicem breuem ſcripſit epiſtolam: omnes
diuitias ſuas ei derelinquens. Euangelium uidelicet
tunicam ſaccinam: cucullam & palliolum. Et poſt/
quā annis. lxv. deo ſeruierat ad extrema deueniēs ſpi/
ritum emiſit duodecimo calendas nouembris. Sta/
tim corpus eius humo obrutum eſt: quia ſic ipſe om
nes qui ad egrotantē uenerat adiurauit. Quod poſt/
quā heſychius paleſtine audiuit perrexit cyprum: &
corpus eius furatus poſt menſes. x. in paleſtinam na/
uigio detulit: & in antiquo monaſterio condidit: ille/
ſis tunica & cuculla: corporeq; immenſis odoribus
refragrante.

¶De ſancto Aſterio martyre. Cap. LXXXIX.

ASterius martyr rome paſſus eſt: ſub alexãdro imperatore: qui a beato calliſto papa preſbyter ordinatus fuit. Et poſt eius paſſionem corpus eiuſdem pontificis cũ clericis ſuis rapiens ſepeliuit: ut dictum eſt ut ſupra in paſſione calliſti pape pridie idus octobris. Poſt dies autẽ quinq; alexander imperator hoc audiens tenuit aſterium preſbyterum: quem precepit per pontem in tyberim precipitari. Cuius corpus apud oſtiam repertum: & in eadem ciuitate a quibuſdam chriſtianis ſepultum eſt. xii. calen. nouembris.

¶De ſancto Viatore cõfeſſore. Cap. XC.

VIator cõfeſſor ordinem lectoris tenuit: & ſancti iuſti lugduñ epi comes fuit. Qui cũ eodem epiſcopatum deſerente nauem cõſcendit: & ad egyptum nauigauit: atq; ei in eremo ſedule miniſtrauit: ut dictum eſt ſupra in eius legenda pridie idus octobris. Quo decedente & ipſe poſt dies. vii. prout ipſi ſanctus iuſtus predixerat: eum ad celos ſecutus eſt. Nã & quieuit in pace. xii. cal. nouembris. Quor& ambor& corpora a ciuibus lugdunenſibus ex inde ſublata ad eorum ciuitatem relata: & in eccleſia ſanctorum. vii. maccabeorum condigno cultu poſita ſunt. iiii. noñ ſeptembris.

¶De ſancta Salome diſcipula. Cap. XCI.

SAlome diſcipula chriſti fuit. Que tempore dominice paſſiõis cum reliquis ſanctis feminis ad crucem aſtitit & circa eius ſepulturam ſolicita fuit. De qua theophilus & Chryſoſtomus dicunt: q; hec fuit mater filiorum zebedei: quod origenes ſimiliter opinat: unde ſecũdũ iſtos cum dicitur in euãgelio marci. Maria iacobi minoris & ioſeph mater: & ſalome: & iterum maria magdalene & maria iacobi ſubaudi minoris: & ſalome: tunc iſtud nomen eſt ntĩ caſus & eſt nomen mulieris: Alii dicunt q; eſt caſus genitiui: & eſt nomen uiri: q; ſcilicet fuit una alia maria uxor ſalome: Hieronymus tamen in ſuo martylogio tradit eam mulierem fuiſſe: & in pace apud hieroſolymam quieuiſſe. xi. calen. nouembris: ui ado dicit.

¶De ſcõ Marco epõ & martyre. Cap. XCII.

MArcus epũs & martyr apud hiroſolymam paſſus eſt. Hic clariſſimus & doctiſſimus uir: primus fuit ex gẽtibus qui poſt epõs ex circũciſione eccleſiam hieroſolymorum regẽdam ſuſcepit: de quibus ſupra eſt habitũ in legẽda zachei epi. x. cal. ſeptembris. Sacerdotium igitur illius ciuitatis ſancte ſuſcipiens: non multo poſt pro cõfeſſione chriſti martyrio conſumatus: uictorie palmam promeruit. xi. cal. nouembris. Hec ado.

¶De ſcõ Melanio epiſcopo. Cap. XCIII.

MElanius epiſcopus tẽpore ualeriani & galieni imperatorum claruit: apud ciuitatem rothomageñ. Qui de maiori britannia exortus cum eſſet gentilis romam ut patrie tributũ ſolueret: & imperatori deſeruiret. Cum autem ueniſſet ad templũ martis ut ibidem cũ ſociis ſacrificaret: conuerſus eſt a ſancto ſtephano papa & martyre ibidẽ predicante: & ab eodem baptizatus ipſi adheſit: quem ille per omnes gradus eccleſie ad ſacerdotium uſque promouit. Qui & fideliter in omnibus ordinibus domino deſeruiuit. Cũq; die quadam pontifex celebraret: & ei melanius miniſtraret: angelus domini a dextris altaris extitit: quẽ uterque illorum uidit. Qui & finita miſſa baculum melanio dedit: & eum urbi rothomagenſi a deo electum epiſcopum nunciauit: & ut illuc ad predicandum accederet mandauit: chriſtumq; ipſi ductorem futurũ promiſſit: ſtatimq; diſpuit. Melanius ergo continuo accepta benedictione a papa diſceſſit: & chriſtum itineris ducem habuit: ueniens autẽ antiſiodorũ inuenit hominem qui caſu bipenni ſibi pedẽ in duas partes diuiſerat. Quẽ baculo quẽ ab angelo acceperat tetigit: & ipſum ſine mora ſanauit: ueniens autẽ rothomagũ p̃dicationis officio fideliter iſtitit: & miraculis clarẽs fere totũ populũ ad chriſtũ cõuertit. & miniſteriũ ſuũ implens in domino quiit undecimo calẽdas nouẽbris. Sepultuſq; eſt in eccleſia rothomagenſi.

¶De ſcã Melania maiore. Cap. XCIIII.

MElania maior apud hieroſolymã claruit tẽpore ualẽtis imperatoris ut dicit heraclides. Hec nobiliſſima ciuis romana filia quondam marcelli conſulis urbano eius filio unico pretore in urbe relicto hieroſolymam nauigauit: ibiq; tantis uirtutibus & humilitate refulſit: ut thecle nomen acciperet. Fuit enim uxor uenerabilis uiri: que annorum. xxii. exiſtens uidua: relicta patria & filio: ut dictum eſt: cum certis pueris & puellis: omnibus ſuis in naui poſitis: primo alexandriam nauigauit: ibiq; omnibus diſtractis ſanctos pres in eremo reuiſit. ſ. pambonem: ſerapionem: pannutium: iſidorum: & dioſcorum: apud quos ſex menſibus manſit: & eis neceſſaria miniſtrauit. Cum autẽ prefectus alexandrie predictos uiros domini cum quibuſdam epis paleſtinam in exilium mitteret. Melania in habitu uiri eos ſecuta eſt. Quod audiens conſularis paleſtine: ut eam terreret: in carcerem miſit: ſed eius nobilitatem comperiens: eam protinus relaxauit: deditq; ei licentiam: ut quocũq; uellet ad ſanctos pergeret uiſitandos. Illis uero ab exilio reuocatis: melania hieroſolyme remanſit: habens ſecum rufinũ aquileie p̃ſbyterũ: per cuius manus ipſa epis & clericis ac peregrinis de ſuis facultatibus miniſtrabat: & in talibus operibus per annos. xxvii. perſeuerauit. Cuius ſanctis orationibus filius eius urbanus in ſanctitate creuit: & nobiles nuptias contrahens: duos filios catholicos & deuotos procreauit: qui etiam matri ſue plura dona mittebat: ut ſanctis elemoſynis uberius inſiſteret. Hec apud hieruſalem monaſterium conſtruxit: in quo uirgines. l. deo ſeruientes poſuit: in quo & ipſa etatis ſue anno. xxxxviiii. in pace requieuit.

¶De ſancta Melania iuniore. Cap. XCV.

MElania iunior cuius predicta melania fuit auia: prefati urbani pretoris extitit filia: in urbe roma procreata. Que cum inuita a parentibus nuptui tradita fuiſſet: & duos filios quos genuerat: nece amiſiſſet: cepit pulſare uirum de caſtitate ſeruanda: aut de licentia peregrinandi ſibi concedenda. Qui licet diutius recuſaſſet: licentiam tandem deo inſpirante conceſſit: & omnes ueſtes ſericas in pallia altarium dedit: reliquas per eccleſias ornaméta diſtribuit: aurũ omne

ſuũ & argẽtũ per manus pauli p̃ſbyteri diſcurrentis continue per egyptũ thebaidẽ antiochiam: paleſtinã: hieroſolymã: & alia loca ſancta: deſtinauit: ſeruos & ancillas manumiſit: poſſeſſionibus pluribus uenditis precium pauperibus diuiſit: ceteras in ſubſidium monaſteriorum retinuit. Sicque per uxorem conuerſus in uirũ alterũ mutatus: mira penitẽtia ſe affligebat: & poſt alteg; diẽ ſemper cibũ ſumebat. ℂ Melania uero in poſſeſſionibus ſuis cenobium conſtruxit: ubi cum .xv. eunuchis & .xxxx. uirginibus & aliis ancillis ſuis libertati traditis deo ſeruiuit. Parem quoq; uir ſuus cum .xxx. monachis uitam duxit: uterq; ipſorum ieiuniis: lectionibus: & orationibus uacans. Sicq; ſancta dei melania bone auie imitatrix effecta: plena uirtutibus in pace quieuit.

ℂ De ſcis munilione & eledia uirginibus & martyribus. Cap. XCVI.

MVnilio & eledia uirgines & martyres apud ciuitatem oſtiam paſſe ſunt: que pro confeſſione chriſti diuturna cuſtodia macerate: atq; deinde capitali ſententia punite: precioſum martyrium celebrarunt. xi. calen. nouembris ut dicit ado.

ℂ De ſcis ſeruãdo & germãno mart. Cap. XCVII.

SEruandus & germanus martyres apud hiſpaniam paſſi ſunt ſub preſide uiatore: qui poſt dira uerbera & ſqualorem carcerum: & ſitis ac famis iniuriam: & longiſſimi itineris laborem: quem onuſti ferro iubente eodẽ preſide pertuleret. Nouiſſime martyrii ſui curſum gladio ceſis ceruicibus impleuerunt: ex quibus germanus apud emeritam ciuitatem iuxta beatam eulaliam ſepultus eſt. Seruandus uero apud hiſpalenſe oppidum iuxta ſanctas Iuſtam & Rufinam conditus eſt. Paſſi ſunt autem ſancti martyres decimo calendas nouembris.

ℂ De ſancto ſeuerino epiſcopo & confeſſore. Cap. XCVIII.

SEuerinus ep̃s colonie: ĩ apud ipſam ciuitatẽ claruit. Qui effrate cuidã heretico ſucceſſit. Nã ut ſcribit in geſtis ſancti ſeruatii: de quo ſupra actũ eſt. iii. idus maii: dũ ei reuelata fuiſſet deſtructio urbis treugrẽſis & prelati ac principes ipſum romam pro legatione deſtinarent. Reſpondit ſeruatius: iter nõ eſſe tutũ: niſi effrata hereticus ab epiſcopatu deponeretur. Illico congregata ſynodo epiſcoporũ apud coloniam aggrippinam. Effrata hereticus iudicio ſynodi condẽnatus deponitur: & ſeuerinus ordinat. Dũ autem ſeruatius rediret ab urbe apud coloniam a ſeuerino ſuſceptus eſt: qui dum nocte oraret: reuerinus colũnam ignis ſuper caput eius aſpexit: que paulatim uſque ut ſe uenit: in quo loco ſeuerinus eccleſiam edificauit: quam & portam celi appellauit. Quieuit autem ſanctus ſeuerinus in domino .x. calen. nouembris.

ℂ De ſcõ ſeuerino boetio martyre. Cap. XCIX.

SEuerinus martyr q & boetius pro ueritate interfectus ſub iſto nomine in catalogo martyrũ ſcribitur: dictus ſeuerinus a ſeueritate iudiciorũ. Hic: ut dicit ſigibertus: gener fuit ſymmachi patricii uir nobilis romanus: uir conſularis conſpicuus: mira lingue erudi/tione politus: & liberalium artium: quas pene omnes a greco in latinum tranſtulit plenius eruditus: cuius uxor helphes nomine rhetorica ſcientia inſignis: hymnos apoſtolorum Felix per omnes. & aurea luce compoſuit. Hic tempore theodorici regis longobardorum: qui fuit imperante zenone circa annũ domini. cccclxxvi. dum dicto regi rempublicã inuadẽti boetius reſtitiſſet: apud eum dolo accuſatus cum pluribus aliis proſcriptus & in exilium miſſus eſt. Inde reductus papie incarceratus eſt: ubi librũ de philoſophica cõſolatione cõpilauit. Tandẽ ab eodem theodorico rege in carcere ĩterfectus ẽ: anno domini. ccccc xxi. x. cal. nouẽbris. Sepultuſq; in ipſa papienſi ciuitate in eccleſia ſancti petri ad celum aureũ: ut mr̃ ab eccleſia digna ueneratione celebratur. ℂ Hic philoſophus eximius diuina & humana ſapientia pollens: mulla nobis ingenii ſui documẽta dereliquit. Scripſit enĩ libros de triuitate. De unitate & uno. De ente & eſſentia. De duabus naturis & una ſubſtantia xp̃i. De hebdomatibus. De conſolatione philoſophica lib. v. De ſcholaſtica diſciplina. Topicorum libros. Ariſtotelis libros quos habet bibliotheca latina: omnes fere de greco in latinum conuertit ſermonem. Scripſit & uolumen de muſica. De arithmetica. Categoricorũ. Syloſgimorum: & hypotheticorum. De deitate ad ioannem romane eccleſie diaconum. De eiectione primi parentis in reſtauratione humani generis per incarnationẽ & paſſionẽ xp̃i. Aduerſus eutychianos & neſtorianos atq; azephalos de incarnatione domini. Item contra arrianos: eunomianos & apollinariſtas libros fortes: & eorum hereſim confutantes.

ℂ De ſcõ theodorico preſbytero & mr̃e. Cap. C.

THeodoricus preſbyter & martyr apud antiochiam paſſus eſt tempore iuliani apoſtate imperatoris: ſub prefecto & auunculo ſuo iuliano. Cum enim a predicto p̃fecto eccleſia antiochenorum ſpoliata eſſet: & chriſtiani ubiq; diſperſi fuiſſent. Hic in eccleſia permanſit intrepidus. Qui ab eo teneri iuſſus: poſt equuleum & multos ac duriſſimos cruciatus: etiã lampadibus circa latera inflammatus eſt. Sed faculis diuina uirtute reſtinctis: milites qui eas tenebant: angelorũ aſpectui territi in faciem corruerunt. Cũq; prefectus quoſdã chriſtianos occultos illorum miniſterium ſupplere iuberet: & illi hoc facere recuſarent: prefectuſq; ipſos examinans xp̃anos repperiſſet: iuſſit eos in pelagus demergi. Quos ſanctus martyr hortabatur ut ipſum ad gloriam precederent. Nouiſſime autem dum iuliani apoſtate: quem apud perſidem diuina ultio puniuit interitum prediceret: occaſione gladii martyriũ conſumauit decimo calendas nouembris.

ℂ De ſcis felice ep̃o & ſociis mr̃. Cap. CI.

FElix epiſcopus ciuitatis tubabocen̄. audax & ianuarius preſbyteri. Fortunatus & ſeptimus lectores temporibus diocletiani imperatoris inuenuſia ciuitate apulie paſi ſunt. Qui a quodam magnoliano curatore deſtenti multis diebus uinculis & carceribus in aphrica & in ſicilia macerati: tandem occaſione gladii martyrio coronati ſunt nono calendas nouembris. Ex quibus felix epiſcopus annorũ quinquaginta ſex uirgo & martyr ad xp̃m duplici cũ palma migrauit.

Quorum corpora intrà carthaginensem ciuitatem & uticen̄ sepulta sunt.

¶ De sancto Martino abbate. Cap. CII.

MArtinus abbas apud campaniam claruit tempore iustini iunioris augusti. Qui in monte massico solitariam uitam duxit: multisq; annis in̄ specu angustissimo in/clusus fuit. Mox autem ut se in predicti montis fora/mine contulit: ex eadē petra aque stilla prorupit: que sibi & in usu quotidiāo sufficeret: & nec plus adesset: nec necessitati deesset. Quod antiquus hostis: ut eum ex antro illo depelleret: amica ei bestia serpens ingres/sus cepit in spelunca inueniri solus cum solo: eoque orante se ante illum sternere: & cum cubante pariter cubare. Sed uir dei omnino impterritus eius ori ma/num uel pedem extendebat: sed ipsum tamen serpēs percutere non audebat. Et cum hoc quotidie per triennium ageretur: die quadam inimicus eius forti/tudine uictus se per deuexum montis latus in preci/picium dedit: omniaque loci arbusta flamma ex se ꝓ deunte concremauit: ut per hoc constaret quis fuerat qui ab eo uictus abscedebat. ¶ Hic sanctus uir pri/mo inclusionis sue tempore decreuit: ut ultra mulie/rem non uideret: ne ex contemplata specie tentatio/nem incurreret. Quod quedam mulier audiens au/dacter ad specum eius ascendit: ut eius propositum frangeret. At ille paulo longius intuens: & muliebria uestimenta conspiciens: in terram faciem depressit: & eo usq; in orationem ꝓstratus iacuit: quousq; impu/dens mulier īde fatigata discessit. Que die eodē mox ut de monte descendit uitam finiuit: eo q; uirum dei ausu improbo contristauit. ¶ Cum autem ad eum multi ex deuotione concurrerent: & semita que ad eius ducebat cellulam artissima foret: puer paruulus incaute gradiens ex monte cecidit: & usq; ad uallem in profundissimo sitam ruit. Perturbati omnes que/rere ceperunt sicubi corpus lapsi pueri potuisset inue/niri. Qui tandem in ualle inuentus est non solum ui/uus: sed etiam membris omnibus illesus. Sicq; om/nibus innotuit: q; hūc in casu suo martini oratio por/tauit. ¶ In specu uero illius magna desuper rupes emi/nebat: que martini celle prominens: casu suo immi/nente: illius interitum minabatur. Ad hunc masca/tor nepos illustris uiri armentarii ueniens cum mul/tis rusticis orabat: ut uir dei de specu exiret: donec ip/se ruituram rupem de monte euelleret. Quod uir dei facere non acquieuit: sed illi quod posset: ut faceret: precepit: itaque dum illorum multitudo conaretur sine periculo sancti uiri illud ingens saxum leuare: re/pente cunctis uidentibus moles ipsa e laborantibus euulsa: ne specu martini tāgeret saltum dedit: & qua/si serui dei lesionem fugiens lōgius cecidit. Quod an/gelico ministerio actum fuisse unusquisque cogno/uit. Hic dum prius in eodem monte se contulit: cate/na ferrea sibi pedem ligauit: eamque saxo ex altera parte affixit: ne ultra ei progredi liceret: q̄ catene lon/gitudo tendebatur. Quod beatus benedictus audi/ens: eidem dicendo misit: ut si seruus esset dei: non eum teneret catena ferri: sed catena christi. Ad quam uocem martinus compedem soluit: sed tamen nun/quā ultra q̄ catena extendebatur pedem mouit. Qui postmodum ibidem inclusus discipulos congrega/uit: qui ab eius specu seorsum habitantes aquam ex puteo hauriebant: sed funis in quo situla pendebat sepius frangebatur: unde factum est: ut catenam quā ex pede suo uir dei soluerat: funi situle alligarent: ex quo iam tempore contigit: ut funis quotidie tingere tur: & nullatenus ex tactu catene illius de cetero rum peretur. Quieuit autem in pace uir domini nouo ca/lēdas nouembris. Hec gregorius tertio dialogorum capit. xvi.

¶ De sancto Maioro episcopo. Cap. CIII.

MAiorus episcopus apud insulam sargiam britannie claruit. Hic ex eadem prouincia ortus: genere nobilis: socius sancti sampso/nis: eidem in dolensi archiepiscopatu suc/cessit: in quo dum uerbis & exemplis populum do/mini laudabiliter pasceret: ab angelo in somnis mo/nitus: episcopatui cessit: & buducum sibi substituens eremum petiit: & solitariam uitam annis pluribus duxit: deinde plurium monachorum pater effectus est. ¶ Qui comitem quendam ditissimū: qui septen/nio leprosus fuerat: contactu suo a lepra mundauit. Comes autem pro gratiarum actione medietatem unius sue possessionis uiri dei monasterio concessit. Sed cum dicta possessio auibus & piscibus abunda/ret: mox aues omnes & pisces dimissa medietate: quam sibi comes retinuerat: ad aliam uiri dei medie/tatem transierunt. Quod cernens comes ad suasum uxoris medietatem cenobio concessam cum sua sibi retenta commutauit. Iterumque pisces & uolucres ad medietatem sancti commutatam se transtulerūt. Quapropter comes possessionem integram mona/sterio largitus est. ¶ Famulum quendam suum: qui dum piscaretur: in mare cadens necatus fuerat: ora/tione sua a mortuis suscitauit: & ab undis ad littus incolumen iectum reduxit. ¶ Cum fames ualida omnem britanniam occuparet: & ipse ex pietate om/nem populum ad se uenientem reficeret. lamq; ex ta/li largitione uictualia monasterio deficerent: pueri quidam ex monachis meridie ad littus maris acce/dentes: lectiones suas repetituri: nauem antiquam in littore ex uetustate derelictam: pueriliter intrae/runt: quam subito mari concrescens rapuit: & sine re/mo uel remige alioq; adminiculo quoque una cum pueris saluis ad oppositam insule ripam subito deue/xit: Maioro pueris apparente: & nauem tenui bacu/lo gubernante. Ad quod spectaculum rex prouin/cie cum omni populo occurrens: & a pueris qui es/sent: aut quomodo aduenissent audiens: nauem ui/ctualibus & diuitiis refertam remisit: quam simili/ter uirtus diuina: ut prius ad proprium locum redu/xit. ¶ Cum normani totam insulam deuastarent: & populus inermis ad sanctum confugisset: ille baculo rupem percussit: & in manuales lapillos diuisit: qui/bus populus hostes in se irruentes oppressit: eosq; in mari fugatos se precipites dare compulit. ¶ Hic uir/go perpetuo permanens: pane hordeaceo solo contē/tus: feria quarta & sexta nullum capiebat cibum: & semper ferebat cilicium. Cui in uigilia pasche oranti: ter angelus apparuit: eique obitus sui diem prenun/ciauit: de cuius manibus sanctus uir eucharistiam ter tia uice uisibiliter sumpsit: & .ix. calen. nouembris: ut audierat: ad christum migrauit.

¶De ſancto Maioro martyre. Cap. CIIII.

MAiorus martyr ſeruus generoſi & nobilis uiri tyburtine ciuitatis paſſus eſt perſecutione uandalica ſub hunerico rege: qui primo fuſtibus quaſi innumerabilibus ceſus: trocheis frequentibus eleuatus: aliquando ictu ceſeri dimiſſus ſuper lapides & ſilices corruebat: ſed & plures plagas lapidibus confricatus: dum iam uiſcera pelle nudata eſſent: & ipſe ad ſingula conſtantior appareret: nouiſſime gladio ceſus eſt: & apud eandem urbem ſepultus.

¶De ſanctis Chryſantho & Daria martyribus. Cap. CV.

CHryſanthus & Daria uirgo & martyres ambo rome paſſi ſunt ſub imperatore numeriano: qui chryſanthus alexandria oriundus: cum patre polemio illuſtriſſimo romam ueniens ab eodem liberalibus ſtudiis traditus: cum eſſet ardentiſſimi ingenii omnibus ſcientiis mũdanis eruditus eſt. Et dum uniuerſa librorum uolumina ex curioſitate diſcuteret: & ad libros chriſtiane fidei peruenifſet: cepit querere: quis ei diuinas litteras exponere poſſet. Tandem a quodam chriſtiano ſecretiſſime ad carpophorũ preſbyterũ adductus eſt: qui p̃ ſecutionis atrocitate ſeuiente: in ſpecu mõtis occultatus: uix poterat a paucis fidelibus uiſitari. A quo chryſanthus diuinis litteris ibuitur: & conuerſus ad xp̃m: ſacro fonte perfunditur: & catholica fide diligenter inſtructus: poſt. vii. dies baptiſmati ſui xp̃m dominũ uoce publica cõfitetur: & deos deaſq; romani populi demones eſſe poteſtat. Quod audiens pater eius nũciantibus propinquis: cum ab imperatore plurimũ honoratus eſſet: & dignitatem amittere formidaret: fecit filium in tenebroſo carcere recludi: & cibo puiſſimo ſubſtẽtari. Quod uir dei ad exercitium potiuſq; ad ſupplicium ſibi dicebat inferri. Sed quidam ex attinentibus patri conſuluit: ut ſi filium ab hac ſuperſtitione uolebat cripere: elegantiſſime puelle coniugio traderet: ut dum diceret eſſet maritus: obliuiſceretur eſſe chriſtianus: eo q; afflictiones illatas: chriſtiani ſibi ad gloriam reputabant. ¶Tunc polemius triclinium ſericis ueſtibus ſtratum preparauit: & Chryſanthum precioſis ueſtibus induit: & v. puellas ſpecioſas & ornatas ex ancillis ſuis eidẽ aſſociauit. lubens quotidiana conuiuia affluentibus dapibus exhiberi: filiumq; ſuum blanditiis & amplexibus puellarum ſeduci. Qui dum oraſſet ad dominum: ne a fera ſ. carnali concupiſcentia ſuperaretur: continuo predicte puelle ſõno oppreſſe: nec cibum nec potum ſumere poterant: ſed educte exterius ſtatim euigilabant. Iterumque in triclinium introducte graui ſopore dormitabant. Cum autem polemius ex hoc ad mortem doleret: & amici eius hec omnia magie inputarent: eidemque conſulerent: ut eruditam aliquam iuuenculam ſpecioſam ad eum introduceret: quam ille incantationibus chriſtianorum minime ſuperare poſſet. Daria uirgo prudentiſſima & eloquentiſſima: ac ſuper omnes ſpecioſa: dee ueſte dicata eligitur: & ornatiſſimis ueſtibus induta a patre rogatur: ut ad iuuenem ingrediens: eum diis & patri reſtituat ſibique maritum acquirat. Que gemmis & auro radians ad chryſanthum ingreditur: tãtaque eum elegantia ſermonis alloquitur: ut ſi eſſet ferro durior: plumbo mollior redderetur. Dum autem eam chryſanthus de pompa ueſtium argueret reſpondit: ſe non propter pompam: ſed ut cum diis & patri lucrifaceret: ſic indutam. Cum iterum chryſanthus eam reprehenderet: quomodo pro diis idola coleret: que nec ſe nec alios cuſtodire poſſent: & que uinculis ferreis & plumbo coartata eſſent reſpõdit. Daria q̃ he imagines propter uulgus ignobile formabantur: marmore & metallo: ut quos cultor mente & ſacrificiis colit: effigiata imagne occulis perſpicere poſſit. Tunc chryſanthus cepit perſcrutari: qui eſſent dii quorum imagines colebantur. Et cum ſaturnum comprobaſſet filiorum interfectorem. Iouem adulterum & inceſtuoſum & homicidiorum patratorem. Mercurium incantatorem. Herculem ſui ipſius occiſorem: ceteroſq; deos flagicioſos & eorum quemlibet malorum omnium inceſtorem: & perconſequens tales deos miſerrimos: nec coli deberent: nec deos dici: credidit daria ab eodem conuerſa amboq; ſancti ſpiritus copula uniti carnale matrimonium ſimulabant. Fecitque chryſanthus occulte in domo ſua dariam baptizari. Que intra paucos dies ſacris imbuta litteris: una cum uiro uirginitatis perpetue uotum emiſit. Et tam per chryſanthum multitudo uirorum: quã per dariam multitudo conuertebatur feminarum. ¶Quapropter excitata in urbe ſeditione: chryſantus a prefecto celerino con prehenditur: & ſacrificare iubetur. Sed cum hoc recuſaret: tribuno claudio a prefecto traditur: ut diuerſis ſuppliciis immolare cogatur. Quem claudius dedit in cuſtodiam militibus ſeptuaginta. Qui neruis crudis eum conſtringunt: ut ſenſim ſe ſiccantibus neruis ac oſſa eius uix pertingerent ligamenta. Sed ſtatim reſolutis neruis: iterum fortioribus nodis uincitur: ſed uincula continuo dirumpuntur. Deinde ab eiſdem pedibus in cippo mittitur: ſed repente ligno putrefacto cippus in puluerem uertitur. Que cum milites magicis artibus aſcriberent: lotio chryſanthum perfundere ceperunt: ut ab eo incantationes diluerent: ſed aqua mox putentiſſima in roſeum odorem conuerſa eſt. Deinde uitulum excoriauerunt: & corio illum nudum cinxerunt: & in ſole per horas plurimas poſuerunt: ſed corium nullam calefactionem ſentiens: in eadem uiriditate permanſit. Iterum catenis ferreis uincitur: & in carcerem obſcuriſſimum mit-

titur. Sed lux ei nimia diuinitus eſt infuſa: & uincula ſunt reſoluta. Que cum milites claudio nunciaſſent: iuſſit ſanctū ad ſe adduci & nodoſis fuſtibus cedi: ſed fuſtes in manibus tenentium ſolidi quaſi ferrei erāt: cum uero percuterent: quaſi plume molles fiebant. Quod uidēs claudius cum uxore hilaria & filiis iaſone & mauro ac prefatis ſeptuaginta militibus credidērūt: & baptizati omnes coronam martyrii percepe runt: De quibus ſupra in eorum paſſione dictum eſt calen. decembris. ¶ Audiens hec imperator numerianus chryſanthum in carcere tuliano obſcuriſſimo & fetidiſſimo iuſſit recludi. Dariam uero ad publicum meretricum locum adduci. Sed continuo diuina miſericordia chryſantho lux diuina: & odoramēta ſancta p̄ſtantur. Darie uero leo de cauea amphitheatri fugiens cuſtos eius uirginitatis dirigitur. Qui ingreſſus celam: ubi uirgo orans proſtrata iacebāt: iuxta eam ſe poſuit: ut quaſi ſecum uideret orare. Mittitur quidam nefandus: ut uirginem corrumpat: ſed a leone captus in terram deiicitur: qui ſine leſione eum tenens: ad ſanctam uultu cōuertitur: & quaſi innuens: quid de captiuo fieri iubeat: ſciſciratur. Que precepit ne ipſum in nullo lederet: ſed ad ſe audiendā uenire p̄mitteret. Leo igit̄ cū relinquēs in hoſtio cellule ſe poſuit: ut nec ille poſſet exire: nec alius introire. Vir aūt ille uiſo diuino miraculo: & auditis ſermonibus uirginis: conuerſus eſt ad chriſtum: & per urbem diſcurrens: deum chriſtianorum uerum omniū creatorem proclamabat. Mittunt̄ uenatores: ut leonem capiant: ſed omnes a leone capiūtur: & ſine leſione ante pedes darie deponunt̄: & ab ea conuertunt̄. Tunc prefectus in celle introitu copioſum ignē iuſſit accendi: ut leo cū daria comburantur. Quod leo timens: rugire cepit: ſed eū uirgo domini cōfortauit: quia nec incēdio cremaret̄: neq; ab alio caperet̄: neq; occideretur: ſed morte ſua moreret̄: iubēs ut ſecurus per ignē egrederet̄: quia ille eum liberaret: quē leo in ſe honoraſſet. Tunc leo inclinato capite per mediū ignis illeſus egreditur: & per turbas diſcurrens neminē leſit: nec ullus eū exinde unq̄ cepit. ¶ Que omnia dum impator audiſſet: iuſſit celerino p̄fecto: ut aut chryſanthū & dariam ſacrificare compelleret: aut diuerſis penis afficeret: qui ſacrificare nolētem chryſantum iuſſit equuleo ſuſpendi: & ardentes ei lampades applicari. Sed continuo ligna omnia equulei comminuuntur: uincula rupta diſſoluunt̄: & lāpades extinguūt̄. Quicūq; uero manū ad dariā mittebant: eor̄ nerui brachiorū ſtupebāt: qđ dū impator a pfecto didiciſſet: & hec oīa magicis artibus aſcriberet: iuſſit eos in uiā ſalariam deduci: & in harenario utroſq; deponi: & uiuos terra & lapidibus obrui. Sicq; inuiolati coniuges in foueā q̄ſi in uno lecto deponunt̄: & magis ſepulturā q̄ penā excipiētes in x̄pi laudibus perſiſtētes: terra ac lapidibus obruunt̄. Sicq; x̄po martyres cōſecrantur: & in eodē loco uſq; in preſens digna celebratione uenerantur: paſſi ſunt autem. viii. calen. nouembris.

¶ De ſanctis criſpino & criſpiniano martyribus.

Cap. CVI.

CRiſpinus & criſpinianus martyres fratres: paſſi ſunt in ciuitate ſueſionenſi ſub maximiano imperatore agente rictiouaro p̄ſide. Hi cum beato Quintino martyre & aliis pluribus ex urbe roma egreſſi: ſueſionum uenerunt: & ibidem peregrini habitare ceperunt: ibiq; artem conſutoriam calceorum adiſcentes: de labore manuum uictum ſibi querebant. Ad quos propter eor̄ artem multi gentilium uenientes: ab eis conuertabant̄. Deniq; rictiouaro preſide detenti inuēti ſunt calciamenta pauperum reſarcientes: qui dum chriſtū confiterentur: iuſſit eos preſes extendi: & fuſtibus cedi: deinde ſudes in eorum ungulis mitti: & corrigias ſingulas de dorſis eorum tolli. Sed orantibus ſanctis: ſudes de manibus eorum exilierunt: & miniſtros percutientes: quoſdam eorum occiderunt: quoſdam uero excecauerunt. ¶ Inde mandauit preſes: ut ligatis molis ad colla eorum tempore hyemis in flumine axona uelut ſub glacie mergerentur: ſed eos nec aqua mergere: nec patre deprimere nec frigus conſtringere potuerunt: quin proiecto onere ad ripam aliam fluminis deuenerunt. Poſtmodum in plumbo liquefacto deiecti: illeſi permanſerunt. Verum cum gutta plumbi in oculos preſidis inſiliens ipſum excecaſſet. Sanctos martyres in picem & oleum & adipem ſimul bullientia iactari fecit. Quos orantes Angelus domini noſtri ab igne illeſos eduxit. Vnde Rictiouarus iratus ſe in igne precipitauit: & iuſto dei iudicio ſe cremauit. Maximianus autem audita morte preſidis: die ſequenti ſanctos gladio puniri mandauit: qui decollati ſunt octauo calendas nouembris: quorum corpora beſtiis & auibus deuoranda relicta: diuina prouidentia permanſerunt intacta. Senex autem quidam cum germana ſua uetula ab angelo monitus: corpora inde tulerunt: Venienteſque ad fluuium axonam in nauicula diuinitus ibidem preparata ea poſuerunt: & contra ictum fluminis ſine remo uel remige deo duce ad locum ſibi oſtenſum peruenerunt: & ſanctorum corpora ſine ullo pondere portantes: ita ut magis ipſi a corporibus portare uiderentur: in quodam eorum Tugurio ſecreto ſepelierunt: ubi derſecutione ceſſante honor eis a chriſtianis condebitus impenſus eſt: & Baſilica eorum nominibus fabricata.

¶ De ſanctis quadragintaſex martyribus.

Cap. CVII.

QVadragītaſex milites rome paſſi ſunt ſub claudio imperatore: qui audientes: q̄ tryphonia regina quondam uxor decii ad chriſtum cum filia cyrilla conuerſa eſſet: ut dictum eſt ſupra in legenda ſancte tryphonie decimoquinto calendas nouembris. Venerunt ad iuſtinum preſbyterum: & ab eo baptiſmi gratiam petierunt: qui clerum romanum congregauit: ut ordinarent epiſcopum urbis rome in locum ſancti ſixti pontificis martyrizati: qui omnes Dionyſium papam elegerunt: ipſumque per manus maximi epiſcopi oſtienſis conſecrari fecerunt. Conſecratus autem dionyſius baptizauit predictos milites quadragintaſex a iuſtino preſbytero ſibi oblatos. Audiens hoc claudius: iuſſit teneri milites & uirginem cyrillam olim Decii filiam. Et congregato exercitu armato in palatio Saluſtii mandauit. xlvi. milites ſibi preſentari. Quos Chriſtum confitentes precepit foras muros porte Salarie duci: & in ciuita-

te siglina omnes capite cedi. Quorum corpora iusti/
nus & ioannes presbyteri noctu rapuerunt: & in uia
salaria iuxta cluuium cucumeris cū aliis. cxxi. marty/
ribus sepelierunt. viii. calē. nouembris. Inter hos autē
fuerunt quattuor milites christi precipui. s. thedosi/
us: lucius: marcus: & petrus.

¶ De scō Minyate martyre. Cap. CVIII.

Minyas martyr passus est sub persecutione
decii cesaris apud florentinam ciuitatem.
Ad quā dum decius peruenisset: minyatē
tentū: & sibi presentatū: ac sacrificare no/
lentem: leopardo ferocissimo subiici fecit: sed orante
sancto fera extincta est. Deinde ipsum nudum oleoq;
perunctum in fornacem ardentem mitti iussit. Ange
lus aūt domini ut olim cum tribus pueris cū eo descē
dit: & flammā extinxit: & sanctus illesus omnino per
mānsit. Tunc decius leonē ei adhiberi p̄cepit: sed signo
crucis edito leon interiit. Deinde mādauit eū in equu
leo leuari: & diutius torqueri: & postmodū inde de/
poni: sudesq; ligneas acutas sub ungulis manuum ip
sius affigi. Qui ab angelo cōfortatus: omnia supplicia
patientissime tolerauit. Post hec iussit decius plumbū
liquefactus eius auribus instillari. Cui tamē ipse chri
stus in iuuenis specie cādida uestē: ut sol facie fulgens
apparuit: eumq; cōsolatus ad tolerantiam cōstantius
agendā hortatus est. Inde mandauit cesar aures illius ferro perfora/
ri: sed apparente itez ei angelo quidam ex ministris
eum uidēs conuersus est. Demū decius minyatem ad
templū martis adduci fecit: & eidem auri & argēti ac
gemmarū quantitatē non modicā obtulit: si sacrifica
re uellet: eo q; ipsum antiqua amicitia plurimū dile/
xisset. Dum aūt omnino immolare recusaret. Iubēte
cesare decollatus est. viii. cal. nouēbris. Et sepultus est
a xp̄ianis in ciuitate florentia. ¶ Sanctus phridianus
eps florentinus ecclesiā minyatis martyris trans flu/
men arni positā sepius uisitabat. Cum aūt die quadā
inundatione nimia flumen naui trāsiri non posset: &
naute quidā ultra flumen existerent: sanctusq; eps trā
sire curaret: nauteq; illi piculo postposito: beati mar/
tyris confisi meritis ad ep̄m transuadandum uenire
disponerent: subito se citra flumen inuenerunt: & epi
scopū transportātes sine periculo fluuiū transierunt.
Tunc sanctus ep̄us eisdem per spiritū nunciauit: ciui/
bus illis hoc a deo sanctum minyatē obtinuisse: ut ne
mo in aqua illius fluminis necari posset. Quod usq;
hodie ita extitisse refertur: ubi postmodum ecclesia
in honore sancti phridiani episcopi fabricata est.

¶ De Phrontone episcopo. Cap. CIX.

Phronto eps apud petragoriceū ciuitatem
claruit. Qui ex eadem urbe oriundus: a iu
uēnte deo deuotus. Rome a beato petro
baptizatus: & eps ordinatus: ad eandem
ciuitatem cum gregorio presbytero ad predicādum
missus est: uerum post dies tres itineris mortuo gre/
gorio: phronto ad petrum rediit: acceptoq; ipsius ba/
culo super corpus defuncti illum posuit: & sociū exci
tatum de morte recepit. Sicut de hoc supra dictum ē
in passione petri apostoli. iii. cal. iulii: ueniens autem
phronto ad ciuitatem pertragoricam: uerbo & exem
plo multos ad xp̄i fidem cōuertit: & .lxx. monachos
ibidem ad seruiendū domino cōgregauit. Sed a prese
cto ciuitatis squirio noie: persecutionem passus est:
quia quos iste baptizabat: ille decollabat: unde ipse
sumptis seminibus olerum: monachos suos assum/
psit: & eremū desertissimā petiit: ueniēs aūtē ad locū
super fluuium dordonē: draconem ingentem & ser/
pentū multitudinem ibidē habitantem: xp̄i uirtute
fugauit. Ibiq; cum fratribus deo seruire cepit & oleg
semina seminauit. Deficientibus uero eis cibis: ange/
lus domini squirio presidi per noctē apparuit: & ei di
uinā ultionem cōminatur: nisi sanctis uiris subueni/
at pereuntibus fame. Ille uero territus amicos consu/
lit: sed quo scī dei abissent: penitus inuenire nō ualu/
it. Post dies tres nocte itez angelo eidē apparēte pla/
gis pcussus est. Qui amicis itez consultis. lxx. came/
los cibis monachoz onerat: & deo phrōtoni: eos cō/
mēdat. Qui duce domino ad eremū sancti uiri recto
itinere peruenerūt. Sanctus aūt eps onerum medieta
tē deposuit: & cū reliquo camelos remisit. Qui eadē
uia q̄ uenerāt reuersi sunt ad dominū suum. Qđ cer/
nēs preses in xp̄o credidit: & phrontonē inuestigatū
adiit: atq; gregorius ab eo uocatus sacrū baptisma su
scepit: eidēq; in eremo de cetero ministrauit. Sanctus
aūt uir post multos labores in pace quiit. viii. cal. no/
uēbris. Sepultus petragorice uirtutibus clarens.

¶ De sancto Demetrio martyre. Cap. CX.

Demetrius martyr apud thessalonicā ciui/
tatē passus est sub maximiano īperatore.
Hic a sua iuuentute xp̄ianus & deo serui/
ens nobilis fuit ciuis ipsius thesalonice ci/
uitatis & miles strenuus. Qui tamen xp̄m dominū p̄
dicabat: & multos ad fidē conuertebat. Ingressus aūt
imperator thessalonicā: audiens demetro ipsum cō/
prehendi feci & in carcerē mitti. Erat aūt cum impe/
ratore gigas fortissimus & aspectu terribilis nomine
libeus. Qui de mādato augusti cum xp̄ianis dimicās:
eos brachiis ad se cōstringens ad terram allidebat: sta
timq; sp̄m exhalabant. Multi etiā alii ab imperatore
diuersis penis affligebant. Cū aūtē demetrius esset in
carcere positus: scorpionē iuxta pedes suos cauda eū
percutere satagentē uidit: quē edito crucis signaculo
statim extinxit. Cui oranti cōfestim angelus apparu/
it: atq; in xp̄o confortans: coronam capiti eius impo/
suit. Vez dum imperator cogitaret demetriū cum li
beo experiri. Nestor quidam christianus se nocte san
cto demetrio obtulit dicens: q; certamen hoc assume
re deliberasset: rogans ut sanctus martyr p̄ se domi/
num exoraret. Qui ab eo confortatus: die sequenti ī/
peratori se presentauit: seq; christianum asseruit: offe
rens se cum libeo dimicare: & pro demetrio certamē
assūmere. ¶ Dum aūt imperator illum precibus re/
trahere nō posset: uictori munera ꝓmisit. Nestor igi
tur duellum īgressus: libeum ad terram prostrauit:
& prostratū occidit. Imperator autē hoc uidens: & gi
gantē christianoz ultorem amisisse dolēs cōtra eius
sponsionē nestorem a militia soluit: & de ciuitate eie
cit: demetriū quoq;: qui eius interfectionis cā fuerat:
iussit in carcere occidi. Milites autem ad carcerem ue
nerunt: & gladium in eius pectore demerserunt. Sic/
que orans cum palma migrauit ad dominum. Cu/
ius corpus a christianis occultatum est propter timo
rem paganorum. In quo loco deus mirabilia opera/
batur: ubi cunctorum egritudines sanabantur. Sed
processu temporis a leōtio christiano de illyrico ue/

nsente ad prefecturam thessalonice ciuitatis corpus sancti martyris leuatum est:& digno honore condi/tum:ecclesia eius nomini mire magnitudinis fabri/cata:ubi & quiescit miraculis pollens. Passus est au/tem secundū usuardum septimo calē.nouembris:se/cūdum adonem octauo idus octobris.

¶De scō Euaristo papa & martyre. Cap. CXI.

EVaristus papa & martyr natione grecus ex patre iudeo noīe iuda de ciuitate beth/leem:anacleto pontifici in ep̄atu romano succes̄it:& sedit annos.x. menses.vii. dies duos. Hic titulos in urbe Roma presbyteris diuisit. Hic constituit:ut septem diaconi essent in urbe: qui custodirent papā predicantē:ꝓpter stylum erroris: q posset imponi ep̄o ab emulis:& sic a maliuolis īfama retur:& uerbo diuino ab insidiantibus detraheretur: qui etiā semper parati essent ad obsequiū prebendū in missarū solēniis.Constituit etiā: ut coniugiū a pa/rentibus publice fiat: & sponse solēniter a uiris spon/sentur:& tradātur nuptui: & demum a sacerdotibus benedicant̄:qui etiam sub persecutione traiani mar/tyrio coronatus est:& sepultus est iuxta corpus beati petri apostoli in uaticano.vii.calen.nouembris.Hic fe cit ordinationes tres per mensem decembrium p̄sby teros.vii.diacōes duos:episcopus per diuersa loca nu/mero quinque.Et cessauit episcopatus dies.xxviii.

¶De sanctis Rogatiano & Felicissimo martyribus. Cap. CXII.

ROgatianus presbyter:& felicissimus mar tyres apud aphricā sub decii & ualeriani persecutione passi sunt:& illustri marty/rio coronati. De quibus beatus Cypria/nus in epistola ad confessores rogatiano iuniori men tionem facit:eos magnifice commendans. Passi sunt autem.vii.calen.nouembris.Hec ado.

¶De scō Frumentio ep̄o. Cap. CXIII.

RFrumentius ep̄s apud indiam claruit tem pore cōstantii imperatoris. Fuerunt autē duo pueri romani xp̄iani.s. frumentius & hedysius tēpore cōstantini magni augusti qui dū ab annis puerilibus essent xp̄iani:cum metro/pio quodā presbytero eor̄ magistro:interna indie su perioris locor̄ orbis perscrutandi gratia penetrarūt: ubi nunq̄ adhuc xp̄i fuerat euangelium p̄dicatum: q a dicto p̄sbytero litteris imbuebant̄. Romanis uero tunc tēporis pacis federa indis uiolātibus: cuncti qui de latinor̄ populo per totā indiā reperti sunt:capti & trucidati fuerunt.Inter quos p̄fati pueri sub arbore le ctiones suas repetētes:a barbaris cōprehensi:uita illis remissa quia pueri:& regi indor̄ sunt p̄sentati. Quo rum alter rex.s.hedysiū sibi pincernā fecit:frumentio uero rationes suas & scrinia cōcessit. Cum autē rex ad mortē instaret:filio paruulo regnū:pueris uero prefa tis libertatē reliquit.Quo mortuo:ad p̄ces regine cū filio paruulo:donec adolescerent:ꝓmanserunt.Frumē tius igit̄ nomine paruuli regnū gubernabat:unde oc casione accepta:xp̄ianos in uniuerso regno conuoca/uit:& ecclesias edificandi libertatē cōcessit:xp̄m q̄ pu blice annunciās:m ultos de populo ad fidē christi cō/uertit. ¶Sanctus uero hedysius ad tyrum italie ciui/tatem prouisendis parentibus abiit. Frumētius autē ꝓperans alexandriā uenit:& athanasium tunc ipsius urbis ep̄m rogauit: ut nouellis xp̄anis ep̄um delega/ret.Athanasius autē frumentium eundem ep̄m conse/crauit:& cū auctoritate plena pōtificii ad indos remi/sit.Qui predicatiōis officium in ipsa prouincia fideli/ter administrās:& multis signorū & miraculorū uir/tutibus coruscās:pene oēs supioris idie gētes ad xp̄m adduxit:plenusq̄ sanctitate in pace qeuit.vi.calē.nouē bris.Gloriose sepultus in regia ciuitate.

¶De sanctis Vincētio sabina & christina uirginibus & martyribus. Cap. CXIIII.

VIncentius martyr sabina & christina uirgi nes passi sunt in hispania ciuitate abella sub preside daciāo.Qui primo in equuleo ad eo sunt extēti omnes compages mem/brorū eorū soluerent̄. Deinde capita eorū lapidibus suppositā usq̄ ad excussionē cerebri ualidissimis ue/ctibus sunt contusa:atq̄ ita eorum martyrium com/pleuerunt.vi.cal.nouemb.ut dicit adeo.

¶De scīs Simone & Iuda apostolis. Cap. CXV.

SImon chananeus & iuda siue tadeus apo/stoli:fratres germani fuerūt iacobi mino ris & ioseph iusti:filii marie cleophe:q̄ al/pheo nupta fuit.De quo supra dictum est in legenda sancte anne.vii.cal.augusti.Iudas aūt ad ab agarū regē edesse missus fuit post domini ascensionē. Cū enim dictus rex infirmitate nimia eēt oppressus: audiens de miraculis xp̄i tūc in iudea predicātis:misit ei epistolā rogans ut ad se uenire dignaretur: & eum ab infirmitate curare:asserens eū dei filiū: cum tamē adhuc eēt gentilis.Cui iesus per ep̄istolam respōdit.q̄ oporteret ip̄m oīa cōplere.ꝓpter que missus fuerat:& postea ab eo q̄ miserat illum in celū recipi. Promittēs q̄ unū ex eius discipulis post eius ascēsionē ad eū mit/teret:qui eū ab omni egritudine liberaret. Postea ue/ro q̄ dominus assumptus ē ut ī historia ecclesiastica le gitᷣ:misit thomas apostolus tadeū:q & iudas dictus ē ad abagar̄ regē iuxta domini ꝓmissionē:uiditq̄ rex in uultu tadei mirū & diuinū splēdorē: & cōtinuo in xp̄m credidit:eiusq̄ discipulū adorauit. Et cū lepro/sus esset:ut in q̄busdā libris legitur: tadeus eū tetigit: & mox plenā mundationē accepit:& baptismū susce/pit. ¶Scripsit ā t iudas apostolus ultimā de.vii.que ca nonice dicunt̄:epistolā:que quia in libro enoch apo/cripho testimoniū sumpsit a populisq̄ repudiat̄: usu tamen & auctoritate maiorum inter sanctas meruit cōputari scripturas:ut dicit hieronymus libro de ui/ris illustribus. ¶Iudas aūt primo in mesopotamia &

ponto predicauit. Simon uero in egypto: deinde am/
bo in perſidem uenerunt: & ibidem duos magos za/
roen & arphaſath quos mattheus de ethiopia fuga/
uerat inuenerunt: ut ſupra dictum eſt in eius paſſione
xi. cal. octobris. Qui per magicas incantationes mul/
ta ſigna faciebant: & populum in multis ludificabāt.
Tunc baradach dux xerxis regis babylonie ad preliū
cōtra indos profecturus nullum a diis ſuis potuit ha/
bere reſponſum. Pergentes aūt ad phanum proxime
ciuitatis: a diis illoꝝ audierunt: q̄ propter apoſtolos
qui illuc uenerant dii ſui reſpondere non poterant.
Quos dux requiſitos & inuentos: interrogauit: qui eſ
ſent uel qua de re ueniſſent. Qui ſe genere hebreos: cō
ditione chriſti ſeruos & apoſtolos eſſe reſponderunt:
cauſa uero ſalutis illorum illuc ueniſſe dixerunt. Cū
autem dux diceret: q̄ diis ſuis potētiores illos fore co
gnoſceret ideoq; eos de fine belli interrogaſſet: apoſto
li reſponderunt: q̄ ad hoc ut deos illos mendaces fo/
re comprobarent permittebant eis dare reſponſa: ut
ex euentu facti mētitos eos fuiſſe appareret. Tūc pha
natici bellum dixerunt futurum: & multum hinc in/
de populum ruiturum. Apoſtoli autem uerba illoꝝ
deridentes ducē hortati ſunt: dicentes pacem ſecū ad
duxiſſe: & die ſequenti hora tertia legatos indorū ad
eum uenturos eſſe: ſueq; ſe potanti cum pace uelle ſu
biicere. Pontifices uero contradicentes apoſtolos de/
ceptores aſſerebant: qui ideo ducem ſecurum redde/
re uellent: ut ipſum incautum hoſtes facilius occupa/
rent. Dux uero utroſq; uſq; in craſtinum cuſtodiri fe
cit: ut ex rei euentu ueraces honorarentur: & menda/
ces punirentur. Cum aūt die ſequenti: quod apoſtoli
predixerant: eueniſſet: & dux pontifices incendere uel
let: prohibuerūt apoſtoli ne hoc fieret: quia miſſi erāt
non uiuentes occidere: ſed mortuos uiuificare. Et cū
omnia bona illorum dux apoſtolis uel ſaltem partē
uellet donare: apoſtoli nihil omnino aſſenſerunt reci
pere. Dux uero miratus illos ad regem xerxem duxit:
& deos in effigie hominum latentes eſſe aſſeruit: atq;
cuncta que per eos ſibi contigerant narrauit. Magi ue
ro econtra ibidem exiſtentes illis detrahebant: eos ua
nos & mendaciſſimos aſſerentes. Quod ut compro/
barent: aduocatos quoſdam coram ſe poſitos ſuis ar/
tibus ita mutos fecerunt: ut nec nutibus loq; poſſent.
Deinde illos loqui permiſerunt: ſed immobiles eſſe
fecerunt. Deinde eis greſſum reddiderunt: ſed apertis
eos oculis excecauerūt. Dux uero aduocatos illos cō/
fuſos ad apoſtolos duxit: ut eoꝝ interuentu a mago/
rum incantationibus liberarent. Sed cum illi apoſto/
los pānoſos deſpexiſſent: ſimon eos in fide xp̄i docu/
it: & ne de cetero magos illos timerent cōfortauit. Et
cum in eoꝝ frontibus cōſignati eſſent: & in xp̄m cre
derent: ad regem coram magis ingreſſi ab illis ſupera
ri non potuerunt. Irati magi multitudinē ſerpentum
uenire fecerunt. Sed apoſtoli ueniētes pallia ſua de ſer
pentibus impleuerunt: & in magos proiecerunt: mā/
dantes ne illos occiderent: ſed ſolum morſibus crucia
rent. Quod cum ſerpentes facerent apoſtoli itez eis
impoſuerunt: ut omne uenenum: quod infunderant
reuocarent: & ſic ad ſua loca redirent. Maiores autem
cruciatus magi ſenſerunt: cum ſerpentes uenenū re/
trahebant: q̄ cum ipſum primitus infundebant. Apo/
ſtoli autem triduo doloribus cruciari permiſerunt:
ut uel ſic ab eorum malitia conuerterentur. Cū ergo
tribus diebus ſine cibo & potu & ſomno manſiſſent:
& nec ſic reſipiſcere uellent: apoſtoli eos ſanos fece/
runt: & libere quo uellent abire permiſerunt. Qui in
eorum malicia perdurantes ab eis fugerunt: & pene
contra eos totam preſidem commouerunt. ¶ Poſt
hec filia cuiuſdam principis ex fornicatione concepit:
& filium pariens quendam ſanctum diaconem apo/
ſtoloꝝ diſcipulum nomine euphroſynum īfamauit:
q̄ ipſe eam uirginem uiolauerat: & ex ipſo puella con
ceperat. Cumq; parentes puelle diaconū occidere uel/
lent: apoſtoli aduenīunt: & quando puer natus fuerit
requirunt. Qui reſponderunt: q̄ illa die prima hora
diei. Apoſtoli uero puerum ad ſe portari iuſſerunt: &
coram diacono ſtatuerunt. Adiurāteq; puerum in xp̄i
nomine: ut ſi diaconus ille eum genuiſſent: corā cun/
ctis debeat propalare. Infans uero diſerte reſpōdit: &
diaconum iuſtum & ſanctum aſſeruit: quia nunq̄ car
nem ſuam coinquinauit. Cum autem parentes inſta/
rent: ut apoſtoli quererent: quis auctor ſceleris fuiſſet
dixerunt ſe innocentes abſoluere debere: non autem
nocentes prodere. ¶ Contigit etiam eo tempore: ut
due tigrides ferociſſime: que in ſingulis caueis erant
clauſe: prodeuntes fugerent: & omnes ſibi occurren/
tes deuorarent. Ad quas apoſtoli uenerūt: & eas in no
mine domini uelut oues manſuetas reddiderunt: ita
ut inter homines de die pacifice habitarent: & ueſpe/
re ad ſpeluncas ſuas redirent. Apoſtoli autem per an/
num unum & menſes tres in babylonia permāſerūt:
& pluſq̄ ſeptuaginta milia hominū exceptis paruulis
& mulieribus conuerterunt: quos omnes cum rege
xerxe & regina guina & filio eutropio baptizauerunt
eccleſias conſtruentes: & preſbyteros ac clericos ordi/
nantes. ¶ Predicti aūt magi ad ciuitatē ſuanir uenien
tes ſeptuaginta idoloꝝ pontifices ibidem exiſtētes ſe
duxerunt: ut cum illuc apoſtoli uenirent: aut eos ſacri
ficare cōpellerent: aut penitus perimerēt. Perluſtrata
igit̄ circūquaq; omni puincia cū apoſtoli ad dictā ur/
bem deueniſſent: p̄dicti pōtifices cum omni populo
eos capiūt: & ad tēplū ſolis & lune deducūt. Demones
aūt p̄ energuminos clamabāt: q̄ eos apoſtoli incēde/
bāt. Angelus autē domini eis apparuit: & ut alteꝝ ex
duobus eligerent: illos monuit: aut omniū in templo
exiſtentiū repētinū interitū: aut ſuum martyriū. Qui
cū martyriū elegiſſent: ut populū ad penitentiā redu/
cere poſſent. Facto in eis ſilētio demoniis cūctis audiē
tibus imperarunt: ut de illoꝝ ſimulacris exirent: & il
la confringerent. Statimq; duo ethiopes nigri & nu/
di de idolis exierūt: & fractis illis cū diris uocibus ab/
ſceſſerunt. Quod uidentes pontifices in apoſtolos ir/
ruerunt: & eos ptinus trucidarunt. Tūc erūpentibus
fulguribus & tonitruis tēplū trifarie ſcindit̄: & magi
ictu fulminis in carbōes uertunt̄. Rex aūt babylonie
xerxes apoſtolorum corpora ad ciuitatem ſuam tran
ſtulit: & in eorum honorem eccleſiam mire magnitu
dinis fabricauit. Paſſi ſunt autem ſancti apoſtoli do/
mini ſimon & iudas. v. calen. nouembris.

¶ De ſcō Abdia ep̄o & cōfeſſore. Cap. CXVI.

ABdias epiſcopus babylonie fuit: qui a ſan/
ctis apoſtolis ſimone & iuda in fide chriſti
doctus: eorumq; diſcipulus: & ab eiſdem
conſecratus eſt epiſcopus. Qui poſt marty

rium apoſtolorum eorum paſſionē hebraica lingua conſcripſit:quam eutropius epiſcopus filius xerxis regis:de quo dictum eſt ſupra pridie calendas maii: in grecum tranſtulit:eamq; poſtmodum aphricanus in latinum uertit. Hic in ciuitate babylonie perſarū predicationis officio fideliter inſtitit:eoq; ſolicite adminiſtrato in pace quieuit:ſepulrus babylonie iuxta corpora apoſtolorum.

¶ De ſcō Pharone epō. Cap. CXVII.

PHaro epiſcopus meldeñ claruit apud ipſam ciuitatem. Hic fuit frater ſancte phare uirginis:de qua ſupra dictum eſt.vii.idus decembris. Qui & prepoſitus palatio clotharii:& theodēberti:& theodorici regum francoꝝ ſtrenue regalia adminiſtrabat. Dum autem ad pharā ſororem ſuam uiſitandam uocatus acceſſiſſet: ab eodem ſuaſus ſeculum reliquit. Et communi uoto ipſius & coniugis blidechildis ipſe clericatum aſſumpſit:uxoremq; ſacro uelamine conſecrari fecit. Ipſe autem miſericordie operibus ſolicite intentus domino deuote ſeruiuit:eccleſiam ſancti ſtephāi ciuitatis meldenſis pauperrimam copioſe ditauit:& in ea in domini obſequio reſedit. Hic etiam chilenum fratrem ſuum ad prouinciam attrebatenſem ad predicandum miſit:qui ibidem miraculis claruit. ¶ Die quodam cum eodem chileno pharo ad mēſam ſedebat: & uas uitreum uino plenum cadens in terram confractum eſt:quod ſanctus chilenus reintegrauit: uinumq; effuſum adeo in uaſe recuperauit:q; neq; terra madefacta uideretur: recuperatumq; uinum chilenus pharoni p̄ſentauit:& pharo deo gratias egit. Mortuo uero ualperto epiſcopo:pharo ab omni populo in ſucceſſorē eligitur:& a rege clothario approbatur. Qui cum die paſche pueros confirmaret:infantem a natiuitate cecum chriſmate perungens illuminauit. ¶ Tranſiens per ciuitatem ante carceres uinctos a uinculis abſolutos de cuſtodia ſolo uerbo eduxit. Verum cū aliquādo allectus de memoria pulchritudinis eius uxoris: ad eam miſit:ut ſe uiſitaret. Illa autem cum bis recuſaſſet:tandē tertio uocata cilicio induta & uultu abiecta ad eum uenit:& ſancti uiri immundam cogitationem extinxit. ¶ Dum autem nauis quedam cū multis in flumine fuiſſet ſubmerſa: pharo ad ripam amnis accedens:tā diu terre proſtratus orauit: donec nauis cum omnibus:qui ſubmerſi fuerant: uiuentibus emerſit:& ad fluminis ripam peruenit. ¶ Cum ad p̄ces andeui epiſcopi eccleſiam in ſolo rothomagēſi cū ſanctis amando & eligio dedicaret:& tabula marmorea altari conſecrato ſuperponi deberet: caſu de manibus miniſtrorum collapſa per medium ſciſſa eſt. Quam ſanctus pharo cum ceteris epiſcopis ſuis orationibus reintegrauit. Qui epiſcopatum ſuū feliciter per annos.lxvi.gubernauit:& clarus ſanctitate ad chriſtum migrauit.v.calen.nouembris.

¶ De ſcā Cyrilla uirgine & mr̄e. Cap. CXVIII.

CYrilla uirgo & martyr rome paſſus ē ſub claudio imperatore. Hec olim filia decii ceſaris una cum matre tryphonia regina ad chriſtum conuerſa & a ſancto preſbytero iuſtino baptizata eſt:ut dictum eſt ſupra in legē da tryphonie regine.xv.calen.nouembris. Mortuo uero tryphonia claudius cyrillam teneri fecit cum militibus.xlvi.de quibus ſupra in eorum paſſione actum eſt.viii.calen.nouembris. Quibus omnibus martyrizatis imperator cyrillam ſacrificare nolentem:gladio necari precepit. Cuius corpus iuſtinus preſbyter iuxta corpora hippolyti martyris & ſociorum ſepeliuit quinto calend.nouembris: ubi & tryphoniam regi nam ipſe reconderat.

¶ De ſcō Ioāne epō auguſtuduñ. Cap. CXIX.

IOannes ep̄s auguſtudunēſis ut ſcribit beda libro.v.ca.ii.de geſtis anglorum: mira ſanctitate claruit. Hic longe a ciuitate ſua fere miliario cum dimidio manſionem ſecretiorem nemore circundatam habebat: in qua per totam quadrageſimam manere conſueuerat:habens ſecum paucos uiros ſpirituales:cum quibus deo uacaret:& paupere m quempiam in quo chriſtum refoueret. Cum autem ſemel incipiente.xl.illuc ueniſſet:& adoleſcentem mutum a natiuitate totūq; ſcabioſum & in capite furfureum ſecum aſſumpſiſſet: eidē quotidianum uictum preſtans:finita prima quadrageſime ſeptimana dum linguam eius breuiſſimam tetigit ſigno crucis edito loquendi ei facultatem & uſum conceſſit. Scabredinem autem eius adhibito medico curari fecit. Ita ut capillis pulcherrimis & criſpis:limpido uultu & noua loquela decoratus: quodammodo reiuueniſſe uideretur. ¶ Quadam die ad monaſterium uirginū:quod netadū dicitur deuenit: ubi erat uirgo quedam abbatiſſe carnalis filia:quam in ſeculo ex marito genuerat:que ex phlebotomia in.iiii.luna facta brachium adeo tumefactum habebat: q; ipſius omnino uſu carebat. Quam dum ſanctus uir:ad preces abbatiſſe tetigit:confeſtim brachium eius ſanum fecit. ¶ In uilla duummilium cum eccleſiam conſecraſſet:& miſſam celebraſſet:uxori comitis buci que diebus.xl.ipſos corporis graui colore detēta iacuerat: de aqua conſecrationis benedicta miſit:ut ipſa ex inde biberet & corpus ablueret. Quod dum ille feciſſet ab omni mox egritudine ſanata ſurrexit:& continuo diſcumbentibus in menſa miniſtrauit. ¶ Alio quoq; tempore uocatus ad dedicandum aliam eccleſiam:comitis addi:officio peracto ad unum ex pueris comitis graui langore detentum iamq; in extremis laborantem intrauit: & eū benedicens ad menſam cū comite diſcubuit. Cum autem puer poſt modicū bibere petiiſſet:& ioannes uinum a ſe benedictum ei miſiſſet: puer potans illud ſtatim ualens delecto ſurrexit& cū ceteris ad menſam comedit. ¶ Cum ad quoddā mo-

naſterium pergeret: & iuuenes equitantes equos ad ad curſum certatim compellerét:unus illorum a ſan/cto uiro currere prohibitus dū curſum cepit: lapſus in lapide caput colliſit:& cerebrum pene excutiēs: die illo & nocte quaſi mortuus iacuit.Pro quo uir domini in orationem pernoctans mane caput eius tetigit: & ab omni protinus dolore & leſione curauit.Primo tamen ipſum confitentem: q̄ a quodam preſbytero heretico fuerat baptizatus catholice baptizauit. Man ſit autem in epiſcopatu annis.xxxiii. Et pre nimia ſe nectute adminiſtrare non ualens ſucceſſorem ſibi ui/fridum ordinauit:& epiſcopatui reſignans in mona/ſterio predicto habitauit:ubi & in pace quieuit.iiii.ca len.nouēbris.Sepultuſq̄ eſt in porticu ſancti petri in mōaſterio qđ dr̄ ſilua cleroꝝ ano domini.ccccccxxi.

¶De ſcō Narciſſo ep̄o. Cap. CXX.

Narciſſus ep̄s hieroſolymoꝝ tempore au/relii antonini ꝑecatoris claruit.Qui mul/tis miraculis coruſcauit. Die quadā in ui/gilia paſche dū oleū luminaribus deeſſet: nec unde infunderet haberent:aquam benedixit & lā padibus infundi fecit:& pluſq̄ eſſet oleum lumen fo/uit:& claram lucem reddidit.Quodam uero tempo/re:dum a quibuſdam emulis de facinoribus certis cri minatus eſſet:tres teſtes ſub iuramento contra eum depoſuerunt.Quoꝝ primus ſibi imprecatus eſt:q̄ ni ſi uerum diceret igne conſumeret:ſecundus q̄ a mor bo regio cruciaretur:tertius q̄ oculorum lumine pri uaret.Et q̄is his non obſtantibus:a populo ınocens iudicatus eſſet.furori emuloꝝ ſanctus uir cedere uo/luit:& deſertum petēs dudum ſolitariam uitā duxit. Teſtis autē primus qui in eū mētitus fuerat:cum om ni domo ſua fulmīe arſit:ſecūdus morbo regio a plā/ta uſq̄ ad uerticē pcuſſus ıteriit.Tertius uero hec ui/dens ad penitentiā rediit:& ueritate corā omni popu/lo depoſitam diu peccatum ſuū defleuit donec lachry marum inundantia lumē oculoꝝ amiſit:populus au tem hieruſalem narciſſum diu requirens & nuſq̄ in/ueniens:dionyſiū ſanctū uiꝝ ſibi ſubſtituit. Cui poſt modicū decedenti germanius:& germanio uigordi/us ſucceſſit.Cuius tempore narciſſus repertus cum iā ſenex eſſet:q̄is dudum renitens ad ſedem ſuā cū glo ria reductus eſt:& uigordius ſp̄ōte ep̄atui reſignauit. Cum uero ex nimio ſenio iam ep̄atum adminiſtrare non poſſet:diuina reuelatione alexandrum uiꝝ ſan/ctum:qui de cappadocia hieroſolymā cauſa peregri/natiōis uenerat:loco ſui ordinandū cōſtituit:ut in ip/ſius ſancta legēda dictū eſt ſupra.xv.calē. aprilis. Ipſe uero reliquum ſue ſenilis etatis orationibus exegit:& iiii.calen.nouembris ad x̄pm migrauit.

¶De ſcō Zenobio p̄ſbr̄o & mr̄e. Cap. CXXI.

Enobius p̄ſbyter & martyr apud ſidonem urbem paleſtinoꝝ paſſus eſt. Qui ſub dio/cletiani & maximiani auguſtoꝝ perſecutio ne:pro nominis x̄pi inuicta confeſſione gla dio capite ceſus:glorioſo martyrio coronatus eſt.iiii. calen.nouembris:ut ait ado.

¶De ſcō Serapione ep̄o. Cap. CXXII.

Erapion epiſcopus apud aphricā uir eru/ditiſſimus fuit:& fide clariſſimus atq̄ uir tute mirabilis: qui ut ſcribit hieronymus libro de uiris illuſtribus.xi.commodi im/peratoris anno antiochie epiſcopus ordinatus eſt.Hic fidei confeſſione inſignis ſcripſit epiſtolam ad carinū & pontium de hereſi montani eā ualenter impugās. Aduerſus manicheum etiam uolumen ſcripſit egre/gium.De titulis pſalmorum aliud.Epiſtolas inſuper. ad diuerſos utiles ualde.Et ſub cōſtantio principe ſan ctitate notabilis humanitatis debitum ſoluit. Sepul/tus antiochie.iiii.calen.nouembris.

¶De ſcō Leontio cōfeſſore. Cap. CXXIII.

Eontius confeſſor apud taracinam ciuita/tem cāpanie tēpore claudii ıperatoris a ſan cto ceſario martyre cōuerſus eſt: ut dicet infra in eius paſſione calē.nouembris: qui ab eodem ſacri fontis unda perfuſus:mox ut a ſancto iuliano preſbytero diuinam communionem accepit: ſpiritum emiſit. Sepultuſq̄ eſt in eodem oppido ab uxore & filiis.iii.calen.nouembris.

¶De ſcō Marcello martyre. Cap. CXXIIII.

Arcellus martyr apud ciuitatem tingita/nam paſſus eſt.Qui cum eſſet cēturio ſub agricolao agente uices prefectoꝝ pretorio & de chriſtianitate ab eius militibus accu ſatus fuiſſet: & x̄pm dominum confiteri nullatenus dubitaſſet.lubente nequiſſimo agricolao: capitis ab/ſciſione martyrium conſumauit:ſepultuſq̄ eſt in ea/dem ciuitate a fidelibus.iii.cal.nouembris:hec ado.

¶De ſcō Germano ep̄o capuano. Cap. CXXV.

Ermānus ep̄s capuanus ſanctitate uite miri fica claruit:de quo refert gregorius.ii.dia/log.cap̄.xxxi. q̄ dum ſeruandus quidam diaconus abbas monaſterii:quod in cam/panie partibus a liberio quondam patricio urbis ro/me conſtructum fuerat:ad beatum benedictū ad mo naſterium caſſinenſe uiſitationis gratia ueniſſet. Ho/raq̄ iam quietis exiſteret in cuiuſdam turris ſuperio/ribus benedictus.in inferioribus uero ſeruādus ſe col locauit diaconus.Quo uidelicet in loco inferiora ſu/perioribus paruius cōtinuabat aſcenſus.Cum uir do mini benedictus adhuc quieſcentibus fratribus iſtās uigiliis ad feneſtram dominum deprecaretur:ſubito intempeſta noctis hora reſpiciens:uidit fuſam lucem deſuper noctis tenebras effugaſſe: tantoq̄ ſplendore clareſcere:ut diem uinceret lux illa:que ıter tenebras radiaſſet.Omnis etiam mundus uelut ſub uno ſolis radio collectus ante oculos eius adductus eſt. Qui ue nerabilis pater dum intentam oculorum aciē in ſplē/dore lucis infigeret:uidit germani animam epiſcopi capuani in ſphera ignea ab angelis in celum deferri. Tunc tanti ſibi teſtem uolens adhibere miraculi.Ser/uandum abbatem bis terq̄ eius nomine cum clamo/re uocauit.Qui intanti uiri ıſolito clamore turbatus: aſcendit:reſpexit partemq̄ iam lucis exiguam uidit. Cui ex hoc ſtupenti uir dei:que geſta fuerant:enarra/uit.Statimq̄ in caſſinum caſtrum theoprobo man/dauit:ut ad capuam ſub eadem nocte tranſmitteret: & quid de germāo epiſcopo ageretur:agnoſceret.Fa/ctumq̄ eſt.Et his qui miſſus fuerat: ſanctum uirum germanum epiſcopum iam defunctū repperit: & re/quirens agnouit:eadem hora fuiſſe illius obitū: quo uir domini benedictus eius cognouit aſcēſum. Quie uit autem in pace.iii.cal.nouēbris ſecūdū uſuardum.

¶De ſcō Quintino martyre. Cap. CXXVI.

QVintinus martyr genere nobilis & ciuis romanus apud ambianum urbē ſub rictiouaro preſide paſſus eſt temporibus diocletiani & maximiani imperatorum. Cum enim quintinus cum fuſciano & uictorico & criſpino & criſpiniano: & aliis pluribus a roma diſceſſiſſet: & pariſius deueniſſet: dum ſinguli illorum loca: in quibus predicarent: elegiſſent. Quintinus predicando circuiens: & miraculis pollēs ambianum uenit. Eodem quoq; tempore rictiouarus preſes tantam cedem in chriſtianos exercuit: ut in ciuitate treuerenſi ſanguis martyrum in flumen moſelle decurreret: & colorem aque in ſuum uerteret. Rictiouarus igitur quintinū detentum in carcere clauſit: die uero ſeqnenti produci mandauit: & dum xp̄m confiteretur: iuſſit extendi & fuſtibus grauiter cedi. Sed uoce de celo ip̄m exhortante cedentes corruerunt in terram. Quē preſes iterum in carcerem recipi iuſſit: angelo uero illum ſoluente: mane in medium urbis iuit: & ibi populo predicauit: unde rurſum captum: iuſſit illum preſes ad trocheas adeo torqueri: ut uicula eius a iuncturis ſoluerentur: deinde teſticulis ferreis illum cedi precepit: poſteaq; oleum bulliens ac picem & adipem feruentia dorſo eius infundi: & lampades ei ardentes appliari. Et dum liberius idola contemneret: & preſidem confutaret: mandauit in os eius acetum & ſalem ac ſi napim liquefacta iactari ut ſic taceret. Qui dum magis adhuc chriſtum collauderet: iuſſit illum apud uiromandum adduci: & duos maximos clauos ſiue taringas a ceruice uſq; ad crura configi: & x. alios clauellos intra ungulas & carnem digitis manum immitti. Et ſic cōfoſſum decollari. De cuius collo columba niuea exiens celum aduolare uiſa eſt. Qui paſſus eſt pridie calen. nouembris. Corpus autem eius fluuio ſequane demerſum a preſide adiectione terre plumbi & limi ceno ſepultum eſt: ne a chriſtianis inueniretur. ¶ Sed poſt annos. lv. a q̄dā matrōa romana euſebia nomine taliter repertū eſt. Cū enim ipſa mulier ceca eēt: angelus ei tertio appuit: eāq; admonuit ut in galliā ad corpus ſcī quintini martyris requirendū accederet: ſicq; uiſum recuperaret. Que dū locū ignoraret: angelico ductu illuc tandem deuenit: & de corpore a multis requirens nihil omnino inuenire ualuit. Dum autem oraſſet ad dominum: corpus ex una parte de flumine & caput ex alia enatauit: & uſq; ad manus mulieris accеſſit. Quod illa accipiens omnino incorruptum nimioq; odore fragrans: ad urniandum caſtrum portare diſpoſuit. Sed dum ad radices montis peruenit corpus omnino immobile factum eſt: ubi diuina cognita uoluntate euſebia corpus tumulauit: & continuo eius tactu lumen recuperauit. Plurimi quoq; infirmi a diuerſis langoribus in eius inuentione ſunt curati. ¶ Poſt decurſum autem annoꝝ. cccxx. dum corpus ſancti martytis iterum eſſet incognitum: ſancto eligio nouionenſi epiſcopo reuelatur. Qui poſt ieiuniū triduanum: dum locum ſibi oſtenſum ubi latebat efſoderet: nocte lux de celo tanta circunfulſit: ut dies orta a pluribus crederetur: odoris quoq; ſuauiſſimi fragrantia erupit. Corpus ergo ſancti reptum ac leuatū: honorifico ac precioſo locello condidit: eccleſiamq; & monaſterium ibidem edificauit. Anno domini .cccccclvii. ubi ad preſens ſanctum corpus requieſcit: ſigniſq; mirabilibus refulget.

¶ De ſcō Natale cōfeſſore. Cap. CXXVII.

NAtalis confeſſor tempore zephirini pape rome claruit. Qui dum ſanctis operibus polleret: deceptus ab aſclepio & theodoto collectariis: qui ambo diſcipuli erāt cuiuſdam coriarii apoſtate: ab eccleſie communione deiecti: acquieuit ut epiſcopus illius hereſis nominaretur acceptis pro ſalario. cl. nummis menſtrue preſtatiōis. Sed admonitus ſepius a domino ut reſipiſceret: dum amore turpis lucri recuſaret: nocte quadam in ſomnis ab angelis diris uerberibus flagellatur. Mane autē liuores & uulnerum cicatrices in ſcapulis reperiēs: ac ſi uigilās corporaliter paſſus eſſet: territus ad papam zepherinum adiit: & uiſionem narrauit. Quem ille penitentem benigne ſuſcepit: & dignitati renuncianti ſatiſſactionem impoſuit. Natalis uero uitā in melius commutans: laudabilius finiuit: & eiuſdem pontificis tempore poſt modicum in pace quieuit pridie calend. nouembris.

¶ Explicit liber nonus.

¶ Prologus libri decimi.

DEcimus liber huius catalogi continet in ſe paſſiones & geſta illoꝝ ſanctoꝝ: quorum feſtiuitates eueniunt infra tempus: in quo repreſentat eccleſia propagationem illoꝝ eius filiorum: qui fuerunt eccleſie eiuſdem augmentatores: quales fuerunt ſancte uirgines. Hoc aūt tempus eſt a calendis menſis nouembris uſq; ad aduentū domini. Et hoc ſub figura ſanctorum prophetarum: quoꝝ tunc uaticinia & prophetie leguntur. Hi enim: ut plurimum carnali ſpreto coniugio: in corporis & mentis integritate domino ſeruientes: aduentū chriſti & futura tempora per ſpiritum predixerunt: & populum domini ſuis uaticiniis a uitiis & erroribus reuocare: & ad uiā ueritatis reducere ſtuduerunt. ¶ Ad huius igit̄ tēporis ultimi feſta ꝑtractāda ueniēdū eſt.

¶ Incipit liber decimus a calendis nouembris uſq; ad aduentum.

¶ De feſtiuitate omnium ſanctorum. Cap. I.

FEſtiuitas omnium ſanctorum: quatuor de cauſis inſtituta fuiſſe uidetur: primo propter cuiuſdam templi dedicationē: ſecundo ꝓpter omiſſoꝝ ſupplētionē: tertio ꝓpter negligentiaꝝ expiationē: quarto ꝓpter faciliorem ora

tionē noſtraꝝ impetrationem. ¶ Primo ergo iſtitu/
ta eſt ꝓpter cuiuſdam templi dedicationē: uidelicet tē
pli quod panteon antea dicebaſ: quod rome fuit con
ſtructū in honorē cybeles: que mater diciſ omnium
deoꝝ: & omnium eius filioꝝ. Quod templū poſtmo
dū bonifacius papa quartus eccleſie dei a phoca ceſa/
re donatū cōſecrauit in honorē dei genitricis: & om/
niū martyꝝ xpi. iii. idus maii. Et tūc ipſa die inſtituit
in urbe roma celebrari feſtū beate marie uirginis &
omniū ſanctoꝝ. ſ. martyꝝ: quia adhuc feſta confeſſo/
rum nō celebrabantur. De hac materia ſupra dictum
eſt. iii. idus maii. Et eſt illud tēplum: quod hodie uo/
caſ ſancta maria rotunda. Veꝝ proceſſu tēporis: quia
ad hoc feſtum multitudo maxima cōfluebat: & pro/
pter defectum uictualium celebritati uacare non po/
terāt. Ideo gregorius papa quartus hoc feſtū in calen.
nouēbris eſſe conſtituit: quādo celebratis meſſibus &
uindemiis: maioꝛē uictualium copiā eſſe cōſpexit: ac
per uniuerſum mūdum hūc diem in honorē genera
liter omniū ſanctoꝝ ſoleniter celebrari decreuit: ad/
ditis feſtiuitatibus confeſſoꝝ. Et ſic ſolēnitas que ſo/
lum rome de ſolis mīribus celebrabaſ: per totū mun/
dum de oībus ſanctis ad preſens recoliſ. ¶ Secūdo in
ſtituta eſt ꝓpter omiſſoꝝ ſupplectionē. Multos enim
ſanctos omittimus de quibus nullum feſtum ſiue
memoriā facimus: tum ꝓpter ſanctoꝝ multiplicita/
tē: quia quaſi īfiniti ſunt: tū ꝓpter nr̄am infirmitatē:
quia īfirmi & debiles ſumus: nec ad hoc ſufficere poſ
ſumus: tū ꝓpter tēporis breuitatē: quia etiā totum tē
pus longiſſime uite unius hominis nō ſufficeret: ut ſe
mel tantū in uita ſua: quis ſingulos ſanctoꝝ feſta ce/
lebraret. Ideoq; eccleſia ratiōabiliter ordinauit: ut qa
omniū ſanctoꝝ feſta facere nō poſſumus: ſaltē oēs ge
neraliter inſimul honoremus. ¶ Quare aūt inſtitutū
eſt: ut ſanctoꝝ feſta in terris agamus: magiſter guilel
mus in ſumma de officio ponit. vi. rationes. ¶ Prima
eſt ꝓpter honorē diuine maieſtatis. Cū enim ſanctis
honorē impendimus deū in ipſis honoramus: quia q
ſanctis honorem tribuit illum honorat: qui eos ſan/
ctificauit. ps. Laudate dominū in ſanctis eius. ¶ Secū/
da eſt ꝓpter auxilium noſtre īfirmitatis. Quia enim
per nos ſalutem habere nō poſſumus: Ideo ſanctoꝝ ī
terceſſionibus indigemus: a quibus ut adiuuari me/
reamur: merito ipſos honorare debemus. ¶ Tertia ē
propter augmentū noſtre ſecuritatis ut. ſ. ꝓpter ſan/
ctoꝝ gloriam: que nobis in eoꝝ feſtiuitate ꝓponitur:
noſtra ſpes & ſecuritas augmenteſ. Si enim morta/
les homines nobis ſimiles potuerūt ita per ſua meri/
ta ſublimari: cōſtat quia nos ſimiliter poterimus: cū
manus domini abbreuiata nō ſit. ¶ Quarta eſt ꝓpter
exēplū noſtre imitationis. Cū enim eoꝝ feſtiuitas re/
cenſeſ eoꝝ imitationē ꝓuocamur: ut. ſ. eoꝝ exē/
plo terrena cōtēnentes celeſtia deſideremus. ¶ Quin
ta eſt ꝓpter debitū mutue uicīſſitudinis. Sancti enim
de nobis feſtū faciūt in celo: quia gaudium eſt angelis
dei & aīabus ſanctis ſup uno peccatore penitētiā agē/
te. Iuſtum eſt ergo ut nos de ipſis feſtū agamus in ter/
ris. ¶ Sexta eſt ꝓpter ꝓcurationē noſtri honoris &
exaltationis. Cū enim ſanctos honoramus nr̄am rem
agimus: & nr̄m honorē ꝓcuramus: qa eoꝝ feſtiuitas
eſt nr̄a dignitas. Nā cū honoramus fratres nr̄os: hono
ramus noſipſos: charitas enī oīa cōia facit. ¶ Tertio i/
ſtituta eſt ꝓpter negligentiaꝝ expiationē. Licet enim
paucoꝝ ſanctoꝝ feſta agamus: adhuc tamen illa pau/
ca ſepe negligenter agimus: & multa ibidē per ignorā
tiam omittimus. Siquid igiſ in aliis ſolēnitatibus ſan
ctoꝝ: quas egimus: neglexerimus: in hac generali ſolē
nitate ſupplere poſſumus: & de negligentia nos pur/
gare ualemus. Hec ratio tangitur in ſermone: qui hac
die per eccleſias recitaſ: in quo ſic dicitur. Decretum
eſt ut hac die ſanctoꝝ oīum memoria habeaſ: ut qc/
quid humana fragilitas per ignorātiam: uel negligen
tiā: uel occupationē rei ſecularis in ſolēnitatibus ſan/
ctoꝝ minus peregiſſet: in hac ſancta obſeruatiōe ſol/
uatur. ¶ Notandū autem eſt q octo ſunt ordines ſan
ctoꝝ quos hodierna die inſimul ueneramur: ut eis:
quod negligenter fecimus: ſuppleamus: qui notātur
per octo conditiones ſiue ſtatus beatoꝝ: qui in euāge
lio huius feſti a chriſto exprimūtur: & eoꝝ perfectio/
nes contra octo uitia capitalia diriguntur: & reducun
tur ad. viii. conditiones ſiue ſtatus diuerſoꝝ miniſte/
riorum hominū: qui conſtituūt politicum regimē ci
uitatis: eo q eccleſia triumphans ciuitati aſſimilatur
apoc. xxi. uidi ciuitatem ſanctā hieruſalem nouā &c.
ut enim tractatur in libro de regimine ciuitatum: ad
hoc ut ciuitas bene regatur: & in ſuo ſtatu pacifico cō
ſeruef: neceſſe eſt: ut habeat: cōſiliarios ſeu iudices re/
gi aſſidentes: officiales ſiue uicarios in diuerſis caſtris
regis uicem gerentes. Precones ſiue notarios regis de
creta ſcribētes. Famulos ſeu nūcios regis mādata exe/
quentes. Milites ſiue pugiles pro regis honore pugnā
tes. Nobiles ſiue primarios regem continue comitan
tes. Mercatores ſiue operarios diuerſa operantes & uē
dentes. Et electas dominas reginam iugiter aſſocian/
tes. ¶ Primus ordo: qui eſt iudicum ſiue cōſiliarioꝝ
regi aſſidentiū eſt ordo apoſtoloꝝ: qui tāq̄ iudices &
regis aſſeſſores a chriſto electi ſunt: ut cum chriſto ad
iudiciū uenturo in duodecim thronis ſedeant: & uni
uerſum orbem cum eo iudicare debeant: de qbus cā/
tat eccleſia: Vos ſeculi iuſti iudices &c. Ad hoc aūt ut
iudices iuſte iudicent. debent a mente ſua omnem cu
piditatem excludere: & paupertatē diligere. Vnde me
rito: quia tales fuerunt apoſtoli: qui omnia tempora
lia a mente ſua abdicarunt: de ipſis dicitur: Beati pau/
peres ſpiritu. Et hec paupertas ſpiritus dirigitur con/
tra auaritiam. Premiū autem quod rex cōſueuit ſuis
iuſtis dare iudicibus: eſt ipſum regnū: quod eis una ſe
cum facit eſſe cōmune: ut ipſi quodāmodo reges ap/
pellentur: & ſibi conregent: unde & de apoſtolis dici/
tur: Quoniam ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ: ſicut & chriſti.
¶ Secūdus ordo: qui eſt officialiū ſiue uicarioꝝ: eſt or
do pontificum & ſacerdotū: qui chriſti uices & aucto
ritatem exercent in eccleſia militante: & eius ꝑſonam
in oībus repreſentant per diuerſa loca. Officiales aūt
ſiue uicarii regis: debēt ſemp optare iuſtitiā: ut ius ſu
um unicuiq; tribuant: unde & de iſtis: quia tales fue/
rūt: diciſ: Beati qui eſuriūt: & ſitiūt iuſtitiam. Et talis
eſuries dirigiſ cōtra gulam. Premiū aūt hoꝝ officiali
um eſſe cōſueuit: ut de cenſu regis ſibi uite neceſſari/
is prouideaſ: unde & de pontificibus & ſacerdotibus
diciſ: Quoniam ipſi ſaturabunſ. ¶ Tertius ordo: qui
eſt preconum & notarioꝝ: eſt ordo prophetarum q
regis eterni mandata in eccleſia ſcripſerunt: & ea po/
pulis denunciauerunt. Tales aūt ſemper debent eſſe

in continuo exercitio & labore, ut quaſi uita eorum ſit in fletu propter regis amorem: unde quia tales fuerunt prophete: de eis dicitur: Beati qui lugent: & talis luctus laborioſus dirigitur contra accidiam. Premiū autem horum ſcribarum & preconum eſſe cōſueuit: q; rex eis gratias liberaliter concedens: multis illos beneficiis conſoletur: unde & de ipſis additur: Quoniā ipſi conſolabuntur. ¶ Quartus ordo: qui eſt famulorum & nunciorum: eſt ordo angelorū: ſub quo omnes eorum ordines colliguntur: qui regis celeſtis mādata fideliter exequuntur: uelut eius famuli & nuncii ab eo directi. Tales autem debent eſſe humiles: ut regis iuſſa obedienter adimpleant: unde quia tales fuerunt angeli boni: qui in humilitate perſtiterunt: nec ſuperbie illorū qui de celo corruerunt conſentire uoluerunt: merito dicit de eis. Beati mites. Et talis mititas contra ſuperbiam dirigitur. Premium autē illorū nunciorum conſueuit eſſe: ut rex illis predia & poſſeſſiones largiat: unde & de ipſis additur. Quoniam ipſi poſſidebunt terram. Nam & angelis deus regimen terrenorum commiſit. ¶ Quintus ordo: qui eſt militum ſiue pugnatorum: eſt ordo martyrū: qui pro regis honore uſq; ad effuſionem ſanguinis decertarūt. Tales aūt multas perſecutiones hoſtium pati conſueuerunt: unde merito de martyribus dicit: Beati qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiam. Et talis paſſio contra inanem mundi gloriam dirigitur. Premiū autem militum regis eſſe conſueuit: ut rex eis omnia ſua liberaliter communicet: adeo q; inter ipſos & eius aſſeſſores nulla differētia ſit: unde & de ipſis additur: ſicut & de apoſtolis: quoniam ipſorū eſt regnum celorum: quia & martyres xp̄o conregnare putant: & reges appellantur: coronas regias in capite deferentes. ¶ Sextus ordo: qui eſt nobilium ſiue primariorū eſt ordo cōfeſſorum: qui per iugē contēplationē regem celi continue comitantur: & eius ſocietati quodāmodo deputantur. Tales aūt nobiles ciues debent ſuper omnia ad pacē uigilare: & ut concordia ſit inter ipſos affectare: unde quia tales fuerunt confeſſores: de eis dicitur: Beati pacifici. Et talis pax cōtra iram dirigitur. Premium aūt horum eſſe conſueuit: ut rex tales nobiles adeo diligat: q; ipſos quodāmodo filios ſuos appellet: unde & de iſtis additur: Quoniā filii dei uocabuntur. ¶ Septimus ordo: qui eſt mercatorū ſiue operariorū: eſt ordo patriarchārū: qui operibus miſericordie intenti: quodāmodo merces celicas xp̄o uendebāt centuplū recepturi. Hi aūt mercatores debent eſſe miſericordes: ne lucis pecunialibus nimium intenti efficiantur deceptores: unde quia tales fuerūt patriarche dicit de eis: Beati miſericordes. Et talis miſericordia contra inuidiā dirigit. Premiū autē mercatorū eſſe cōſueuit: ut de ſuis negociationibus lucrum percipiant: unde & de iſtis addit. Quoniam ipſi miſericordiā cōſequent. ¶ Octauus ordo: qui eſt dominarū: eſt ordo uirginum que reginā celi continue aſſociāt: & ei iugiter aſſiſtunt. Tales autē domine debent eſſe mūde & pudice: ut etiam regi aſſiſtere poſſint: unde quia tales fuerunt uirgines dicitur de illis: Beati mundo corde. Et talis munditia contra luxuriam dirigit. Harū autē dominarū premium eſſe ſolet: ut regis faciem uideāt: & eius ſpecialem amicitiam habeant: unde & de iſtis additur: Quoniam ipſi deum uidebūt. ¶ Quarto & ultimo inſtitutum eſt illud feſtum: propter orationū noſtrarum faciliorem impetrationem: ut ſicut eccleſia dei hac die omnes ſanctos uniuerſaliter honorat: ſic & ipſi pro nobis omnes inſimul intercedant. Hec ratio in oratione tāgitur: cum dicit. Deſideratam nobis tue propiciationis abundantiā multiplicatis interceſſionibus largiaris. Quod autē omnes ſancti in hoc feſto pro nobis uniuerſaliter ad intercedēdum conueniant: oſtenſum eſt in quadā uiſione: que ſequenti anno ab huius ſolēnitatis inſtitutione contigiſſe narratur. ¶ Cū enim cuſtos eccleſie ſancti petri in urbe omnia altaria circuiſſet: & omnium ſanctorū ſuffragia iploraſſet: ad altare ſancti petri rediens in ſpiritu rapitur. Et ecce uidit regem regum in ſublimi ſolio conſidentē: & omnes angelos circūſtantes: deinde reginā in diademate fulgente cū dominarū multitudine aduenit: cui rex aſſurgens eam iuxta ſe ſedere fecit. Poſt hec uenit quidam ueſtitus pilis camelorū: quem ſequebat multitudo uenerabilium ſeniorū. Deinde aduenit alius in papali habitu decoratus quem plurimi in pontificalibus ſequebantur. Poſtea proceſſit innumerabilis militie multitudo. Poſt quos aduenit turba diuerſarum gentium infinita. Hi omnes ante regem aduenerunt & eum flexis genibus adorauerūt. Angelus autem qui cuſtodem ducebat eidem uiſionem expoſuit. Aſſerens reginā matrem dei eſſe: dominas uero uirgines & continentes: pilis camelorū ueſtitum ioannem baptiſtam ſeniores patriarchas & prophetas. Papali habitu ornatum petrū apoſtolum: pōtifices apoſtolos omnes: milites martyres: turbam reliquam confeſſores. Qui ideo ante regē regum xp̄m uenerant: ut pro honore ipſis hac die exhibito gratias agerent: & pro orbe uniuerſo exorarent. ¶ Deinde dictus cuſtos ad locum alium ductus uidit utriuſq; ſexus homines: alios immenſis diuerſis delitiis gaudentes: alios inopes & famelicos medicantes. Dixit autem angelus hunc locum purgatoriū eſſe: abundantes uero animas illas eſſe quibus ab amicis per ſuffragia ſubueniebatur: egentes uero quarū cura nullatenus habebat. Iuſſit igit ut omnia uiſa ſummo pontifici intimaret: ut poſt feſtū omnium ſanctorū die ſtatueret: animarū: ut ſaltē generalia ſuffragia illa die pro illis fierēt: qui ſpecialia habere nō poſſet: ꝓpter quod commemoratio defunctorū ſequēti die ordinata eſt.

¶ De ſcis Ceſario & Iuliano mrib⁹. Cap. II.

CEſarius & Iulianus martyres: apud taracinam campanie ciuitatē paſſi ſunt ſub claudio imperatore. Erat enim firminus quidam pontifex taracine ciuitatis: qui p ſingulos annos talem cerimoniā pro ſalute reipublice & principum romanorū fieri ſuadebat. Iuuenem enim per .vii. aut .viii. menſes in delitiis enutritum faciebat calendis ianuarii porcum īmolare: & deide ipſum iuuenem armatū non tam armum aſcendere: & inde ſe p̄cipitio dare: cuius corpus ſummo honore collectū in templo apollinis comburebatur: & cineres pro reliquiis recondebantur. Eodem tempore ceſarius diaconus ex aphrica ad predictam ciuitatem deueniens: & cal. ianuarii: hec uidens & abhorens ac redarguens: de chriſtianitate ſuſpectus tentus eſt a firmino p̄tifice: & a luxurio primario ciuitatis. Et poſt dies .viii. traditus eſt leontio conſulari. Quo iubente nudatus

ante templum apollinis aductus eſt. Dum autē oraſ/ſet templum corruit:& firminum pontificem inter/fecit. Clamante autem populo:ceſarium innocentem leontius eum in cuſtodia nudum detinuit per men/ſes.xxii. Poſt hec autem inde eductus:ſed ab angelo ca pillis ſuis ſubito creſcētibus:indutus:dum peteret ſe modicum relaxari:& dimiſſus oraſſet:lux ipſi de ce/lo nimia effuſa eſt. Que cernens leōtius conuertitur: & a ceſario baptizatur: & a iuliano preſbytero ſacra communione ſanctificatur:ut dictum eſt ſupra de eo .iii.cal.nouembris. Poſtq̄ uero ſanctus leontius obiit: luxurius ceſarium & iulianū detinuit:& in ſacco uin ctos in mare ſimul precipitari fecit. Quoꝝ corpora a mare ad littus iactata euſebius collegit:& ea cōdigno honore ſepeliuit cal.nouēbris:luxurius uero poſt di/es modicos a ſerpente percuſſus interiit.

¶De ſcō Benigno p̄ſbr̄o & martyre. Cap. III.

BEnignus p̄ſbyter & martyr paſſus ē apud caſtrum diuionum ſub aureliano impera tore. Qui cum ipſius auguſti tempore cū andochio preſbytero & thyrſo diacono: a ſancto epiſcopo policarpo ioannis euangeliſte diſcipu lo ad predicandum in galliam miſſus eſſet: ad portū maſſilie deuenientes:ciuitatem eduam adierunt: ubi a fauſto quodam ſenatore iam uoto chriſtiano licet occulto honorifice ſuſcepti ſunt. Quem cū filio ſym/phoriano adoleſcente & omni familia baptizauerūt. Ad cuius etiam preces ad ciuitatem lingonicam acceſ ſerunt:leonillam fauſti ſororem chriſtianam fieri cu piētem cum tribus eius nepotibus:quorum ip̄a auia erat:ſcilicet ſpeuſippo eleuſippo & meleuſippo unda ſacra perfuderunt:& in chriſti fide docuerūt. De qui/bus ſupra in eorum paſſione dictum eſt.xvi.calen.fe/bruarii. Deīde benignus preſbyter diuionum rediit. Ibiq̄ predicare cepit. Aurelianus ergo imperator illuc deueniens:benignum cōprehenſum & ſacrificare re/cuſantem:neruis duriſſimis cedi fecit:& inde ad tro/cheas extenſum carceri mancipauit:ubi ab angelo cō fortat̄:& uulnera eius ſanant̄:die ſequenti imperato/ri exhibetur:cuius iuſſione ad templum ducitur:& immolare ſuadetur. Sed oratione ab eo facta idola ſi/cut fumus euanuerunt. Quem aurelianus iratus mā/dauit in carcerē mitti:& in ſaxo perforato pedes eius includi:& ſudes in digitis manuum affigi:atq̄ per di/es ſeptem omnem ei cibū potūq̄ negari: canes quoq̄ famelicos ſecum recludi:ut carnes eius lacerarent. Cū autem ſanctus diebus ſex in oratione perſeueraſſet:ca nes adeo mitigauit: ut nec ueſtem eius lederent. Die uero ſeptimo aperta cuſtodia benignus illeſus inuen/tus eſt:& a ſudibus & cippo ſolutus. Tunc q̄ iubente i peratore:uecte ferreo in collo contuſus:& lancea con foſſus expirauit:uiſa quoq̄ eſt columba niuea ex ore eius progredi:& uſq̄ ad celos euolare:Corpus autem remanſit nimio fragrans odore:quod a chriſtianis in eodem caſtro ſepultum eſt calen.nouembris.

¶De ſcā Maria uirgine & martyre. Cap. IIII.

MAria uirgo & martyr apud ciuitatem ni/comedie paſſa eſt. Que dum eſſet ancilla cuiuſdam tertulii principalis: & a domi/no ſuo propter natalem filii hoſtie diis im molarentur:illa a conſerua domine delata:q̄ de ſacri ficiis:utpote chriſtiana guſtare noluiſſet: uerberibus diris afflicta eſt:& a tertulio duro carcere mancipata: ibiq̄ diebus decem fame cruciata eſt. Quibus a roma no preſide cōpertis mariam ſibi preſentari fecit: eāq̄ ſacrificare nolentem:ungularum laniatione uexari p cepit. Sed clamore populi innocentem uirginem pro teſtantis:eam ad carcerem duci mandauit. Que dum duceretur:manus ſe tenentium euadens & fugiēs ab ipſis inſequitur. Dumq̄ ad ſaxum collis deueniſſet:ſa xum diuina uirtute ſcinditur:& uirginem intra ſe re cipiens confeſtim concluditur:& perſecutores exclu/duntur:ac in teſtimonium miraculi fruſtra aliqua ex ueſtibus uirginis:extra petram conciſa dimittuntur. Quod illi cernentes:territi ſaxum circueunt:nec adi/tum ullum inuenire poſſunt. Audiens hec preſes po/pulum ad ſaxum concidendum aduocat:ut inde ma leficam educant. Sed tonitrua & fulgura maxima cō tinuo eruperūt:equiteſq̄ duo equis igneis iſidētes de celo aduolauerunt. Populi uero pauētes ad tēpla deo rū recurrerunt:uerum erūpentes fulmina duo milia gentilium interfecerunt. Idola quoq̄ plurima in pul/uerem redegerunt. Que uidentes multi alii pagano/rum numero triamilia ad chriſtum conuerſi ſunt. Preſes autem a fulgure interemptus eſt. Maria uero ſaxo incluſa migrauit ad dominum. Poſtea quoque aperto ſaxo:corpus illius a chriſtianis repertum: di/gnoq̄ honore conditum eſt calendis nouembris.

¶De ſancto uigore ep̄o. Cap. V.

VIgor epiſcopus claruit tempore childeber ti regis francorum: apud oppidum baio/cenſe:qui attrebatenſe ciuitate nobilibus & fidelibus parentibus natus:intra ſancti uedaſti monaſterium habitabat. Dum autem paren/tes illum inde retrahere uellent:ut ipſum haberent in eorum hereditate ſuperſtitem: ille aſſumpto puero theodemiro ſeculum reliquit:& neſciens quo perge/ret:peregrinari cepit:atq̄ ad regionem baiocem deue nit. ubi ab angelo in ſomnis admonitus ad uicum re deuerum perrexit:illicq̄ edificato mōaſterio ieiuniis & orationibus deo ſeruiebat:multoſq̄ ad dominum conuertebat. ¶Dum autem filium paruulum mulie ris chriſtiane conuerſum baptizaſſet:illeq̄ ſubita fe/bre mortuus eſſet:mater pueri cadauer in lectulo ſuo repoſuit:& ad uigorem accedens: mortem filii cum lachrymis nunciauit. Pro quo ſanctus uir orationem effudit:& matrem ad domum reuerti mandauit:que iuſſu illius rediens filium ſibi uiuum occurrētem re/cepit. Propter quod miraculum multi languentes ad eū accedebant:& tactu illius ſani redibant: plurimiq̄ ad fidem conuerſi in chriſtum credebant. ¶Hic de poſſeſſione uiri cuiuſdam ſerpentem.xl. pedes in lon gitudine habentem:qui ſolo flatu homines & peco/ra occidebat:oratio ſuo ut catulum manſuetum liga uit:& uinctū theodemiro miniſtro ſuo tradidit: quē ille ipſum ſequētem iuſſu magiſtri ad mare ligatum deduxit:& in undis demerſit. ¶Alium quoq̄ ſerpen tem de loco:qui dicitur ceila:& tertium de loco: qui dicitur cammoron:ſimiliter eiecit. ¶Defuncto uero epiſcopo baiocēſe a clero & populo in epiſcopatu ele ctus eſt. Cum autem comes bathyldus poſſeſſionem quādam epiſcopatus a ſe occupatam arari faceret: de equo ſubito corruens:expirauit. Sanctus autem uir multis clarus uirtutibus ſenex & plenuus dierum i n

pace quieuit calen. nouembris. Sepultuſq; eſt in eccleſia baiocenſi.

¶ De ſcō Maturino cōfeſſore. Cap. VI.

MAturinus confeſſor apud ſenonenſem ciuitatem tempore maximiani imperatoris claruit. Qui ex patre marino eiuſdem ciuitatis nobile ac gentile progenitus: qui ex precepto maximiani chriſtianos perſequebatur: ipſe clanculum animo ſolo chriſtianus exiſtens: pro patrum ſalute ad dominum exorabat. Audiuitq; a domino: q; ei ab eo poſtulata darentur. Et poſt dies paucos mater eius ad chriſtum conuerſa: dum patri eandem conuerſionem ſuaderet: ille ei reſpondit: q; in nocte precedente per uiſum acceperat: q; filio ſuo in cuſtodiam data fuiſſet ouium multitudo. Vnde ipſe marinus cum uxore & filio maturino annorum uiginti a ſancto policarpo epiſcopo baptizati ſunt. ¶ Cū aūt diabolus filiam maximiani īperatoris oppreſſiſſet: & per os puelle clamaret ſe a nullo hominū niſi a maturino ſenonenſi eiiciendum: populū quoq; romanum a clade epidemie: quam incurrerat eiuſdem meritis liberandum. Imperator ad ſenonenſē ciuitatem miſit: & maturinum ad ſe accerſiuit. Qui romam cum multo honore perductus: prius a comitibus iuramentū accepit: ut ſi eum rome aut in uia mori cōtingeret: corpus eius ad propriam patriam reportarent: ueniēs ergo maturinus romam: īperatoris filiam a demonio liberauit: populo quoq; ſalutem a peſtilentia ſuis orationibus impetrauit. Et poſt hec ibidem in pace quieuit calen. nouembris. Cuius corpus dum in quodam tumulo poſuiſſent: die ſequenti exhumatum inuenerunt. Recordati aūt promiſſionis & iuramenti: corpus roma ad galliam tranſportarunt: & ibidem illud iuſſu imperatoris digno honore condiderūt apud ſenonis ciuitatem: ubi & miraculis claret.

¶ De ſcō Marcello epō. Cap. VII.

MArcellus epūs pariſiorū fuit qui apud eandē urbem merito ſanctitatis nō modico claruit. De quo illud memorabile reperitur: q; exiſtens adhuc iuuenis: ut dignus monſtrarē futurus antiſtes: eius merito tunc aqua in uinū: tūc uero mutata eſt in balſamū. Hic etiā inter alia uirtutū eius miraculoſa īſignia: puellā a morte corporis ſuſcitauit. Qui apud eandē urbē pariſienſem: ſanctitate clarus ī pace quiuit cal. nouēbris ibidē ſepultus.

¶ De cōmemoratiōe oīum mortuorū. Cap. VIII.

COmmemoratio oīum fidelium defunctorum ſequenti die a feſto omnium ſanctorum fieri ab eccleſia inſtituta eſt: uidelicet .iiii. noī. nouēbris: ut generalibus aliquādo ſuffragiis adiuuentur: qui ſpecialia habere nō poſſunt: ſicut in quadā reuelatione mōſtratū eſt: de qua dictum eſt ſupra in legenda omniū ſanctorū cal. nouembris. Circa quam cōmemorationem tria uidenda ſunt. ſ. ipſorū purgandorū conditio futura: ipſorū defunctorū purgatio dura: & ipſorū expiandorū ſubuentio ſecura. ¶ Quantum ad conditionem futurā ſciendum eſt: eſſe locū purgatorii: in quo aīe purgantur quorundā morientium de quibus inferius dicet: & hoc probat. ¶ Primo per locum a ſufficienti diuiſiōe. Nam ſicut dicit auguſtīus. Omnes qui de hac uita decedunt: aut ſunt ualde boni: & hi ſtatim euolant ad paradiſum: aut ſunt ualde mali: & hi deſcendunt ad infernū: aut mediocriter boni & hi uadunt ad purgatorium: ſuffragia autem facta pro ualde bonis ſunt gratiarū actiones: nec debent fieri ſcienter: quia ut ipſe dicit: Iniuriam facit martyri: qui orat pro martyre: ſed ubi ignoranter fierent ad meritum exorantis cederent. ſecundum illud. Oratio mea in ſinu meo cōuertet. ¶ Suffragia aūt facta pro ualde malis: ſunt uiuorū qualeſcūq; cōſolationes: pro quibus ſi de ipſorū dānatione cōſtaret: nulla ſuffragia fienda eſſent: ut dicit auguſtinus. Si ſciré patrem meū eſſe in īferno non plus oraré pro eo q̄ pro diabolo. Sunt aūt quidā mediocriter boni: qui plenā penitentiam non perfecerunt: qui nec adeo boni ſunt quin ſuffragiis nō egeāt: nec adeo mali quin eis prodeſſe non ualeant: pro quibus ſuffragia facta ſunt expiationes. ¶ Secundo probatur per locum ab auctoritate. Cū enim xp̄s dicat: q; qui peccauerit in ſpiritum ſanctū non remittet ei neq; in hoc ſeculo neq; in futuro: concludit q; in futuro ſeculo peccata aliqua dimittuntur: ſed hec nō in paradiſo: quia nihil ſordidū nihil ītrabit in eo coinquinatum apoc. .xxi. neq; in inferno in quo nulla eſt redēptio: igit eſt dare tertium locū in quo dimittant. ſ. purgatorium. Tertio probat ex ipſa diuina pietate. Cū enim ſit impoſſibile: ut homo non peccet. Iuxta illud. Septies in die cadit iuſtus: quomodo eſſet diuīe pietatis: ut quis ſubitanea morte preuentus ſic dānaretur de homicidio: ſicut & de uerbo otioſo. Nō enim euolant ſtatim cum decedunt: niſi tria genera hominum: qui ſignificantur per illos tres quibus celum apertū eſt. ſ. pueri baptizati aut etiam adulti: dummodo decedāt anteq̄ actualiter peccent: hi ſignificantur per xp̄m baptizatum cui celum apertum eſt luc. iiii. Item ſancti martyres qui denotant per ſtephanū lapidatum: qui uidit celos aptos actuū. vii. Ité uiri perfecti exiſtēs ſine ullo peccato etiā ueniali: hi denotantur per ioannem perfectiſſimum qui uidit hoſtium apertum in celo apoc. iiii. Quantū ad purgationē duram tria uidenda ſunt. ſ. qui ſunt illi qui purgant: & ubi purgantur: & q̄to tempore purgant. ¶ Circa primum ſciendum eſt: q; purgant illi qui ſatiſfactione ſibi iniuncta nōdum cōpleta decedunt: uerūtamē ſi haberent tantā contritionē: que ſufficeret ad delendū peccatum: liberi ad uitā tranſirēt: etiā ſi ſatiſfactionē minime compleuiſſent: quia apud deum non tam ualet meſura tēporis q̄ doloris. Qui autem non adeo conterunt: & ante expletionem moriuntur: igne purgatorii grauiſſime puniuntur: niſi forte eorū ſatiſfactio ab aliquibus eorū charis aſſumat perficienda: & hec debet fieri auctoritate ſacerdotis: qui penitētiam īpoſuit: & in cāu extre

me neceſſitatis: ubi per illū perfici nō poſſit: & debet perfici ꝑ eo ab hoīe exiſtente in charitate: & q̄ minor pena cōmutetur in maiorē: quia plus deo ſatiſfacit pena ꝓpria q̄ aliena. ¶ Secūdi qui purgant: ſunt hi: qui ſatisfactionē quidem iniūctam cōpleuerūt: ſed tamē illa pena ignorantia uel negligentia ſacerdotis ſuffi/ciens non fuit. Nā niſi magnitudo cōtritionis ſupple/at: iſti tales in purgatorio complebunt quod in hac uita defecerunt: unde ſi penitentia impoſita eſt ma/ior: tunc illud plus cedit ei in augmentum glorie. Si equalis ſufficit ad diminutionem totius culpe. Si mi/nor: tunc illud quod reſtat: ſupplebitur ex uirtute di/uine iuſtitie. ¶ Tertii qui purgantur: ſunt illi: qui li/gnum fenum & ſtipulam ſecum ferunt. ſ. affectiones carnales: quibus dediti ſunt. Ita tamen ut nil deo pre/ponant. Iſti enim illis tribus ſignificantur: qui ſecun/dum ſuos amandi modos: uel diutius ut lignum: uel minus ut fenum: uel minimum ut ſtipulam crema/buntur. ¶ Circa ſecundum. ſ. ubi purgantur: ſciendū eſt: q̄ eſt purgatorium generale & ſpetiale. Generale eſt in eodem loco quo & infernus: & eodem igne dānati cruciantur: & ſaluandi purgantur: ſicut idem ignis ligna conſumit: & aurum purificat: qui quidem ignis eſt miro modo grauis: cum excellat omnem pe/nam: quam unq̄ quis paſſus fuerit in hac uita: licet martyres mirabilia paſſi fuerint tormenta. ¶ Ha/bent tamen illi qui ſunt in purgatorio triplex reme/dium: quibus dānati carent. Primum: quia certi fu/turam gloriam preſtolantur: habent enim certitudi/nem de gloria: minorem quidem q̄ exiſtentes in pa/tria: ſed maiorem q̄ exiſtentes in uia. ¶ Secundum: quia a demonibus non cruciantur: non enim eſt con/ueniens: ut quorum in hoc mundo extiterunt victo/res: eos hēant in purgatorio penarum illatores. ¶ Ter/tium: quia ab angelis bonis ſepius uiſitantur: qui eos in ſpe certa future glorie confirmant: & bona: que pro eis in hoc mundo fiunt: illis annunciant. ¶ Spe/tiale uero purgatorium eſt illud quod deus in diuer/ſis locis pluribus animabus purgandis ſepius depu/tare creditur: Quod quidem facit deus propter quin/que rationes. Primo propter earum leuem punitio/nem: ſicut aliquibus ſecundum gregorium reuelatū eſt: animas quaſdam in umbra punitas eſſe. ¶ Secun/do propter earum celerem liberationem: ut. ſ. poſſint ſuas indigentias aliis reuelare: & ſic eorum ſuffragia petere: & per conſequens de pena celerius exire. Sicut legitur de ſancto theobaldo: q̄ eius piſcatores in autū/no fruſtum glaciei pro piſce prendiderunt: quod dū pedibus epiſcopi podagra laborantis pro eius refrige/rio ſupponeretur: audiuit uocem de glacie dicentis: ſe animam eſſe unius peccatoris: qui in illa glacie pur/gabatur: qui liberari poſſet: ſi. xxx. miſſas pro eo con/tinuatis diebus celebraret. Quas dum ſanctus bis incohaſſet: & diuerſis cauſis demone hoc agente intermiſiſſet: tertio miſſas continuauit: & fruſto glaciei diſſoluto anima peccatoris ad celos aſcendit. ¶ Tertio propter noſtram inſtructionem: ut ſcilicet magnam penam infligi peccantibus in uita futura cognoſcamus: ſicut appet in quodam ſcholari: qui dum poſt eius obitum magiſtro ſuo cum capade per gameno plena ſophiſmatibus appuiſſet: eamq̄ pluſq̄ turrim ſibi ponderare diceret: & magiſter penam il/lam leuem iudicaret. Ille guttam unam ſui ſudoris in palmam magiſtri cadere dimiſit que manum eius ſi/cut ſagitta perforauit: & cruciatum mirabilem ſen/ſit: unde magiſter territus ſeculo renuncians religio/nē intrauit. ¶ Quarto ꝓpter culpe in loco perpetra/tionē ſicut legit. iiii. dialog. q̄ preſbr̄ ꝓpter corporis ſui neceſſitatem balneum frequentans: ſemper inue/niebat unū ſibi ibidem miniſtrantē. Cui dum uice q̄/dam ꝓ mercede panē benedictum offerret: audiuit ab eo: q̄ fuerat aliquādo dominus loci illius: ſed ꝓ cul/pis ſuis ibidē poſt mortem fuerat deputatus: rogans ut ꝓ ſe panē illum deo offerret: & ſic expiari poſſet: q̄ dū preſbyter per dies. vii. pro eo celebraſſet: & ad bal/neū rediſſet: illū minime amplius inuenit. ¶ Quin/to propter alicuius ſancti orationem ſicut legitur de ſancto patricio ep̄o: ad cuius orationē deus in hiber/nia purgatorium unum cōſtituit: de quo dictū eſt ſu/pra in eius legēda. xvi. cal. aprilis. ¶ Circa tertiū. ſ. quā/to tpe purgant: ſciendū eſt: q̄ tp̄s debet culpe corre/ſpōdere. Deus enim q̄ modos & menſurā peccatorū & penaꝝ nouit: penam cum culpa cōmenſurat: uel tē/poris diuturnitate: uel pene acerbitate: ut ſi uerbi gra/tia: quis peccatū cōmiſiſſet: ꝓpter quod per annū in purgatorio ſtare deberet: & uſq̄ ad diē iudicii nō niſi mēſis unus reſtaret: q̄a tunc purgatorium finiri opor/tet: deus tunc ꝓpter temporis breuitatē aggrauaret pene acerbitatem. ¶ Quantum uero ad ſubuentio/nem ſecuram quattuor uidēda ſunt. ſ. quibus ſubue/nitur. Per quos ſubuenitur. Per que & qualiter ſubue/nitur. ¶ Circa primum ſciendū: q̄ dānatis nullo mō ſubuenitur: neq̄ quo ad liberationem: ut. ſ. ab ipſis pe/nis liberentur: nec quo ad mitigationē: ut. ſ. in eis di/minuantur: nec quo ad ſuſpenſionem: ut. ſ. ad tēpus etiam minimū eorum pena ſuſpendatur: nec quo ad fortificationem: ut. ſ. ad tolerādū leuius roborentur. Quantū enim ad aliquod hoꝝ in inferno nulla eſt re/demptio. Subuenitur aūt illis: qui in uita ſibi merue/runt: ut eis talia prodeſſe poſſint: uidelicet illis qui in ſtatu gratie decedentes aliqua ſecum purganda tule/runt: de quibus ſupra dictum eſt. ¶ Circa ſecundum ſciendum: q̄ debet iſtis ſubueniri per hoīes qui ſint in tali ſtatu: quali & illi deceſſerunt. ſ. in ſtatu gratie. Alioquin ſi ſuffragia fiant pro defunctis exiſtentibus in mortali: nihil animabus proſunt: ſicut nec ſibiip/ſis prodeſſe poſſunt. Hoc autem fallit in duobus ca/ſibus. ¶ Primo cum quis decedens in charitate ordi/nat ſibi de ꝓpriis facultatibus per aliquē ſubueniri: q̄/uis enim talis uoluntatē defuncti exequens ſit in pec/cato mortali: ꝓſunt tamen illi tales elemoſyne: q̄a fi/unt in perſonā exiſtētis in ſtatu gratie. ¶ Secundo cū quis defunctis ſubuenit in perſonā eccleſie: ut ſi ſacer/dos exiſtens in mortali etiā ſponte celebret ꝓ defun/ctis: q̄a enim hoc facit in perſonā eccleſie: proſunt de/functis illa ſuffragia: quia noīe eccleſie fiunt: que ſem/per ſine macula cōſiſtit: & oīa per ſpiritū ſanctum ope/ratur. ¶ Circa tertiū ſciendū q̄ ſuffragia ꝓ defunctis: quedā ſunt realia ſicut elemoſyne & oblationes: que/dam perſonalia: ut ieiunia & peregrinationes: quedā uero mixta: ut eccleſie orationes & potiſſime miſſā/rum celebrationes. ¶ Quod autem primum. ſ. ele/moſyne proſint pro defunctis: patet ex eo quod legit̄ ſecundo maccabeoꝝ. xii. Quoniam uir fortiſſimus

ſudas collatioue facta xii drachmas argenti miſit hie roſolymā offerri ꝓ peccatis mortuorū &c. ¶Quod uero ſecundū ieiuniorū obſeruatio & oratio eis ꝓſit gregorius ꝓbat in iiii dialogorū per multas auctoritates & exēpla que cā breuitatis omittunt. ¶Quod autem tertium ſcilicet miſſarum celebratio eis ꝓſit: probat idem in eodem libro: q dū quidā fater mortuus eſſet: & iii aureos habere repertus fuiſſet: iuſſit eū gregorius in ſterquilinio ſepeliri: & pro eo uſq ad dies xxx miſſam celebrari: qbus expletis anima illius cuidā fratri appuit: & ſe ꝓpter talem miſſarū celebrationem a purgatorio liberatum eſſe dixit. ¶Circa q̄rtum uero ſ. q̄liter ſubueniāt: ſciendum eſt q ſuffragia aut fiunt pro mortuis generaliter: & tūc generaliter proſunt: aut ſpiritualiter: & tūc ſpiritualiter proſunt illis pro quibus fiunt: ſi indigent: ſi autē nō indigent ſecundū diuinā diſpenſationē illis q magis indigēt attribuunt. Et hoc intelligas q̄tū ad expiationē. Nā ſuffragia mortuorū habēt ultra expiationē uirtutem in penis confortādi. Et hoc omnibus equaliter prodeſt ſiue fiāt generaliter ſiue ſpiritualiter: ſicut patet exēplū in candela: que accēſa pro uno exiſtente in carcere ſic aliis lucet: ac ſi pro ſingulis accenſa fuiſſet.

¶De ſcō luſto martyre. Cap. IX.

IVſtus martyr apud tregeſtinam ciuitatē aquileie prouincie paſſus eſt: temporibus diocletiani & maximiani imperatorū ſub manatio prefecto. Qui dum ad prefatā urbem deueniſſet. Iuſtum comprehendi fecit: & ſibi ꝓſentato cepit ſuadere: ut diis ſacrificaret. Qui cum domino iuſu chriſto ſe ſacrificare diceret: iuſſit eum in carcerem trudi. Cūq tota nocte in oratione perſeueraſſet: mane eductū & immolare recuſantem: fecit eū manatius extenſum neruis crudis cedi: ſed cū illū omnino inuictū cerneret: mādauit in collo eius & manibus ac pedibus plumbi pondera ligari: & ſic in profundum maris demergi. Qui quaſi ad epulas inuitatus ipſe ſibi met pondera plumbi deferebat: & uale dicens fratribus feſtinando ad littus pergebat. Sicq ad locū ducit: & plumbo ei alligato in ſcapha modiciſſima ponit: ductuſq in altū pelagi: oratione fuſa in mare demergitur: ut aūt ſpiritum deo reddidit: mox funes eius cū plumbo dirupti ſunt: & corpus ad littus tregeſtine ciuitatis ab undis deductum eſt ante ſolis occaſum. Eadem nocte appuit ſanctus martyr cuidā preſbytero nomine ſebaſtiano: iubens ut corpus eius tolleret: & cum indulgentia ſepeliret. Qui conuocatis pluribus chriſtianis: corpus ipſius in littore inuentum: iuxta ipſum locum honorifice tumularunt. Qui paſſus eſt iiii. noñ. nouembris.

¶De ſcā Euſtochio uirgine & martyre. Cap. X.

EVſtochiū uirgo & martyr apd tarſum ciliciē paſſa eſt ſub iuliāo ꝑperatore. Qui cū ibidē exiſtens cū omni populo diis gentiliū ſacrificaſſet. Euſtochiū ſacrificare nolē tē primo neruis bubalinis cedi fecit: deinde cornibus capreolarū ungulari ꝓcepit: ꝓtibuſq carnes eius cōcidi. Deinde caput eius cū capillis excoriari & clauos infigi. Et cū hec oīa cōſtantiſſime tolleraſſet: & ꝑator ſentētiā ꝓtuliſſet: ut mēbratim cōciſa in ſartagie torreret orās ad dominū emiſit ſpiritū. Sepultaq é a matre propria in abditiſſima crypta iiii nouembris.

¶De ſcā Euſtochio uirgine. Cap. XI.

EVſtochiū uirgo ſacratiſſima paule nobiliſſime romanoꝝ filia & beati hieronymi diſcipula fuit. De qua idē teſtat hieronymus: q in ſanctis locis uirginitatis & eccleſie mōile ꝓcioſiſſimū fuit. Cū uero mater eius omni relicto ſeculo & mundanis diuitiis ac filiis cunctis: ex urbe roma ꝓgreſſa hieroſolymā deo ſeruitura nauigaret: hec ſola eius ꝓpoſiti & nauigratiōis comes extitit: ſicut ſupra actū é in uita paule. vi. cal. februarii. Et cū eadē eius matre apud oppidū bethleē cenobiū cōſtruxit: & cū eadē & aliis ſanctis femis ſub beati ꝑris hieronymi diſciplina: deo deuote ſeruiuit: atq poſt dormitionē genitricis. ſ. & eo amplius puellaꝝ mater extitit. Cui beatus doctor regulā deo uiuēdi cōſtituit & dictauit. Ipa aūt ieiuniis & oratiōibus ſacrorūq librorū ſtudiis intēta ſolicite: poſt agones plurimos ꝓ xp̄o ſuperatos in uirginitatis ꝓpoſito in pace quieuit. Sepulta apud bethleem iiii noñ nouembris.

¶De ſcō Victorino epō: & martyre. Cap. XII.

VIctorinus pictauēſis epiſcopus ſub diocletiana perſecutione mr̄iū paſſus eſt: qui ſciētia & doctrina clarus opuſcula nō nulla ſacre fidei perutilia compilauit. Commentarios enim edidit in geneſim: Exodum: Leuiticum: Iſaiam: Ezechielem: Abbacuch: Eccleſiaſtem: Canticа canticorum: & apocalypſim. Aduerſum omnes fere hereſes libros plures cōſcripſit: multaq alia grandioribus ſenſibus q̄ cōpoſitione uerborū neq eni eq̄ latina ut greca lingua pollebat. Sub prefato tandem principe pro eiuſdem defenſione fidei: mr̄io uitam apud eandē urbē finiuit. Ibiq tumulatus iacet paſſus eſt aūt iiii noñ nouembris. Hec hieronymus libro de uiris illuſtribus.

¶De ſanctis alcindino pygaſio & anepothiſto martyribus. Cap. XIII.

ALcindinus: pygaſius: & anepothiſtus apud perſidam paſſi ſunt ſub ſapore rege perſarum: qui eidem regi delati q xp̄m colerent: & multos conuerterent: inuenti ſunt in cella orantes: & a miniſtris regis capti educti ſunt. Dum autem xp̄m confiterentur: primo uectibus duriſſime ceſi ſunt: mutatis ſuper ſingulos eorum incendo. x. uiris. Rex uero cecidit quaſi exanimis: tandem ad ſe rediens: eos ſurſum appendi: & deorſum extendi: ac ignem ſubterponi fecit. Sancti uero chriſto eis apparente illeſi ab igne permanſerunt: & a uinculis abſoluti ſunt. Rex autem mutus effectus eſt: & miniſtri quaſi amentes erant: ita ut nec nutibus eum ītelligere poſſent. Poſt hec appuit ſanctis martyribus exercitus angelorū: quibus orantibus lingua regi reſtituta eſt. Tunc mādante rege ſancti ſuper lectos ferreos ſternunt: & carbones ſubtermittuntur: ſed a uoce celica confortantur: plurimi ad dominum conuertunt. Deinde pluuia maxima inundāte: & angelis eis in albis de celo aduolantibus ignis extīguitur: & ſanctorum uincula dirumpuntur. Cūq eis rex blandiretur: ut ſacrificarent: eoſq in curru ſuo leuaſſet: & ad templum iouis adduxiſſet: orationem fuderunt ad chriſtum. Statimq facto terremotu magno idolum cecidit: & rex territus fugit. ¶Iterum quoq ſanctos martyres detentos nudos & catenis obligatos

rex mitti fecit in cacabos plūbo:reſina:& pice bullīē/tibus plenos. Veꝝ oratione ad deum fuſa:ſanctoꝝ ca tene confracte ſunt:& cacabi uacui ſunt reperti:ac oī/no tepefacti. Quod cernens miles quidā nomine an/toninus conuerſus eſt:& in xp̄i confeſſione a rege de/collatus:atq; a fidelibus ſepultus. Deinde mādauit ſa por martyres coriis tauroꝝ includi:& in mare iacta/ri. Et cōtinuo ſanctus martyr antoninus eis cū tribus angelis apparuit:& coria ſcidit:ſanctoſq; illeſos ſuper undas maris ambulātes ad littus perduxit. Quo mi/raculo. xxviii. gentiles ad fidē chriſti cōuerſi ſunt. Sed iratus rex ſanctos mr̄es una cū prefatis. xxviii. nup cō uerſis in ignē copioſum mitti p̄cepit. Qui ſolas aīas xp̄o reddentes corporibus inuſtis oīno permanenti/bus ipſi multis cernētibus ab angelis in nubibus ſu/ſcepti ſunt:odorq; mirus ex corporibus refragrauit. Qui paſſi ſunt. iiii. noū nouembris.

¶De ſcō Theodoro ep̄o. Cap. XIIII.

THeodorus ep̄s cyrie ciuitatis a cyro cōdi/te non ſolū uerbis ſed ēt rebus & uirtuti/bus extitit coronatus. Qui multa uolumi na ſcripſiſſe dr̄: ſed de pluribus paucorū iſtoꝝ ad nos notitia peruenire potuit:ut gēnadius de uiris illuſtribus teſtat. Nam ſcripſit de incarnatione domini aduerſum euthycen preſbyteꝝ & dioſcorū alexandrinū ep̄m dicta fortia. Itē eccleſiaſtice hiſtorie libros imitatus euſebiū:& a fine multoꝝ eius ic̄ipiēs uſq; ad leonis ſenioris tēpora deduxit. Sed quo & ap̄ laodiciā ciuitatē in xp̄o quieuit. iiii. noū nouēbris.

¶De ſancto Ambroſio abbate. Cap. XV.

AMbroſius abbas monaſterii aganuenſis prius apud lugdunum ciuitatem mona/ſterii inſule barbate pater fuit: & magnis illic uite ac ſanctitatis uirtutibus clarus. Cum ad dictum cenobiū agauni ob egregie religio/nis normam tranſlatus fuiſſet:beato fine in domino requieuit. iiii. noū nouembris: Cuius corpus apud idem monaſterium ſepultum iacet:& ſignis atq; mi/raculis glorioſe refulget:ut dicit ado.

¶De ſancto Quarto diſcipulo. Cap. XVI.

QVartus diſcipulus ex. lxxii. a xp̄o electus unus fuit:qui ſub diſciplina poſtmodum. xii. apoſtoloꝝ claruit ut abbas dorothe/us tradit:de hoc etiā apoſtolus ad roma. xvi. mentionē facit. Hic ep̄s beryti ab apoſtolis cōſti tutus extitit:& officio p̄dicationis ſe exercitans apud eandē ciuitatem quieuit tertio nonas nouembris.

¶De ſanctis martyribus qui dicuntur Maſſa Can/dida. Cap. XVII.

MArtyres ſancti:qui dicuntur maſſa cādi/da fuerunt innumera martyꝝ multitu/do in ciuitate ceſar auguſta hiſpanie .pui/cie ſub daciano preſide .p xp̄o paſtorum. Cum enim prefatus preſes in ipſa urbe. xviii. marty/res interfeciſſet cum uirgine eugra: de quibus dictū eſt in eorum paſſione. xvi. calen. maii. Videns: q; quā/to plus conabatur xp̄ianos extinguere: tanto magis eoꝝ multiplicabat fides:& collegium augebatur: ſi/mulata pace eccleſiis reddita:miſit edictum ficte: ut chriſtianis latentibus liceret ſuis legibus uti. Quibus ad publicum prodeuntibus:& chriſtum laudātibus eorum multitudine in predicta ciuitate conueniente cōgregauit exercitum paganoꝝ:ianuaſq; urbis clau/di iuſſit:ne quis eorum euaderet. Omnes quoq; chri ſtianos ibidē repertos armati gentiles ex abditis exe/untes gladiis trucidarunt. Corpora uero in aceruos maximos collecta combuſſerunt:& cineres in uen/tum diſperſerunt. Qui propter eorum innumerabi/lem multitudinem maſſa candida appellantur:ut di cit frater uincētius. Quorum paſſio recolitur tertio noū nouembris. Sunt & alii. ccc. martyres:qui maſſa candida dicuntur:de quibus ſupra dictum nono ca/len. ſeptembris.

¶De ſcis Germano & ſociis mr̄ibus. Cap. XVIII.

GErmanus:theopolus: ceſarius: & uitalis martyres apud ceſaream cappadocie ſub perſecutione decii ceſaris optime duxe/runt martyrium. Quo tempore: ut ſcri/bit hieronymus:uoti erat chriſtianis nomine percu/ti:uerum etiam callidus hoſtis tarda ad mortem ſup plicia conquerens animas cupiebat iugulare non cor pora & ut ipſe qui ab eo paſſus eſt cyprianus ait: uo/lentibus non permittebatur occidi. Quo tempore paſſi ſunt illi duo iuuenes de quibus in uita ſancti pauli primi eremite dicitur: ut ſupra dictum eſt in eius uita quarto idus ianuarii. Paſſi ſunt prefati ſan/cti martyres germanus & ſocii. iiii. noū nouembris. Hec hieronymus in martylogio ſuo.

¶De ſancto Chenelmo martyre. Cap. XIX.

CHenelmus martyr in anglia paſſus eſt. Hic fuit filius cenelphi merciorum regis Qué ille moriēs dryde ſorori ſue tunc ſe ptēnem commiſit alēdum. Illa uero mor tuo rege falſo ſibi regnū preſagiens infantulū occidē/dum ſatelliti:qui eius erat allūnus tradidit: preciūq; promiſit. Qui pueꝝ uenatum ducens inter frutecta obtrūcauit. Hoc autem celatum in anglia ſtatim di/uinitus innotuit. Nam columba de celo aduolans ſu per altare ſancti petri rome deſcendit: & membranā anglicis elementis ſcriptam detulit:atq; in altare de/poſuit:cuius tenor necem pueri martyris: & ſepultu ram per ordinem prodidit. Que a quodam anglico interpretata eſt: Statimq; papa per epiſtolam regibus anglie directam compatriotam martyrem indicauit unde frequenti cultu corpus innocentis de loco ubi iacebat ſolenniter leuatū eſt. Cum autem ferret uin/celcumbā clericis & laicis canentibus:dryda parrici/dialis e feneſtra cenaculi caput extulit. Et forte pſalte rium legens peruenerat ad p̄s. Deus laudem meam ne tacueris: quem a fine neſcio quo preſagio retro/grade dicens:nitebatur cantantes infringere. Tūc uir tute diuina oculi illius a capite euulſi uerſum illum: hoc opus eorum qui detrahunt mihi &c. cruore pol luerunt. Et in ipſo libro uſq; hodie extat cruoris inſi gnia immanitatem mulieris & ultionem dei ſpiran/tia. Paſſus eſt autem ſanctus martyr tertio noū no/uembris. Hec guilelmus.

¶De ſancta Alpaide uirgine. Cap. XX.

AAlpaides uirgo de tudoto circa annum domini. M. clxxx. ſanctitate nimia claruit Que multis annis in corpore degens ſir ma ſine ullo cibo permanſit. Hec genere infima officioq; bubulca: ſanctarum ſcripturarum intelligentiā diuinitus obtinuit:& mire prudētie cō/

filiū habuit. Que flagello domini diutius attrita eſt: adeo ut propter effluentem de corpore ſaniem etiam ſuis fieret in horrorem: patientia autem ſumma prædita: nec aliquādo conturbari uiſa fuit. Nullūq; cibū per annos multos traiicere ualuit niſi ſolum euchariſtiā ſacram: & lecto decubans nō niſi ab altero moueri potuit. Hec aūt a deo accepit: ut ſepiſſime in exceſſu rapta: angelo duce: & loca penaꝝ & gloriam ſanctoꝝ percurreret: & occultas uiſiones aſpiceret: Frequenter aūt in ſolēnitatibus chriſti uel eius matris rapta mundum totum quaſi in pile ſp̄em intuebatur: & ea que in mundo fiebant contemplabatur: ad corpus quoq; rediens multa occulta & ſecretiſſima dicebat: & quedam ex his que uiderat reuelabat: quedam uero a deo premonita occultabat: plerūq; etiam futura predicebat. Quieuit autem ī pace apud tudotum tertio noñ nouembris. Hec ex geſtis francorum.

¶ De ſcīs Vitale & Agricola mr̄ibus. Cap. XXI.



Vitalis & agricola martyres paſſi ſunt in ꝓuincia italie in ciuitate bononienſi tempo ribus diocletiani & maximiani imperatorum: quorum paſſionem ſanctus ſcripſit ambroſius. Fuit autem uitalis ſeruus agricole: nunc uero cōſors & collega martyrii: preceſſitq; ſeruus ut preuideret locum: ſecutus eſt dominus ſecure: quo datam fidem ſerui iam inueniret paratam non aliena. Cū ergo ſanctus uitalis cogeretur a perſequentibus ut xp̄m negaret: & amplius domini fidem ꝓfiteretur: oīa tormentorum genera in eū exercentes: ut non eſſet in corpore eius ſine uulnere locus: oratione fuſa ad dominū emiſit ſpiritum. Sanctus uero agricola mitior habebatur moribus ut ab ipſis etiā inimicis diligeretur. Ideoq; differebāt eius paſſionem. Deniq; ubi nō acquieuit perſecutoribus: ſanctus agricola crucifixus eſt. Quoꝝ corpora in iudeorum ſolo ſepulta ſunt. ¶ Poſt multos autem annos idem locus ſancto ambroſio ep̄o mediolanenſi reuelatus eſt. Qui ueniens bononiam conuocatis clero & populo ad locum acceſſit: & effoſſo ſolo martyrum reliquias inuenit. Eaq; deuote leuata in eadem ciuitate ſepeliuit. Paſſi ſunt autem pridie noñ nouembris.

¶ De ſcō Amantio preſbytero. Cap. XXII.

Amantius preſbyter apud tyfernam tiberianam ciuitatem claruit tempore beati gregorii pape. Qui hoc ſpeciale in ſe uirtutis habebat: ut apoſtolorum more manus ſuper egros imponeret & ſaluti reſtitueret: & q̄libet uehemens egritudo ad tactum illius abſcederet. Hic inſuper hoc in ſe habebat miraculi: quia in quolibet loco quāuis immaniſſime aſperitatis ſerpentem inueniret: mox ut eū ſigno crucis ſignaret extinguebat: ita ut diruptis uiſceribus moreretur. Quem ſi quando ſerpens in foramine fugeret: ſigno crucis os foraminis benedicebat: ſtatimq; ex foramine ſerpens iā mortuus trahebat. Hic tēpore quodā ad beatum eſt adductus gregoriū: quē in domo ifirmorū beatus pōtifex diebus aliqbus ad manendū poſuit: ubi qdā īter egros alios mente captus & phreneticus iacebat. Qui nocte quadā cū magnas uoces. ſ. ut inſanus ederet: cunctos egros immenſis clamoribus perturbabat: ita ut nulli illic ſomnū cape liceret. Tūc ſanctus. p̄ſbyr̄ de ſtratu ſuo ſurgēs ad locū phrenetici acceſſit: & ſuper eū poſitis manibus orauit: moxq; illū melius habentē tulit: atq; in ſupiora domus ſecū ad oratoriū duxit ubi ꝓ eo liberius orationi incubuit: & ſtatim eū ſanū ad lectū ꝓpriū reduxit: ita ut nullas ulterius uoces ederet: neq; egrotorum quēq; aliquo clamore turbaret: qui & apud predictā ciuitatem in pace quieuit pridie noñ nouēbr̄. Hec gregus. iii. dialo. cap̄. xxx.

¶ De ſcō herio p̄ſbytero. Cap. XXIII.

Herius p̄ſb̄r apud alexandriam claruit. Hic uir acerrimi ingenii in diuinis ſcripturis notabiliter eruditus fuit: uitaq; puriſſimus ad diuinā philoſophiā penitus expeditus: doctor eccleſie incōparabilis maxima ſapientia refulſit. Qui tractatum longiſſimum ſuper iſaiam prophetam edidit. Et tēpore philippi imperatoris apud eandem ciuitatem in pace quieuit pridie noñ nouēbris: ut ait hieronymus libro de uiris illuſtribus.

¶ De ſcō Zacharia ſacerdote. Cap. XXIIII.

Zacharias ſacerdos & ꝓpheta p̄r ioannis baptiſte ī diebus herodis regis iudee claruit: de cuius ſanctitate in principio euāgelii luce plurima preclara teſtimonia deſcribuntur. Fuit enim de uice abie ex filiis aarō de tribu leui: ſicut dictum eſt ſupra de eo in natiuitate ſancti ioannis baptiſte. viii. calē. iulii: & in eius cōceptiōe. viii. calē. octobris: ubi etiā de ortu filii: & de miraculis: que in eius natiuitate apparuerunt: & de ꝓphetia ipſius zacharie tractatum eſt. ¶ Cū igit̄ xp̄us puer ab herode quereretur occidendus: & ex hoc ipſe herodes innocentes perimeret: Heliſabet audito: q; ioannes eius filius ſimiliter quereret̄: q xp̄m etate ſex mēſibus p̄cedebat: accepit paruulū: & cū eo aufugit. Aſcenſo aūt excelſo monte iude: circūſpiciens ubi eum abſconderet: uiſis interfectoribus ſe inſequentibus timuit: & orationem ad deum pro filii ſalute fudit. Statimq; mons ſe apuit: & heliſabet cum filio intra ſui abdita ſuſcepit: atq; perſecutores excluſit. Quibus intra montis tenebras lux diuinitus appens eos confortabat: & angelus domini illis neceſſaria miniſtrabat. ¶ Cum autem miſſis ſatellitibus ab herode: zacharias ubi filius eſſet interrogatus eſſet: & ille ſe eum ubi foret: ignorare diceret: atq; in pietatem herodis redargueret: chriſtumq; natum ex uirgine p̄dicaret: qui regnū iſrael acceptur⁹ eſſet: Herodes iratus miſit nocte carnifices: qui Zachariam inter templum & altare: ubi uirgo beata educata fuerat: iugularunt. Mane aūt facto dū ceteri ſacerdotes templum adeuntes za-

chariã:ut ad eos exiret:more ſolito expectarẽt:& iã hora tardior cẽt:unus illoꝝ intrãs ſanctuariũ:reppit ſanguinem zacharie ut lapidem coagulatũ. Auditaq; eſt uox de celo: q; zacharias occiſus eſſet: & q; ſanguis eius ex iſrael non eſſet delendus:donec exurgeret:qui cum uindicaret:qui foras egreſſus hec omnia ceteris nunciauit.Illi uero timẽtes quaſi frangoré lapidũ audierũt:& corpus ſancti nõ inuenerũt.Paſſus ẽ aũt ſanctus martyr nõi nouẽbris.Corpus aũt eius poſt lõgam apud hieroſolymorũ tẽplũ inuentũ:ibidẽq; dudũ tumulatum iacuit.Nunc uero qeſcere dicitur uenerãdis in monaſterio dominarũ eius nomini fundato.

¶De ſcã Heliſabet uxore zacharie. Cap. XXV.

Eliſabet uxor zacharie ſacerdotis predicti & mater ioannis baptiſte fuit: de filiabus aaron:cuis ſanctitas in euangelio luce commendatur. Hec autem cum ioanne nato paruulo i latibulo ſpelũce:de qua ſupra ꝓxime dictũ eſt:latuit: donec immanitatis herodis ꝓſecutio facta in nece paruulorũ ceſſauit.Et tũc filiũ uſq; ad annos .vii. enutriuit:q eadem etate antra deſerti petiit. Mater uero modico poſt tẽpore ſupuixit:& ſanctitate & gratia plena ad xp̃m in pace migrauit. Sepulta in domo ꝓpria in mõtana iuda.Dicit aũt heliſabet cognata uirginis marie: quia conſobrina eius fuit. Anna enim & eſmeria fuerunt ſorores filie agarin: de anna nata eſt uirgo maria: de eſmeria nata eſt heliſabet & eliud:de eliud natus eſt emineu: de emineu natus eſt ſanctus ſeruatius epiſcopus traiectenſis:de quo ſupra dictum eſt.iii.idus maii.

¶De ſancto Zacharia papa. Cap. XXVI.

Zacharias papa natione grecus ex pr̃e pollo chronio: gregorio.iii.romano pontifici in epiſcopatu ſucceſſit:& ſedit annos.x.mẽſes .ii.dies.xv.uir mitiſſimus atque ſuauiſſimus:omniq; bonitate ornatus:amator cleri & populi totius:tardus ad iraſcendũ:& uelox ad miſerendũ: nullis malũ ꝓ malo reddidit:ſuis etiã perſecutoribus bona ꝓ malis reſtituit.Hic inuenit oẽm italiã turbatã ſimul & ducatũ romanũ :perſequente liudprando longobardorum rege ac romane eccleſie iura auferẽte.Tantã uero deus huic pape gratiã cõtulit: ut etiã ꝓ ſalute populi animã ponere nõ dubitaret. Qui priũs miſſa legatione ad eundẽ regẽ. Poſt ipſe perſonaliter ueniens ſalutaria illa uerba predicauit.Cuius ammonitione inclinatus rex: ciuitates romane eccleſie pertinentes:que per annos.xxx.ablate fuerant: reddidit: & pacem cum pontifice fecit:captiuoſq; plurimos romanorũ:quos tenebat:dimiſit.Ipſa quoq; pax per annos.xx.perdurauit.Hic aũt pontifex magni meriti & ſanctitatis clerũ ſuũ ualde dilexit:utpote pater & bonus paſtor oẽs amplectens & utiliter fouens & neminé eorũ tribulari uel egere ꝓmittẽs. Cuius tẽporibus in magna ſecuritate & letitia populus a deo ei cõmiſſus degens uixit.¶Hic conſtituit ut filii cõpatrũ ſe in matrimonio nullatenus iungerẽt.Hic dialogorum libros de latino in grecum trãſtulit:qa utriuſq; lingue peritus fuit.Hic etiã in lateranenſi eccleſia corpus beati georgii mr̃is cum epitaphio grecis litteris exarato repperit:& cũ magna ſolẽnitate ad uelũ aureũ eccleſiã ſui nois cõdidit.Ibiq; ip̃m repoſuit. Et omnibus plene & pfecte diſpoſitis in ſumma pace morit̃ :& apud ſanctum petrum ſepellitur. Ibiq; uirtutibus pollet.

¶De ſcõ Malachia epiſcopo. Cap. XXVII.

Malachia eps in hibernia claruit tempore eugenii pape.iii.Cuius uitã beatus bernardus ſcripſit.Hic ex parẽtibus xp̃anis in hibernia natus:ſacriſq; litteis a pueritia eruditus in ciuitate armachia.xxv.annorũ p̃ſbyter factus uerbum domini inſtantius predicare cepit. Deinde marcũ ſenẽ ep̃m leſiuor adiẽs:ut ab eo diuinis pleniꝰ informaret̃:q etiã eps miraculoꝝ ſignis clarebat: cũ eodẽ per aliquot mãſit annos.¶Dũ aũté pro ſoro re ſua defuncta quotidie celebraret:& occupatus aliis per dies.xxx.miſſam intermiſiſſet:nocte ſequẽti uidit per ſpiritũ ſororem ſe diebus totidem nihil guſtaſſe conquerentem.Et cum pro eius expinatione celebrationis miſſarum reſumpſiſſet: uiſa eſt ſibi uſq; ad limẽ eccleſie peruenıſſe. Iterumq; in eodem perſeuerans:uidit illã eccleſiam introiſſe:ſed altare cõtingere nõ poſſe.Et rurſum miſſas ꝓſecutus uidit eã inter cãdidatorũ numerũ aggregari:& ſic eã intellexit ad celos euolaſſe.¶Poſtmodum auté in loco bencor ſibi a diuite quodam oblato monaſterium repauit:quod dudum antea fuerat deuaſtatum: de quo olim ſanctus columbanus aſcenderat.Ibiq; cum.x.monachis abbas ipſe deo ſeruire cepit:ubi dum unus ex eis operariis lingua cederet: & ſecuris ferrum de manubrio exiliſſet:inuocato malachia ferrũ ueſtes illius ſolũmodo cõcidit:ſed carné oĩno nõ tetigit.Ibi etiam oppreſſum quẽdã cui inſanienti demon ſuadebat:ut abbaté cultello percuteret ab infeſtatione maligni ſpiritus liberauit. Et michaelem clericum a graui dyſenteria ſanauit.¶Cũq; eſſet annorum.xxx.q̃uis inuitus electus eſt epiſcopus cõneroth. Et cum electioni renunciare uellet:tandem mãdato ſui magiſtri epiſcopi leſi uor acquieuit:& epiſcopatus curam ſuſcepit: ubi populũ ualde rebellem deo & clero ac eccleſiis in feſtũ: ad penitẽtiã ſumma ſapientia & mira difficultate reduxit:& ad bene uiuendũ informauit.¶Poſt hec dũ celſus armachanus archiep̃s infirmatus eſſet:ſeq; mori cõſpiceret:ſuis clericus perſuaſit:nullũ niſi malachiam ep̃m eligendũ:ad extirpandã potiſſime quorũdã prauorum potentũ conſuetudinem:qui neminẽ niſi de eorum parentela archiepiſcopum eligi permittebant.Iamq; per.xv.eorum ſucceſſiones talis corruptela inoleuerat. Mortuo igit̃ archiep̃o celſo malachias ab eis electus eſt.Qui licet dudũ renitens tandẽ ut eccleſiã eorũ a ſeruitute eriperet acquieuit: ꝓmiſſione tamen ab illis preſuſcepta: ut deleto peſſimo more:liceret ſibi alium in eccleſia armachanã ſubſtituere:& ad ſuam connerothenſem eccleſiam redire. Hoc autem malachias magis ad conſentiendum mouit:quia paucis antea diebus uiderat ſpecioſam mulierem ſe ſponſam celſi archiep̃i aſſerentem: ſibiq; celſi baculum cõmendantẽ. Interea uero mauritius quidam de iniqua ꝓgenie in archiep̃atũ intruſus eſt. Sanctus auté uir ſcandalũ euitare cupiẽs illo preſidẽte furori ceſſit.Sed mauritius diuino iudicio poſt annos.v.deceſſit.Dum autem nigellus quidam de eadẽ progenie ſuccedere niteretur: malachias in brachio populi ab ipſo rege in archiepiſcopatum deducitur: & omnes emuli repelluntur. Cum autem nigellus cum fautoribus & armatis uiris reſiſtere preſu-

meret:& tam ipsum q̄ regem interficere uellet:subito nimia tepestas exoritur: autorq; litis & seditionis cū tribus consortibus a fulminibus occiduntur:ceteri quoq; hinc inde disperguntur. Sanctus uero malachias annoꝝ.xxxviii.in ciuitatē & ecclesiam introducitur:& in archiepiscopatu sublimat̄. Multas autem postmodum persecutiones ab emulis passus: omnes tandē deo largiente deuicit:&:& nigellum ad penitentiam & obedientiā reduxit:qui etiam sacra quedam que de ecclesia asportauerat rettulit. ¶ Mulier quedā de attinentibus aduersarioꝝ:que archiepiscopo p̄dicanti conuitia multa intulit:subito cūctis uidentibus in amentiam conuersa:post dies paucos ifeliciter expirauit. Sicq; armachanam ecclesiā uir domini a pestifera cōsuetudine purificauit. Dum aūt ad ecclesiam primam redire uellet: & populus omnino reclamaret: gelasium quendā presbyterum pro se in ecclesia prima substituit. Multis quoq; in uita sua miraculis claruit. ¶ In eboracensi ciuitate equum quem dure portantem a nobili quodam oblatum:dum aliquantulū equitasset:comodus subito & sufficiens factus est: ac de nigro pilo in album conuersus. ¶ Deinde clarauallense monasterium accedens sanctum bernardum uisitauit:qui ab eo mire edificatum se dicit. In hyporegia ciuitate filium hospitis sui in extremis laborantē continuo sanum effecit. Et dum papam innocētium secundum romam ueniēs uisitasset quattuor ex eius sociis claraualle dimittēdos predixit:& ut predixerat: sic euenit. Nam duo ex ipsis ibidem decedentes sepulti:alii uero duo effecti sunt monachi. ¶ Repatrians autem cum scotiam peruenisset: filium Dauid regis scotorum ad mortem decumbētem: aqua aspersum benedicta illico sanauit:& in uilla:que dicit̄ crudelto: puelle mute loquelam restituit:atq; aliam phreneticam liberauit. ¶ Dum infirmus quidam in hibernia: qui multo iacuerat tēpore:lectum malachie solūmodo ascendisset:continuo ab omni lāgore sanatus surrexit. In langiuia pueꝝ a demonio liberauit. Et phreneticā mulierē compotē mentis effecit. ¶ Aliā quoq; matronam ad se accedentem:que mēsibus.xv.& diebus.xx.pregnans fuerat:& adhuc fetum in utero gestabat:sua oratione ad puerperium in momento adduxit. ¶ Cortagia ciuitate episcopo uacante: dum de eligendo presule discordes essent:& in archiepiscopū armachanū:ut eligeret:omnes cōuenissent: pauperem quendam presbyteꝝ alienigenam elegit: quia uitam eius per spiritum agnouit. Qui dum sibi egrotare nūciatus esset:mandauit ei:ut illico surgeret: qui statim ab infirmitate sanatur:& in ep̄m cōsecratur. ¶ Dum cuiusdam nobilis cōiugem in extremis positam inūgere uellet:& illi expectandum in crastinum eum rogarent:assensit:& mulier post horam modicam expirauit. Ipse autem se reum criminis accusans cū lachrymis iuxta corpus in oratione se posuit:& ibidē orans pernoctauit. Mane aūt facto mulier resurrexit:quam sanctus uir inunctam ad quietem ire precepit:moxq; illa iterum obdormiuit. ¶ Secularis cuiusdam cōquerentis:q; lachrimare non poterat:mexillam tetigit:& ad tantam illum deinceps lachrymaꝝ effusionem ꝓuocauit:q; uix fletum cōtinere ualebat. Spiritū quoq; propheticum habuit:& cordium secreta cognouit:& diem & locum sui obitus predixit. Sepius quoq; eo celebrante columba de celo circūuolans cruci super altare posite insidebat:quam diaconus eius & q̄plures quandoq; uidebant. ¶ Cum autem papa eugenius in galliam uenisset:& malachias ad eum uisitādū accederet:& nauem intrare disponeret:quidam epilēticus nomine catholicus: eius recessum deplorabat: eo q; in eius presentia nunq̄ a morbo cadebat. Quem dum ille signasset:& eidem promisisset: q; donec ipsum reuideret:nunquā de cetero caderet:sic:ut predixerat:euenit:nam sanctus uir ante regressum obiit: & ille de cetero a morbo nunquā cedidit. ¶ Sed eodem tempore dum cuidam clerico promisisset:ut q; quid ab eo peteret obtineret:& ille sancti archiepiscopi reuersionem petiisset. Sanctus de hoc plurimum tristatus est:eo q; nunquā se rediturum presciuerat: & ad deum ire cupiebat. Nauem tamen ascendens:ut clerico promissa redderentur:orta tempestate redire compulsus est. Facta uero tranquillitate iterum nauem conscendit:& de cetero non rediturus transfretauit. Venit aūt clarauallē:& a sancto bernardo deuote susceptus est. Cūq; in festo beati luce euangeliste celebrasset:febre correptus decubuit:& in ipso loco plenus sanctitate die qua predixerat:ad xp̄m e carne migrauit.s.nouī nouēbris. Sepultusq; in monasterio clarauallensi:miraculis & signis refulgens.

¶ De scīs Felice & Eusebio mr̄ibus. Cap. XXVIII.

Felix p̄sbyter & eusebius monachus apud taracinam campanie ciuitatem passi sunt tempore claudii imperatoris sub leontio filio leōtii presidis. Cum enim prefati sancti uiri corpora sanctorum martyrum cesarii & iuliani sepeliissent:de quibus supra dictum est calen.nouēbris & multos gentiles ad christum conuersos baptizarent. Leōtius filius quōdam leontii presidis:qui ad xp̄m etiam cōuersus:statim ut baptismū perceperat: ad xp̄m migrauerat:de quo etiā dictum est supra.iii. calē.nouembris: p̄dictos sanctos martyres detinuit: & tim̄s populi tumultū:misso spiculatore nocte eos in carcere decollari fecit. Quoꝝ corpora ad littus ꝓiecta. Quartus p̄sbyter iuxta corpora sanctorum cesarii & iuliani sepeliuit nouī nouembris.

¶ De sancto Leonardo cōfessore. Cap. XXIX.

Leonardus confessor apud aquitanie prouinciā ciuitatem lemouicensem claruit tempore anastasii imperatoris:qui in prouincia galliarum claris parentibus ortus col

lateralibus uidelicet clodouei regis francorum: ab eodem rege de ſacro extitit fonte leuatus: ob nobi/ lium parentū amorem chariſſimū:quem ſanctus re/ migius rhemenſis archiep̄s baptizauit:& in diſcipu/ lū ſuſceptum ſalutaribus diſciplinis inſtruxit.Cū au/ tem idem archiep̄s a regibus franco⁹ obtinuiſſet: ut quandocūq; ipſi reges ad ciuitatē rheméſem uenirēt: omnes incluſi incarceribus libere dimiſſi abire poſ/ ſent.Ad imitationem boni magiſtri iuuenis leonar/ dus hocipſum a rege impetrauit:ut quicūq; in carce/ ribus detinerentur:ſi eos ipſe uiſitare uellet:continuo ſoluerentur.Et ubicunq; carceratos eſſe audiebat: ad eorum liberationem feſtinus ꝓperabat.Cunctos etiā egros ad ſe uenientes:quacunq; detentos infirmitate ſanabat.Rex igitur ad ſe accerſiuit eum:quem ſecum in palatio aliquo tempore manere coegit: rogans ut inde nuſq; diſcederet:donec tempore congruo ipſi epi ſcopatam aliquem donaret. Erat enim iam clericus humilis & manſuetus.Leonardus uero pōtificatum renuit:& ſolitudinem potius affectans: palatium re/ gis reliquit: & cum fratre ſuo liphardo uerbum dei annuncians aurelianum deuenit: atq; apud quēdam cenobitam nomine maximinum aliquo tēpore man ſit.¶Cum autem liphardus ſuper ripam ligeris mā/ ſionem ſolitariam elegiſſet:de quo ſupra in eius legē/ da dictum eſt.iii.nonas iunii.Leonardus uero per ad/ monitionem ſpirituſſancti in aquitania predicare di/ ſponeret:oſculantes ſe ab inuicem diſceſſerunt: Leo/ nardus igitur per biturícam ciuitatem tranſiens no/ uelle fidei chriſtianos ſanctis predicationibus confir/ mabat:& multa operādo miracula plurimos adhuc incredulos conuertebat.¶Demum in quadam ſilua nomine pauum habitare cepit: que a ciuitate lemo/ uicenſi per.x.miliaria diſtabat:& quo rex ſepius cau/ ſa uenationis accedebat:& in aulam regiam in media ſilua conſtructā diuertebat:acccidit autem ut die qua dā rex ibidem cum regina & familia uenaretur:& re/ gina pregnans illuc cauſa delectationis egreſſa partu periclitaretur. Cum autem rex & familia reginam iam pene defunctam lugerent:nec ei per medicos:qui cū rege erant ſubueniri poſſet: & uir dei per nemus tranſiens lugentium uoces audiſſet:pietate commo/ tus illuc acceſſit:& a rege uocatus introiuit.Interroga tus autem quis eſſet: cum ſe remigii diſcipulum re/ ſpondiſſet: rex ex bono magiſtro bonam de diſcipu/ lo ſpem aſſumpſit:& ipſum ad reginā introduxit ro/ gans ut ſuis precibus de recuperata coniuge & edita prole duplex gaudium obtineret. Tunc ſanctus ora/ tionem fudit:& quod rex petebat protinus impera/ uit.Cui rex multa in auro & argento obtulit: ſed ille omnia recuſauit:dicens ſe nullis indigere niſi ut tan/ tum in aliqua ſiluarum ſoli chriſto famulari poſſet. Cum autem rex totum illud nemus ipſi tradere uel/ let: noluit niſi tantum accipere quantum una nocte poſſet cum ſuo aſſello circuire. Quod rex libentiſſi/ me adimpleuit: ubi cum duobus ſibi adiunctis ſoci/ is monaſterium conſtruxit:& in multa ibidem abſti/ nentia degens deo ſeruiuit. Eccleſiam etiam in hono rem dei genitricis fabricauit:& altare ſancti remigii in ea poſuit:Cum autem aqua ſibi per unum miliare diſtaret puteum ſiccum ibidem fodi fecit: quem ſuis orationibus aqua uſq; in preſens ſcaturiente repleuit locum autem ipſum a nobili ipſi rege cōceſſum nobi liacū apellauit. Ibi ergo tantis miraculis coruſcauit: ut quicūq; eius nomen in carceribus inuocaſſent: mox ruptis uinculis nullo contradicente liberi abi/ rent: & ſuas eidem catenas aut compedes preſen/ tarent. Quorum plures ſecum manebant: & eius exemplo ſanctitatis ibidem domino ſeruiebant. Fa/ milie quoq; .vii. ex eius ſtirpe uēditis omnibus & pau peribus diſtributis ad eum uenerunt: & diſtributo eiſdem nemore ibi cum ipſo in dei ſeruitio perman/ ſerunt: exemplo quoq; ſuo plurimos ad ſimile attra xerunt: Denīq; uir dñi leordanus multis clarus uirtutibus ad dominum feliciter migrauit octauo idus nouēbris:circa annū domini quingenteſimū.Se pultuſq; eſt in eccleſia dei genitricis quam ipſe cōſtru xerat.¶Cū autem ibidem infinita miracula fierent: clericis illius eccleſie reuelatum eſt:ut quia locus ille propter multitudinis frequentiam concurrentem ni mium artus erat:alibi eccleſiam fabricarent: & eodē ſancti leonardi corpus tranſferrent. At illi una cum populo:triduano ieiunio & orationibus inſtiterunt: quibus elapſis totam prouinciam niue nimia que ce/ ciderat opertam uideret:locum autem in quo ſanctū corpus quieſcere uolebat omnino uacuum conſpi/ ciunt:ubi eccleſia de nouo fabricatur:& corpus eodē tranſportatur. Quanta uero miracula per eum do/ minus faciat potiſſime circa incarceratos: immenſa ferri uarietas ante tumulū eius depēdēs:teſtis exiſtit.

¶De ſancto Felice martyre. Cap. XXX.

FElix martyr apud Tuniſſam ciuitat em aphrice paſſus eſt. Qui a perſecutoribus pro Chriſti nominis confeſſione deten/ tus:& carceri duriſſimo mācipatus: dum eum ad torméta differrent:orans ad dominum emi ſit ſpiritum octauo idus nouembris. Cuius cor pus ſequenti die exanime repertum eſt & a chriſtianis condigno reconditum honore. In huius ſolennita/ te ſanctus Auguſtinus epiſcopus pſalmum quen/ dam ad populum exponit: quem & in eius eccleſia publice predicauit.

¶De ſancto felice monacho. XXXI

FElix monachus in monaſterio fundēſi cla/ ruit.Qui magne ſanctitatis uir erat:& eiuſ dem cenobii hortum colebat:fur uero qui dam uenire conſueuerat:& ad ipſum hortū per ſepem aſcenderet.& occulte olera auferre Cumq; ille multa plantaret:que minus inueniret:& alia pedi bus conculcata: alia direpta conſpiceret: totum hor tum circuiens inuenit inter unde fur uenire conſueue rat.Qui eundem hortum de ambulans repperit etiā ſerpentem: Cui precepit: ut ſe ſequi deberet. Ad adi tum autem furis perueniens:in nomine domini ſer penti precedit:ut aditum illum cuſtodiret:ac furem ingredi non permitteret.Protinus ſerpens ſe ī itinere tranſuerſum tetendit:& felix ad ſuam cellam rediit. Meridie ergo cūctis quieſcētibus more ſolito fur ad/ uenit:& ſepem aſcendit.Et dum in horto pedē pone ret:uidit quia ſerpens extenſus uiam clauſiſſet.Et tre mens poſt ſemetipſum concidit: eiuſque pes per calciamentum in ſude ſepis inheſit. Sicque donec hortulanus rediret: deorſum capite pependit. Qui ueniens furem in ſepe pendentem repperit; & deo

gratias agens:serpentem licentiauit:ad furē quoq; ue niens:ipsum de dudum oleribus exportatis redargu it:pedem quoq; illius a sepe dissoluit:eumq; sine lesio ne deposuit.Olera etiam:que furto auferre conabat: cum nimia dulcedine prebuit:eumq; ne amplius fu raretur admonuit: sed cum necesse haberet: ad eum ueniret:qa ipsi deuotus daret: que cū peccato tollere laborabat.¶Hic enī sanctus monachus clarus mul tis uirtutibus migrauit ad christum.Hec gregus pri mo dialogo.cap.iiii.

¶De sanctis decē martyribus. Cap. XXXII.

DEcem martyres in oriente apud ciuitatē theopolim passi sunt : Qui a saracenis comprehensi:christumq; dominum con fitentes crucibus appensi : coronas mar tyrii a domino percipere meruerunt octauo idus no uembris.Hec ado in martylogio suo.

¶De sancto Prosdocimo epō. Cap. XXXIII.

PRosdocimus episcopus apud ciuitatem patauinam claruit tempore neronis im peratoris.Hic natione grecus nobilibus parentibus ortus:litterarum studiis eru ditus:cum adhuc esset iuuenis cum marco euangeli sta & apollinare antiochiam adiit:& beato petro apo stolo in discipulum se tradidit:atq; cum prefatis duo bus condiscipulis una secum tempore claudii impera toris romam accessit.Cum autē apostolorum prin ceps beatum marcum misisset aquileiam & apollina rem rauennam ad predicandum Beatū quoq; pros docimum annorum uiginti in episcopum consecra tum:licet satis ex humilitate recusantem :misit ad pa tauinam ciuitatem.Et perueniens ad ipsam urbem. multitudinem languentium diuersarum egritudinū ante portā inuenit:quibus pacem annunciauit:& ora tione ad deū fusa:omnes ab eorum infirmitatibus li berauit:eosq; oēs ad christū conuertit.Quo uiso mi raculo centū & sexaginta gentiliū conuersi ad domi num:ab eodē beato uiro baptizati sunt.Sicq; sanctus episcopus prosdocimus ciuitatē ingressus : cepit uer bū domini predicare : & multos paganorum ad fidē xpi perducere.¶Cum autē de uirtutibus eius fama ad regem uitalianum peruenisset:qui graui infirmi tate pressus dudum lectulo decubuerat :prosdocimū ad se accersiuit:& an ipsum sanare posset : interroga uit.Qui eidē respondit::q; si in xpm crederet :& ido lis renūciare paratus esset:cōtinuo sanitatē reciperet. Cūq; rex se uelle in in christū credere respōdisset : ba ptizauit eum prosdocimus cū uxore eius prepedigna & uniuersa eius familia:& sic rex statim ab omni lan gore curatus est.Qui continuo per uniuersum urbis & uicinarum uillarum populum edictum misit : ut omnes in xpm crederent : & ad beatum prosdocimū baptizandi concurrerent.Taliq; modo uniuersus po pulus ciuitatis & oppidorum circū adiacentium con uersus est ad dominum.Rex uero ecclesiam in hono re sancte sophie:hoc est alme sapiētie fabricauit : in q̄ episcopus presbyteros ac diacones & clericos pluri mos ordinauit.¶Post hec cū rex uitalianus prole ca reret:oratione uiri sancti regina concepit:& filiam pe perit:quam beatus prosdocimus baptizauit: & iusti nam uocauit:eamq; sacris litteris erudiuit : & in uir ginitatis proposito permanere docuit.¶Deinde san ctus episcopus ad ciuitatem estensem adiit:ibiq; xpm euāgelizans:multos cōuertit.Inde ad ciuitatem uicē tiam ad predicandum perrexit : & exinde ad castellū noīe asylum properauit : ubi similiter populum do cens in fide:ecclesiam in honorem dei genitris edifica uit:atq; dedicauit.Inde egressus ciuitatem feltrensem itrauit:ubi populi maximam multitudinem baptis mo sacro renouauit. Et post hec per altinam ciuitatē & per alia oppida & castella peragrans: fidelibus mo nitis populum imbuit:& relictis idolis uerum deum colere fecit.In quibus omnibus basilicas construxit: & presbyteros ac inferiorum ordinum clericos conse crauit.Ac demum ad taruisium ciuitatē deuenit : & susceptus in domum cuiusdam militis nomine eu phresyni:filiam eius cecam signo crucis edito illumi nauit:eamq; cum parentibus & aliis plurimis in file re fluuio baptizauit.Cum autem comes ciuitatis:qui uxorem habebat theodorā per annos plurimos gra ui infirmitate detentam:nunciante ei milite euphro syno de miraculis sancti pontificis audiuisset:eum ad se nocauit:& ut eius sanaret coniugē : humiliter exo rauit.Cuius manum apprehendens uir domini eam continuo de lectulo in christi nomine sanam erexit: & ipsam una cum comite & filiis ac omni familia nu mero.cxii.credētes ī xpm baptizauit.¶In ipsa quoq; ciuitate multum populum ad fidem christi reduxit: & multorum nobilium filios sacris litteris erudiuit. Ecclesiam quoque in honorem beati petri apostoli iam p christo passi ipse fundauit: in qua & presbyte ros & diacones & alios clericos ordinauit.Deinde ad sedem suam patauii rediit.Et post modicū tēpus rex uitalianus xpianissimus & uxor eius regina prepedi gna ad dominū migrauerunt.Quos sanctus pdoci mus sepeliuit.Filiam quoq; illorū eius discipulā iusti nam uirginē sacrā sibi a parentibus cōmendatā opti ma cura gubernauit.Eam quoq; per mrium assum ptā cū suis clericis honorifice sepulture tradidit.De qua supra in eius passione actum est noī octobris.Ad suasionē autē beati epi : patricius quidā noīe opilius xpianus ecclesiā in honore sancte iustine uirginis su pra corpus illius erexit : & iuxta eam oratoriū beate uirginis cōposuit:quā ecclesiā simul cū oratorio p docimus eps cōsecrauit.Qui postq̄ a multis obsessis demonia eiecit: & plurimos infirmos a diuersis lāgori bus eripuit:cum in sede patauine urbis sedisset annis .lxxxxiii.mense uno diebus.xv.etatis sue anno.cxiiii. ad dominū migrauit.vii.idus nouēbris. Et in orato rio prefato dei genitricis clarens miraculis sepultus quiescit.

¶De scō Achilla epō. Cap. XXXIIII.

ACchillas eps alexādrinus:alexandro in epa tu successit.Qui ambo beati petri eiusdē ciuitatis epi & mr discipuli:& ab eodē fue runt presbyteri ordinati. Et cum idem beatus petrus pro fidei catholice defensione in carce re detentus esset:diuina reuelatione eosdem presbyte ros sibi in epatu successores prenouit:& eisdē quod presciuerat reuelauit: ut dicetur infra in eius passione .vi.kal.decembris.Et sicut ipe predixerat sic euenit. Nam primus achillas : secūdus alexander eidem in pontificatu successit.Et primus quidem annis.ix. se cundus uero annis.vii.sedem ipsam tenuit.Quorum

uterq; eruditione fide & cõuerſatione ac moribus in ſignis extitit. Et de ſecundo quidem ſancto in eius feſto actum eſt. iiii. calen. martii. Primus uero uidelicet achillis in pace quieuit. vii. idus nouẽbris. Quoꝝ corpora in eodem tumulo alexandrie requieſcunt.

¶ De ſcõ Amarantho martyre. Cap. XXXV.

AMaranthus martyr apud albigen̄. ciuitatẽ paſſus eſt tempore decii imperatoris. Qui exacto agonis fidelis curſu capitis obtruncatione celsus coronatus eſt triumphali corona: & ſic ibidem ſepultus uiuit in gloria. Paſſus. vii. idus nouembris: hec ado.

¶ De ſanctis Claudio Nicoſtrato & ſociis martyribus. Cap. XXXVI.

CLaudius: nicoſtratus: ſymphoriãus: caſtorius atq; ſimplicius martyres paſſi ſunt apud pannoniam ſub diocletiano iperatore: agente lampadio tribuno. Nam cũ idẽ imperator pãoniã perrexiſſet: ut diuerſa metalla ad edificia in ſui preſentia de montibus abſcidi faceret: omneſq; artifices artis quadratarie cõgregaſſet. Inuenit iter eos peritiſſimos. v. operarios predictos. Quorum quattuor primi ſcilicet: claudius: nicoſtratus: caſtorius: & ſymphorianus occulte xp̃iani erãt. Simplicius uero adhuc idola adorabat: prefati aũt quattuor quicqd artis operabant̃: in noĩe domini ieſu xp̃i ſculpebant omniaq; ſibi in arte ſuccedebãt. Cum aũt die quadã oẽs artifices numero. ccccccxxii. cũ. v. philoſophis ad uenas lapidis excidendas in unũ cõueniſſent: & mira inter illos cõtentio eſſet: nec uenas excidẽdas reperire poſſent. Symphorianus qui predictoꝝ quattuor aliorꝝ magiſter erat: iuocato xp̃i nomine ſecretius textum lapidis reperit: & ſecũdũ auguſti preceptũ ſculpturã perfecit. Colũnas quoq; plurimas & capitella ex porphyretico lapide iperatori exciderunt: & concas cum ſigillis ex diuerſis marmoribus elegãtius fabricarunt. Sed cũ ferramenta ſimplicii adhuc gẽtilis ſepius frangerentur. Interrogauit ſymphorianũ qua re ceteroꝝ quattuor lapicidaꝝ ferramẽtis pmanentibus ſolidis ipſius ſolũmodo exciſoria ex lapidũ fortitudine durare nõ poſſent. Symphorianus uero dixit ei: qualiter omne opus ſuũ in noĩe xp̃i incohabant: & ad uotũ eis omnia ſuccedebant. Predicante itaq; ſymphoriano cum ſociis: ſimplicius in xp̃m credidit: & baptiſmi gratiam poſtulauit. Qui duxerunt illum ad quẽdam cyrillũ ep̃m: qui pro xp̃i noĩe in carcere dudum detentus erat. Eps uero ſimpliciũ in fide docuit & ſacri baptiſmis unda pfudit. Reuerſi igit̃ ad opera concas ex porphyretico cauabãt: & colũnas mirabiles faciebant. ¶ Poſt dies aliquot iuſſit diocletianus: ut ſimulacrũ aſclepii excideret̃: & multoꝝ animaliũ imagines ſculpendo formarent. Ipſi uero omnia cetera pfecerunt: aſclepii aut̃ idolũ minime ſculpſerunt. Imperator uero ab eis queſiuit cur omnibus aliis operibus ad eius uolũtatem exciſis: ſolam imaginẽ magni dei non pfeciſſent. Tunc quidã ex philoſophis & aliis lapidum ceſoribus eoꝝ peritie inuidentes accuſauerunt illos imperatori: q; xp̃iani eſſent: & q; ſigno crucis premiſſo ac chriſti nomine inuocato omnia perficerẽt: & iccirco ſimulacrũ aſclepii excidere noluiſſent. Diocletianus aut̃ qui ꝓpter eoꝝ magiſterium ipſos acceptos & charos habebat: diſſimulauit uerba delatoꝝ: ut illos ſibi ſaluare poſſet: & ad idolum aſclepii ſculpendum inducero. Et cum eis rurſum mandaret: ut predictum ſimulacrum exciderent. Illiq; imaginẽ miſerrimi hominis nunq̃ ſe facturos reſpõdiſſent. Interrogauit auguſtus philoſophos: ſi alii tã periti homines eiuſdẽ artis inueniri poſſent. Tunc philoſophi alios artifices quadratarios elegerunt: qui ſimulacrũ aſclepii ex proconeſſo lapide infra menſem fabricauerunt: & perfectum diocletiano obtulerunt. Quod uidens imperator ſanctos martyres. v. predictos accerſiuit: & an xp̃iani eſſent interrogauit. At ille publice cõfeſſi ſunt: q; ſerui ieſu xp̃i domini erãt: in cuius nomini̇s inuocatione omnia ſibi in arte ſua ſecundũ eoꝝ uoluntatẽ ſuccedebant. Tunc imperator tradidit eos lampadio tribuno: ut moderatis uerbis eos iduceret: quatenus deo ſoli ſacrificarent. Et cũ a philoſophis & operariis multa iſtantia accuſarent̃: recluſit eos lãpadibus ut cuſtodia publica. ¶ Die uero ſequenti iuſſit eos ante ſe adduci: & accuſatores eoꝝ aduocari. Auditiſq; partibus nunciauit diocletiano: q; xp̃iani eſſent. & deos adorare recuſarent. Qui mãdauit lãpadio: ut ſi deo ſoli ſacrificare nollent: ſcorpionibus eos cedi faceret. Poſt dies uero quinq; lampadius pro tribunali ſedit: & eos ſibi exhiberi precepit: oĩaq; torm̃etorum genera illis oſt̃edit. Sed cum eos nulla rõne poſſet ad ĩmolandũ inducere: iuſſit illos grauiter ſcorpionibus flagellari. Statimq; tribunus arreptus a demonio expirauit. Quod audiẽs uxor eius & familia cum mugitu ad philoſophos recurrerũt: ita ut diuulgaret̃ diocletiano: qui iratus uehementer: iuſſit loculos plumbeos fieri: & eos uiuos intus recludi: & in flumine iactari. Nicetus uero qdã ex aſſeſſoribus lãpadii: imperatoris mãdatũ exequẽs: loculos fieri fecit: & ſanctos martyres claudiũ: nicoſtratũ: caſtoriũ: ſymphorianũ & ſimplicium intus recluſos in flumen precipitauit. Quod audiens cyrillus ep̃s: qui erat in carcere exnimia afflictione expirauit. Poſt dies uero. xlii. quidam nicodemus xp̃ianus loculos cum corporibus occulte leuauit: & ſanctoꝝ reliquias honorabiliter ſepeliuit: qui paſſi ſunt ſexto idus nouembris.

¶ De ſcis q̃ttuor coronatis mr̃ibus. Ca. XXXVII.

QVattuor coronati uidelicet ſeuerus: ſeuerianus: carpophorus: & uictorinus rome paſſi ſunt ſub diocletiano imperatore: qui cum eẽnt corniculatii: & ad ſacrificia una cum aliis imperatorum officialibus compellerentur cum omnino cõſenſum impiis prebere nollent: nun-

ciatum est diocletiano. Quos illico iussit: ut ante ip/
sum plumbatarum ictibus tam diu cederentur: do/
nec spiritum emitterent. Quoꝝ corpora iussit in pla
tea canibus iactari: que etiam quinq; diebus ibidem
iacuerunt illesa. Sed a melchiade papa & a beato seba
stiano martyre collecta: sepulta sunt in uia lauicana mi
liario ab urbe tertio cū aliis sanctis in harenario. Passi
sunt autem post duos annos a passiōe dictoꝝ quinq;
martyꝝ supra ꝓxime positoꝝ eodē. s. die: hoc est. vi.
idus nouembris. ¶ Hoꝝ nomina cum minime pos/
sent inueniri: quattuor coronati uocati sunt. Statutū
est autem a melchiade papa: ut memoria eoꝝ sub no
minibus alioꝝ quinq; martyꝝ predictoꝝ & dies ani
uersaria recolatur. Et licet processu temporis eorum
nomina reperta fuissent: usus tamē obtinuit: ut quat/
tuor coronati deinceps uocarentur.

¶ De dedicatiōe basilice saluatoris. Cap. XXXVIII.

DEdicatione basilice saluatoris: hoc est san/
cte ecclesie lateranensis rome a beato papa
siluestro facta est quinto idus nouembris.
Qui sanctus episcopus consecrationes al/
tarium & ecclesiarum secundum ritum: quem nunc
romana tenet ecclesia: primus fieri instituit. Fuisse ta/
men ab ipsis apostoloꝝ temporibus loca deo dicata:
que a quibusdā oratoria: a quibusdam ecclesie appel/
labant̄: ubi collecte fierent per unā sabbati: & in qbus
populus xp̄ianus ad audiendū uerbū dei: & ad percipi
endū dominici corporis sacramētū cōueniret: & apo/
stoloꝝ edocemur epistolis: & sanctoꝝ patrum īstrui
mur gestis. Que licet sale & aqua benedicta exorciza/
bant̄: non tamen chrismate ungebant̄: nec altare lapi
deum adhuc stabat erectum: chrismate delibutū in fi
gura domini nostri iesu xp̄i: qui est altare nostrum &
sacerdos & hostia. ¶ Postq̄ uero constantinus impera
tor a lepra mundatus a beato siluestro papa baptismi
meruit sacramento purificari: ut supra dictū est in le/
genda siluestri pape pridie cal. ianuarii: & cōstantini ī
peratoris. xii. cal. iunii: tunc primū lege ab ipso ꝓmul/
gata concessum est oībus sub romano imperio degē/
tibus licite ecclesias fabricare. Et ad id faciendum luo
ut alios hortaret̄ exemplo in ꝓprio lateranensi pala/
tio ecclesiā in honorē saluatoris mundi fabricauit. Ba
silicam quoq; appendiciā iuxta palatium fecit in ho/
norē sancti ioānis baptiste: in loco uidelicet in quo ba
ptizatus meruit a lepra mundari. Quā quidem eccle/
siam mirificis donis & ornamentis in auro & argen/
to & lapidibus preciosis infiniti precii magnifice dita
uit: quā beatus papa siluester die predicto publice cō/
secrauit. Tunc quoq; imago saluatoris diuinitus de/
picta in tribuna ecclesie primū uisibilis omni populo
romano apparuit. Que quidem imago deuotissima
in ipso loco usq; hodie perseuerat. Et licet ecclesie eius
dem parietes usq; ad fundamenta plerumq; dissoluti
fuerint: & iteꝝ reparati. Ipsa tamen tribuna cū imagi
ne sacratissima nulla unq̄ potuit uetustate deleri: nul/
laq; nouitate dissolui. Cū tamen aliquādo ecclesia ip/
sa incendio totaliter sit iudicio diuino cōsumpta. Hec
igit̄ est illa festiuitas: in qua primū rome ecclesia pu/
blice consecrata est: quā etiā ecclesiam idem pontifex
ad instantiam constantini augusti: omnium ecclesia/
rum totius orbis caput esse constituit: eandemq; tam
larga benedictione dotauit: ut siquis hominum quo
cunq; anni tempore uere confessus & penitens eam
intrauerit: omnium peccatorum suorū generalem re
missionem & indulgentiam consequi mereatur.

¶ De scō Theodoro martyre. Cap. XXXIX.

THeodorus martyr passus est apud amasi/
am ciuitatem marmaritanoꝝ sub diocle/
tiano & maximiano īperatoribus. Qui cū
esset miles ex ciuitate hellesponti deprehē
sus est: q; xp̄ianus esset: & adductus est ad brychā pre/
positum legionis. Cui cū prepositus diceret: ut sacrifi
caret & militiā pristinā reciperet: illeq; se deo patri oī/
potenti & iesu xp̄o filio eius militare se respondisset:
ad suggestionē possidonii uicarii prepositus ei īduci/
as concessit diebus paucis: ut semetipsum admoneret
& diis īmolare consentiret. Interea theodorus plures
xp̄ianoꝝ in carcere detētos uisitabat: eosq; in fide xp̄i
confortans eisdē necessaria ministrabat. Nocte igitur
quadā tēplum martis ītroiuit: & igne suppositō totū
illud succēdit. Qui a quodam gordiano tabulario ui
sus & detentus: ac presidi presentatus est. Qué preses
fecit cedi & cesum in carcerē mitti: pedibusq; in cippo
recludi: ac hostium carceris cōsignari: ut ibi fame de/
ficeret. Cui dominus iesus xp̄s nocte cum lumine ap/
paruit: & ipsum in eius amore cōfortauit. Tunc mul/
ta turba uiroꝝ dealbatoꝝ ad eum uenit & secū psalle
re cepit. Quod custodes audiētes: & hostiū signatum
aspicientes iudici nunciare festinauerunt. Ille uero ad
carcerem cucurrit: & hostiū carceris signatū inuenit:
uoces uero psallentiū cū theodoro audiuit. Et circū/
positis militibus carcerē aperiri fecit: ac introgressus
solū sanctū martyrē in ligno detrusum aspexit. Rur/
sumq; eidē recluso uncia panis & modicū aque p dies
singulos ei ministrari precepit: sed ipsum celesti cibo
dominus enutriuit. ¶ Post dies uero. xv. theodoꝝ ad
ductū & diis sacrificare nolentē: iussit preses in ligno
suspēdi: & latera eius unguibus crudeliter radi: donec
coste illius nudarent̄. Et cum hec omnia pro xp̄i no/
mine superasset dedit preses in eū sententiam ut igni
bus traderetur. Accenso igit̄ igne per semetipsum ue
stimēta deposuit: & uinctis post tergū manibus in flā
mas sponte ꝓsiliuit. Et circūspiciens in turba quendā
cōmilitonem noie cleonicū lachrymāte uidit: quem
confortās seipsum secutuꝝ predixit. Cum aūt oratio
nem fudisset ad dominū flāma in specie camere facta
est tanq̄ uelum nauis a uento repletum: & circūualla
uit eū: ut eēt nō quasi corpus qui exurit̄: sed quasi pa/
nis qui coquit̄. Sicq; celesti uoce ad gaudia eterna uo
catus emisit spiritū. Corpus uero exanime omnino p
mansit incombustum. Quod matrona quedam eu/
sebia nomine tulit: & in possessionem suā que distat
ab urbe amasia unius diei uia portauit: ubi eum cum
aromatibus sepeliuit in loco: qui dicitur euchaita. Pas
sus est autem quinto idus nouembris.

¶ De scō Theodoro alio mr̄e. Cap. XL.

THeodorus miles & martyr apud heracle/
am ciuitatem macedonie passus est sub li
cinio īperatore: qui & occidit. xl. martyres
&. cccl xx. cēturiones. Eodē tempore apud
achaiā erat draco pessimus omnes interficiens & de/
uorans transeuntes. Cum aūt theodorus miles xp̄ia/
nus ibi iuxta supra fenum dormitasset: & draconem
ibidē ignoraret: excitatus est a muliere eusebia xp̄ia/

na: que ei draconē ibi iuxta esse nunciauit: & ut fugeret ex charitate mouit. Quam sanctus hortatus est ut pro se oraret: & a longe conspiceret. Factoq; sibi crucis signo ad os spelunce processit: & draconi ut exiret christi uirtute mandauit: ac deinde equum ascendit. Quē exeuntē aggredit: equoq; ipm supprimēte quatuor pedibus draco prostrat: & lancea cordi eius infixa a sancto milite xpi occiditur. Quo miraculo uiso multi gentilium ad xpm cōuersi sunt. ¶ Licinius igit rex cum audisset: & theodorus xpm predicaret: misit de nicomedia in heracleam ciuitatē in qua miles xpi degebat: ut cum honore militaurus ad eū accederet. Ille uero nuncios grate recipiens remisit iperatori per epistolā: ut personaliter ueniret heracleam: ubi nimia affectiōe ipsum populus uidere cupiebat: q; si illuc ueniret: ipse cum eo & omni populo sacrificare paratus esset. Quo audito licinius heracleā uenit: cui sanctus miles in equo quo draconē occiderat obuiauit: quem iperator corā omni populo plurimū honorauit. Rogauit aūt eum grata libamina. Illa aūt deos regis sibi dari petiit: quasi in domo sua uellet eos thuribus placare. Quibus eidē ab imperatore traditis omnia idola aurea & argentea cōfregit & frustra pauperibus distribuit. Hoc audiēs licinius iratus eū teneri fecit: & sacrificare nolentem: precepit eū spoliatū & in quattuor lignis extensum uigis cedi: deinde plūbatis cōtundi durissime. Postmodū etiam carnes illius ungulis ferreis radi: & faculas igneas uulneribus superponi: atq; testis acutissimis cōfricari. Et sic in carcerē uinculatū recludi. Iteq; aūt post dies. v. eductū mandauit crucifigi: & crucifixum a pueris sagittari: eius quoq; genitalia precidi. Quem licinius existimans interfectū: dimisit in cruce in crastinum deponendū. Eucharius uero quidam christianus occultus scribebat passionem eius. Angelus aūt domini theodoro pendenti per noctē apparuit: & uulneribus eius sanatis illesum deposuit. Cum autem iussu regis duo centuriones cū pluribus ad eum deponendū mane uenissent: eumq; uiuentem ac omnino sanatū uidissent cū militibus. lxxxii. ad xpm conuersi sunt. Quod audiens licinius misit antipatrē ducem cū. cccc. uiris ad eos occidendos. Tunc inter xpianos & paganos seditio orta est: sed martyr xpi tumultū sedauit: & xpianos ad patientiam informauit: deinde ad custodiam accedens: fideles omnes in xpi noīe apertis hostiis & dirutis uīculis absoluit: & pluribus ad se uenientibus egris sanitatem restituit. Quod rex intelligens: ipm decollari mandauit. Sed cū ad passionē duceret: eucharium rogauit: ut corpus eius in achaiam deferret: & in paterna hereditate sepeliret. Quod quidem ille summa diligentia adimplere curauit. Passus est autem sanctus martyr. v. idus nouembris. ¶ Temporis uero processu corpus eius de partibus illis a uenetis raptum uenetiaq; delatum: atq; in ecclesia saluatoris: que est canonicorum regularium sepultum est.

¶ De sancto Vrsino epo. Cap. XLI.

URsinus eps apud bituricen ciuitatem claruit. Qui rome a successoribus apostolorum pontifex ordinatus: primus eidē urbi destinatus est episcopus. Ipse namq; predicationis officio diligenter intentus maximam partem ciuitatis illius populi conuertit ad dominum: & fide & sapientia atq; uite sanctitate probatus migrauit ad christum. v. idus nouembris: ut dicit ado.

¶ De scis Tryphone & Respicio martyribus & nympha uirgine. Cap. XLII.

TRyphon & respicius martyres & nympha uirgo apud uicum absadum saxonie passi sunt. Qui tryphon ex eodē ortus oppido: pastor anseq; fuit. Tempore igit gordiani imperatoris filia eutychetis nobilis romanoq; obsessa a demone clamabat: tryphonem pastorē anserum eius liberatorem futuq;. Cum aūt de mādato iperatoris eutychetē plurimū diligentis: talis homo p uniuersum mūdū quereret: tandem in prefata ciuitate inuentus est: & ad urbē romam adductus: qui statim ut limen domus eutychetis attigit: puella liberata fuit: sanctus aūt oras iperatori & eutycheti demonē qui puellam infestabat: in specie canis ostendit: & eū eis humana uoce loqui fecit: & demū in abyssum misit: & ab imperatore honoratus ad propria cū honore regressus est. ¶ Tempore uero decii cesaris imminente persecutione tryphon a prefecto occidentis tentus est: ut sacrificaret: qui dū xpm confiteret: primo quidem appensus est: & ungulis cōfossus: deinde per pedes ligatus: & per maximas niues & glacies tractus est: ita ut pedes frigore scinderentur. Postmodum autem acutis ignitis pedibus confixus & fustibus cesus: atq; lampadibus ad latera appositis exustus: lumine tamen igēti de celo superinfuso cōfortatus est. Quod uidēs respicius quidam tribunus credidit: & xpm cōfiteri cepit: quem preses detentum una cum trypho ne fortius exungulari mandauit: dehinc ambos ad tē plum fecit adduci: ut cesaris aut iouis statuam adorarent. Sed orāte tryphone idolū corruit: & mox nympha quedam: que uirgo uestalis erat ibidem assistens fidem xpi percepit: & xpm deum uerum uoce publica proclamauit. Tūc prefectus sanctos martyres una cum nympha uirgine plumbatis diutius cedi: eosq; omnes nouissime mandauit pariter decollari. Quorum corpora a christianis iuxta ipsam urbem sepulta sunt. iiii. idus nouembris.

¶ De scō Theodoro martyre. Cap. XLIII.

THeodorus martyr apud ciuitatem antiochiam passus est sub iuliano imperatore apostata. De quo. x. libro ecclesiastice historie cap. xxii. habetur. Cum enim iulianus christianus permisisset: ut corpus babile martyris auferrent: de quo supra in eius passione actum est. ix. cal. febr. Ibiq; exultantes corpus per sex miliaria detulissent: cantantes psalmū Confundātur omnes: qui adorāt sculptilia &c. & imperator hoc audisset: iratus die altero iussit oēs christianos teneri & torqueri. Quod salustius eius pfectus licet paganus tamen inuitus exequitur. Et primum sibi theodoq; occurrentē a prima luce usq; ad undecimam horam tanta crudelitate: & tot mutatis carnificibus torsit: ut nulla etas simile fore factum meminerit. Ipsum tandem per omnia constantem & letum in carcere teneri fecit: & imperatori: que fecerat: recitauit: taliaq; omnino fieri dissuasit: alioquin christianis gratiam & cesaris ignominiam quereret: cuius suasione imperator theodorum liberum dimisit: qui referebat in tormentis se modicam penam sensisse: assistente sibi celesti iuuene: & ipsum

confortante:nec non linteo candido ſudorem ſuum exiccante:ac ſepius ſibi aquam frigidam inſtar nectaris in populum porrigente. Hic autē ſanctus martyr poſt aliquot menſes migrauit ad dominum.iiii. idus nouembris. Hec euſebius libro quo ſupra.

¶ De ſcō Theodoro epō. Cap. XLIIII.

THeodorus epūs ſiccēſis fuit. Hic dum eſſet annorum.xii.& facta eſſet epidemia ualida ex bubone in ipſa ciuitate: theodorus uſq; ad morte infirmatus eſt: qui delatus in oratorio ſancti ioannis baptiſte:quod eſt iuxta uillam & ſtratus ad altaris introitum:cum ad crucifixū deſuper ſtantem in tabula pictum oraſſet: de imagine xpi tres gutte rotis ceciderūt:ſtatiq; bubonem ſoluerunt. Et continuo extincta febre conualuit: & domum propriis pedibus repedauit. Cepit autem pſalterium mente diſcere uelle. Cumq; uſq; ad pſalmum .xvi. didiciſſet:& ultra memorie commendare nō poſſet:in eccleſia ſancti chriſtophori ante crucifixū orās: obtinuit & celeritatem in adiſcendo: & firmam memoriam in tetinēdo. Sicq; in breui diuina gratia pſalterium totum memorie commēdauit:ipſumq; quotidie legere cepit. Factuſq; eſt clericus.& proceſſu temporis ſiccenſis epūs:qui populū dei uerbo & exēplo inſtātius refouens clarus ſanctitate migrauit ad xpm.

¶ De ſcō Probo epō. Cap. XLV.

PRobus epūs rauennatum.vii.apud eandem ciuitatem claruit. Hic enim mitis & pius fide religioſiſſimus clarus in ſpecie: fulgidus in opere:ſapiens eloquio: plenus gratia ſpirituſſancti:omnes languidos ad ſe ueniētes quacunq; detētos ualitudine curabat: ſpirituſq; immundos de obſeſſis corporibus expellebat. Qui poſtq; ſue ad occaſum uite inſtante tempore:angelica conſpexit agmina:ſtatim elapſa eſt de corpe eius ſancta aīa.iiii. idus nouēbris. Sepultuſq; eſt a filiis ſuis in eccleſia ſuo nomini dedicata:ubi ī miraculis & uirtutibus uiuit.

¶ De ſanctis Tiberio Modeſto & Florentia martyribus. Cap. XLVI.

TIberius modeſtus & florētia martyres paſſi ſunt apud agathenſem ciuitatē:ſub diocletiano īperatore. Fuit enim tiberius eiuſdem urbis helei nobilis ſed pagani filius: qui ualeriāo imperatori plurimum erat dilectus. Anno igitur.viii.eius imperii:ualerianus heleo ſuaſit: ut filium quem chriſtianū nouerat ad ſacrificia prouocaret. Quod dum ille per dies plurimos facere ſtuderet:& tiberius puer in fide chriſti immobilis perſeueraret:cum imperator hec audiſſet:fecit ipſum teneri & in catomo fuſtibus diutius cedi. Cum autem cedētium brachia aruiſſent:& ipe imperator in manu tortionem maximam ſenſiſſet:cepit exclamare & tiberium magum appellare. Pro quo tiberius orauit:& cōtinuo ſanitatem recepit:quem ualerianus emendandum patri tradidit. Pater uero iuuenē in triclinio delitiis & muſicis ac ioculatoribus & puellis pleno: diuerſiſq; gemmis ornato poſuit:ut animum eius alliceret:& a chriſtianitate reuocaret. Orante uero ſancto claritas ei de celo refulſit: odorq; maximus refragauit. Quod dum pater ad uidendum iuiſſet: putans q; dii eius filium conſolaturi uiſitaſſent:continuo exceſſ:& ab imperatore pro lumine recuperando ad tēpla deorum adducitur:ſed ſine ulla gratie impetratione reuertitur:oratione aūt filii illuminatur. Cum autem heleus filium tanq; magum perdere uellet:ab angelo cum modeſto quodā xpiano rapitur:& ipſo duce ultra flumen euchar& tranſuadant: atq; ſub quercus arbore collocātur:ubi ambo degētes uſq; ad diocletiani tempora predicabant: & miraculis clarentes multos cōuertebant. ¶ Eodem aūt tempore cū filius maximiani imperatoris a diabolo oppreſſus eſſet: & a nemine niſi a tiberio ſe eiiciendum clamare:requiſitus ſanctus & romā cum modeſto perductus īperatoris filium a demonio liberauit. Sed diocletianus collega maximiani eos detinuit:& p̄dicta magicis artibus attribuens:dū ſacrificare recuſarent:ipſos onuſtos ferro per dies plures in carcere artauit:& fame nimia afflixit. Quos angelus domini celeſti de celo fuſo lumine cōfortauit. Sed cū iuſſu imperatoris beſtiis expoſiti eſſent:& in nullo ab eis leſi fuiſſent:in clibanū ignis mittuntur:in quo pſallentes domino inuſti penitus conſeruant. Inde leoni ferociſſimo ſubiiciūtur:ſed ab eo intacti per oīa cuſtodiuntur. Quos uidēs florētia quedā matrona in xpm credidit:& ſtatim cū p̄dictis martyribus detenta fuit. Quos oēs diocletianus mādauit in cataſta leuari:& duriſſime cedi. Orātibus uero ſanctis:terremotus factus eſt nimius:& tēplo deorum corruente plurimi gentilium oppreſſi ſunt. Imperator uero cum paucis euaſit. Sancti uero martyres ab angelo de caſta erepti:& ad locum iuxta priſtinum fluuium eucharum territorii agathenſis in momento ſunt reducti:ubi oratione fuſa ad dominum migrauerunt.iiii.idus nouembris.

¶ De ſcō Martino epō & cōfeſſore. Cap. XLVII.

MArtinus ſabarie pannonior& oppido:nobilibus parentibus & gentilibus oriundus: ſed intra italiam papie alitus:cū patre ſuo tribuno militū ſub conſtantio & iuliano imperatoribus militauit. Nō tamē ſpōte quia ab īfantia diuinitus inſpiratus:annor&.x.iuuitis parentibus ad eccleſiā cōfugit:ſeq; catecuminū fieri poſtulauit. Et tūc etiā eremū intraſſet:niſi etatis infirmitas obſtitiſſet. Sed cū ceſares filios militū ueteranor& ad militādum ſcriberent:martinus annor&.xv.ad militiā urget:uno tantū ſeruo contētus:cui tamē uerſus uice dominus ſeruiebat:ſepiuſq; miniſtrabat:& calciamēta detrahebat. ¶ Quodam hyemali tempore in porta ciuitatis ambianenſiū obuiū habuit pauperem nudum. Qui cū a nullo elemoſynam accepiſſet: & martinus iam

omnia in pauperes conſumpſiſſet:chlamydem que ſi bi ſola reſtabat diuiſit:& dimidiam nudo tribuit: re/liqua ut poterat ſe ueſtiuit. Sequenti nocte chriſtum chlamydis ſue parte qua pauperem texerat indutum uidit:ipſumq; ad angelos circūſtantes loquentem au diuit:martinum adhuc catecuminū ipſa ſe ueſte texiſ ſe:unde ex hoc uir dei diuinam gratiam recognoſcés cum eſſet annoꝝ.xviii.baptizari ſe fecit:& poſtmodū duobus annis ad preces ſui tribuni:qui expleto ſui tri bunatus tempore renunciare ſeculo promittebat:ſo/lo nomine militauit. ¶Interea barbaris intra galliā irruentibus:iulianus ceſar contra eos pugnaturus ſti/pendium militibus erogabat.At martinus nolēs de/cetero ſeculo militare:ſtipēdiū recuſauit recipere: ſed iperator ipſum putabat renunciare militie:nō religio ne fidei:ſed metu imminentis belli.Martinus uero ſe ante acies inermem ſigno crucis ſolo munitū in cra/ſtino ſe ſtaturuꝝ ſpopondit,ppter quod a ceſare cuſto/diri iuſſus fuit.Sed die ſequēti hoſtes ſe & ſua omnia ſponte imperio ſubdiderunt. ¶Deinde relicta mili/tia ad ſanctū hilariū pictauenſem epm perrexit:a quo acolythus ordinatus:monitus a deo per ſoporem: pa rentes ſuos adhuc gentiles uiſitare decreuit. Multaq; ſe aduerſa paſſuꝝ predixit.Nam inter alpes incidit in latrones:& cū unus in capite eius ſecurim uibraſſet: alter ferientis ictum ſuſtinuit:uinctis tamē poſt ter/gū manibus uni eoꝝ cuſtodiendus traditur. Cui uir domini xpm predicauit:& eū ad fidem conuertit,ip/ſeq; martinū dimiſit.& laudabilē uitam duxit. ¶Ve/niens aūt ad parentes matrem cōuertit:patrē uero in malis perſeueranté reliquit.Sed cū hereſis arriana per totum orbé pullularet.Martinus dū obſiſteret:publi ce ceſus:& de ciuitate eiectus:mediolanū rediit:& ibi monaſterium ſibi ſtatuit.Sed inde ab arrianis eiectus ad inſulā gallinariā cū uno ſolo preſbyterio abiit:ubi hellebori uenenati gramen in cibum ex ignorantia ſumpſit:quod uirtute orationis nil ei nocuit. ¶Audi to uero q beatus hilarius pictauēſis de exilio rediret: obuiam enim pfectus eſt:& iuxta pictauiā monaſte/rium ordinauit,ubi dū parūper a monaſterio diſceſ/ſiſſet:reuerſus quendā ſine baptiſmo defunctū inue/nit:cuius corpus in cellam ſuam duxit: ipſumq; ſua oratione ſuſcitauit:qui annis pluribus poſtea ſuperui xit. ¶Alium etiā ſeruum cuiuſdam lupicini nobilis uiri:qui ſe laqueo ſuſpēderat:uite reſtituit. ¶Cū aūt plebs turonica epo careret:ipm ſanctū uiꝝ:q̄is pluri mum renitentē ſibi ordinari petiit.Quidam autē ex epis noīe defenſor plurimū reſiſtebat:eo q martinus uultu nimiū deſpectus apparebat:qui tamē a populo eſt cōſutatus:& martinus in epm ſublimatus.Vexꝝ cū populi cōcurſum nō ferret per duo miliaria extra ur/bem mōaſterium cōſtituit:ubi cum monachis.lxxx. in multa abſtinentia uixit. ¶Dum quidam ſub no/mine martyris coleref:& martino nihil de eius uita uel martyrio conſtare poſſet:orauit ad dominum:ut cuius eſſet meriti:ſibi indicaret:cōuerſuſq; ad leuam uidit umbram:que martino dixit:ſe eſſe latronis ani mam:que in altari colebaf:qui a ſceleratis percuſſus fuerat:& in inferno damnatus: & cōtinuo eps altare deſtruxit. ¶Tertium quoq; mortuū ſuſcitauit iuue/nem uidelicet quendā:qui ad ſepulturam ferebatur: & in medio campi a matre & multitudine populi plā gebatur.Quem quidem adoleſcentē matri cōpatiens a mortuis excitauit:& multitudinem paganoꝝ aſtan tē conuertit. ¶Cum quedam nauis periclitareſ: ne/gociator quidam licet gentilis martinum uocauit:& ſtatim trāquillitas magna ſucceſſit. ¶Dum in quo/dā loco templum idoloꝝ diruiſſet:& arborē pini de/moni dedicatam excidere uellet:& ruſtici gentiles ob ſiſterēt:tandem in hoc conuenerunt:ut arborem in/ciderent:& ſuper martinum ligatum cadere dimitte rent:quam ſi ille ſigno crucis cadentem in parte aliā conuerſam cōcidere faceret:ipſi oēs in xpm crederēt. quod dum factum eēt:omnes ad fidem cōuerſi ſunt. ¶Cum in alio phano ignem miſiſſet:& uentus irru ens flammas in domum uicinam mitteret:ſignū cru cis oppoſuit:& contra uim uēti ignem in oppoſitam partem excuſſit. ¶In uico leproſorum aliud idoloꝝ templum deſtruere uolebat:ſed ei pagani reſiſtebant. Cumq; diebus pluribus oraſſet:angeli eidem armati aſtiterunt:& in gentiles impetum facientes eos in fu/gam uerterunt.Sicq; martinus propoſitum adimple uit. ¶Cum in pago educenſi aliud phanum diſſipa/ret:& gentiles in eū irruerēt:unuſq; ipſum gladio ag/greſſus eſſet:nudum uerticem expoſuit: illeq; conti/nuo ſupinus corruit:& ueniā poſtulauit. ¶Alibi etiā cum idem opus perficeret:& quidam nudato enſe in eum irrueret:in ipſo ictu ferrum de manu excuſſum nuſq; comparuit. ¶Apud treuerim puellam quandā paralyticam:que annis plurimis iacuerat:& ad extre/ma iam deducta fuerat:ſua oratione continuo ſana/uit. ¶Seruum etiam cuiuſdam tetradii maligno ob/ſeſſum ſpiritu:impoſita ei manu ab infeſtatione libe/rauit:& ipſum tetradium gentilem ad xpi fidem re/duxit. ¶In eadem etiam ciuitate ingreſſus domum cuiuſdam diabolū uidit:& ſe illū uidere dixit.Moxq; demon quendam de familia arripuit: quem ſanctus uir ſtridentem & ſtrepentem immiſſo in ore eius di/gito illico liberauit. ¶Apud pariſius leproſum quen dam horribilem aſpectu deoſculans:continuo a lepra mundauit.Fimbrie quoq; ueſtimētorum eius exciſe: & egris alligate:omnem infirmitatem expellebant. ¶Cum filia cuiuſdam arborii quartana laboraret:& epiſtola quedam uiri ſancti manu conſcripta caſu ad arboriū delata eſſet:pater illam ſupra pectus filie po/ſuit:& protinus ſanitatem recepit. ¶Paulinum etiā quendam nobilem:qui unius oculi lumen amiſerat: panniculo ſuo pupillam oculi tangens:continuo a ce citate eripuit. ¶Eidem quoq; uiro:qui alias per gra/dus ſcale corruens pene iacebat exanimis:martinum inuocanti:angelus per noctē apparuit:& illeſum ma/ne de lecto leuauit. ¶Quadā die eidem diabolus aſti tit:& cornu bouis cruentum in manu tenens: unum de ſuis peremiſſe aſſeruit.Qui concitus mittens unū ex eius ruſticis pene extinctum reperit:quem bos in/guine dum pungeretur cornu uulnerauit: quem ad ſe delatum ſanctus martinus mox ſanatum eleuauit. ¶Animalia etiam irrationabilia ipſi obediebant. Nā canes leporem inſequentes ſubſiſtere fecit: & ſerpen/tem flumen natantem retrocedere cōpulit: canis etiā latrans ſola eius iuſſione obmutuit. ¶Ab angelis & apoſtolis ſepius uiſitabatur & in eorū colloquio con ſolabatur. ¶Quodam tempore pro neceſſitate qua/dam ualentinianum imperatorem adiit:ſed ille ſciēs

ipſum uelle petere:quod nolebat concedere:fores palatii ei claudi fecit. Sed cum talem repulſam tertio paſſus eſſet:orationem premiſit:& uſq; ad auguſtum ueniens nemo ianuas ipſi claudere ualuit. Imperator uero turbatus ei aſſurgere noluit:donec igne ſellam regiam arripiente:& ipſum iam in poſterioribus inflãmante:aſſurgere compulſus fuit: eiq; poſtulata omnia ac munera conceſſit. Cum ab eodem imperatore inuitatus eſſet:& ep̃o primo potus oblatus eſſet:martinus poſtq̃ bibit:preſbytero ſuo calicem dedit: dicés nullum digniorem poſt ſe debere bibere: & indignũ eſſe:ut imperator preſbyro preferatur. ¶ Quadã uice dum in ueſte hiſpida aſello latus incederet: & equites e contra uenirent:pauefactis equis propter eius deformitatem:a militantibus grauiter uerberatur. Sed cum illi uiam ſuam proſequi uellent:equi nulla ratione moueri potuerunt:quouſq; illi culpam ſuam recognoſcentes:a martino ueniam petierunt:& ab eodem ut abire poſſent obtinuerunt. ¶ Dum in quodam loco clerici lectum tenuem ſibi ſtrauiſſent:& ipſe molliciem declinans ſuper nudam humum iuxta morem dormiret:nocte media camera accẽditur:& dum ſurgere non poſſet ueſtimenta eius cõburunt:ſed ipſe in igne illeſus conſeruat. Monachi igit cõcurrunt & ipſum intactũ omnino de medio ignis educunt. ¶ In q̃dam ſolemnitate celebraturus ad eccleſiam pergens: pauperi nudo ueſtem ſecreto tribuit:& capa ſe utcũq; potuit contexit. Et cum ſe preparandum ſpoliare capa non auderet:eo q; nudus eſſet:archidiaconus quaſi indignatus ueſtem ei breuẽ & ſtrictam attulit: quã martinus humiliter induit: & miſſam celebraturus acceſſit. Et dum celebraret & ſacramenta offerret:globus igneus apparuit ſuper caput eius. Et cum manus in miſſa:ut moris eſt:eleuaret:& manicis lineis labentibus ex breuitate tunice:brachia nuda apparerẽt: miraculoſe torques aurei & gemmati ab angelis deferũtur:& brachia eius operiuntur. ¶ Multe autem ſubtilitatis fuit erga demones cognoſcẽdos. Adeo enim ei conſpicabiles reddebant:ut aperte ſub quacunq; imagine ab eo cognoſcerentur. Cum autem eidem diabolus in forma regis purpuratus & diadematus apparuiſſet:& xp̃m ſe eſſe diceret:martinus eidem dubitans reſpondit:q; xp̃s ſe nec purpuratũ nec diademate renitentem uenturum predixit:& q; niſi xp̃m in ea forma qua paſſus eſt cerneret: ipſum xp̃m minime crederet: Quo dicto diabolus diſparuit:& cellam fetore repleuit: ¶ Ipſe aũt uir dei obitum ſuum longe ante preſciuit atq; predixit. ¶ Interea dum concateñ. dioceſim cauſa ſedãte alicuius diſcordie uiſitaſſet:aliquã diu ibidem commoratus:uiribus corporis cepit repẽte deſtitui:& diſcipulis ĩdicauit ſe iam reſolui. Illis autem gregem domini deſolãdum flentibus orauit ad dominũ:ut ſi adhuc populo ſuo neceſſarius eſſet ipſum laborem non recuſantem:adhuc in uita preſenti dimitteret. Et moleſtia febrium detentus in cilicio & cinere decumbebat:dicés in nullo alio decere chriſtianum decedere. Oculis quoq; ac manibus in celũ ſemper intentus inuictum ab oratione ſpiritum non relaxabat. Et cum eſſet migraturus uidit ante ſe diabolum aſſiſtere:eumq; mox licentiauit: eo q; ſecum nihil haberet:ſed ipſum abrahe ſinus reciperet. Sicq; anno domini. cccclxxxvi. uite eius anno. lxxxi. epiſcopatus autem ſui. xxxvi. a ſeculo feliciter traſmigrauit .iii. idus nouembris. Archadio & honorio imperantibus:uultus quoq; eius quaſi iam glorificatus reſplenduit:ac chorus angelor& ibidem cõcinẽs auditus fuit. Ad cuius tranſitum pictauieñ. ſicut & turonici conuenerunt:& utriq; pro corpore habendo piam contentionem fecerunt. Nocte autem media pictauieñ. omnes circa corpus ſopiuntur:corpuſq; a turonicis p feneſtram eiicitur:& per ligerim fluuiũ nauigio adurbem turoñ cum gaudio deducitur:& ibidem honorifice tumulatur. ¶ Hora uero eius trãſitus:cum ſanctus ſeuerus ep̃s colonienſis poſt matutinas loca ſancta circuiret:& uoces in celo cantantes audiret: uocato diacone interrogauit ſiquid ſoni uel cantus perciperet. Qui cũ auribus erectis: uoces in celo audire ſe diceret:ep̃s ei dixit:q; eadẽ hora martinus turoni põtifex e mundo migraſſet:quem cõtinentes angeli tũc eum ad celum adducerent. Qui diem & horam notauit:& tunc martinũ tranſmigraſſe cognouit. ¶ Seuerus etiam monachus:qui eius uitam conſcripſit:eadem hora in ſomnis uidit martinum albis indutum uultu igneo:ſintillantibus oculis: librum tenentem: celos uelociter aſcendentem. Qui euigilans a nunciis uenientibus audiuit:martinum eadem nocte a corpore migraſſe. ¶ Die autem depoſitionis ipſius: dñ beatus ambroſius mediolani celebrans iter prophetiam & epiſtolam obdormiſſet:& diu expectatus poſt duas horas ſubdiaconus lecturus epiſtolam eum excitaſſet:euigilans dixit populo. Martinum turoni ep̃m qe uiſſe:& ſe funeris eius obſequium feciſſe: ſed ultimã orationem excitatus complere nõ potuiſſet. Illi uero diem notantes & horam:poſtmodũ compererunt illum expiraſſe:& ambroſium ep̃m ibidem cognitum eius exequias celebraſſe. ¶ Scripſit autem hic beatus pontifex librũ de trinitate fidẽ catholicã cõtinentem.

¶ De ſcõ Mena martyre. Cap. XLVIII.

MEnas martyr in ſcythia metropoli phrygie ſalutarie paſſus eſt: tẽpore diocletiani & maximiani imperatorũ. Qui ex nobili egyptiorũ prouincia ortus:ſub duce agricolao terreno regi militans:deinde militie temporali renuncians:ſecreta conuerſatiõe in eremo militauit. ¶ Cum autem imperatorum natalitia celebrarent:& diis ab omni populo immolaretur: ad urbem uenit:& ingreſſus theatrum dum idola execraretur:& ſe chriſtianum libere profiteretur:tẽtus eſt a preſide:& pyrrho duci torquendus traditus eſt:qui primo eũ in cuſtodiam uſq; mãe recluſit. Celebratis uero feſtis gentilium. Menam eductum & ſacrificare nolentem extendi fecit:& neruis taurinis ac bubalinis atq; uirgis diutiſſime cedi mandauit:deinde ip̃m in equuleo leuari:& ungulis laniari:ac lampadibus ad latera appoſitis inflammari: nec non cilicio madidato plagis eius confricari. Et demum carbones ignitos uulneribus ſuperponi. Et cum hec omnia patientiſſime toleraſſet:ligatis manibus ac pedibus fecit illum per tribulos trahi:donec membra eius diſſiparẽtur: deinde plumbatis illum cedi mandauit:& maxillas grauiter contundi. Et dum in omnibus in confeſſione domini permaneret immobilis nouiſſime ip̃m gladio animaduerti precepit:corpus quoq; eius igne conſumi. Quod tamẽ furtiue a chriſtianis de igne ſublatũ: &

camelo impoſitum angelo duce ad montem quendã delatum:& ibidem quo deus per ſuum animal oſtenderet ſepultum eſt:baſilica deſuper edificata. Proceſſu autem temporis ipſum ſanctum corpus conſtanti nopolim tranſlatum:ibiq; honorifice conditum eſt. Paſſus eſt autem ſanctus martyr.iii.idus nouembris.

¶De ſancto Mena cõfeſſore. Cap. XLIX.

MEnas confeſſor in ſamnii prouincia claruit tempore beati gregorii pape. Qui ſolitaria uitam ducens:nihil ad uſum ſuum niſi pauca apium uaſcula poſidebat. Huic cũ longobardus quidam in eiſdem apibus rapinam uoluiſſet ĩgerere:prius ab eodem uiro uerbo correptus eſt:& mox per malignum ſpiritum ante eius ueſtigia uexatus. Sepe uero ex uicina ſilua uenientes urſi: ſuum eius comedere conabantur. Quos ille deprehenſos:ferula quam portare manu conſueuerat cedebat. Ante cuius uerbera immaniſſime beſtie rugiebãt & ſubiebant. Et que gladios formidare uix poterant: ex eius manu ictus ferule pertimeſcebant. Omnes uero qui ad ſe charitatis gratia ueniebant:ad eterne uite deſideria accendebat. Et ſiquorum culpas per ſpiritum agnoſceret:nunq; ab increpatione ceſſabat. Conſuetudinem uero eiuſdem loci incole fecerant:ut diebus ſingulis per hebdomadam unuſquiſq; oblatiões ſuas tranſmitteret:ut eſſet: quod ipſe ad ſe uenientibus offerre potuiſſet. Quidam autem diues nomine chartherius quandam ſanctimonialem rapuit: ſibiq; illicito matrimonio coniunxit. Quod mox ut uir dei cognouit:eum per nuncios acrius increpauit. Cumq; ille ſceleris conſcius ad eum accedere non auderet: ne forte ipſum durius reprehenderet:oblationes ſuas inter aliorum munera ei miſit:ut eius dona neſciens ſaltem ſuſciperet. Sed uir domini tacitus ſedit: oblationes omnes cõſiderare ſtuduit:& quas chartherius miſerat per ſpiritum cognouit:ſpreuit:& abiecit: dicens q̃ oblationes illius recipere nolebat:qui ſuã deo omni potẽti acceperat. Qua ex re actum eſt: ut preſentes quoq; timor inuaderet:cum uir domini tam ſcienter de abſentibus iudicaret. Hic ſanctus uir poſt plurima perfectionis opera ad chriſtum migrauit. Hec gregorius.iii.dialogorum.cap.xxvi.

¶De ſcõ Verano ep̃o. Cap. L.

VEranus ep̃s apud ciuitatem gaualitanam galliarum claruit tẽpore imperatoris ualentis. Hic ex ipſius urbis territorio nobilibus parẽtibus ortus:a puero deo deditus: diuinis litteris imbutus:adhuc iuuenis ſeculum dere liquit:& in eccleſia migmatenſi inuitis parentibus clericus factus eſt. Et in uirtutibus proficiens ad ſacerdotalem ordinem aſcendit. Signiſq; ingentibus & multis pollere cepit. Sed propter multos ad ſe cõfluentes: fugiens mundi gloriam:uno tãtum aſſumpto comite ad ciuitatem gaualitanam deuenit: ubi dum eſſet draco immaniſſimus:qui homines & animalia deuorabat:ueranus orãs ipſum de ſpecu in quo latebat exire:ſeq; ſequi compulit:eũq; ſe ut catulum manſuetũ ſectante uſq; debroſonem deduxit:atq; ibidem terre uiſceribus introcluſit. Deinde in antro draconis eccleſiam dei genitricis edificauit:ubiq; deo ſeruire cepit. Verum cum nec ibi etiam latere poſſet: nec contemplationi uacare:cum quibuſdam peregrinis romam pergentibus inde diſceſſit. Venienſq; ebredunũ multos egros ſanauit: & obſeſſos a demoniis liberauit. ¶Profectus inde cum iuxta pedem montis eũ latrones cum ſociis ſpoliaſſent:& occidere uellent: unuſq; illoꝝ in capite uiri ſancti enſem uibraret: ipſeq; ictũ conſtanter expectaret: brachium illius ſic extenſum ĩmobile factum eſt:nec ſe aliqualiter amouere potuit:donec uiſo miraculo predones penitentiã egerunt: & ablata cuncta reſtituerunt. Tunc quoq; ſanctus uir pro illo orauit: & ſic brachium depoſuit. Abeuntes quoq; inde latrones ſtrepitus maximus quaſi arboꝝ decidentium exterruit:& omnes in fugam conuertit. ¶Cũ aũt romã peruenĩſſet:& clauarius eccleſiã beati petri nocte ei aperire nollet:ſubito repulſis repagulis hoſtia diuinitus cũ magno impetu ſancto uiro apta ſunt:& eidem aditum preſtiterunt:propter quod miraculũ a papa & populo honorifice ſuſceptus eſt. ¶In de recedẽs & rauẽnã ueniẽs:energuminos multos clamantes ſe a uerano torqueri: ab obſeſſione demonũ liberauit:egriſq; plurimis ſanitatem reſtituit. In mediolano quoq; .xii. arreptitios ſanauit:& cecũ quendã illuminauit:atq; mortuũ unum ſuſcitauit. ¶Inde albingã pergens:pluuiã aride terre atq; fertilitatẽ a deo obtinuit:in agris dũtaxat xp̃ianoꝝ: fundis cunctoꝝ gentiliũ in priſtina ſterilitate relictis. Cum aute illi ſe idola deſerturos pmitterent:ſi ſimilẽ gratiam percipe poſſent:oratione ſancti eoꝝ agri imbre perfunduntur:& ſtatim templa deoꝝ ſuoꝝ ab eis euertũtur. Sed cum draconem quendã:quẽ ipſi adorabãt: ueranus de antro pduxiſſet:& in flumie ſubmerſiſſet:omnẽ populũ ciuitatis ad xp̃m cõuertit: & in fide doctũ baptizauit. ¶Tráſiens aũt alpes puellã a mortuis reuocauit:cecũ quendã a natiuitate illuminauit:& multos languidos diuerſaꝝ egritudinũ curauit. ¶Demũ ad ciuitatẽ gaualitanã applicans in eccleſia beate marie:quã cõſtruxerat manere cepit. Ad cuius preces ualens detentos quoſq; in carceribus relaxauit. Poſt hec defuncto antiſtite:ueráus a rege & clero ac populo in ep̃m electus eſt. Qui officio ſuo ſtrenue adminiſtrato omni ſanctitate perfectus claruſq; uirtutibus in pace quieuit.iii.idus nouembris. Cuius pheretrũ omnes egri tangentes ſanati ſunt. ¶Veꝝ dum eſſet queſtio inter ciues ubi nam corpus eius poneret:an in cathedrali baſilica an in ea quã fecerat eccleſia extra urbem. Leuato pheretro ſubito palliũ quo corpus erat opertum in aere ſe tollens:funuſq; precedens uſq; ad flumen durentie cunctos deduxit:ubi dum:populus ua

do ſimul ac naui carerent: ſiccato repente fluuio: cunctiſq; p ſiccū alueū trāſeuntibus: palliū iterū p area populum preceſſit: uſq; ad eccleſiam beate uirginis: quā ſanctus edificauit: ubi dum ſubſtitiſſet corpus eius condigno tumulatum eſt honore.

¶ De ſancto achia propheta. Cap. LI.

ACHias ꝓpheta de ſilo claruit ī regno iſrael tēpore hieroboā regis. x. tribuū iſrael. Cū enim hieroboam ſeruus ſalomonis cōtra eum rebellaſſet: & de hieruſalem egreſſus eſſet: inuenit eum achias propheta in agro: īdutus pallio nouo: qui ſcidit pallium in. xii. ſciſſuras deditq; .x. partes hieroboam dicens: q; ita dīs deus traderet ipſi .x. tribus iſrael poſſidendas: eo q; ſalomon reliquiſſet dominū & idola adoraſſet: duas autē tribus tantū dimitteret roboam filio ſalomonis: ne regnū ex toto de domo dauid tolleretur: iuxta promiſſionē ei factam a deo. ¶ Poſt mortē autē ſalomonis oīa que achias predixerat euenerūt. Nam .x. tribus iſrael hieroboam in regē aſſumpſerūt: quod dictū eſt regnū iſrael: due uero tribus. iuda & beniamin roboā filio ſalomōis adheſerunt: quod dictū eſt regnū iuda. ¶ Cum autē hieroboā rex iſrael duos uitulos aureos fabricaſſet & omnē populū ad ipſos adorandos cōpuliſſet: filius quoq; eius abia grauiter egrotaſſet: miſit hieroboā uxorem ſuā alieno habitu ne cognoſceret indutā ad achiā ꝓphetam in ſilo: ut īdicaret ſibi quod futurū eēt de puero. Cuius aduentū propheta dīo indicante cognouit: cum oculi eius ex nimia ſenectute caligaſſent. Et ſtatī mulierē limen hoſtii ingreſſam uocauit ex noīe: eiq; mortem filii prenunciauit: atq; oēm domū hieroboā propter idolatrie crimen exterminādā predixit. Et ſic oīa ut ipſe predixerat ad litterā cōtingerunt. Hic ut dicit comeſtor uidit in ſpiritu populū conculcantē iuga boum: & predixit ſacerdotes conculcandos a populo. Hic etiam ſalomoni predixit: q; euertendus eēt a mulieribus. Quieuit autem ſanctus ꝓpheta in pace: & ſepultus eſt in ſilo iuxta ilicem pridie idus nouembris: ut ioſephus & hieronymus tradunt. Hec ex .iii. libro regum cap. .xi. & .xiiii.

¶ De ſancto martino papa & martyre. Cap. LII.

MArtinus papa & martyr huius nomīs primus de ciuitate tudertina prouīcie tuſcie: theodoro papa primo in epiſcopatu romano ſucceſſit. Sedit q; annos .vi. mēſem unū dies .xxvi. Huius tēpore paulus conſtantinopolitanus epūs: cōſtantini imperatoris .iii. brachio fultus aduerſum eccleſie rectū dogma ſurrexit duas uolūtates aut operationes diuerſas in xp̄o diffiniens confiteri. Qua de re martinus pape eidem legatos deſtinauit: cōmonens eū ut ab hereſi ſua diſcederet: alioquin contra ipſum procederet. Qui ab imperatore ad ſuaſionē pauli epī diuerſis perſecutionibus afflicti ſunt: & quidam eorum in cuſtodiā detruſi: alii in exiliū miſſi: alii ueberibus ſubniſi. Qua propter martinus eps rome cōcilium .io. epōrū celebrauit: in quo paulū patriarchā tanquam hereticum damnauit: & ab epatu depoſuit. ¶ Tunc imperator cōſtantinus miſit olympium ducem & exarthlim cubicularium ad regendam italiā: & predictam hereſim cōfirmandā. Qui olympius ut ab imperatore ſibi iuſſum fuerat: miſit ſpathariū ſuū ad papam occidendū. Spatharius aūt inuenit eum in eccleſia ſancte morie maioris celebrantē in altare q̄ dicit ad preſepe. quē dum gladio extinguere niteret: diuina benignitate cecitate percuſſus: eum uidere nō potuit. Hoc audiens imperator martinū papā a theodoro & pellurio ab eo miſſis: detentum cōſtantinopolim adduci fecit: quē in exilium cherſonam miſit: ubi martyrio uitā finiuit pridie idus nouembris. Corpus aūt eius romā tranſlatū: & in eccleſia eius nomini conſtructa: que dicit ſancti martini in montibus ſepultū eſt. Et caſſauit epiſcopatus dies uigintiocto.

¶ De ſancto emiliano epiſcopo. Cap. LIII.

EMilianus eps apud ſcotiā claruit. Qui ex eadem inſula oriundus: domino a puerilibus annis militauit. Et dum eſſet omniū ore laudabilis ad ſacros ordines ꝓmotus: operante dei gratia pōtificatus ſuſcepit officium: qui per annos plures epiſcopatu optime & deuote adminiſtrato: apoſtolorū limina mare tranſfretato peregrinus uiſitauit: & rediens ad patriā ſuā: & dum eſſet in itinere apud fauentia graui langore decubuit. Et poſt dies modicos feliciter a ſeculo migrauit pridie idus nouembris. Cuius corpus ciues fauentini iuxta eccleſiam ſancti clementis extra muros urbis ſepelierunt.

¶ Tempore procedente dum ciuitas ipſa a liprādo rege longobardorū de populata & deſtructa fuiſſet: corpus ſancti epī dudū incognitū manſit. Verum tempore comitis bernardini & theodolende eius uxoris reparata ciuitate cumulū feni ſupra ſepulturā ſancti corporis: q̄ erat oīno incognitū conſtitutū eſt. Vbi die quadā duobus inuicē cōfabulantibus unus eorū magnū colaphum ſe accepiſſe cōqueſtus: ſe illud a ſocio recepiſſe putabat: dumq; ille negaret: maius ſubito colaphum recepit. Hoc idem refundens in ſocium animo uindicandi. Quod dum iterum ille feciſſe negaſſet: nec percuſſor inueniri potuiſſet: cognito miraculo: relatio comiti facta eſt: qui diuinum quicquā ibidem latere arbitrans: ſublato feno locum effodi mandauit: ubi ſacrum corpus cum epitaphio: in quo predicta continebant: inuenit: & de cadauere ſancto mira fragrantia erupit: quod inde leuatum ad eccleſiam ſancte marie intra menia ciuitatis delatū: ibiq; condigno honore cōditum eſt: ubi miraculis coruſcat.

¶ De ſancto Hor abbate. Cap. LIIII.

EOr abbas fuit habitator montis nitri deſerti egypti. De quo fertur: q; nunq̄ mentitus ſit: nunq̄ iurauerit: nulli maledixerit: nec ſine aliqua neceſſitate locutus fuit: ut dicit heraclides. Et hieronymus dicit de eo: q; fuit apud thebaidem nonagenarius uenerabilis ſenex qui ignorans litteras oblato ei codice orationem preſiſit: & ſtatim infuſa ipſi gratia ſubito legere cepit: ac deinde litteras nouit. Hic etiam pane angelo& trienio uixit: quem ei poſt biduum continue angelus miniſtrabat. Fratres quoq; ſecū morantes ſepe noctu uigiles angelo& cantus & hymnos audiebāt. Qui etiā multa milia hominum ad xp̄m cōuertit. ¶ Quodā tempore demones ad eū in ſpecie militie celeſtis aduenerunt: & regem excelſum ſecum deduxerūt: quē chriſtum eſſe aſſerentes ipſum adorarunt: & tam rex q̄ circunſtantes illum adorandum abbati hor ſuaſeruut. Cum autem ille diaboli figmēta dubitaret: & ſe quotidie regem ſuum adorare diceret: nec eſſe opus:

ut ad hoc ipſi chriſtus corporaliter apperet: ꝓtinus illuſio euanuit. Sanctus autem hor in pace quieuit pridie idus nouembris.

¶ De ſancto Brithyo epō. Cap. LV.

BRithyus epūs turonenſis ſucceſſor fuit ſancti martini epiſcopi: qui primo iuuentutis tpe eius fuit diaconus: plurimumq; eius emulus: eo q; a beato uiro aliquādo redarguebatur: cum iuuenilia ſequebatur. ¶ Cum enim q dā infirmus ſanctum martinum quereret: ut medelā ab eo expeteret: brithyus illum ei oſtendit: eūq; amē tem & delirū appellauit. Cum autē eger a martino poſtulata obtinuiſſet: epūs brithyum aduocans: redargu it: quia eū delirum dixiſſet: qui pre uerecundia ſe hoc dixiſſet negabat: ſed martinus aures ſuos ad os eius: cum hoc dixiſſet: habuiſſet affirmabat. Predixit autem illi adeo obtinuiſſet brithyum ſibi in epiſcopatu ſucceſſurum: ſed multa eū aduerſa paſſurum: quod magis adhuc brithyus irridebat. ¶ Poſt mortem igitur ſancti martini brithyus in epm electus: orationi uacabat: & licet adhuc ſuperbus tamen erat corpore caſtus. Anno aūt epatus ſui. xxxiii. mulier quedā religioſe ueſtita: que eius ueſtimenta lauabat: concepit: & filium peperit. Tunc omnis populus cū lapidibus ad ianuam congregatus contra epiſcopū exclamabant: & crimen ei obiiciebant. Ille autem uiriliter negans: iuſſit ſibi infantem adduci. xxx. ab ortu dies habentē. Quem per filium dei adiurauit: ut ſi filius eius eſſet: coram cunctis ediceret. Infans uero diſerta lingua reſpondit: q; non erat brithyus pater ſuus. Populus aūt inſtabat: ut quereret: quis pater eius eſſet. At ille dixit hoc ad ſe nō pertinere: ſatiſq; feciſſe quod ſuum erat. Populus aūt hoc totum magicis artibus attribuebat: & contra epm furibundi clamabant. Tunc ille ad ſui purgationē prunas ardentes in byrrho ſuo uſq; ad ſepulturam ſancti martini deportauit: quibus abiectis byrrhū inuſtum apparuit. Dixitq; q; ſicut ueſtimentum illud ab igne permanſerat illeſum: ſic corpus ſuum a contactu mulieris erat mundum. Adhuc autem populus non credens epiſcopum contumeliis & iniuriis afficiunt: & a ſede ſua eiiciunt: ut uerbum qd' ſanctus martinus dixerat impleretur. Tunc brithyus flens papam adiit: & ſeptem annis in urbe permanens: quicquid in ſanctum martinum deliquerat: penitendo deleuit. Turonici autem iuſtinianum in epiſcopum preficiunt: & romam contra brithyum mittunt: ut epiſcopatum ſibi cōtra brithyum defenſaret. Quo cum tenderet iudicio dei in ciuitate uercellenſi obiit peregrinus. Populus autem armentium in loco illius ſubſtituit. Anno autem ſeptimo ſue peregrinationis brithyus cum auctoritate pape ad ſedem ſuam reuerſus eſt. Et dum. vi. ab urbe miliario hoſpitaretur: armentius eadem nocte ſubito expirauit. Quod brithyus per reuelationē cognouit: ſuiſq; precipit ut ſurgerent: & ad tumulandum turonēſem pontificem properarent. Et cum per unā portam ciuitatis ingrederetur: ecce ille per aliam defunctus effere batur. Quo ſepulto brithyus ſedem eccleſie ſue reaſſumpſit &. vii. poſtea uiuens annis laudabilem uitam duxit. Et ſic. xxxxvii. epiſcopatus ſui anno in pace quieuit idibus nouembris. Sepultus turoni.

¶ De ſcō Homobono cōfeſſore. Cap. LVI.

HOmobonus cōfeſſor apud ciuitatē cremonēſem clarut. Qui mediocribus parētibus ex ipſa ciuitate progenitus: ab ineunte etate negociator factus: lucris temporalibus inſtudebat. Sed oīpotēs deus ipm ſatis adhuc iuuenē a cōtubernio peruerſe miſereq; negociationis: uocauit ad officiū beate cōtēplationis. Qui cōmercia deſerēs tēporaliū: mercator effectus ē regni celorū. Quod ipſe furatus ē per fidem: rapuit per penitentiā: mercatus eſt per elemoſynā: uocatus per gratiam: ſecutus ē per obediētiam & operationē ſanctam. Fuit aūt adeo miſericors pater pauperū: & in tātū circa eos ſolicitus: q; ſubtracta ſibi ſuiſq; neceſſaria ea familie ſaluatoris erogabat. Fuit enim catholicus in fide: patiēs in tribulatiōe: aſſiduus in oratiōe: ſobrie in ſemetipſum: iuſte ad ꝓximū: ꝓprie uixit in deum. Cū aūt ueniſſet hora eius: ut de uia feſtinaret ad patriā: dum ipſe in oratione uſq; ad horā diei primā ſecundū cōſuetudinem in eccleſia ꝓnoctaſſet: ab introitu miſſe manibus iūctis: genibus terre cōfixis: ꝓſtrauit ſe ante crucis uexillū: & dum gloria in excelſis deo cantaret: ad inſtar uiuētis in oratiōe proſtratus emiſit ſpiritū. Et cum ſe ad euangeliū nullatenus eleuaret: obiiſſe a circunſtantibus deprehēdit: & anno domini. M. clxxxxvi. idibus nouēbris ſepulture deuotius cōmēdat. Ad cuius tumulum demonia ab obſeſſis corporibus eiiciūtur: & oēs languidi a diuerſis infirmitatibus liberant. ¶ Cū autem homobonus adhuc in carne uiueret: quedam mulier bergomenſis ab immundo ſpiritu uexabat: per: cuius os demon clamabat: a nemine ſe inde eiiciē dum niſi ab homobono cremonēſi. Sed nullus eum ītelligere poterat: quia adhuc de ſancto uiri nulla opinio diſcurrebat. Sed poſt eius obitum miraculis ipſius a parentibus demoniace intellectis: mulier ad tumulum uiri dei ducitur: & protinus liberatur.

¶ De ſcis qnq̄ginta ſapiētibus mrib⁹. Cap. LVII.

QVinquaginta ſapiētes martyres apud alexandriā paſſi ſunt ſub maxētio impatore. Qui cū ex diuerſis partibus ab eodē ceſare cōgregati fuiſſent: ut cū beata catharina uirgine cōcionatrice diſputarēt: ſicut dicetur infra in eius paſſione. vii. cal. decēbris: & ſancta uirgo a ſancto repleta ſpiritu: ſua illos facūdia ſupaſſet. Protinus ad xpm cōuerſi ſunt: & ſe catharine orationibus cōmendarūt. Quos maxentius iratus iuſſit in medio ciuitatis igne cremari. Cū aūt illi iā ex his que uirgo perorauerat: in fide xpi edocti eēnt: & baptiſmū ſolicite expeterēt: admonuit illos uirgo domini nihil heſitare: cū in ſuo forēt ſanguine baptizādi. Qui benedictiōe ſancte uirginis accepta: ſignantes ſe ſignaculo ſancte crucis: & in eadē fidei cōſtātia unanimes pſeuerātes: ſecūdū ceſaris decretū in igne miſſi: ita domino aīas reddiderunt: ut nec corpora illoꝝ: nec capillus: nec ueſtimēta aliqualiter aduſta fuiſſent. Quo miraculo plurimi paganoꝝ cōuerſi ſunt: & corpora martyꝝ rapiētes in eadem ciuitate ſepelierunt idibus nouembris.

¶ De ſanctis Archadio paſchaſio & ſociis martyribus. Cap. LVIII.

ARchadius: paſchaſius: probus: & eutychianus apud aphricā paſſi ſunt ſub gerſerico rege arriano. Qui ex hiſpania oriūdi apud eūdem regem chari clariq; habebantur.

Et cū ex eius ſuaſione arriane perfidie cōſentire: nol/lent:primo quidē ab eo ꝓſcripti:deinde in exiliū acti poſtmodū aūt atrociſſimis ſuppliciis cruciati:nouiſſi/me diuerſis mortibus ītерēpti illuſtri mrio occubue/rūt.Cū his quoq; erat & puer paulinus noīe frater eu tychiani & paſchaſii:q cū ſimiliter a ꝓfeſſione catho/lice fidei ꝓturbari nō poſſet:diu fuſtibus ceſus & ad ī/fimā ſeruitutē dānatus:ꝓ xp̄i noīe martyrio corona/tus eſt. Quoꝝ oīum paſſio recolit idibus nouēbris. Hec ado in martylogio ex dictis hieronymi ſumpto.

¶De ſcō Serapione martyre. Cap. LIX.

SErapion martyr apud alexandriā paſſus ē ſub decio ceſare. Quem perſecutores do/mi eius repertū: crudeliſſimis affecerunt ſuppliciis. Ita ut ei omnes iūcturas mem/broꝝ prius ſoluerent. Deinde ipſum de ſuperioribus precipitauerunt. Sicq; colliſo capite & excuſſo cere/bro chriſti martyr efficitur.xviii.cal.decembris.

¶De ſancto Venerādo martyre. Cap. LX.

VEnerandus martyr apud trechaſinā ciui/tatē paſſus eſt ſub aureliano imperatore. Qui cū eēt filius ſabiani nobiliſſimi eiuſ/dē ciuitatis gentilis:ex curioſitate pſalteri um chriſtianoꝝ legebat. Cum aūt uerſum illū. Aſper ges me domine iſopo & mundabor &c. nulla ratione intelligere poſſet:& ex hoc plurimū anxiatus eſſet:an gelus domini eidē apparuit:& uerſum illū de baptiſ/mo xp̄ianoꝝ expoſuit:ac in fide xp̄i iuuenē inſtruxit. Sed cū exīde idola amplius adorare nollet:a patre nō modicū obiurgabatur. Exiens aūt ciuitatem die qua/dā & ueniens ad fluuiū ſequanam: eidē xp̄s apparuit & perfecte credenti in fluuio baptizauit. Deditq; illi baculū aridum:mandās ut ipſum in terrā figeret:& ſignū uideret. Diſcedēte uero domino uenerādus ba/culū fixit:moxq; flores & frondes ꝓduxit. Quo uiſo miraculo.ccccccccx.hoīes pagani cōuerſi ſunt. ¶ Au/diens hec imperator aurelianus ad ipſam ciuitatē ac/ceſſit:& uenerandū teneri fecit:ac ſacrificare nolentē iuſſit eū ſuper ſcamnū ferreum catenis ligari: ignēq; ſubterponi:oleumq; deſuper iactari. Et dū ītactus ab exuſtione permanſiſſet:fecit eū in carcerem recludi: ubi xp̄o ei apparente confortat. Mane aūt imperator eū ligatum ad ſtipitē ſagittari fecit:ſed ſagitte in aere pendentes:in nullo ip̄m ledere poterant:una uero ex ſagittis cōuerſa retrorſum imperatorē uno oculo ex/cecauit. Quē aurelianus die ſequēti decollari manda/uit. Veꝝ anteq; milites ad carcerem in quo detinebat ueniſſent:ruptis uinculis & aperto hoſtio xp̄i martyr per medios milites fugiebat. Illi uero martyrē chriſti uſq; ad flumē ſequanā inſecuti ſunt. Qui ſuper aquā ſiccis pedibus ambulauit uſq; ad locum:ubi eum xp̄s baptizauit. Sicq; flumen ex alia parte tranſiuit. Mili/tes uero tranſuadātes illum percutere nō audebant. At ille eos hortabatur:ut ſibi iuſſa cōplerent:mandās ut de ſanguine ſuo imperatori deferrent:de quo exce catum oculum liniret: & ſic lumē reciperet. Poſt hec aūt ſanctus martyr ſuū domino ſpiritum cōmenda/uit & ꝓ ſe in quacūq; neceſſitate inuocantibus exora/uit. Factaq; uoce ad eum de celo: q; ipſum dominus exaudiſſet:decollatus eſt. Cuius corpus trūcatum ſe leuauit:& caput tollēs manibus per paſſus.xlix. por/tauit:ibiq; cecidit:ubi & a chriſtianis ſepultū eſt.xviii. calē.decembris. Imperator uero de eius ſanguine ocu lum liniens lumen recuperauit.

¶De ſcā Venerāda uirgine & martyre. Cap. LXI.

VEneranda uirgo apud galliā paſſa eſt ſub aſclepio p̄ſide. Hec fuit filia agathonis & polite eius uxoris xp̄ianoꝝ de partibus galliaꝝ. Qui.xxxv.annis in cōiugio ſine ꝓ le māſerunt. Oratione tandē ad deum fuſa filiā obti/nuerunt:quā pater uenerandā uocauit: eamq; ſacris litteris eruditi fecit:& ieiuniis aſſuefecit. Puella uero in ſanctitate uite ꝓficiens annoꝝ.xxx.cepit uerbū do mini p̄dicare:& per annos.ix.iugiter xp̄ianos in fide dominica cōfortare. Anno aūt etatis ſue.xl. romam uenit:& xp̄m annunciare cepit tēpore imperatoris an tonini. Prefectus aūt antonius audiens q̄plures ꝓpter eius exhortationē conuerſos:ipſius allectus pulchri/tudine:ut occaſionem cā cognoſcendi captaret: cepit puellā ad deoꝝ ſacrificia inuitare. Quā ſacrificare cō/temnentē:iuſſit eam in terrā extendi:& palmas ac pe des lignis affigi atq; neruis crudis uentrē eius cedi: la/pidem quoq; magnū uix a quattuor uiris delatū eius uentri ſuperponi. Orante uero ſancta lapis diuina uir tute lōgius abiicitur:& claui de ipſius manibus & pe/dibus ab angelo euelluntur. Quo uiſo miraculo mul ti gentiliū conuertuntur. Et dum baptiſmum expete rent:nube celeſti obumbrantur:ac uoce de celo lapſa: imbre ſuperno perfuſi baptizantē. Quos omnes prefe ctus in chriſti cōfeſſione iuſſit decollari. Sanctam au/tem uirginem in lebetē eneum aqua oleo pice ac ſul/phure bulliētibus plenum īmitti:& diebus.vii.deſub ter ignē iugiter miniſtrari:quibus elapſis uirgo diui/na gratia permāſit illeſa. Quod dū prefectus ad uidē/dū accederet:aqua ebulliens eū excecauit. Illa uero lu/tum ex ſputo fecit:& oculos eius liniuit: eiq; uiſum reſtituit:& ad xp̄m conuertit. ¶ Inde accedens ad aliā ciuitatem xp̄m annunciabat:ibiq; a quodā alio impe ratore nomine themio cōprehenditur:& ingenti dra coni:qui omnes deuorabat:exponit:que ſigno crucis edito draconem diſcerpſit:demone per aera horribi/liter perſtrepēte. Sicq; rex ille cū omni populo ad chri ſtū conuerſus eſt. ¶ Deīde ueniēs ad tertiā ciuitatem a p̄fecto aſclepio detinet:a quo in lebetē eneum pice & oleo liquentibus plenū mittitur:ſed oratione inde illeſa educitur: fracto quoque mox lebete per fruſta plures de aſtantibus paganis letaliter comburuntur. Hoc uidens aſclepius uenerādam decollari precepit:

que ad paſſionē ducta: dū pro cūctis ſe inuocantibus exoraſſet: audiuit uocē de celo ſe fuiſſe in oībus exaudītā. Sicq; cōuerſis ad xp̄m. ccccccccxc. uiris capite cesa eſt: cuius corpus xp̄ianus quidā noīe antimus raput: & ip̄m uenerabiliter ſepeliuit. xviii. cal. decembris.

¶ De ſcō Eugenio ep̄o & martyre. Cap. LXII.

EVgenius ep̄s & m̄r apud ciuitatē pariſius paſſus eſt. Qui cū eēt diſcipulus beati dionyſii ep̄i pariſiēſis ab eodē toletanus pōtifex ordinatus & ad ipſam urbē p̄dicationis gratia miſſus eſt. Et poſtq̄ ibidem multitudinem populi cōuertiſſet: deſiderio uidēdo magiſtrū uehemēter accenſus pariſius rediit. Cum aūt peruenīſſet ad locū quendā noīe diolum: qui a ciuitate pariſienſi q̄ttuor milibus diſtat: a paganis tentus: & ab eiſdē in cōfeſſione noīs xp̄i decollatus eſt. Corpus quoq; eius in flumine beraſii proiectū eſt: ne xp̄ianis inueniret. Quod licet diebus pluribus elapſis delituiſſet: nulla corruptione uiolatū eſt. Poſtq̄ aūt gentilium perſecutio ceſſauit: ſanctus martyr cuidā hercoldo ipſius uille languēti in ſomnis apparuit: & ipſum ab infirmitate liberauit: atq; ut ip̄m ſepeliret cōmonuit. Ille uero ad corpus accedēs: illud ac ſi ea die fuiſſet decollatum inuenit: qđ plauſtro impoſitū ad monaſteriū ſancti dionyſii deferre curabat. Sed diuino nutu bubus ultra uiri p̄dium ꝓcedere nō ualentibus: ip̄m ibidem ſepeliuit: eccleſiā deſup edificauit ubi & ad p̄ſens: qeſcit: miraculis eluceſcēs qui paſſus eſt. vii. cal. nouembris.

¶ De ſancto Eugenio ep̄o. Cap. LXIII.

EVgenius epiſcopus ceſarieī apud eandem ciuitatem uita & ſapientia luculenta floruit: qui origenis auditor fuit: & eiuſdem eius magiſtri atq; pamphili martyris bibliothecam corruptam labore multo in membranis reſtaurare conatus eſt. Feruntur etiam uarii multipliceſq; tractatus: quos noſſe non eſt facile omnibus: q & apud ipſam ceſaree ciuitatem in pace quieuit. Hec hieronymus libro de uiris illuſtribus.

¶ De ſancto Machuto ep̄o. Cap. LXIIII.

MAchutus ep̄s: ut ait ſigibertus: tēpore iuſtiniani imperatoris in britānia claruit: q parentibus generoſis ortus eſt matre iam plus q̄ ſexagenaria: que ſoror fuit aimonis fratris ſancti ep̄i ſampſonis. Hec enim ad monaſteriū: qđ dr̄ caruamina ex deuotione cū eēt p̄gnās de ueniēs: filiū machutū ſiue madoniū futurū monachū enixa ē: quē ſanctus brādanus ipſius loci abbas baptizauit: & educauit: ſibiq; a pentibus cōmendatū ſacris litteris erudiuit: ac monachū ſuū fecit. ¶ Hic dū eſſet adhuc puer die qnodam cum ceteris pueris in littore ludebat: & ab aliis ſecedens dormitauit: creſcēteq; mare cuncti pueri receſſerunt: & machutum dormiē tē dimiſerunt. Fluctus itaq; locū: ubi puer dormiebat circūdātes q̄ſi inſulā dimiſerūt: littus quoq; diuinitus adeo creuit: q inſula modica q̄ſi mōticulus effectus: ne maris elationes ſuper ſoporatū puerū: & circa ipſum poſſent aſcēdere: defenſauit. Qui quidē mōticulus a mari cirundatus in teſtimonium miraculi ibidem manet uſq; in diem hodiernū. Excitatus autem puer & ſe ab undis circundatū uidens: ac timens ualde: orationi ſe contulit. Cū aūte a condiſcipulis brandanus audiſſet: q puerum ſporatum dimiſiſſent: pro puero heſitās orare cepit: cui angelus qūo deus illum ſeruauerat reuelauit. Illeq; ad littus ueniens: puerum in inſula uidit: & cū nauicula illum ad ſe deferri mandaſſet: puer uſq; in craſtinū ſe ibi dimittendum rogauit: pſalterium tamen ſuū ad legēdū ſibi mittendum poſtulauit: quod dū illuc detuliſſent: iubente puero ſuper faſcē alice illud poſuerunt: ipſumq; alica ſuper undas ad machutum detulit incorruptum. Sequenti uero die puer nauicula ad monaſterium delatus eſt.

¶ Quodam mane dum brandanus ad matutinū ſurrexiſſet: lumine carens puero iuſſiſſet: ut carbones ad laternam accendenda ſibi ex coquina deferret. Machutus ad coquinam deſcendit: & cum non haberet quicq; patum in quo carbones tolleret: in ſinu prunas detulit: & ueſtis eius omnino inuſta permanſit. ¶ Tēporis proceſſu ipſe in epiſcopum ſublimatus eſt: qui miraculis clarebat. Qui etiam cum beato brandano pluribus annis per mare nauigauit: inſulam imam: que paradiſus dicitur exquirentes. Sed eā minime inuenire ualentes incolumes ad ꝓpria redierunt: ut dictū ē ſupra in legenda ſancti brādani. xviii. cal. iulii. Eo dē itaq; tēpore dū in maris oceani inſula quadā: ſepulchrum mire magnitudinis repperiſſent: & mirantes illud an alicuius hoīs eſſe potuiſſet: machutus orationem ad deum fudit: & gigantem nimie proceritatis iacentē in tumulo ſuſcitauit. Qui gētilē ſe eē dixit: & ad īferna dānatū. Sed baptizatus a machuto pedibus per mare uadādo nauē fune trahere cepit: ut optatam inſulā inuenirēt: uerū tempeſtate maris redire coacti: dū ad gigantis inſulā reuerſi eſſent. Illi iterum obdormiuit in pace. ¶ Hic etiā die ſancto paſche celebrata miſſa mortuū alterum ſuſcitauit: qui mox excitatus uinū in potū a ſancto poſtulauit. Cū aūt papſide marmorea aqua ſancto ep̄o oblata eſſet: ipſe ſigno crucis aquā cōuertit in uinū: & marmorem mutauit in uitrum. ¶ Ruſticus quidā lapidē iaciēs: ſuem cāu oppſerat: timenſq; ne a domino ſuo ex hoc uapularet: nimium deplorabat. Sed uir domini ſuperueniēs ſuem illico ſuſcitauit. ¶ Deniq; pp ciuiū ſuoꝝ improbitatem britāniam deſeruit: & in aquitanie plaga cum cenobitis permanſit: ubi dū aſinū monaſterii ligna deferētem lupus deuoraſſet: ad nemus accedens lupum inuenit: & in continēti diuinitus adeo māſuefecit: ut cum monachis domeſtice habitaret: & aſelli onera cūcta de cetero baiularet: eiuſq; opa perficeret. Qui & in pace quieuit. xvii. cal. decembris

¶ De ſcis Felice ep̄o & ſociis m̄ribus. Cap. LXV.

FElix epiſcopus cum ſociis. xxx. m̄res apud nolam campanie ciuitatem paſſi ſunt. Hic enim a. xv. etatis ſue anno miraculorum inſignis glorie fuit. Et ad dicte ciuitatis pō tificiū peruenire meruit meruit. Qui & ſub preſide martiano cum prefatis ſociis. xxx. capitis abſciſione ꝓ chriſti nominis cōfeſſione m̄rium conſumauit. xvii. cal. decembris: ut ait adeo.

¶ De ſcō Fidentio ep̄o & m̄re. Cap. LXVI.

FIdentius ep̄s armenius & martyr paſſus eſt apud ciuitatem altinum ſub tempore maximiani imperatoris. Qui cum pleriſque chriſtianis detentus: & prefecto preſentatus: dū oīa idola diceret eſſe demonia: primo diebus pluribus in carceré recluſus eſt. Deinde eductus & in

ligno ſuſpenſus ungulis ferreis in lateribus laniatus uſq; ad oſſiū nudationē:cū hec omnia cōſtantius tole raſſet:iterū in ergaſtulo uiculatus eſt. Et appente ſibi xp̄o ipſumq; confortante ab omnibus plagis ſanatus eſt. Cuſtodes uero carceris:dum nocte illa uoces cantantium audiſſent: per foramen aſpiciunt: & multos cum eo in albis pſallentes uiderunt. Quod dum prefecto nunciaſſent:illeq; ad foramē carceris ueniēs hoc idem uidiſſet: & chriſtianos magicis artibus illuc introiſſe putaſſet: locum armatis circundauit: ut nullus euaderet:apertoq; carcere ſolum fidentium inuenerunt: quem fame afflictum iterū eduxerunt: & mandato p̄fecti cum ſacrificare nollet:in ignē copioſum uinctum miſerunt:ubi orās emiſit ſpiritū. Corpus uero omnino ab igne permanſit intactū: qui paſſus eſt. xvi. calē. decembris. ¶ Tempore procedente in uilla puluerarie duobus bubulcis laborantibus:& ad prandium uiciſſim ſe uelle ire dicentibus. Audita eſt uxor dicens:nondū eſſe horā prandendi: qui neminē uidentes ſtupefacti:dum eandem uocē iterato audiſſent:& tertio quaſi pauefacti abirent: audierunt eandem uocē dicentē ut irent: qa iā hora eſſet:& q̄ hec epiſcopo ſignificarent. Illi uero paduam accedentes epiſcopo paduano predicta ſignificare curarunt. Qui orationem premiſit:& per ſenem quendam ei apparentem admonitus fuit:ut ad locum accederet:& corpus martyris inueniret. Venientes igitur eps clerus & populus: & terram ſex paſſibus effodiētes: inuenerūt arcam marmoream cum corpore ſancto: & tabulam ſcriptam continentem. Hic eſt corpus ſancti fidentii epi & martyris:quod naui imponentes: ut paduam deferrent: cum ſero factum eſſet: & naute quieſcere aliquantulum decreuiſſent: excitati diluculo:ut abirent: inuenerunt ſe iuxta portam eſtenſem: uolentes autem arcam de naui educere: nequibant. Tunc apparuit pauper cum curru hortans illos: ut arcam ſecure plauſtro imponerent: & uaccis dimitterent portandam:ubi deo placitum eſſet. Quod illi facientes: & currum ſequentes circa padue confinium iuxta eccleſiam ſancti thome poſitum in uilla campanie meiadini uacce ſubſtiterunt: ibique arcam depoſuerunt: Et ſtatim pauper cum curru & uaccis diſparuerunt:ibi ergo ſepulto corpore eccleſia de ſuper edi edificata eſt. Sed ramus querci quem bubulcus ille in curru poſuerat:ut uaccis umbram faceret: ab eo ibidem plantatus in quercum maximam illico excreuit:ibiq; manet uſq; in preſentem diem.

¶ De ſancto Eucherio epo. Cap. LXVII.

EVcherius epiſcopus apud lugdunum ciuitatem claruit tempore ualentiniani ſecundi imperatoris: hic nobili ſenatorum genere ortus habitu religionis aſſumpto ſeculoq; relicto ductum in agro ſuo ſuper flumē durentiam in ſpelunca recluſus chriſto domino ſeruiebat. Defuncto uero lugdunenſi epiſcopo: dum clerus & populus pro diuina uoluntate requirenda triduo ex more ieiuniis & orationibus inſtarent: reuelatur eis per puerum eucherium ſenatorem eligendum: qui in tali degebat ſpelunca. Ad quem illi archidiaconum & clericos miſerunt: ut eum adducerent. Qui cauſa eorum aduentus cognita: iurauit ſe ſponte inde non egreſſurum:unde effracta clauſura antri: ip̄m inuitum & renitentem eduxerunt & ductum lugdunum in epiſcopum ordinauerunt. Cuius uxor galla cum duabus filiabus ſuis. ſ. conſtantia & iuſta: ad ſpeluncam ſancti eucherii acceſſerunt:& ibidem incluſe de cetero deo ſeruierunt. Ipſe autē uir domini poſtq̄ impleuit miniſterium chriſti feliciter ad chriſtū migrauit. xvi. calen. decembris. Hic ad quēdam uariarum ſuum propinquum de contemptu mundi & ſecularis philoſophie epiſtolā ſcholaſtico ſermone conſcripſit. Sanctarum etiam ſcripturarū obſcura queq; capitula diſſeruit:ut dicit gēnadius.

¶ De ſcō Eadmundo epo. Cap. LXVIII.

EAdmundus archiep̄s cantuarienſi. apud angliā claruit. Qui ex albēdone uilla natus: ob reuerentiā ſancti martyris eadmūdi:tali noīe a matre uocatus ē. Cuius pater eduardus de conſenſu cōiugis in monaſterio uitā finiuit. Mater uero ſancti noīe moabilia in ſeculo ſpirituali ter uixit:& filiū a pueritia diſciplinis ſpiritualibus eruditū:carnē ieiuniis domare: & uirginitatem ſeruare ſuaſit:quod ille perpetuo obſeruauit. Miſſus aūt piſis ad ſtudium breui tēpore in artibus magiſtratus. Sed a matre in extremis laborante domum uocatur: que filium ſuum benedixit: eiq; quam uiderat uiſionem narrauit:q̄. ſuiſſet eadmundum ſpineam coronam geſtātem:ſuis radiis uſque ad ſidera protendentem. Defuncta uero matre iuuenis rediens uidit agrum nigerrimis auibus plenum efferentibus corpus teterrimum. Expoſuitque ſocio: q̄ ruſticus in ipſa uilla nuper defunctus fuerat: quem demones aſportabant. Qui & ita per omnia contigiſſe inuenerunt:ut autem perpetuam a uirgine gloriosa uirginitatem obtineret:eius imaginem ſculptam anulo ſubarauit:in quo angelica ſalutatio exarata erat. Qui quidem anulus poſtmodum in digito ipſius defuncti miraculoſe repertus fuit. ¶ Cum autem filia iuuencula hoſpitis ſui pariſienſis ad ſe cognoſcendam illū ſepius impetiſſet:& ille eam plerumq; ſermonibus redarguiſſet:nolentem deſiſtere ſecreta hora ad eius ſtudium inuitauit:ubi eam ſpoliatam & aliquantulum flagello uerberatam corripuit. Aliam etiam coniugatam dona ei plurima allectiua ad amorem offerentem ſpretis muneribus comminationibuſq; ei illatis: q̄ niſi ab inceptis deſiſteret:omnia uiro ſuo pāderet:a ſimili pulſatione compeſcuit. Ad augendum quoq; caſtitatis propoſitum: omni tempore uite ſue carnē cilicio domuit: & tempore quadrageſimali loricam blūbeam portauit. Ieiuniiſq; arduis carnem afflixit: feria. vi. ſemper in pane & aqua ieiunauit:& aliquādo nihil potauit nec propter ea aliquādo a ſtudio uel lectione ceſſauit. Quēdam auditorem ſuum egenum & egrotantem ad domum ſuam detulit & humaniter tractatum uſque ad conualeſcentiam eius curam egit. Alium quoq; eius diſcipulum in brachio langentem:miraculoſe ſanauit. Cum autē per annos. vi. in artibus ſcholas rexiſſet:appuit ei mater eius per ſomnium:& tres circulos in eius manus palma ſignauit: in nomine patris & filii & ſpiritusſancti. Qui mox excitatus ad ſtudium theologie tranſiuit: in quo breui tempore admodum profecit:& factus magiſter legere cepit. Nocte quadam in ſomnis aſpexit ex igne ſue domus ſeptimo faculas educi. Et ecce mane. vii.

eius auditores ſcholis relictis:ab abbate cluniacēſi:ab ducti & monachi effecti ſunt. ¶ Diſputaturus ſemel de trinitate:uidit per ſomnū columbā de celo eucha/riſtiā ſibi in ore mittentē:& excitatus mirabiliter di/ſputauit. ¶ Nocte quadā in ſomnis a diabolo ut ſibi uidebaſ oppreſſus:dū crucem ſibi īprimere uellet il/leq; manū eius teneret:adiurauit eū per effuſionē ſan guis xp̄i:ut ſe dimitteret:& ſtatim dimiſſus eſt. Audi uitq; a demonio malignos ſpiritus nihil tantū time/re quātum adiurationem p̄dictam. ¶ Igiſ in ſanctita te & doctrina ꝓficiens a ſummo pōtifice legatus or/dinatur:ad uerbū crucis in galliis predicandū. Quod quidem officium ſolicite adminiſtrauit. ¶ Lomeſtre aūt predicans:dum iuuenē crucem aſſumere uolentē uxor eius per pallium abſtrahere uellet: manus eius ſtatim cōtracta eſt. Que dum una cum uiro crucē ab eadmundo ſumeret:cōtinuo ſanitatem recepit. ¶ In uilla quoque abſtrauo iuuenis ſimiliter cruce ſignari cupiēs:ab amaſia abſtrahebatur:illaq; ꝓtinus exceca tur. Sed oráte ſancto uiſum recuperauit: & penitētiā egit. Cū apud uigorinā predicaret: & nubes aquoſa cōſurgens populū exterreret:uir domini p̄cepit nubi ne uerbū domini impediret. Statimq; pluuia populo dimiſſo ad circuitū oīum declinauit nemine illoꝝ p/ſuſo. Nocte quadā ad ſtudium dormitauit: & cādela accēſa ſuper bibliā cecidit:qui poſt horā excitatus:fa/uillā ex ſufflauit:& librū oīno intactum īuenit. ¶ Ali as etiā dum ad lumē ſtuderet:eodē ſoporato uētus lu mē extinxit. Sed ille excitatus nomē beate uirginis ī/uocauit:ſtatimq; lucerna accenſa eſt. ¶ Apud antracē in pede grauatus:tres ſibi cruces in circuitu morbi ī/preſſit:& ſubito ſanatum ſe ſenſit. ¶ Cilicina femora lia ſua ex antiquitate deiecta: ab eius cubiculario in igne poſita inuſta permanſerunt. ¶ Poſt hec electus ē archiēps cantuarienſis:qui licet diu recuſauerit tan/dem precibus multoꝝ humiliter aſſenſit. In quo cul mine poſitus humilitatē in omnibus pretendebat:ui tamq; adhuc artiorem q̄ primo ſeruabat: muneraq; omnino reſpuebat. Multas aūt perſecutiones pro li/bertate eccleſie paſſus:a ſede ſua ſe abſentare cōpulſus eſt. Sed ante ſuū diſceſſum quendam febre laborantē aqua benedicta ſolūmodo cōſperſum ſanauit. Cleri/cū etiam ſuū quendā quartana uexatū miſſo in ore ip ſius bolo murene a langore curauit. Quendā quoq; nobilē in genu guttā patiētem ſanitati reſtituit. Mul/ta etiam futura prophetico ſpiritu predixit. ¶ Nocte quadā eidem beatus thomas martyr apparuit: uolē/tiq; pedē eius deoſculari dixit:q; cito os ſuum oſcula/turus eſſet:ipſius obitum in ꝓximo uaticinās. Egreſ/ſus enim de anglia ad monaſteriū pontiniacū ſe cōtu lit:ubi uerbum dei annunciās modico tēpore māſit. Inde propter grauem egritudinē ſortianum delatus: ubi ſanior aer erat:predixit q; tali die illuc eſſet reuer ſurus. Quod quidē eo defuncto & corpore eius pon/tiniacū delato euenit. In ſortiano itaq; diebus aliqui/bus lāguens ſumptis deuote eccleſiaſticis ſacramētis in pace qeuit. xvi. cal. decēbris. Die uero qua predixe/rat:corpus eius pontiniacū eſt traſlatū: & in eccleſia collocatū:poſt dies. vii. infra quos ſepulchrū eius pa/rabaſ:incorruptū omnino ac multū redolens inuen/tum eſt & pluribus interim claruit ſignis:ubi cū ho/nore tumulatum ſeruatur. Ibiq; in miraculis uiuit.

¶ De ſancto Dionyſio ep̄o. Cap. LXIX.

Dionyſius ep̄s:ut habeſ libro. vi. eccleſiaſti/ce hiſtorie apud alexandriā in multis con feſſiōibus ſatis clarus effectus eſt. De quo & hieronymus libro de uiris illuſtribus dicit q; ſub heracla eiuſdē urbis ep̄o cui & ipſe in ep̄a/tu ſucceſſit:ſcholam tenuit:& inſignis origenis audi/tor fuit. ¶ Hic a perſecutoribus tentus dū caput ſuū iudici offerret imperatori ꝓmunere deſtinandū:in ca ſtro quodā deſerti quod ceſron appellaſ in exiliū tru ditur:ubi gentiles oēs ciues erant. Qui cū primo ho/ſtili animo excipientes:tandē pars maxima eoꝝ ipſi/us uerbo & exēplo ad chriſtum cōuerſa eſt. Quo a iu dice cōperto:ad locum aliū pene inhabitatum relega tus eſt. Cumq; ad chriſtum multi x̄piani ex locis uici nis cōfluerent:dionyſius & cū eo caius & petrus dia/cones catenis uincti & dudū cruciati in quoddā deſer tū bebie miſſi ſunt:ubi eos itinere triū dieꝝ uictos re liquerunt:qui tamē ab angelo cōfortati & ſoluti ſūt. ¶ Poſt aliquod uero tēpus dionyſius anno. xii. galie/ni imperatoris reuerſus alexandriam confectus ſenio qeuit in pace. xv. cal. decembris. xv. anno ſui epiſcopa/tus. ¶ Hic multa ꝓbatiſſima opuſcula ſcripſiſſe tra/ditur. Scripſit enim de penitētia lapſoꝝ ad egyptios. Hortatoriū de martyrio ad originem. Item aliud ad laodicēſes. Ad armenos de patientia. Ad corneliū ro/manū pontificem ſcripſit plurima. Ad fabianū antio chenum epiſcopū ſcripſit de his qui ſub decio princi/pe martyrii agones apud alexandriam paſſi ſunt. Scri pſit & ad romanos epiſtolas de miniſteriis. De pace. De penitentia ad quoſdam qui nouatum hereticū ſe quebantur. Itē ad eoſdem alias duas ex quo ad fidem cōuerſi ſunt. Sed ad multos alios uaria & diuerſa ſcri bens ſtudioſis quibuſq; inſtructionū & doctrine co/pioſiſſimam materiā dereliquit. Scripſit & libros de baptiſmo ad philemonem. Item ad dionyſium urbis romane p̄ſbyterum. Itē ad romanum pōtificem. Itē librum de promiſſionibus futuris. Aduerſus celſum quendā epicurum philoſophū:qui contra nos libros ſcripſerat octo uoluminibus reſpōdit. In euangelium matthei. xxv. cōmentariorum libros edidit. In. xii. ꝓ/phetis plurima cōmentatus eſt. Extant eius epiſtole ad philippum imperatorem eiuſq; coniugē ſeueram. Itē ad fabianum papam & plurimos eccleſiaꝝ princi pes pro catholica fide: Extant & alie ad diuerſos ſcri/pte:quarum centum numero ſcribit euſebius in li/bros digeſtos ſe tradidiſſe memorie.

¶ De ſcis Ocyſello & Victoria mr̄ibus. Cap. LXX.

Cyſellus & uictoria martyres apud ciuita tem cordubam prouincie hiſpanie paſſi ſunt: qui poſt diuerſa eis ſupplicia illata ob confeſſionem nominis chriſtiani ui/ctoriam martyrii gladio cedente percipere meruerūt ibiq; ſepulti coluntur:ubi etiam ob commendatio/nem precioſe mortis eoꝝ eodem die ipſorum marty rii roſe orte ſingulis annis diuinitus colligūtur. Qui paſſi ſunt. xv. calen. decēbris. Hec ado.

¶ De ſancto Amano ep̄o. Cap. LXXI.

Manus ep̄s apud aurelianū claruit tēpore honorii imperatoris:qui beato cuurtio ī ep̄atū eiuſdem ciuitatis ſucceſſit. Ingreſ/ſus aūt ciuitatē poſtulauit cuidā exagrip/

pino militū p̄fecto:ut uinculis compeditos relaxaret: quod dū ille facere renuiſſet:lapis repente de turri de cidit:& caput exagrippini pcuſſit:quo pene exanime domū delato:ſanctus amanus ad eū intrauit: & ora/ tioné ꝓ ipſo effudit:ſtatimq; ſanguis de cerebro ma/ nare deſtitit.Ille autem mox liberatus & penitens:ut ſanctus uir poſtulauerat:cōpeditos abſoluit. ℂ Cū ec cleſiā ſuā altius extolli faceret:melius qdā protomagi ſter de tecto lapſus q̄ſi in extremis iacebat extinctus: ſed poſtq̄ ſanctus eps eū tetigit:& per manum appre/ hendit:continuo ſurrexit illeſus. ℂ Poſt hoc aurelia/ nenſis ciuitas ab attila gothorum rege obſeſſa eſt. Cum autem ſupra muri aditum letanias cum reli/ quiis ſanctorum celebrans cum populo circuiret: ſa/ cerdos quidam a barbaris captus eum redarguit di/ cens:q; ſimilia in aliis ciuitatibus fecerunt & nihil eis profuerat:quod cum ille dixiſſet:protinus expirauit. Verum dum gothi urbē impugnarent:amanus mu/ rum aſcendens:contra hoſtes expuit:& ſubito tantus ſuper eos imber deſcēdit:ut a dimittendo p̄lio omni/ no cōpulſi ad caſtra redierint.Dū autē eps ad eos exi/ uiſſet:& pro populo intercedens ab attila nihil peni/ tus obtinere potuiſſet:ſed die ſequenti aduerſarii ur/ bem uiolenter intrantes plauſtra eorum ſpoliis one/ rarāt. Amanus per ſpiritum arelatum delatus etiam patricium romanum in ſubſidium conuocauit: qui concitus eodē diuino nutu cum exercitu ſuo illuc de/ ueniēs:gothos inuadens expugnauit: ipſos de ciuita/ te maxima cede fugauit.Deus autem meritis ſui ſan/ cti oēs ciues illeſos conſeruauit:p̄ter illos qui de meri tis amani diffiſi ianuas aduerſariis reſerarunt: quam etiam uictoriam ubertas immenſa fructuum eſt ſub ſecuta. Quieuit autem ſanctus in domino anno ho/ norii imperatoris.xii.xv.calen.decembris.

ℂ De ſcō Gregorio eꝑo turonenſi. Cap. LXXII.

Regorius turonenſi eps ordinatus eſt an/ no iuſtiniani ſeptimo: ut ait ſigibertus:in omnibus clarus.Hic de aluernia natus:dū ptes illas tranſiret: & orta tempeſtas atq; tonitrua & fulmina omnes exterrerent: ipſeque reli/ quias quas ad collum gerebat tempeſtati oſtendiſſet: diuiſus nimbus a dextra eius & leua iter illeſum pre/ tereuntibus dimiſit. Ipſe autem ex hoc aliquali inani gloria motus continuo diuino iudicio de equo ce/ cidit: & alliſus diebus pluribus decubuit. Sicque abinde de propriis meritis non eſſe perſumendum didicit. ℂ Anno igitur.clxxii. poſt obitum ſan/ cti Martini cathedram turonenſem regendam ac/ cepit:qui eccleſias plures conſtruxit:& libros pluri/ mos compilauit:atq; ſignorum mirabilibus claruit. ℂ In quadā enim uilla cum domus pauperis ruſtici igne accēſa eſſet:que aqua deficiēte oīno extingui nō ualeret:,productis de ſinu reliquiis ignicq; oppoſitis do mū cum rebus omnibus ab incendio liberauit. ℂ In rhemenſi oppido referendarium quendā ſigiberti:q diebus pluribus aure una ſurduerat:dum ſermocina retur:ad auditū clarum reduxit. ℂ Apud pictauium poſt oratione factam ad ſepulchrū ſancti hilarii:dum radegūdem reginam uiſitaſſet:& ipſi ambo diuinis colloquiis mutuo inſtarēt:oleum quod ante crucem ſancti hilarii guttatim manare cōſueuerat infra unā horā in tantū ꝓfluxit:ut ſextariū exundaret. ℂ Et cū inde diſceſſiſſet:& dicta regina in pace q̄uiſſet:grego rius per nunciū req̄ſitus ipam ſepeliuit.Hic annis.xii. ante beatū gregorium papā magnū eps factus: eo in pontificatu ſublimato romā adiit:& eidē in amicitia cōiunctus:ab eodē honorifice ſuſceptus & tractatus fuit. Cum aūt gregorius papa gregorium epm uti ſta tura puſillū miraretur:tante uirtutis uig;:audiuit ab eodē uerſiculum illū.Ipſe fecit nos & nō ipſi nos: qui eius cogitatione ab eo per ſpiritū cognitam nouit: & ab eodē ueniam poſtulauit.Et de uiri meritis admi/ ratus eū eſt amplius reueritus.Quieuit ī domino uir ſanctus.xv.cal.decēbris.Sepultuſq; eſt in eccleſia turo nēſi ad leuam beati martini. ℂ Hic francoꝝ regum ſcripſit hiſtoriam incohans a feramūdo primo ipſo/ rum rege:& uſq; ad theodoricum dagoberti ſecundi filium claro & aperto ſtilo deducens.Scripſit & uolu men miraculorum beati martini & alia plura.

ℂ De ſcō Gregorio eꝑo hiſpanenſi. Cap. LXXIII.

Regorius eps apud hiſpanias claruit. Hic liberienſis eps fuit:qui ad extremā uſq; ſe nectā tractatus diuerſos mediocri ſermo/ ne texuit. Et de fide catholica uolumē ele gans cōpilauit.Et apud liberiēſem ciuitatē uite & ſer mone cōſpicuus in pace q̄uit.Ibidēq; ſepultus in uir tutibus uiuit.Hec hierōymus lib.de uiris illuſtribus.

ℂ De dedicatione baſilicarum apoſtolorum petri & pauli. Cap. LXXIIII.

Edicatio baſilicaꝝ apoſtolorum petri & pauli rome a beato ſilueſtro papa facta eſt .xiiii.cal.decembris. Cū enim cōſtantinus imperator ab eodē ſancto pōtifice a lepra mundatus atq; baptizatus eccleſiā in honorem ſalua toris mūdi fabricaſſet:uidelicet in proprio lateraneī palatio:quā etiam prefatus papa conſecrauit ſicut di/ ctū eſt ſupra in eius dedicatione.v.idus nouēbris: pre fatus xp̄ianiſſimus princeps baſilicas duas in honore apoſtoloꝝ a fundamentis erexit. Fecit enim baſilicā beato petro apoſtolo in templo apollinis iuxta pala/ tium neronianū in uaticano:ubi idem apoſtolorum priceps crucifixus eſt. Itē aliam baſilicā beato paulo apoſtolo extra urbem in uia oſtienſi: prope locū ubi decollatus eſt.Et in qualibet ipſaꝝ eccleſiarum dum terra foderetur ad fundaméta locanda:predictus glo rioſus auguſtus in exemplum ſumme humilitatis & deuotionis duodecim cophinos terre effoſſe ad ho/ norem .xii. apoſtolorum propriis humeris baiula/ uit.Ipſaſque baſilicas mirificis donis & ornamentis

in auro & argento & gẽmis infiniti precii magnifice dotauit: qs ambas eccleſias beatus Silueſter papa uno & eodẽ die conſecrauit: & in altari utriuſq; oſſa apoſtolorũ petri & pauli mixta locauit. Poſtq; enim cornelius papa apoſtolorum corpora de catacumbis leuata: ad loca ubi prius ſepulta fuerant reportauit: ſicut dictum eſt ſupra in paſſione petri apoſtoli. iii. cal. iulii. Et beatus ſilueſter eccleſias eorum conſecrare diſponeret: oſſa amborũ apoſtolorũ inſimul cõmixta in lãce ſumma reuerẽtia equaliter põderauit: & medietatẽ in una eccleſia: & reliquã medietatẽ in alia collocauit. Et utrãq; ipſarũ baſilicarũ in ãniuerſariis ipſius cõſecrationis feſto. vii. milibus annorũ indulgentie dotauit: aliis quoq; tẽporibus continuis ſpecialem ueniã multorũ annorũ ipſas eccleſias uiſitãtibus cõdonauit.

¶ Tradũt romani in eorũ chronicis antiqs ſcriptũ cõtineri: q dũ ſanctus ſilueſter ad inſtantiã cõſtãtini auguſti ex ſummã deuotione utrãq; eccleſiã apoſtolorũ uno & eodẽ die cõſecrare decreuiſſet: ut ſicut uno & eodẽ die recolit feſtũ eorũ paſſiõis: ſic ageret: & eorũ baſilicarũ cõſecrationis. Et primo eccleſiã beati petri ipſe pontifex dedicaſſet. Deinde ad eccleſiã beati pauli per. iiii. miliaria diſtantẽ dedicãdam cũ omni populo accederet: tẽpuſq; ſibi deficeret: utpote quia diebus tũc breuibus ſol ad ueſperum ꝓpinquaret: timẽs ſilueſter ne nox ſuper ueniens eius officiũ impediret: in uirtute chriſti & apoſtolorũ ſoli mandauit: ne ad occaſum tenderet: donec ipſe officium alterius eccleſie conſecrande compleuiſſet. Statimque uirtute diuina ſol miraculoſe ſtetit: nec ultrius ſe mouit: donec papa cum populo ad pauli baſilicam peruenit: & officium conſecrationis perfecit.

¶ De ſcõ Romano martyre. Cap. LXXV.

ROmanus mr̃ apud antiochiam paſſus eſt tpe maximiani ip̃atoris ſub aſclepiade p̃fecto. Cũ enĩ dictus p̃fectus in ip̃am urbẽ ab impatore miſſus ingreſſus eẽt: ut xp̃ianos immolare compelleret: & eccleſiã deſtrueret. Romanus monachus xp̃ianis ſuadebat: ne prefectum in eccleſiã eorum intrare permitterẽt neq; ei in aliquo obedirent. Quod cum prefecto nũciatum eſſet: fecit eũ cõprehẽdi & ſibi preſentari mãdans: ut diis imolaret iuxta ip̃atoris decretũ. Cũ aũt ille xp̃ianũ ſe aſſereret: & nulla ratiõe diis ſacrificaturũ dixiſſet. Iuſſit eũ p̃fectus in equuleo leuari. Sed audito q; eſſet de prioribus ciuitatis: fecit eũ deponi: & cepit blãdis ſermonibus ipſum ad ſuum conſenſum ꝓuocare: eo q; nobilitati eius uellet deferre. Ille autem econtra dicẽbat nobilitatem ſuã in ſola xp̃i confeſſione conſiſtere. Tũc p̃fectus iuſſit os eius cũ lapidibus percutine tam indiſciplinate reſponderet. Deinde fecit illum acrius torqueri. Cũ aũt romanus diceret: q; deos qui ab omnibus facti ſunt nemo colere deberet: & in huius teſtimonium infantem unum in platea deambulantem produceret: puer quoq; hec eadem affirmaret. Iratus prefectus puerũ teneri fecit: & catominis cedi. Matrẽ quoq; illius adduci: & in eius conſpectu filium ſuſpẽdi: & torqueri: que mater in nullo perturbata filium in domino cõfortabat. Romanum autem mandauit aſclepiades diutius fuſtigari: deinde ip̃m una cũ puero in carcerem recipi: ambos i craſtrinum exurẽdos. Sequenti uero die fecit extra ciuitatem ignem copioſum accendi: & romanum ac puerum eductos de cuſtodia cremandos adduci. Sed eadem hora pluuia copioſa deſcendit: & ignem totaliter extinxit. Quod audiens prefectus: precepit puerũ capite truncari: romano uero linguam precidi. Mater uero pueri corpus filii ſublatum ſepeliuit. Romanus autem lingua preciſa nihilominus diſerte loquebatur: & de ſanguine ꝓprio laudes dei ſcribens chriſtianos aſtantes hortabatur. prefectus uero cum hoc audiſſet: carnificem: qui linguam eius abſciderat: teneri fecit: eumque occidi mandauit: eo q; linguam eius modico precidiſſet: qui ut prefecto ſatiſfaceret: porci uni linguam excidit: & mox porcus dolore defecit. Sicque prefectus carnificem inculpabilem dimiſit. Romanum autem fecit in carcerem trudi: eo q; populum timeret: quia de nobili progenie eſſet. Noctu autem mandauit eum aſclepiades in carcere prefocari. Cuius corpus a chriſtianis in ipſa urbe honorifice ſepultum eſt. Paſſus eſt autem .xiiii. calen. decembris.

¶ De ſancto Heſychio martyre. Cap. LXXVI.

HEſychius martyr apud antiochiã paſſus ẽ ſub maximiano impatore. Qui cũ eẽt miles & preceptũ maximiani audiſſet: ut ſiqs non ſacrificaret idolis: cingulum militie deponeret: repente ac ſponte cingulum ſoluit. Ob hãc cãm ab imperatore detentus: dum xp̃m cõfiteretur: muliebri colobio indutus: ligato in collo eius ſaxo in genti in flumine oronte precipitari iuſſus martyrio coronatus. xiiii. calen. decembris: ut ait ado.

¶ De ſancto Gelaſio papa. Cap. LXXVII.

GElaſius papa huius nominis primus natione apher ex p̃e ualerio: felici. iii. romanorum pontifici in epatu ſucceſſit: & ſeedit annos. iiii. menſes. viii. dies. xxviii. Hic manicheos in urbe roma inuenit: & exilio deportari iuſſit: quorũ codices cõcremari fecit. Fuitq; amator cleri & pauperũ: liberauitq; a periculo & fame ciuitatẽ romanã. Hic declarauit: q libri debeant in eccleſia recipi: & q cõtẽni. Qui & gelaſianũ librũ cõpoſuit: fecitq; tractus: orationes & hymnos ſicut ambroſius: prefationem miſſe compoſuit uere dignum & iuſtum eſt. quotidiano uſui. Alias etiam. viiii. prefationes ſpeciales certis diebus cãtari decreuit. ſ. de natiuitate: de epiphania: de quadrageſima: de cruce: de reſurrectione: de aſcenſione: de pentecoſte: de trinitate: de apoſtolis. Conſtituit etiam quibus tpibus ordinationes clericorum fieri debeant. Sub huius etiam tpe oraculũ beati michaelis archangeli inuentum eſt in mõte gargano. Corpus etiã beati barnabe apoſtoli: & euangelium matthei eius manibus ſcriptum ipſo reuelãte reꝑitur. Hic aduerſus eutychem & neſtoriũ grande & elegans conſcripſit uolumẽ tractatus diuerſarum ſcripturarum & ſermonum limato ſermone expoſuit. Contra petrum & acaciũ hereticos epiſtolas ſcripſit. Tomũ de anathẽatis uinculo condidit. Commonitoriũ fauſto apud cõſtãtinopolim legationis officio fungenti direxit. Epiſtolas ad anaſtaſiũ principẽ & eꝑos p orientẽ & per dardaniam cõſtitutos rõnẽ reddẽtes iuſte dãnationis acacii deſtinauit. Item ad eoſdem orientis eꝑos de uitanda acacii cõmunione. Ad euphemiũ conſtantinopolim epiſcopum. Ad ſucconium aphrũ epiſcopum: & ad natalem abbatem epiſtolas ſcripſit.

Et anastasii imperatoris primi temporibus in pace quieuit.xiiii.calen.decembris.Sepultus in ecclesia sancti petri apostoli.

¶De sancto Phridiano epo. Cap. LXXVIII.

PHridianus eps lucanus apud ipsam ciuitatem claruit:qui multa sanctitate pollens pauperibus largiflue ministrabat: & miraculorum signis florebat. Cūq; auserith fluuius:qui iuxta urbis ipsius muros influebat: sepe inundatione facta cursus sui alueū egressus p agrosq; diffusus sata deuastaret: & uineas eradicaret: ac domos plurimas & edificia euerteret:& ciues ex hoc frequenter damnum & inopiam substinerent: datoque studio operis cursum fluminis per alia loca deriuare uellent:nunq; a proprio alueo ulla ratione deflecti potuit.Igitur ciues omni auxilio desperati:sancti uiri p̄sidium postularunt:qui oratione premisit: & signo crucis edito:rastrum paruum accepit: & ad alueum fluminis accessit:fluminiq; ut se sequeretur precepit: deductoq; per terrā rastro per loca sibi uisa duobus fere miliaribus uiam signauit. Mox quoq; aqua fluminis se compescens:sinu proprio relicto: cursuq; naturali deserto:per locum ubi sanctus signauerat eum secuta:nouum sibi alueum uendicauit: & sata queq; uel plātata aut edificia ledere cessauit:& ab inde usq; in presens per locū ipsum fluere nō destitit: nec desistit. ¶Hic sanctus uir multis pollēs uirtutibus & doctrinis:populoq; suo exēplaris migrauit ad dominū decimoq̄rto cal.decembris.Sepultus extra muros ciuitatis lucane in ecclesia sancti uincētii:quam ipse cōstruxerat.Hec gregorius.iii.dialogoꝝ capitulo.ix.

¶De sancto Helisabet de ungaria. Cap. LXXIX.

ELisabet regis ungarie filia soror belle quī post patrē regnauit ex matre gertrude filia ducis normanie sorore bertoldi patriarche aquileiēsis ab annis puerilibus puerilia cōtempsit & infantili etate deo famulari cepit.Cū esse quinquēnis in ecclesia orans sedule permanebat: adeo ut ancille eius ipsam auellere uix ualerent. Sepius ludens aliquā de ancillis uersus capellā insequi uidebatur:ut ex hoc intrādi & genua flectēdi occasionē captaret.Occasione ludi etiā se aliquando prosternebat:deo ex inde mēte reuerentiam exhibēs. Crescens uero etate crescebat deuotione.Beatā dei genitricem in sui patronā & aduocatam:& beatū ioannem euangelistā in sue castitatis custodē elegit.In choreis & aliis mundi uanitatibus nō solum abstinebat:sed & alias cōsocias ad simile īducebat.Sine intermissione orabat:& diuinum officium cū summa reuerētia audiebat.Et dū euangelium legeretur:coronam & monilia deponebat.¶Cum uero ad etatē nubilem peruenisset:a patre suo licet inuita tradita est in cōiugium ludouico lantgrauio turingie. Que licet mutauerit statum nō ideo mutauit affectū. Nam sedule oratiōi incūbebat.Sepe de nocte de uiri latere ad orationem surgebat:eoq; absente iugiter in contēplatione pernoctabat:unde eius exēplo uirum suum ad multā patiētiam & uite perfectionem immutauit.Pauperū semper memor existens:eis largiflue ministrauit. Cuidā magistro cōrado se in obediētiā prebuit: & eidem in omnibus saluo iure matrimonii paruit. Adeo ut aliquando negligentiā committens:ab eo diris disciplinis & uerberibus se p̄mitteret flagellari.Corpus quoque suum artissimis ieiuniis macerabat:& absente uiro cum celesti spōso diuinis colloquiis incumbebat. Et cū cibos curiales ex conscientia respueret: uir eius quosdam ei redditus assignauit:quos tamen oēs fere pauperum necessitatibus īpendebat:& sepe potius in uictu suo necessitatē substinebat. Lanam ꝓpriis manibus cū ancillis filabat:& inde pauperum uestimenta faciebat.Miraculoꝝ quoq; gloria clarebat.¶Quadam nāq; uice ceruisiam pauperum multitudini ad potandū tribuit:& uas prout primo plenum fuerat in nullo diminutū inuenit.Peregrinos & paupes hospitio suscipiebat:& egris ac saniosis & ulcerosis propriis manibus ministrabat:pedes illoꝝ lauabat:sanié abstergebat:ulcera medicabat:& sordidas uestes abluebat. Ad hec aūt operanda:hospitale maximum in suo castro construxerat:& cum in mōte positum esset:laborem spernens:ad ipsum tamen quotidie accedebat.Sepulturas etiā paupeꝝ frequentabat.¶Post hec uiꝝ induxit ut ad terram sanctam pergeret uisitandam.Quod princeps deuotus facere nō neglexit. Ibiq; in dei seruitio uitam finiuit.Sancta aūt domini helisabet:multa patientia predita uidualē statum cū summa deuotione amplectit:& duo milia marchaꝝ quas de dote sua habuit pauperibus elargitur.Ita ut a multis dissipatrix prodiga & fatua reputaretur. Deinde a quibusdā uasallis sui quondā uiri:de omnibus possessionibus suis eiicitur:& in domo cuiusdā tabernarii cū filiis paruulis susceptā morat: ac in loco ubi porci manere cōsueuerant sepius hospitatur. Iniurias quoq; multas & graues etiā ab his quibus uir suus beneficia multa contulerat recepit: quas tamen omnes patientissime supportauit.¶Tūc abbatissa quedam ungarie eius matertera necessitati eius cōpatiēs: Helisabet ad epm bamburgeū.eius auūculum adduxit:eamq; ei solicite commendauit.Que cum ancillis suis quas sui exēplo deo deuotas fecerat:ab eodē benigne suscipitur & humanissime pertractatur. Qui dū eam secundis nuptiis tradere disponeret:omnino recusauit:uolens potius in paupertate castitatē seruare q̄ itez ditata in rebus secularibus se implicare. Interea aūt ossa uiri sui de transmarinis partibus domui tumulanda deferuntur:cuius exequiis sancta mulier interfuit:maxime uirtutis & patiētie signa pretendēs adeo ut ab emulis quibusdā reputata fuisse uiꝝ mini me dilexisse.Filiis tamen suis hinc inde ad diuersa loca trāsmissis:ipsa in habitu abiectissimo uestē grisea:

aliquando ob breuitatem alieno panno prolõgatam: & manicis ruptis alterius coloris griſeo reſarcitis: ce/pit incedere:& ſub cura magiſtri cõradi cũ ancillis ſu/is pauperibus miniſtrare. Cum ãt pater ſuus eius in/opiã audiuiſſet: per ſolemnes nũcios a ſe miſſos:eam ad paterna regna requiſiuit. Qui uenientes ad eam ip ſam lanam filantem iuenerũt:eiuſq; paupertatem & patientiam admirati:eam omnino reuocare nõ ualue runt. ℂ Hec aũt ſancta dei non obſtante q; pauperum cure cũ martha miniſtraret:ſolicite:cũ maria etiã cõ/templationi uacabat aſſidue. Sepiuſq; mirabilibus ui ſionibus in extaſi rapta diuinitus conſolabaf:& eiſdẽ frues frequentiſſime delectabaf. ℂ Die quadã ex laſſi tudine in ancille gremio decũbẽs:oculos erigens ad fe neſtram:nũc riſu letabaf:nũc lachrymis triſtabatur. Inter cetera dicẽs hoc uerbũ. Ita domine mi tu uis eſ/ſe mecum & ego tecum. Interrogata quoq; ab ancilla ob amorem xpi quid uiderit:reſpõdit ſe xpm uidiſſe paruulum:qui ſecũ ſe uelle eſſe dicebat:in cuius pſen tia hilaris in abſentia efficiebaf triſtis. Aliquando etiã dum talibus uiſiõibus frueref:facies eius radiis coru ſcare uidebaf. ℂ Semel pro quodã uago & diſſoluto iuuene orauit:ut deus eius aiũm conuerteret. Qui ſu bito ſe a ſecularibus & pompoſis ueſtibus exuri cla/mauit:& cõuerſus minoꝝ ordiné introiuit. ℂ Puelle etiã cuidã inopi:que ad elemoſynã querẽdã uenerat: dũ licet ſatis renitenti flauos & criſpos capillos preci/diſſet:in quibus illa admodũ gloriabaf:ſtatim ut cri nes abſcidit:eius quoq; ſimul aiũm imutauit:& una ſecũ ad ſeruiendũ egris induxit. ℂ Appropinquãs igi tur uite termino:apparẽte ſibi xpo ad celeſtia iuitaf: moxq; lecto decidens febre corripif: iãq; in extremis laborãs ad parietẽ cõuerſa:audita eſt a circũſtantibus dulce pponere melodiã. Et interrogata:cur hoc feciſ/ſet. Reſpõdit:q; auicula quedam iuxta parietem adeo dulciter cãtauerat:q; ſe ſimiliter puocauerat ad canẽ/dũ. Vltima uero die ante ſuũ tranſitũ iterrogauit an/cillas:quid acture eſſent:ſi ad eas diabolus aduenireꝫ Deinde q̃ſi diabolũ licentiãs fuge: tribus uicibus ex/clamauit. Appropiquãte uero nocte media: deo gras egit:qa hora illa glorioſa ueniret:in qua xps naſci uo/luit:& mũdo apparuit icarnatus & his dictis: emiſit ſpiritũ:anno domini. M. ccxxxi. uiſitationis ſue anno .xxvi. xiii. cal. decẽbris. Corpus aũt eius miro refragra bat odore:quod tamẽ diebus q̃ttuor ihumatũ nullũ ex ſe fetorẽ:ſed eãdẽ emiſit odoris ſuauitatẽ. Viſe ſunt etiã aues ifinite alias nunq̃ uiſe:hoibus cunctis icogni te:ſupra eccleſiã:ubi corpus eius iacebat: q̃ mira mo/dulatione cõcinebãt. In aere quoq; audita eſt in hora eius trãſitus ſuauiſſima melodia:cuius licet uerba nõ potuiſſent itelligi:note tamẽ cantus deꝑhenſe ſunt fu iſſe illius reſpõſorii. Regnũ mũdi &c. ſepius repetiti: eius etiã corpus in tumulo poſitũ oleo redũdare rep/tum eſt. Sepulta eſt in caſtro margburch aliemanie ſi gnis & prodigiis multiplicibus clarens.

ℂ De ſcõ Põtiano papa & mre. Cap. LXXX.

POntianus papa & martyr natiõe romanus ex pre calphurnio urbano primo epo ro/mano in pontificatu ſucceſſit: & ſedit an/nos. v. meſes. ii. dies. ii. Qui ob confeſſionẽ nois xpi una cũ quodã hippolyto pſbytero iuſſu ale/xãdri iperatoris in exiliũ dãnatus & in inſulã ſardiniã deportatus eſt:ibiq; pro xpi noie fuſtibus mactatus: martyr effectus eſt. xiii. cal. decẽbr. Cuius corpus a fa/biano papa eius ſucceſſore naui romã delatũ: & in ce/miterio calliſti uia apia ſepultũ eſt. Hic fecit ordinatio nes. v. p meſem decembriũ pſbyteros. x. diacones. xxi. epos per diuerſa loca numero. xii. & ceſſauit epatus di es decem circa annum domini. ccxiiii.

ℂ De ſcõ Fauſto martyre. Cap. LXXXI.

FAuſtus martyr & diaconus rome paſſus eſt. Hic tantum fidutie & magnanimita/tis a deo habuit:ut cũ ad xpianos carceri detentos nemo auderet accedere:iſti tamẽ & euſebio college ſuo gra cõceſſa eſt:ut inuitis oibus hoſtibus:eis ad cõfeſſores xpi non negaref ingreſſus: & ſic indeſinenter eos reuiſebat:eiſq; neceſſaria mini/ſtrabat. Qui grandeuus & plenus dierũ perfecto mar tyrio ſub decio imperatore obtruncatione capitis cõ ſumatus eſt. xiii. calen. decembris.

ℂ De ſanctis Seuerino Exuperio & Feliciano marty/ribus. Cap. LXXXII.

SEuerinus & ſocii eius exuperius & felicia/nus apud uiennã paſſi ſunt. xiii. cal. decem bris. Quoꝝ corpora poſt multa annorũ curricula ipſis reuelãtibus inuẽta & a põti fice urbis ipſius clero ac populo honorifice ſublata in baſilica ſancti romani que in ipſa ciuitate ſita eſt: con digno honore tumulata ſunt:ibiq; requieſcunt.

ℂ De ſcõ Odone abbate. Cap. LXXXIII.

ODo abbas cluniacenſis cenobii claruit tẽ/pore henrici primi & henrici ſecundi im/peratoꝝ. Qui quidẽ cluniacẽſis ordo ince pit anno domini. ccccccccxii. anno primo conradi primi ſub abbate bernone eiuſdẽ ordinis & monaſterii fundatore:ea uidelicet cõditione ut eccle/ſia cluniacẽſis annuatim eccleſie gigniacenſi cenſum .xii. denarioꝝ ſolueret:in quo uidelicet mõaſterio ab ipſo bernone cõſtructo ſeruabanf inſtituta ſancti pa/tris eutychii uiri chari ludouico iperatori. Que qdẽ cõſtitutiones atq; iſtituta a pdicto bernone abbate p/deceſſore ſcĩ odonis in dicto mõaſterio icohata & or/dinata fuerũt. Ipſe aũt ſanctus berno ad extrema deue niẽs:epos plures aduocãs: ſeq; reũ & indignũ abbatẽ fuiſſe iudicãs:ab ordine ſeipſum depoſuit: Odonẽq; muſicũ ſucceſſorẽ cõſtituit:qui cũ hoc audiens fuge/re uoluiſſet:a fratribus captus:& corã ſuo abbate uio léter adductus:q̃uis dudũ renitẽs:epoꝝ tandẽ ceſura abbatie regimẽ coactus aſſumpſit:q; & miraculis cla/ruit. ℂ Quadã nocte dudum paſtores equoꝝ dormi rent:& fur ueniẽs equũ aſcẽſum aſportaret:frater go/tofredus in oõne puigil hoc uidens:ne ſilentiũ fran/geret:iuxta regularia inſtituta:tacuit uſq; mane. Die uero clara luceſcẽte:fur idem cũ equo iuctus eſt in eo dẽ loco:quo ipm aſcẽderat affixus:qui ſe ide amoue/re nõ poterat:nec ex equo deſcẽdere:donec ad odonẽ adductus penitentiã egit:& furtum reſtituit. Cui pa/ter ſanctus qnq; dari ſolidos pro uigilie labore mãda uit. ℂ Tempore quo normani pictauoꝝ & turonum fines uaſtabãt:duo ex fratribus monaſterii odonis tu ronũ miſſi:a normanis nocte capti & manibus uicti ſunt:qui tamẽ nunq̃ ſilentiũ frangere uoluerũt. Cũq; mane inſimul pſallerent:ſed eos hoſtes ad loquendũ nullatenus cogere poſſent:quidam dux eorum enſe

producto inſiliens equo:eos fetire uoluit: quē equus ſubito in terrā collisit:& ſtatim febricitare cepit. Ceteri uero normani miserūt sortes:quē ex ipsis fratribus in ultionē domini ſui flagellaret. Sed dū ſepius missis ſortibus neminē eorū ſors cōtingere posset: cōuersi illi pro ſalute domini ſui fratribus per ītērpretem ſupplicarūt. Qui pro eius ſanitate ad dominum exoraue rūt. Et cōtino dux ille ſanitatē recepit:& fres dimitti mādauit. Quadā uice dū odo cū pluribus hoibus & eqs rhodanū nauigio trāsiret: equus qdā calce tabulā nauis pcussit:& ipius ptē excussit:statimq; aqua ītrare cepit:& ſubito nauē totā repleuit. Que tamē cūctis nimiū formidātibus sic plena ad ripam usq; deuenit: neq; aliq̄liter ſubmergi ualuit: donec eq oēs & hoīes exierūt:ipsoq; odone cuius meritis nauis ſuper aquas tenebat:post oēs egresso:nauis demersa est continuo.

¶ Rediens roma cū pluribus:ītēr alpes niuiū equitabat:cuius equus ſubito in p̄cipitiū lapsus est. Odo uero uir ſanctus leuatis manibus ramo arboris desuper eminētis alias nunq̄ uise:tā diu ſe tenuit: donec equo ipsius a niuibus absorto:ipe a ſociis iuuatus illesus descēdit. Statimq; tā ramus ille q̄ arbor cūctis disparuit.

¶ Hic latronē quēdā ad penitentiā reduxit & monachū pfectioris uite fecit. Qui ēt triduo ante mortem ſuā fratribus astātibus dixit:q; mater misericordie ſibi apparuerat:atq; reuelauerat ipm in trāsitu ſuo odonis abbatis meritis esse saluādū. ¶ Cū abbas odo esset rome in monasterio ſancti pauli apostoli:& librū de uita ſancti martini abbati baldurino corrigeret: & ad uespas ire uellet:obliuiōe librū aptum dimisit in loco uidelicet ubi ex tribus tectis gutte pluuie collecte fluebāt. Tūc ſubito pluuia maxima descēdit: ſed nec odo ꝓpterea libri recordatus fuit. Mane aūt liber inuenit aptus: in circuitu & in marginibus aqua pfusus:in ſola uero lra oīno erat itactus. Quod dū meritis odonis ascriberet:ille ex humilitate:beati martini uirtuti rettulit:qui librū ſuā uitā cōtinēte sic a pluuia defensauit. ¶ Dū in monasterio quodā ſancti helie theodardus qdā ab odone ꝓpositus fuisset:in quo loco pisces nullo mō haberi poterāt nisi a lōge delati:multoq; pcio cōperati:& carnes ex regula comedere nō liceret: oratiōe ſancti odonis uallis in qua cenobium illud situm est mōticulis pluribus ĩuicem iunctis se clausit: & aditū torrētis qui per eā fluebat adeo restrinxit: ut ex multis aqs collectis lacus fieret:& pisces usq; in presens fratribus ad abundātiā preberet. Quieuit aūt uir ſanctus in domino.xiii.cal.decēbris. Eiusq; uitam frater ioānes descripsit. Corpus autem eius apud cluniacum ſepultum quieſcit & miraculis uiuit.

¶ De ſcō Crispino epō & mre. Cap. LXXXIIII.

Rispinus epūs & martyr apud ciuitatē astigēsem passus est. Qui cū esset pōtifex eius dē urbis:& xp̄m dominū predicaret:a paganis detētus & ad sacrificia deorum ſuasus:dum īmolare contemneret:capite amputato martyrii gloriā adeptus est:passus est autem.xiii.cal.decēbris:ut ait ado in martylogio.

¶ De ſcō Maximo martyre. Cap. LXXXV.

Aximus p̄sbyter & martyr: rome passus est ſub persecutiōe maximiani īperatoris. Qui pro cōfessione nois xp̄i diuersis tormētis affectus:& multiplicibus iniuriis laceſſitus: tandem gladio capite cesus:& positus est ad ſanctum sixtum.xiii.cal.decembris:hec ado.

¶ De ſcō Stephano presbytero. Cap. LXXXVI.

Tephanus p̄sbyter apud cōſtantinopolim claruit:tēpore leonis īperatoris. Huius pater zacharias noīe sacerdos secūdum gre/co; ritū:uir ſanctiſſimus & deuotus:uxorem habuit pudiciſſimā noīe theophanē: que cū esset sterilis:de tēplo protomartyris ſancti ſtephani nō discedebat:ſed iugiter orationi uacabat. Cum autem post annos plures hūc filium futu; : ui; ſanctiſſimū cōcepiſſet:toto tēpore quo ip̄m in utero gestauit:nulla ratione carnes:oua:uel lacticinia:uinū:aut oleū gustare potuit:ſed panē ſolum & aquā cum foliis & ſale ſumebat. Nato autē puero:auūcula que ipsum primo de terra leuauit:ſignū crucis lucidiſſimū in eius pectore cōſpexit. Cū uero mater infantulū aleret:ſiquos alios quādo quos nō cōſueuiſſet cibos accipet:puer ſe ab ea abſtinebat:& ubera tāgere nolebat. Si uero mater ieiunabat:puer ſpōtaneus ipsius māmas bibebat. Baptizatus est aūt in eccleſia ſancti ſtephani protomartyris:ex cuius reuerētia ſtephanus est uocatus. Sacerdos aūt quidā uir ſanctus q̄ eū baptizauit:prophetico ſpiritu prenūciauit ip̄m apud deū magni meriti futu; . Et cū aliquātulum creuiſſet ſacris litteris eruditēdus traditus est. Qui parētibus ſubditus & obediēs: & in ſanctis opibus proficiēs:anno; iam.xiii.clericalē ordinē ſuſcepit:& patri in diuinis miniſtrare cepit. Cū aūt ānos.xviii.ip̄leuiſſet pater eius ex hac luce ſubtractus est. Qui cū iam dudū uitam ſolitariā ducere cuperet:mris tamē recēti dolore cōpatiēs:ſanctū eius p/positū biennio diſtulit adimplere. Tādē plus deo quā genitrici cōplacere curās aīum ſuū theophane aperuit: eamq; blādis & diuinis ſermonibus abſcessum filii de flentem cōfortauit. Ipſamq; cū duobus aliis fratribus puulis deo cōmendauit:& tēplum beati petri apoſtoli ī gredi ēs ibidē ſe incluſit:& ieiuniis atq; oratiōibus aſſiduis deo ſeruire cepit. Folia aūt cū ſale uix cocta ipſi a matre quotidie delata:ad ueſpe; manducabat: que ad ſubſtentationē nature nō ad corpis repletionē ſumebat. Scripturas uero diuinas quotidie legebat:& pſalteriū quaq; nocte pficiebat. Cui nocte quadā ſedēti & parūper dormitāti beatus petrus apoſtolus apparuit:eiq; ut incepta pficeret:dulci ſermone perſuaſit. ¶ Poſt ānos uero tres eidē orāti ſanctus antipas martyr apparuit:& in foribus tēpli ip̄m tertio ex noīe uocauit. Qui eū ueſte ſacerdotali indutum uti ſacerdos fuerat aſpexit:& imaginē eius in icona depictā cōſiderans:nullā esse iter ipſam figurā & uultū ſibi apparentis differētiā iudicauit. Sanctus aūt martyr:ut ſibi pſalleret:admonuit:& cōtinuo ab eo diſceſſit. Qui itelligens ad obſequiū ipſius martyris eccleſie uocatū:lineam groſſam & paruū ciliciū accepit ad corporis operimentū:& abiit ad ſancti antipe mris tēplū:ubi in multa & mira abſtinentia oīonibus inſiſtebat: ciliciū ſupra marmor pro lecto ſedile & mēſa habebat: ſemel aut bis in ſeptimana cibū ſumebat. Aliquando etiam nihil recipiebat. Diſcipulo uero quodā ipſi miniſtrante folia ſine ſale uix cocta māducabat. Tandē in ſacerdoté a quodā theodolo epō cōſecratus: ſacrificiū laudis quotidie deo īmolabat:& ad animaꝝ ſaluté populo frequētius p̄dicabat. ¶ Verba uero illius diuinitus

prolata perſonabant. Multi quoq; ex deuotione ſacrā euchariſtiā de manibus eius ſumere ſtubebant. Miraculoꝝ etiā gloria īſignis clarebat. ¶ Cū die q̄dā miſſam celebraret: uir quidā deuotus hora cōſecrationis: uidit ſplēdoré mirabilem circū altare celitus īfuſum: Stephanū uero a terra in aere cū ipſo: qđ leuabat: corpore dominito eleuatū: & facie uelut flāmea ignitū. Quod cū uir ille beato uiro poſt miſſām enarraſſet: ille ei ſuperinde donec uiueret: ſilentiū īperauit. ¶ Alias etiā dū celebraret: mulier īmūdo ſpiritu annis pluribus uexata eidē adducta eſt: q miſſa cōpleta euchariſtiā ſupra caput eius poſuit: moxq; ab ea demoniū effugauit. Que ſicut poſtmodū rettulit: uidit in ipſa hora ſupra caput ſuū poni nudū īfantē: & igné ex uultu ſtephani pdeunté: immūdū ſpiritū repellenté. Exinde cū eſſet annoꝝ. xxx. facié mulieris de cetero nullatenus uidere ppoſuit. Fama quoq; ipſius ſanctitatis creſcere nimiū cepit. ¶ Die quadā cū in aula īperatoris michaelis: ſtephanus p̄ſbyter a multis tanq̄ ſanctiſſimus cōmendabat. Quidā uero īperatoris ītimus ei detrahens: cepit eū aſſerere inſipiēté & ignaꝝ: quod per epiſtolā ei ſcribendā obtulit. pbatuꝝ: cūq; epiſtolam ſigillaſſet: eāq; uiro dei p nunciū deſtinaſſet. Ille oīa p ſpiritum cognouit: miſſoq; ad nunciū uenientē diſcipulo ipm talibus uerbis p̄uenit: q homo corruptibilis ſeruū dei probare nō poſſet: & qa: que ſcripſerat: nulla eſſent. His dictis diſcipulus fores in faciem miſſi clauſit. Nec ultra eidē dudum pulſanti quicq̄ reſpōdit. Reuerſuſq; miſſus ad īperatorem & ceteros: q̄ geſta fuerāt rettulit. Ille quoq; epiſtolā ſuā ſigillatam apiens: nihil in ea ſcriptū inuenit: & uirtutē uiri ſancti cognoſcēté cōmiſſi penituit. ¶ Euſtaſii cui uſdam nepotis uiri ſancti uxor p̄gnās erat: que in puerperio poſita parere neqbat. Ad qué cum uir eius ueniſſet: & cōiugis piculū indicaſſet: ſtephanus illū nocte ſecum detinuit: & pro ea orauit: media quoq; nocte euſtaſiū uocauit: & domū remittēs: uxorē filiā pepiſſe nuncia uit: qui cōcitus rediit: & eadé hora: qua ei ſanctus dixerat: mulieré puellā enixā inuenit. ¶ Quidā doloré dentiū graué patiebatur: ut neq; triduo comedere potuiſſet: q ad cōfeſſoré ſanctū ueniēs: lapidē de eius corte accepit: & cū eo dentes tetigit: & ptinus a dolore liberatus fuit. ¶ Plurimi etiā languentes ab eo p ſomniū admonebant: ut ad talē locū uenirent: & liberationē acciperēt. Qui cū uiꝝ domini prius nunq̄ uidiſſent: ad locū deſignatū ueniebant: & ipm eē: q ipſis apparuerat cōtinuo cognoſcebāt: & ſanitatē pcipiebāt. ¶ Cum aūt annoꝝ. xl. ex terremotu maximo eccleſia in qua deo ſeruiebat: corruit. Ipſe ad quoddā antrum cōfugit: ibiq; ſe īcludi fecit: ubi & uite aſperitatē adauxit. Nā cū prius folia cocta comederet: núc aūt edebat cruda: & ut nullū ſaporē haberēt: ad ſolē faciebat ea primo p diſcipulū exiccari. In quo loco per annos. xii. māſit: ubi nec ſolē unq̄ uidit: nec aeré. Vnde ex nimia laſſitudine barba & capilli ab eo deciderūt: dētes uero ppe caſuri erāt: unde nec iá comedere poterat. Cōſilio igit quorundā uiroꝝ dei illū uiſitantiū ad monaſteriū quoddā delatus fuit: ubi & monaſticū habitū ſuſcepit. Cui cū p abbaté ſuū p obedientiā mādatū eſſet: ut uini aliquātulum ſumeret: ne ex nimia debilitate deficeret: ille in abſtinētia ſua uolens pſiſtere: noléſq; obediētiā p̄terire: corticē nucis uino īplebat: qđ in alio uaſe aque permiſcebat: & ſic oīs uini ſapore & odore p̄dito illud bibebat. Feſtiuis quoq; diebus ex abbatis mādato cōſtrictus: modicas ficus in cibū accipiebat. ¶ Cū aūt ad ianuā tēpli ſancti martyris diruti eēt icona beate uirginis: ante quā lāpas depēdebat. Veniētes ad ſe quoſcūq; languidos oleo ipſius lāpadis unguebat: & cōtinuo ſanabant. ¶ Leproſus quidam ad eū horribilis acceſſit: qué ſanctus uir duobus fratribus ſpoliandū: & oleo toto corpore p̄ungendū tradidit. Sed ſtatī ut expoliatus eſt tunica: appuit ſpoliatus & lepra. Ipſum tamē iuxta p̄ceptū ſtephani oleo p unxerūt: & ſanatū remiſerūt. Quidā a demōio obſeſſus de ciuitate nicomedia ad eū uenit: q litteras diſcere cupiebat: ſed ip̄m demon nō pmittebat. Pro eo igitur ſanctus in oꝛone pnoctauit: & mane homo a diabolo liberatus fuit: & ſubito litteras p ſemetip̄m didicit: & anteq̄ īde diſcederet in pſalterio legit. ¶ Quidā puer uitiū lapidis patiēs ad eū deducit: & ab eodē oleo icone ungi precipit. Sed anteq̄ illuc ueniret: ſanatus fuit: & urinā cū lapide emiſit. ¶ Poſt hec aūt abbatie regimē ſuſcepit: & plures diſcipulos in dei ſeruitio cōgregauit. Ante uero cēteſimū ſui exitus diē: uni ex fratribus ſabe noīe quē ſibi ſucceſſorē dimiſit. pphetico ſpiritu predixit: q oēs fratres īfirmādi foret: nullus tamē eoꝝ niſi ipſe die centeſimo decederet. Que oīa ſicut ſanctus p̄dixerat euenerūt. Poſtq̄ aūt oēs fratres īfirmati ceciderāt: unuſq; poſt alteꝝ ſanatus ſurrexerat: ipſe multis iā diebus trāſactis īfirmitate correptus egrorauit: nec ob ib tamē abſtinentiā ſolitā dimiſit. ¶ Cūq; iá ad extrema deueniſſet: & īperator leo ip̄m uidere deſideraret: eiq; p nunciū ſuū optatū nunciaſſet: ſanctus uir ei remiſit: q niſi eū uſq; ad ueſpas uideret: amplius illū uidere nō poſſet. Sed cū īperator ad eū uellet accedere in undatiōe imbris maxima cōpulſus ire nō potuit: nunciū tamen ad eū pro benedictiōe deſtinauit. Qui benedictioné domini illi cōſcriptā manu ppria in hereditatē direxit: Sicq; bono conſumatus ope in pace qeuit. xii. cal. decēbris. Anno etatis ſue. lxxiii. ex q̄bus. lv. in abſtinētia exegit. Sepultus eſt cōſtantinopoli miraculis coruſcans.

¶ De ſcō Antipa mr̄e. Cap. LXXXVII.

ANtipas p̄ſbyter & martyr apud cōſtantinopolim paſſus eſt: de quo nihil aliud reperiť: niſi q; ſacerdotali dignitate fultus: & pro xp̄i noīe tpe pſecutiōis martyrium fuerit paſſus: & apud ip̄am urbē regiā tumulatus eccleſia eius noī edificata: in qua ſanctus ſtephanus preſbyter & cōfeſſor ānis pluribus deo ſeruiuit: ut ſupra p̄xime in eiuſdē cōfeſſoris hiſtoria dictum eſt. Cuius paſſiōis dies eadē die dormitiōis ſancti ſtephani apud ipſam urbē recoliť: uidelicet. xii. cal. decembris.

¶ De ſcīs Samone & Guria mr̄. Cap. LXXXVIII.

SAmon & gurias martyres paſſi ſunt tēpore diocletiani īperatoris ſub antona duce in ciuitate edeſſa. Qui p ciuitates regionis illius & caſtella diſcurrētes: & xp̄m domiñū predicantes atq; xp̄ianos in eoꝝ certamine cōfortantes tāti ſunt ab antona duce ciuitatis edeſſe. Et dū ſacrificare nollēt: recluſit eos in carcere: ubi fuerat ſtabulū porcoꝝ donec antiochiā ad auguſtū: qui eū uocauerat: accederet: & rediret. Reuerſus igit dux ex ſpeciali īperatoris iuſſione fecit illos manibus ſuſpēdi ab

hora diei uſq; ad .viii. Sed dū īmobiles pſiſterēt: man/
dauit illos deponi: & nocte illa in carcere detineri pe/
deſq; in ligno cōcludi. Mane uero in foſſam tenebro/
ſam mitti. Ibiq; p totū mēſem auguſti fame & in edia
macerari. Et cū toto ipſo tpe ſine cibo ullo uel potu p
manſiſſent: apta ianua iuſſit eos aliquātulū refici. Ite/
rūq; p totū mēſem ſeptēb. & octob. ac ptem nouēbris
fame affligi. Et poſt hec fouea leuari: & ſamonē qdē
capite deorſum appendi & clauum pedi ipius dextro
cōfigi. Guriā aūt quia grauiter egrotabat dimiſit: nec
ipm amplius affligere uoluit. Cū aūt ambo in laude
xpi perſeuerarent. Samon eſt depoſitus & cū guria in
fouea primā remiſſus. Poſt dies .viii. ambo ide educti
ſunt: & cū oino ſacrificare cōtemnerent iuſſit eos an/
tonas nocte cuſtodiri: mane uero ante diē timore po/
puli: quoz multi facti fuerant xpiani: fecit illos extra
muros urbis educi: ibiq; capite trūcari. Quoz corpo
ra cū capitibus & ſanguine a xpianis collecta: & in ci/
uitate edeſſa glorioſe ſepulta ſunt. xii. cal. decembris.
Quoz paſſionē theophilus xpianus: q erat officialis
ſenatus in ciuitate ipſa armeno ſermone deſcripſit.

¶ De ſcō Eadmūdo rege & mre. Cap. LXXXIX.

EAdmundus rex anglie & martyr apud eā
dē inſulā paſſus eſt: ut dicit guilelmus. Cū
enim duces dauoz hinguar & ubba: orie/
talium angloz depopularent prouinciā:
primus eoz regē eadmundū nō reſiſtente: ſed ꝓiectis
armis ſolo ꝓſtratū & orātem poſt aliqua torméta de
capitauit. Cuius caput iter dumos proiecit. Quod dū
ciues buſto reperto quererēt: audierūt uocem capitis
oēs ad ſe iuitantis. Inuenerūtq; lupū caput ipſum la/
certis amplexātē: & intactū cuſtodiētē. Et dum caput
accepiſſent: lupus ipſe illos baiulantes: poſt tergū eoz
ad tumulū uſq; ſecutus eſt: neminē ledēs: neminē fu/
giens: & a nemine leſus. Sup cuius corpus poſtmodū
capella lignea erecta eſt. Quā dum fures quidā expo/
liare uellent: iuiſibilibus loris irretiti. Inde diſcedere
nō poterant: lora ſentiētes uincula nulla uidētes. Ca/
put aūt ſancto corpori cōpaginatū: diuina uirtute ei/
dē coniunctū: eſt ſignū preciſionis circa collū ſolum/
modo coccinea cicatrice pretendens. Eiuſdē ſancti cri
nes & ungues ac pili barbe ſenſim pullulāt: quos uſu
ca mulier ſcā ſepius pcidebat: & pro reliquiis uenera/
bat: per quas inciſiones etiam deus infirmitates lan/
guidoz curabat. Paſſus eſt aūt .xii. cal. decembris.

¶ De ſancto Eadmundo alio rege martyre & confeſ
ſore. Cap. XC.

EAdmundus alter rex anglie regnare cepit
anno tertio othonis īperatoris primi. Hic
uir ſanctiſſimus fuit frater aldoſtani: qui
regnauit annis ſex cū dimidio: & glaſconi
enſem eccleſiam magnis pdiis & honoribus ditauit:
priuilegiūq; cōceſſionis lris aureis in libro euangelio
rū cōſcripſit: & ipm librū eleganter cōpoſuit: & eccle/
ſie in ppetuū memoriale donauit. Hic etiā paupeꝝ ſe
dulus amator: & ipſoz munificus benefactor extitit.
Qui ſpecialē deuotionē in beatū ioannē euangeliſtā
habuit: in cuius noīe nulli unq̄ petenti aliquid dene/
gabat. Vnde cōtingit: q̄ quidā pegrinus abſente came
rario in noīe euangeliſte iportune a rege elemoſynā
poſtulauit. Cui rex cū nihil aliud in prōptu haberet:
pcioſum anulū dedit. Sed poſt dies plures qdā miles
anglie in trāſmarinis ptibus cōſtitutus: ab eodē pere/
grino anulū regi referendū recepit: ipſi iponente: ut re
gi diceret: q̄ ille: cui & pro cuius amore ipm anulū de
derat: ei ipm remādabat. Vnde liqdo patuit: q̄ ioānes
euāgeliſta eidē in forma dicti peregrini appuit. ¶ Cū
aūt pdictus rex latronē quēdā de eos ciuitate ꝓ eius
culpis eliminaſſet: ille poſt ſex ānos regreſſus in feſto
quodā regis iter cōuiuas ipſius icognitus & inopinus
aſcēdit: & cū ceteris ex more diſcubuit: Quē ſolus rex
recognitū poſt mēſam p capillos ī terrā eliſit. Ipſe aūt
latentē ſiccā de uagina ꝓduxit: & in pectus regis īfixit
q̄ mox exanimatus ſpiritū reddidit. Latro aūt a cōcur
rētibus mēbratim cōciſus non nullos prīo ſauciauit.
Preuiderat hūc regis finē ſanctus dūſtanus tūc abbas
glaſconiēſis poſtmodū epūs cantuariēſis: q̄ mox equū
aſcendens ad curiam properanter currebat: ſed in me
dio itinere nuncium gēte rei ſuſcepit. Sepultus eſt au
tem ſanctus rex in eccleſia glaſconienſi: ubi & marty/
ris ueneratione colitur: quia pro iuſtitia interfectus:
ibiq; miraculis clareſcit.

¶ De ſancto Siluerino epō. Cap. XCI.

SIluerinus epūs cabiloneū apud eandē ciuita
tē claruit. Hic enim exēplari uita inſignis
fuit: & doctrine ac ſapiētie admirabili eru/
ditiōe refulſit. Qui bonus paſtor gregem
dominicū uerbis & exēplis aluit. Et plenus dieꝝ atq;
uirtutū anno .xlii. ſui ſacerdotii ad xpm migrauit. xii.
calen. decembris. Hec ait ado in martylogio ſuo.

¶ De ſcō Rufo diſcipulo. Cap. XCII.

RVfus diſcipulus apoſtoli pauli: de quo idē
apoſtolus ad romanos .xvi. mentionē facit
unus fuit ex .lxxii. diſcipulis xpi: ut dicit ab
bas dorotheus: qui ab eodē apoſtolo epūs
thebarum ordinatus: predicationis officium fideliter
adimpleuit. Et plenus ſanctitate & uirtutibus in pace
quieuit: atq; apud ipſam urbem ſepultus fuit. xi. calē.
decembris. Hec ado in martylogio.

¶ De ſcō Mauro martyre. Cap. XCIII.

MAurus martyr apud urbem romā paſſus
eſt tēpore numeriani imperatoris ſub pfe
cto urbis celerino. Hic ex ciuitate caſtella
,puincie aphrice xpianis parētibus ,pgeni/
tus: quibus defunctis ipſe ſeculum de reliquit: & mo/
nachus effectus annis deo ſeruiuit: deinde diuina iſpi/
ratus gra cū eēt annoz .xviii. ad apoſtoloz limina ui/
ſitāda romā deuenit: ibiq; paupibus ſubuenire cepit:
& per trienniū ibidē talibus opibus uacauit. Audiens
aūt edictū numeriani iperatoris de xpi noīe pſequen/
do: fugiens in ſpelunca latuit. Sed poſt menſes tres ui/
dit in ſomniis uiꝝ ſplendidū aurea uirga ſe tāgentē: ſi
biq; mandantē: ut romā intraret: & martyriū cōſtan
ter ſuſcipet. Ingreſſus itaq; urbē & tentus a celerino p
fecto: dū ſacrificare nollet: primo qdem nodoſis fuſti
bus cedit: & plūbatis in maxillis cōtundit: deinde in
equuleo ſuſpenditur: & ungulis ferreis laceraſ. Nouiſ
ſime in xpi cōfeſſione pſiſtens īmobilis: gladio capite
truncaſ nō longe ab urbe roma. ¶ Naute uero quidā
bicucine ex aphrica corpus cōciuis ſui rapientes: naui
impoſuerūt ad ſuā patriam deferendū. Sed dū hoc p/
fectus itellexiſſet: iuſſit nautas cōprehendi. Qui hoc
cōperto territi fugerunt: & nauē dimiſerūt. Prefectus
uero nauē: in qua iā corpus martyris poſitū erat ſar/

mētis repletam:iuſſit in medio mari cōburi. Sed deo diſponente nauis a uento ſine nauta inde repellit: & angelo duce ad littus parentine ciuitatis ꝓuincie hiſtrie deducit:ubi ſanctū corpus a xp̄ianis cōdigno honore ſepelit:qui paſſus eſt.xi.calen.decembris.

¶De ſcō Colūbano abbate. Cap. XCIIII.

COlumbanus abbas claruit in gallia tēporibus theodorici & clodouei regum francorū. Hic ex hibernia iſula natus: cū adhuc matris utero guſtaret:uidit eius genitrix per ſomniū ſe ſolē parere mundū illuminantem: qui adhuc puer liberalibus diſciplinis inſtructus: relicta matre pr̄e iā defuncto a uenerabile uiro ſenile ſacris litteris & regularibus iſtitutis ībutus eſt. Et cū eēt annoꝝ.xxx. aſſumptis.xii. comitibus uenit in italiā: & īde acceſſit ad galliā uerbū domini p̄dicando:cui a ſigiberto rege aſtroſiorū & burgundionū cōceſſione facta uaſtā eremū noīe ueſagū cū ſociis ſuis habitare cepit:& p annos.lx. nihil ultra q̄ herbas & radices manducauit. Abbas aūt euorcius monaſterii ſalicis diuinitus per uiſum admonitus:beato uiro colūbano neceſſaria uite eqs oneratis trāſmiſit:quoꝝ ductoꝝ marculum eius diſcipulū conſtituit. Sed dum ille uiā penitus ignoraret:deo duce ipſe cum equis recto itinere ad cellā uiri dei peruenit. Hic multoꝝ miraculorum gloria claruit. ¶Cū in quodā ſpecu ubi orare ſolebat urſum repperiſſet:licētiatus urſus:ab eo: locū ipſum nunq̄ repetiit. ¶Frater quidā grauiter egrotabat: & abbas unde ip̄m reficeret:nō habebat. Inſpiratus ergo repente quidā diuinitus cū panibus & pulmentis uenit:eaq̄ patri obtulit:& ſic lāguēti ſubuenit. Et dū pro uxore benefactoris oraſſet:languente: cōtinuo ſanata eſt. ¶Cū aūt fratres aquam in ꝓximo nō haberent:ſed a longe ipſam multo labore deferrent:fontē de ſaxo ſua oratione produxit:qui manat ibidē uſq̄ in preſens tēpus. ¶Deinde in caſtro luxouio monaſteriū latius cōſtruxit:propter fratrum multitudinē excreſcētē. Die quadā dum gallo monacho p̄cepiſſet: ut ad piſcandū ad flumē bruſcam iret:& ille ad ligonē fluuium proximioꝝ acceſſiſſet. & multos piſces īueniens nihil cepiſſet:correptus de in obediētia ab abbate. ad locū iuſſum adiit:& piſcium multitudinē cepit. ¶Aliquando exiſtens in oratione in quadā rupe: cognouit per ſpiritū oēs ſuos fratres domi relictos eē languentes:& ueniēs uix eos qui egrotis miniſtrarēt ſanos repperit: eiſq̄ oībus ut ad meſſem precidendā ſurgerēt impauit. Et continuo omnes ſanati ſurrexerunt:& operari ceperunt. Et cū illis metentibus pluuia maxima erupiſſet: imbre a metētibus fratribus adeo cōpeſcuit:ut pluuia circūquaq̄ cadente: nec fratres nec ſegetes in aliquo madidaret. Puerꝝ etiam qui metendo ſibi digitū falce p̄ciderat:ſola ſaluia ſanauit. ¶Seipſum cū duobus ſociis in eremo unico pane diuinitus multiplicato per dies.xii. ideſinenter ſatiauit. ¶Fratre inſuper quēdā qui cedēdo ligna ſe grauiter ſecuri uulnerauerat in momento ſanū effecit. ¶Cuidam coruo unā ex chirothecis eius aſportauerat:ut illam reportaret precepit: & continuo ipſam rettulit. ¶Dū quadā uice triticū ī horreo defeciſſet:& ex hoc guignocus procurator monaſterii plurimū heſitaret oratione fudit & mane horreum tritico repletū inuētum eſt:quod tamen clauſum extiterat: eiuſq̄ claues cellarius habebat. ¶Apud fontanas monaſteriū.lx. fratres terrā colentes duobus panibus & modico ceruiſie:ad ſacietatē plene refecit. ¶Cū urſum in nemore iuxta cerui cadauer inueniſſet:precepit beſtie ne corium lederet:ſed fratribus pro calceis dimitteret. Miſſoq̄ poſtmodū illuc nuncio:coriū ſanū recepit. ¶Duci gualdeleno eiuſq̄ cōiugi flauie ad ſe accedentibus: ut ſobolē eis īpetraret:tā faciliter optatū obtinuit: ut anteq̄ domū rediſſent:pregnās mulier eſſet. Natū ergo puerꝝ & donanim nominatū. Colūbano in monaſterio parentes obtulerūt:pro quo plures alios filios poſtmodū genuerūt. ¶Theodoricū regē de adulterio increpabat:eo q̄ relicta regina natos de cōcubina ꝓcreabat:unde ab eo & brunichilde eius auia regi in crimine fauente:multas inſidias & perſecutiones perpeſſus de monaſterio ſuo eiectus eſt. Et in exiliū actus ſepius reuocatur. Iterūq̄ frequēter fugabat:pluriesq̄ periculo mortis expoſitus:diuina tandē uirtute liberatus euaſit. ¶Apud uexocienſe oppidum ubi a rege fuerat relegatus:cōpeditos omnes de carceribus diuina uirtute ſolutos eduxit. Et dū ad carceres per ſatellites repetunt ad uiꝝ domini eccleſia legentē confugiunt. Quo ītrantes ſatellites & preſentē querentes uidere nō potuerunt & neminem abſolutoꝝ capere ualuerunt. Tandē rex diuina ultione in ſua gente p̄cuſſus:deiq̄ timēs iudiciū:columbanū ad ꝓpria reuocauit. ¶Cū apud turonū pecuniā quā ſanctus pauperibus dare decreuerat fur exportaſſet:& abbas ad ſepulchrū ſancti martini oraret:latro ſubito cōpunctus reddit:& ablata reſtituit. ¶In uilla quadā ꝓpe ſueuos: gentiles quoſdā cuppā maximam.l. modioꝝ uino repletam deo ſuo libare uolētes inuenit:& in cuppā inſufflauit. Statimq̄ cuppa per fruſtra frangit: & uinū effunditur:& barbari conuertuntur. ¶Dū fratres ad pomeriū pro pomis deferēdis miſiſſet:illiq̄ reuertentes urſum ingentē poma rapientē nunciaſſent. Sāctus per fratres urſo mādauit:ut aſſignatis ſibi quorundā ramoꝝ pomis:contentus exiſtat:& reliqua fratribus dimittat. Quod fera deinceps adiplere curauit. ¶Spiritu prophetico plenus clothario regi predixit:ipſum in breui regna theoberti & theodorici regum obtenturuꝝ. Quod ut p̄dixerat ſic euenit. Nā orta guerra inter eos de terris regnoꝝ: in tubianēſi caſtro ambo ad iuicem bellū cōmittunt:& theobertus ſuperat & captus ad brunichildem reginā deſtinat. Quem illa ſicut eidem regi dudū ſanctus colūbanus predixerat: clericū fieri fecit:& in monaſterium ītruſit: atq̄ poſt

modicū ipſum eadem regina occidi mandauit. Sicq; theodoricus regnū illius obtinuit. Sed poſt modicū tempus in ultionē iniurie ſancto uiro illate: theodoricus iuxta meldēſe caſtrū flumine interiit:& ſic clotharius utrūq; ipſoz regnum acquiſiuit:qui & theodorici pgeniem cunctam deleuit. ¶ Deinde uir domini italiam petēs:monaſteriū bobienſe cōſtruxit: & baſilicam antiquam ſemiruptam reparauit:quo dū propter aditum arduum trabes ad edificium de nemore exciſas:plauſtris deferre non poſſent:uirtute uiri ſancti duo uel tres ex fratribus trabē quā uix q̄ttuor boues trahere potuiſſent:humeris leuiter deferebant: ꝓ ut uie anguſtia exigebat:donec cenobiū omne pfectū eſt. Cōſumato uero ope uir domini poſt annū reuolutum feliciter in pace quieuit. xi. calen. decembris:ibiq; ſepultus miraculis refulget.

¶ De ſancto Colūbano cōfeſſore. Cap. XCV.

COlumbanus alius fuit monachus cenobii luxouiēſis ex genere ſancti colūbani abbatis:eiuſq; diſcipulus:qui ſimul cū eo ex hibernia egreſſus eſt. Hic ſanctiſſime uite fuit:cui & aues & beſtie ſicut & colūbano magno parebant:& ad eius imperiū ueniebant:ſeq; manibus illius:ac ſi eſſent catuli:attrectari ꝓmittebant. ¶ Cū autem ſanctus uir ad extrema ueniſſet:diebus pluribus febre correptus:uidit ad ſe uiz ſplendidū uenientem qui ſibi dixit:q; tūc ipſum a corpore educere nō ualebat:eo q; patris ſui p̄ces & lachryme ipſum impediebant. Quod ille audiens & durius deflens: ſanctū columbanū abbatē per nunciū accerſitum rogat:ut trāſitum ſuum non impediat:eo q; ſe ad uitam ituz nullatenus dubitabat. Cui ſanctus abbas corpus domini cum obtulit:illeq; ſumpto pacis oſculo de licentia patris e carne migrauit. Sepultus in monaſterio luxouienſi:ubi & in miraculis uiuit.

¶ De ſcā Cecilia uirgine & mr̄e. Cap. XCVI.

CEcilia uirgo & martyr rome paſſus ē ſub almachio urbis p̄fecto tempore marci aurelii & cōmodi ip̄eratoz:que ex nobiliſſimo romanoz genere exorta:& ab ipſis cunabulis in fide xp̄i erudita: abſconditum ſemper xp̄i euangelium gerebat in pectore: & nunq; a colloquiis diuinis & oratione ceſſabat:ſuāq; uirginitatē conſeruari a domino exorabat. Cum aūt cuidam iuueni nomine ualeriano deſponſata fuiſſet:& dies nuptiaz inſtituta eſſet:illa ſubtus ad carnem cilicio iduta:deſuper auratis ueſtibus tegebatur:& cātantibus organis: illa in corde ſuo ſoli domino decantabat: & biduanis ac triduanis ieiuniis orans ſe domino cōmēdabat. ¶ Venit igitur nox in qua cū ſponſo ſuo ſuſcepit ſecreta cubiculi ſilentia. Quē cecilia alloquēs dixit:ſe habere ſecretum:quod ei cōfiteri uellet:ſi ille iratus aſſereret: tota illud obſeruātia cuſtodire. Iurauit ualerianus illud nulla neceſſitate detegere. Tunc illa ait: ſe angelū dei amatorem habere:qui nimio zelo corpus eius cuſtodiret:aſſidue qui ſi ſentiret: q; ipſam ſponſus eius amore polluto cōtingeret cōtra ipſum furorē ſuum exagitaret:& ipſum occideret. Si aūt cognoſceret:q; illam ſyncero amore diligeret:ipſum quoq; ſicut & ipſam pfecte amaret:& gratiam ſuā ipſi oſtēderet. Valerianus nutu dei diuinitus inſpiratus reſpōdit:ut ip̄m ſibi angelum oſtenderet:quem ſi uiuere angelū dei ꝓbaret:hortata ſibi faceret. Si aūt uiz alium diligeret: utrūq; gladio feriret. Cui cecilia promiſit:ut ſi in unū deum credere uellet:& ſe purificari ꝓmitteret: angelū uidere poſſet:ip̄onens ei ut tertiū ab urbe miliariū uia apia pgeret:& pauperes inuētos elemoſynā petētes ex pte cecilie ſalutaret:eoſq; rogaret: ut ad ſanctū papam urbanū eū adducerent:quia ad ipſum ſecreta quedā pferenda haberet. Cui inuēto oīa uerba cecilie indicaret:& ab eo purificatus angelū rediens cōtinuo uideret. Tunc ualerianus perrexit:& ſecūdū accepta ſigna inuenit ſanctū urbanū papam ītra ſepulchra martyz latitantē. Cui ualerianus omnia cecilie uerba expoſuit:illeq; māus ad celū eleuās dominū benedixit. Et ecce apparuit eis ſenior:niueis ueſtibus indutus:tenens librū aureis litteris ſcriptū. Quem uidens ualerianus timens quaſi mortuus cecidit:ſed a ſene cōfortatus & leuatus ſic legit:Vnus dom̄us:una fides:unū baptiſma &c. qui cū a ſeniore interrogatus: hec oīa ſe credere dixiſſet:ſtatim ſenior diſparuit: ipſeq; a ſancto urbano ep̄o baptiſma ſuſcepit: & rediēs domum ceciliā in cubiculo cum angelo ſplendente colloquentē inuenit. Quē uidens ualerianus nimio terrore corripiē:ſed ab angelo cōfortaē. Qui duas coronas ex roſis & liliis albētes in manu habebat:& unā cecilie:alteram ualeriano tradidit:quas de paradiſo dei eis delatas aſſeruit:& ut eas imaculato corpore cuſtodirent: admonuit. Valeriano quoq; dixit:ut quia utili caſtitatis conſilio crediderat:quodcūq; uellet:peteret:continuo a domino obtinendū. Qui reſpondit:q; nihil ſibi eſſet dulcius q̄ unicus fratris germani eius affectus:petens ut frater eius tyburtius una ſecū ueritatem agnoſcere mereret. Angelus uero hec uti deo acceptiſſimū approbauit:promittens:q; nō ſolū tyburtius in xp̄m crederet:ſed ipſi ambo cum palma martyrii ad dominū peruenirent. ¶ Cum aūt mane tyburtius ad ceciliam cognatā ingreſſus:eam obſculareē: odorē nimiū roſaz & lilioz ſenſiſſe ſe dixit:quibus cōfortatus admirabaē:unde intempeſtiuas roſas habuiſſent tēpore imbris. Valerianus ergo ei reſpōdit:q; coronas haberēt a domino ſibi per angelū miſſas:quas oculi ſui uidere nō poſſent:niſi credens ſe purificari permitteret. Qui cum ualerianū interrogaſſet:an hec in ſomniis:an in ueritate talia audiret. ualerianus reſpōdit: q; uſq; tunc in ſomniis ambulauerat:ſed nunc in ueritate mādebat:& q; hec omnia ipſum angelus docuiſſet:quē & ille uidere poſſet:ſi in chriſtum crederet:& idolis renunciare uellet. Cum auteē cecilia rationibus

euidentiſſimis omnia idola eſſe inſenſibilia compro/ baſſet:& uitam futurā iſta preſenti felicioré & magis glorioſam oſtendiſſet:atq; xp̄m dominū eidē euan/ gelizaſſet:& ad predicationē eius tyburtius in xp̄m credidit:& a ualeriano ad ſanctum papam urbanum adductus ſacrum baptiſma ſuſcepit. Qui poſtmodū angelos dei ſepius uidebat & omnia:que poſtulaſſet: protinus obtinebat. Cum autem utriq; fratres elemo ſynis inſiſterent:& ſanctorum corpora quos almechi us prefectus occidebat ſepulture traderent:ambo ab ipſo prefecto detenti:& pro chriſti nomine martyriū paſſi ſunt:ut dictū eſt ſupra in eoꝝ paſſione. xviii. cal. maii. ¶ Quibus peremptis:almachius eorum facul/ tates exquirens:ceciliam quaſi ualeriani coningem te neri precepit:ut facultates eorum proderet & idolis i molaret. Sed uirgo chriſti mandatum eius preueni/ ens:omnia que a ſanctis martyribus ſibi relicta fuerāt pauperibus erogauit. Cumq; ab apparitoribus urge/ retur:ut aut ſacrificaret:aut ſententiam mortis acci/ peret:& illi uehementer flerent:q; puella tam decora: & nobilis ultro ſe morti traderet:cecilia eis chriſti fi/ dem predicare cepit:& omnes ad deum cōuertit. Ip/ ſiſq; a prefecto mortis in ducias cecilie poſtulantibus: illa urbanum epiſcopum ad domum ſuam uenire fe cit:qui gordianum uirum clariſſimum & omnes ap paritores illos cum aliis pluribus numero quadrin/ gentis baptizauit. Quod audiens almachius ceciliam teneri fecit:& ſibi preſentari. Que dum ei preſentata chriſtum publice confiteretur:& idola omnia execra retur. iratus almachius iuſſit eam ad domum ſuam adduci:& die ītegro ac nocte in flammis balnealibus concremari. Que quaſi in loco frigido manſit. Ita ut nec una pars membroꝝ eius ſaltem ſudoris ſigna la/ xaſſet. Quod audiēs prefectus iuſſit illam in ipſo bal/ neo decollari. Spiculator autem eam tribus ictibus in collo percuſſit:ſed tamen caput eius amputare nō po tuit. Et quia decretum erat ne quartam percuſſionē decollandus acciperet eam ſeminecem carnifex dere/ liquit. Cuius ſanguinem populi:qui per eam credide rant:linteaminibus extergebant. Per triduum autem ſuperuiuens omnia ſua pauperibus tribuit:& omnes conuerſos ad fidem:urbano epiſcopo commendauit. Deinde ad chriſtum cum palma migrauit decimo ca lend. decembris. Cuius corpus ſanctus urbanus inter ſuos collegas epiſcopos ſepeliuit:& domum eius: ut ipſa ei mandauerat eccleſiam conſecrauit. ¶ Anno au tē ſeptimo ludouici imperatoris: Paſchalis papa cor/ pus ſancte cecilie ipſa reuelante dudum occultatum iuenit:aureis uelatum ueſtibus:ſanguine eius adhuc infuſis & ipſum inter corpora ſanctorum tyburtii & ualeriani & maximi atq; urbani pape:in eccleſiam no mini uirginis ſancte dedicatam tranſtulit: ut ait ſigi/ bertus in chronica.

¶ De ſanctis Theoniſto Tabra & Tabrata martyri/ bus. Cap. LXXXXVII.

THeoniſtus epiſcopus:tabra & tabrata dia/ cones & martyres apud ciuitatem altinen ſem paſſi ſunt:tempore theodoſii impera toris primi. Qui ſanctus epiſcopus cū di/ ſcipulis ſuis prefatis:& ſancto albano coepiſcopo: & urſo clerico:de quibus dictum eſt ſupra in eorum paſ ſione undecimo calendas iulii:a philippenſibus egreſ ſus eſt ex inſula nauſia:tempore predicti imperatoris ueneruntq; romam:& ibidem oratione facta:medio/ lanum abierunt. Ibiq; a ſancto ambroſio epiſcopo & doctore:& prefato auguſto tunc ibi degente:honori/ fice ſuſcepti ſunt:inde ad gallias predicando tranſie/ rūt. Et cum ad auguſtam ciuitatem peruenīſſent ſan/ ctus urſus a paganis comprehēſus:per multa tormē/ torum genera martyrium paſſus eſt. Theoniſtus ue/ ro cum ceteris uenit ad regem roſimundum chriſtia num:qui miſit eos ad paulinum epiſcopum treuerē/ ſem. Indeq; cum nauigio maguntiam adierunt: ubi dum predicaret albanus:a gentilibus tentus: & flagel lis ceſus nouiſſime gladio capite truncatus eſt. Theo/ niſtus autem cum tabra & tabrata multa cede macta ti:in naui perforata miſſi ſunt:Qui deo duce cum na ui ad portum quendā incolumes peruenerunt. Dūq; ueſtimenta eorum madefacta ſiccarent:a gothis itez capiuntur:& in eadem naui perforata remittuntur: altroq; pelagio iterum propellūtur. Sed dei uirtute re/ ſtaurata nauicula:ſancti iterū ſine periculo ad littus p ducuntur. Qui diuina admonitione deuenerunt alti num. Et dum oderētum peruenīſſent:& xp̄m domi/ num predicarent:a paganis detenti: & extra ciuitatē educti uerberibus afflicti ſunt. ¶ Dū autem eſſent in ponte:& theoniſtus genibus flexis oraret:genua ipſi/ us uti in cera molle defixa ſunt: quoꝝ ueſtigia ibidē uſq; in preſens apparent. Inde a gentilibus dimiſſi: al/ tinum deuenerunt:ibiq; iterum ab infidelibus com/ prehenſi:capitalē ſententiam exceperunt:Corpora ue ro truncata ſurgentia:capita ſua manibus propriis ſu mentia portauerunt:& inter eridanum & ſilerem ea depoſuerunt:ubi & a fidelibus tumulata ſunt. Paſſi ſunt autem decimo calendas decembris.

¶ De ſancto Clemente primo papa & martyre. Cap. LXXXXVIII.

CLemēs papa & martyr huius nominis pri mus natione romanus ex patre fauſtino de regione celiomonte:cleto romano pō/ tifici in epiſcopatu ſucceſſit:ſedit ānos no/ uem:menſes duos:dies decem. Hic conſtituit canonē ſuper euchariſtiam decantari:& ut epiſcopus electio/ ne cleri & laude populi conſtitueretur:& ut cathedra epiſcopalis in eminentiori loco ſtatui debeat: in qua reſidēs epiſcopus omnes poſſit circūſpicere:& ab om nibus circunſpici. Conſtituit etiam:ut baptizatus q̄ci tius poteſt confirmetur:& ne ſit perfecte chriſtianus: qui confirmationem nō neceſſitate ſed incuria ac uo/ luntate omitteret. Hic etiam fecit ſeptem regiones di uidi notariis:qui geſta martyrum ſolicite & curioſe unuſquiſq; per regionem ſuam diligenter perquire/ rēt. ¶ Hic enim quamuis a beato petro electus eſſet: ut ſupra dictum eſt in paſſione ſancti petri tertio calē das iulii. Timens tamen ne talis conſuetudo errorem in eccleſia dei induceret:linum & cletum ante ſe pon/ tificari coegit. Et ſic clemēs primus fuit poſt petrum per electionem:tertius uero per gradum. Qui ita mo rum ornamento pollebat:ut iudeis & gentilibus: ac etiam chriſtianis omnibus complaceret. Singularum inopes regionū ſcriptos habebat: & quos baptiſmo nuper mundatos nouerat: non ſinebat publice fieri mendicitati ſubiectos. ¶ Cum itaq; flauiam domitil lam uirginem neptem domitiani imperatoris ſacro

uelamine cõſecraſſet:de qua ſupra dictum eſt in eius paſſione nonis maii. Et theodoram uxorem ſiſinnii amici nerue imperatoris ad fidem conuertiſſet: & in caſtitatis eam propoſito confirmaſſet. Siſinnius zelo ductus:eccleſiam poſt ſuam uxorem occulte ītrauit: uolens ſcire propter quid ipſa eccleſiam frequentaret. At ubi a ſancto clemente oratio fuſa eſt: & a populo amen reſponſum eſt. Siſinnius cecus & ſurdus ſtatim efficicitur. Qui dum pueris ſuis mandaſſet: ut ei manum dantes foras educerent:pueri per totam eccleſiam gyrantes eum ducebant:nec ianuas inuenire ualebant. Quod uidens theodora: primum quidem ab eis declinauit:putãs q uir ſuus eam agnoſcere poſſet: poſtmodum autem ab eis didicit:quid hoc eſſet. Tunc illa pro uiro ſuo in orationem ſe dedit: & poſtmodum pueris ſuis mandauit:ut ſecuri a modo exirent:& dominum ſuum domum adduceret. Cumq illi abiſſent:theodora clementi quid factum fuerat expoſuit. Ad qué ſanctus rogatu theodore uenit: & ipſum apertis oculis nihil uidentẽ neq audientẽ inuenit: & cum pro eo oraſſet:ille auditum ac lumen recuperauit. Et uidens clementem iuxta coniugem ſtantem zelo ductus amens efficitur & ſe magicis deluſum artibus arbitratur:precepitq ſeruis ſuis:ut clementem & clericos eius funibus ligatos traherent. At illi colũnas & ſaxa uincientes trahebant:& tam ipſi q ſiſinnius clementem & eius clericos ſe trahere putabãt. Clemens uero eis dicebat:ut quia ſaxa deos exiſtimabat: ſaxa trahere meruerat. Sicq una cum clericis ſuis inde diſceſſit:& theodora pro uiro in oratione perſeuerauit. Cui beatus petrus apoſtolus apparuit: & p eius orationem uirum eius ſaluandum eſſe promiſit. Statimq ſiſinnius conuertitur:& una cum uxore caſtitatem profitetur:accerſito quoq clemẽte ab eo eodem in fide inſtruitur:& cum trecentis & tribus de domo ſua baptizatur. Vnde & poſtmodum per ipſum ſiſinnium multi nobiles & amici nerue imperatoris in domino crediderunt. ¶ Tunc come ſacrorum pecuniã multis dedit:& contra clementem epiſcopum ſeditionem in populo excitauit. Cuius occaſione mamertinus urbis prefectus clementem quamuis ĩuitus tenuit:& imperatori traiano de eo ſcribens: reſponſum accepit:q aut ipſum ſacrificare compelleret:aut in helleſponti iſulam ipſum in exilium mitteret. Prefectus autem ei compatiens:lachrymas pro eius exilio fudit & nauem ei cum omnibus neceſſariis delegauit. Qué multi de populo in exilium ſecuti ſunt. Veniens igitur clemens ad inſulam:plus q duo milia chriſtianorum ibidem inuenit:iam dudum ad ſecãda marmora damnatorum. Quem illi cum lachrymis excipientes:ab eo dulciter confortati ſunt. Et cum ab eis diciſſet:q a ſexto miliario aquã in ſuis humeris deportarent:orationem pro eis fudit:omneſq orare precepit:ut qui in deſerto ſinai aquã de petra produxerat: cõfeſſoribus ſuis in ipſo loco fontis uenas aperiat. Et circũſpiciens uidit agnum ſtantem:dextroq pede ere cto quaſi locum epiſcopo oſtendentem. Quem chriſtum eſſe intelligens:ad locum perrexit: & in nomine trinitatis ibidem fodi precepit. Sed cum nullus locum in quo agnus ſteterat contingeret: ipſe accepto breui ſarculo:leui ictu ſaxum ſub agni pede percuſſit: & ſtatim fons inde magnus erupit:& uſq in preſens in flumen excreſcit. Ad quod miraculum multi confluxerunt:& pluſquam quingenti ab eo baptiſma ſuſceperunt. Et idolorum templa deſtruentes per totã prouinciam infra annum. lxxv. eccleſias edificauerũt. ¶ Poſt annos uero tres imperator traianus hoc audiens quendam ducem nomine aufidianũ illuc miſit: qui chriſtianos exanimare cepit. Et dum libenter omnes mori conſpiceret:multitudini ceſſit: & ſolum clemẽtem tenuit:ligataq in collo ipſius ancora: eum in medio mari precipitari:mandauit: ne xp̃iani corpus eius poſſent ſepelire:& ipſum pro deo colere. Stante autem omni multitudine iuxta littus:phebus & cornelius eius diſcipuli orare ceperunt: ut dominus eis oſtenderet martyris ſui corpus. Et continuo mare p tria miliaria recedente:omnes per ſiccum ingreſſi:inuenerũt in modum templi marmorei: habitaculum a deo paratum:& ibi in arca ſaxea corpus ſancti martyris poſitum & ancoram iuxta eum. Reuelatum eſt autem diſcipulis ne corpus ipſius ide amouerẽt. Omni uero anno tempore paſſionis eius per ſeptem dies mare ad tria miliaria recedebat & ſiccum inter ad corpus eius ueniẽtibus tribuebat. Quod per annos pluſq ducentos durauit. Paſſus eſt autem. ix. calend. decembris. Hic fecit ordinationes duas per menſem decembris p̃ſbyteros. x. diacones. ii. epiſcopos per diuerſa loca numero. xv. & ceſſauit epatus dies. xxxiii. ¶ Hic plures libros chriſtiane religionis ſcripſit: cõpoſuit enim librum hiſtorie ſcholaſtice: quem quidam itinerariũ uocant. Scripſit ex perſona romane eccleſie ad corinthios epiſtolam ualde memorabilem: & illi que ſub beati pauli apoſtoli nomine ad hebreos ſcribitur: ſtilo & ſenſibus ualde conformẽ. Fertur & alia ex eius nomine diſputationem petri & apionis continẽs:quã euſebius in. iii. eccleſiaſtice hiſtorie redarguit. Sed & tertiam eiuſdem clementis fuiſſe a nonnullis traditũ eſt. Scripſit. & alias duas epiſtolas que catholice nominat. Hec hierõymus libro de uiris illuſtribus. ¶ Leo epiſcopus oſtienſis tradit q tempore michaelis imperatoris conſtantinopolitani:quidam philippus ſacerdos cerſonam ueniens:de his que narratur in hiſtoria clementis de maris aperitione habitatores interrogauit:qui nihil de hoc ſcire profeſſi ſunt: eo q aduene pluſq indigene erãt. Siquidem miraculum illud iam dudum ob habitãtium culpam ceſſauerat: & obſcurſum barbarorum templum deſtructum fuerat & arca cum corpore marinis fluctibus obruta. Tũc aſſumpto epõ georgie ciuitatis: cũ clero & populo acceſſerunt ad inſulã:in qua putabant eſſe martyris corpus: ubi diuina reuelatione fodientes corpus inuenerunt: & ancoram cũ qua fuerat in mare proiectum. Quod cerſonam deportantes ibidem ſepelierunt. Tempore uero nicolai pape primi:corpus ipſum a ſancto cyrillo ſclauorum epiſcopo inde ſublatum:& romam delatum:atq in eccleſia eius nomini fabricata recondi/tum eſt:ubi requieſcit miraculis clarens.

¶ De ſcã Felicitate martyre. Cap. LXXXXIX.

FElicitas martyr rome ſub antonino principe paſſa eſt agente publio urbis prefecto. Hic fuit mater ſanctorum ſeptem fratrũ mrm:de qbus ſupra in eoꝝ paſſione dictũ eſt. vi. idus iulii. Quos oés una cum matre ad ſũggeſtionẽ pontificũ idoloꝝ antoninus iperator detẽtos.

& apprehendit cornu altaris.iii.q.ii. ℂ Tertio ut ibi/dem orationes exaudiāt.iii.q.viii. Quicunq; orauerit in loco iſto:tu exaudies eos ī loco habitaculi tui in ce/lo:& cū exaudieris propicius eris:unde in oratione di cit eccleſia. Quiſquis hoc tēplū benefi.peti.īgre.cūcta ſe īpetraſ.letet. Adoramus aūt in ipſis eccleſiis ad oriē tem. ℂ Primo ut patriā nr̄am nos requirere oſtenda/mus. Nā deus in oriēte paradiſum plantauit:ibiq; ho miné poſuit:trāſgreſſum uero ad occidentem eiecit. ℂ Secūdo ut ad ip̄m crucifixū reſpiciamus. Nā domi nus crucifixus ad occidentē reſpiciebat: & ita adora/mus ad ipſum reſpicientes. ℂ Tertio ut ueniēte iudi/cē expectare monſtremus. Nā aſſumptus ad oriētem ſurſum ferebaī:& ita ueniet ad iudicādū: ad occidēte aſpiciēs. Hec oīa damaſcenus:libro.iiii.ca.v. ℂ Quar to cōſecraī ut ibidem deo laudes ſoluanī: hoc aūt fit in.vii.horis canonicis inter alias priuilegiatis. Nam in nocte media qua matutinū celebratur: xp̄s natus eſt captus & illuſus a iudeis:& in hac hora īfernū ſpolia/uit. In media etiā nocte & ad iudiciū uenturus aſſeriī. Adduntur etiā matutinales laudes qa in mane egypti os ſubmerſit in mare:mūdum creauit: & reſurrexit. ℂ In hora prima xp̄s ad tēplū cōueniebat:pilato: pre/ſentatus fuit:& ſurgens mulieribus apparuit. In hora tertia a pilato ad colūnam flagellaī:morti adiudicaī: & ſpiritusſanctus in apoſtolos mittiī. ℂ In.vi.clauis in cruce cōfigiī:tenebre per totū mundū fiunt: & ſol obſcuraī:& in die aſcēſionis cum diſcipulis recūbens cōuerſaī. ℂ In nona xp̄s ſpiritum emiſit: miles latus eius aperuit cetus apoſtolor̄ ad orandū uenire cōſue uit:& xp̄s in celū aſcendit. ℂ In ueſpera: xp̄s in cena ſa cramentū ſui corporis inſtituit:pedes diſcipulor̄ la/uit:de cruce depoſitus fuit:diſcipulis in habitu pere/grini ſe oſtendit. ℂ In cōpletorio xp̄s ſanguineas gut/tas ſudauit:in monumēto poſitus qeuit: reſurgēs pa/cem diſcipulis:nūciauit. In his ergo horis predicta be neficia recolimus:& pro ipſis deo gratias reddimus. ℂ Quinto cōſecratur:ut ibidē ſacramēta miniſtrenī quor̄ quedam miniſtranī intrātibus ut baptiſmus: quedam exeūtibus ut extrema unctio: quedā cōmo/rantibus:& hor̄ quidam ſunt miniſtrātes:his datur ordo:quidā pugnātes:& hor̄ quidā ſuccūbūt:his da/tur penitētia:quidā iſiſtūt:& his cōfertur audacia ani mi ut roborenī:& hoc p cōfirmationē:cibus:ut ſub/ſtententur:& hoc p euchariſtie ſumptionē: fit remo/tio īpedimenti ne deiiciantur:& p hoc p matrimonii coniunctionē. ℂ Secūdo uidendum eſt qualiter cōſe/creī:& primo de altare ſecundo de ipſa eccleſia. ℂ Ad cōſecrationē aūt altaris qnq; cōcurrūt:primo quattu or cruces de aqua benedicta in q̄ttuor cornibus cōfi/guranī:ſecūdo ip̄m altare ſepties cū aqua cadē aſper/giī:tertio incēſum in ipſo cremaī:q̄rto chriſmate in/ungiī:quinto mūdis pānis operiī. Hec aūt repreſen/tant ea que debēt habere ad altare accedētes. Debent enim habere charitatē quadruplicē.ſ.ad deū: ad ſe ip/ſos:ad amicos:& ad inimicos:& hec ſignificāt q̄ttuor cruces q̄ttuor cornibus altaris facte.de his geñ.xxviii. Dilataberis ad orientē & occi.& ſeptē.& meridiē: uel per quattuor cruces oſtenditur q; xp̄s p crucē q̄ttuor mūdi ptes ſaluauit:uel ut oſtēdaī q; q̄ttuor modis de bemus crucē portare.ſ.in corde p meditationē:in ore p cōfeſſionē:in corpe per mortificationē:in facie p im preſſionē. ℂ Septem aūt aque aſperſiones ſunt.vii.ſan guinis xp̄i effuſiones:qua& prima fuit in circūciſiōe: ſecūda in oratione:tertia in corporis flagellatiōe:q̄rta in capitis coronatione:qnta in manuū p̄foratiōe: ſex/ta in pedum cruci affixiōe:ſeptima in lateris aptione. Circuitus át altaris ſignificat uigilātiā & curā quā de/bēt habere miniſtri altaris erga ſubditos ne īcidāt in .vii.uitia capitalia Cant. Inuenerunt me uigiles qui cu ſto.ciuitaté &c. ℂ Debēt etiā habere orationē feruēte deuotā:quod ſignificaī p cōcremationē thuris: Ha/bet enim thus uirtutē aſcēdendi ex fumi leuitate:con ſolidādi ex qualitate:cōſtringendi ex glutinitate: con fortādi ex aromatitate. Sic oro aſcēdit in dei memori am:animā cōſolidat q̄tum ad culpā p̄teritā impetran do medelā:cōſtringit q̄tum ad futurā impetrādo:cau telā:cōfortat:q̄tum ad p̄ſentē īpetrando tutelā. ℂ Vel poteſt dici:q; deuota oro p thus ſignificaī: qa habet ad deū aſcēdere. ps. Dirigatur oratio mea ſicut incen/ſum &c. apocal.viii. Data ſunt ei īcēſa multa:ut daret de orationibus ſanctor̄ &c. ℂ Debēt inſup habere ni toré cōſciētie:& odoré bone fame:quod ſignificatur p chriſmatis unctionē:quod cōficitur ex oleo & balſa mo. Oleū enim eſt nitor cōſcientie quā debēt habere purā. gal. Gloria noſtra hec eſt teſtimoniū cōſcientie noſtre. Balſamū eſt odor bone fame:quam debēt ha/bere clarā:prima timo.iii. Oportet ep̄m teſtimonium habere bonū:& ab his qui foris ſunt &c. ℂ Debēt pre terea habere mūditiā opationis ſancte:quod ſignifica tur p pannos albos & mūdos:qbus altare ueſtiī: Apo cal.iii. Veſtimētis albis induaris:ut nō appareat con/fuſio nuditatis tue. Bern. Modicū ualet accedēti ad al tare:ſi habet dignitaté ſummā & uitam īfimā. ℂ Se/cūdo uidendum eſt de eccleſia qualiter conſecreī: ad quod q̄ttuor cōcurrūt. ℂ Primo enim eps eccleſiam ter circuit:& qualibet uice ad ianuā ueniens baculo p cutit dicens: Tollite portas &c. ℂ Secūdo interius & exterius aqua benedicta eccleſiā aſpergit. ℂ Tertio in pauimēto crucem de cinere facit ex trāſuerſo angulo orientis uſq; ad angulū occidentis & ecōuerſo:& ibi/dē lris grecis & latinis alphabetū deſcribit. ℂ Quar/to in parietibus eccleſie.xii. cruces depingit:ante quas cereos.xii. accendit:& ipſas chriſmate inungit. ℂ Pri/mū ergo.ſ.triplex circuitus ſignificat triplicē circuitū qué fecit xp̄s ppter ipſius eccleſie ſanctificationē. Pri/mū quo de celo uenit in mūdū. Secundū quo de mū/do uenit ad limbum. Tertiū quo de limbo reſurgens aſcēdit ad celum. Primū fuit ad ſaluationem peccato rū. Secundū ad liberationē dānator̄. Tertium ad glo rificationē beator̄. ℂ Vel triplex circuitus fit ad oſtē/dendum q; eccleſia conſecraī ad honorem trinitatis. ℂ Vel ſignificat triplicē ſtatum ſaluandor̄ qui ſunt uirgines:cōtinentes:& coniugati:qui etiā deſignātur in diſpoſitione materialis eccleſie. Nam ſanctuarium ſignificat uirgines:chorus cōtinentes:corpus nubētes ſtrictius eſt ſanctuariū q̄ chorus:& chorus q̄ corpus: quia dignor eſt ordo uirginū q̄ cōtinentū:& continē/tum q̄ coniugator̄:ut dicit ricardus. ℂ Secūdū.ſ.tri/na ad hoſtium p̄cuſſio:ſignificat triplex ius:quod ha bet chriſtus in eccleſia. Eſt enim ſua creatione redem ptione & glorificatiōe:& hoc triplici iure ei debet ape riri:ut dicit anſelmus. ℂ Tertium.ſ.exclamatio Tolli te portas &c.ſignificat trinam eius potentiā.ſ.in celo:

in mundo:& in inferno. ¶ Secūdum.ſ. aque benedicte iterius & exterius aſpſio fit triplici de cauſa. ¶ Primum propter demonis expulſionem:ut dicit in exorciſmo aque. Fias aqua excorcizata ad effugandū inimicū &c. Fit aūt hec aqua:ex qua:uino:ſale:& cinere: qa quattuor maxime expellunt diabolum.ſ. lachrymaꝝ effuſio:que p aquā. Spiritualis exultatio: que p uinū. Matura diſcretio:que per ſalem. Et pfunda humiliatio:que p cinerem. ¶ Secūdo ꝓpter ipſius eccleſie expiationem. Omnia enim terrena ꝓpter peccatū ſunt corrupta:& ideo locus aſpergitur:ut ab immunditia purget unde in lege omnia pene aqua mūdabantur. ¶ Tertio ꝓpter remouendam maledictionem. Terra enim a principio cū omni fructu ſuo maledictionem accepit:aqua uero nulli maledictioni ſubiacuit. Hinc eſt:q; dominus comedit piſcē:ſed nunq; legit come/diſſe carnē niſi agni paſchalis ꝓpter preceptum legis. Tertiū.ſ. alphabeti deſcriptio:repreſentat primo coniunctionē utriuſq; populi:uidelicet gentilis & hebrei p crucem xp̄i factam. Vnde & illa crux ex tranſuerſo ducitur ab angelo orientis uſq; ad angulum occidentis:ad ſignificādū:q; populus dexter factus eſt ſiniſter: & qui erat in capite:factus eſt in cauda & econuerſo. ¶ Secundo repreſentat paginā utriuſq; teſtamēti per crucem xp̄i adimpleti:unde moriens ait cōſumatum eſt. Et crux ex trāſuerſo ducitur:quia unum teſtamētum in alio continetur:quia rota eſt in rota. ¶ Tertio repreſentat articulos fidei:quibus rudes & neophyti de utroq; populo erudiuntur:qui ſe cinerem & puluerem reputare debēt:iuxta illud geñ. xviii. Loquar ad dominū meum cū ſim puluis & cinis. ¶ Quartū.ſ. in .xii. locis crucis ipreſſio illuminatio & inunctio fit triplici ratione. Primo ꝓpter demonū terroré: q ide expulſi ſunt:ut uidentes ſignū crucis: illuc ingredi non p̄ſumant. ¶ Secūdo ꝓpter triūphalem oſtenſionem. Cruces enim ſunt uexilla xp̄i:ut oſtendat enim:q; locus ille domino xp̄i eſt ſubiugatus cruces depinguntur:ſicut quādo ciuitas aliqua ab imperatore capit:i/periale uexillū in ea erigit. ¶ Tertio ꝓpter apoſtoloꝝ repreſentationē. Nā. xii. luminaria ante cruces poſita ſignificant. xii. apoſtolos:qui p fidē crucifixi mundū illuminauerunt. Cruces aūt chriſmate ungunt: quoniam apoſtoli fidē paſſionis xp̄i ad cognitionē iflāma uerūt:& ad amorem unxerunt:uidelicet ad cōſciēt̄ie nitorē quod per oleū:& ad bone fame odorē: quod p balſamū. Tertio uidēdū eſt qualiter & per quos eccleſia ꝓphanetur. Sciendū:q; domū dei per tres legimus ꝓphanari.ſ. p hieroboam:per nabuzardan & p antiochum. Hieroboā ſicut legit. iii. ꝝ. xii. duos uitulos fecit ponens unū in dan & alteꝝ in bethel:que dicit domus dei.& hoc ꝓpter auaritiam fecit:ne.ſ. regnum ad roboā rediret. Nabuzardan ſicut legit. iiii. ꝝ. xxv. domum dei combuſſit. Nabuzardan princeps coquoꝝ ſignificat gulam & laſciuiam. Rex antiochus qui fuit ſuperbiſſimus & ambicioſus domū dei polluit: & cōtaminauit ſicut habet primo maccabeoꝝ. i. & ſignificat ipſam ſuperbiam. Ad denotandum q; per hec tria uitia clericorū domus dei.i. eccleſia prophanatur.ſ. p auaritiam gulam & ſuperbiam:primum cōmuniter uiget in religioſis:ſecundū in clericis:tertium in prelatis. ¶ Et ſicut per tres eccleſias fuit prophanata. Ita & per tres alios extitit dedicata.ſ. p moyſen. Salomonem & iudam maccabeum:per q; inſinuatur & dedicantes domū dei debent habere humilitatē q; in moyſe. Sapientiam & diſcretionem que in ſalomone uere fidei confeſſionem que in iuda maccabeo denotatur.

¶ De dedicatiōe eccleſie ſpiritualis. Cap. CXXII.

DEdicatio eccleſie ſiue templi ſpiritualis: quod ſumus nos:iuxta illud apoſtoli templum enim domini ſanctū eſt: quod eſtis uos. Et iterū. Neſcitis quia corpora ueſtra templum ſunt ſpiritus ſancti: ſub ſolennitate dedicationis materialis templi ab eccleſia celebratur. Nam ſicut ait auguſtinus. Quotieſcunq; altaris uel templi feſtiuitatē colimus:ſi fideliter & diligēter attēdimus: & ſancte ac iuſte uiuimus: qcqd in tēplis manufactis agit:totū in nobis ſpēali edificatiōe cōplet. Ipſa enim ſpiritualis eccleſia cōſtruit ex lapidibus uiuis: prima petri ſecūdo:Tāq; lapides uiui ſup edificamini &c. Ex lapidibus quadris. Nam quattuor latera lapidis ſpiritualis ſunt fides ſpes charitas & opatio:que eq̄lis ſunt quia ut dicit gregorius. Quantum credis tantum ſperas:quantum credis & ſperas tantum diligis & quantum credis ſperas & diligis tātum operaris. ¶ In hoc quidem templo altare eſt cor noſtrū:ſupra quod tria debent deo offerri:primum ignis dilectionis ꝓpetue: leui.undecimo:Ignis nunq; deficiet in altari:ſecūdum incēſum orationis odorifere:primo pab. vi. Aaron & filii eius adolebunt incenſum ſuper altare &c. Tertiū ſacrificium iuſtitie:quod ſacrificium cōſiſtit in oblationibus penitentie:in holocauſtis dilectionis pfecte: & in uitulos carnis mortificare pſalmiſta. Acceptabis ſacrificium iuſti.oblationes & holocauſta:& tunc imponent ſuper altare tutur uitulos. ¶ Templum autē ſpirituale:quod ſumus nos ad inſtar templi materialis conſecratur. ¶ Primo enim ſummus pōtifex chriſtus hoſtium cordis clauſum inueniens circuit: dum Peccatum oris cordis & operis ad memoriam eius reducit. De hoc triplici circuitu dicitur iſaie uigeſimotertio. Sume citharam:quo ad primnm circui ciuitatem ſcilicet cordis:quo ad ſecundum meretrix oblitioni tradita:quo ad tertiū. ¶ Secundo ipſum hoſtium cordis clauſum ter percutit ut ſibi aperiat. Percutit enim ipſum cor ictu benefici conſilii & flagelli: de qua triplici percuſſione dicitur prouer. primo. Extendi manum meam:quo ad primum:deſpexiſtis loquitur ad malos omne conſilium meum:quo ad ſecundum & increpationes meas neglexiſtis:quo ad tertiū. ¶ Vel ter percutit dum rationalem mouet ad peccati cognitionem:concupiſcibilem ad dolorem. Iraſcibilem ad uindictam & deteſtationem. ¶ Tertio ipſum templum ſpiritualiter aqua in eius & extra debet irrigari. Hec aūt trina irrigatio trina eſt lachrymaꝝ effuſio:mens enim uiri ſancti ut dicit gregorius:dolore afficitur conſiderādo ubi fuit:ubi erit:ubi eſt:& ubi nō eſt:ubi fuit īquit in peccato:ubi erit in iudicio ubi eſt in miſeria:& ubi nō eſt in gloria:huic aūt aque admiſcentur ſal uinum & cineres quia cum his lachrymis debet admiſceri uinum ſpiritualis exultatiōis:ſal mature diſcretionis:& cinis profunde humiliationis. Vel per uinum lymphatum intelligitur uerbum incarnatum:per ſalem ſanctitas eius uite:que eſt omnibus cō dimentum:per cinerem paſſionis eius ſuppliciū. His igitur debemus cor noſtrum aſpergere ſcilicet bene/

ficio incarnationis:per quod prouocemur ad humilitatem:exemplo eius conuerſationis per quod informetur ad ſanctitatem:& memoria eius paſſionis per quam incitemur ad charitatem.¶Quanto in hoc tẽplo cordis ſcribitur ſpirituale alphabetum ſiue ſpiritualis ſcriptura.Que quidem triplex eſt ſcilicet dictamina faciendorum:teſtimonia diuinorum beneficiorum:& accuſatio propriorum delictorum rogii.Cum enim gẽtes que legem non habent naturaliter ea que legis ſunt faciunt.huius legem non habentes:ipſi ſibi ſunt lex:qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis.Ecce primum teſtimonium reddente cõſcientia ipſorum.Ecce ſecundum & inter ſe cogitationũ accuſantium.Ecce tertium.¶Quinto debent pingi cruces.i.aſſumi penitentie aſperitates:que debent inũgi & illuminari:quia non ſolum ferende ſunt patienter ſed etiam libenter:quod per unctionẽ:& ardenter quod per ignẽ.Vnde Bern.Qui minatur timore crucem chriſti portat:qui amore portat patiẽter:qui proficit in ſpe portat libenter:ſed qui conſumũtur in carne amplectitur iam ardẽter.¶Qui igitur hec omnia habebit:uere templum ad honorem dei dedicatum erit:dignus plane in quo chriſtus in uia habitet p gratiam:ut tandem in eo in patria habitare dignetur per gloriam.Quod ipſe preſtare nobis dignetur: qui uiuit & regnat deus per omnia ſecula ſeculorum Amẽ.

¶Explicit liber decimus.

¶Prologus libri undecimi.

VNdecimus huius uoluminis liber cõtinet geſtorũ & paſſionũ ſanctorum differẽtias quattuor.¶Primo illorum ſanctorũ quorum dies feſtiui nobis fuerũt penitus ignoti:ſed neq; eorũ legende potuerunt in aliqua ſuperiorum librorũ parte cõmode collocari, Scripſimus enĩ fauente dño geſta ſanctorũ:quorũ feſta per anni circulum occurrunt.Quibus etiam addidimus quedã alia ſanctorũ quorundam:qui uel ex nominis equiuocatione:uel ex alia circa materiã dependentia:uel ex alia rationabili cauſa:potuerunt ceteris ſanctorum legendis coniungi ſicut preſentẽ legentibus catalogum patere poteſt.Reſtabant aũt alique legẽde:que nulla occaſione poterãt certis diebus ãni loquari:quas in hoc undecimo libro reſeruauimus deſcribendas.¶Secundo illoꝝ ſanctorũ geſta:que per obliuionẽ aliquã ſuis inſerenda locis fuerunt omiſſa:quod diffiteri nõ preſumo.Cui enĩ adeo preſtantis memorie occurrat:cuncta que legerit uel audierit per ſingula cordi reconderе ſuoq; recolenda tpe:facile in promptu ad uotũ habere.Neminẽ certe arbitror tali potiri priuilegio niſi ſpiritu prius fuerit afflatus diuino.¶Tertio illorum ſanctorum:quorũ geſta & paſſiones poſt ceptũ opus:mihi de nouo apparuiſſe contigiſſet:aut in poſterum mihi uel poſteris appareret:quod propter ſanctorum infinitatem & librorum numeroſitatem accidere: de facili ſatis eſſet.¶Quarto etiam illorũ ſanctoꝝ qui per futuroꝝ tempoꝝ ſucceſſiones ab eccleſia militante canonizandi:& in ſanctoꝝ numero conſcribendi forent:quod uſq; ad preſentis ſeculi finem credimus affuturꝝ.Cum non ſit abbreuiata manus domini:que & in terris hoĩes de nouo ſanctificare:& in celis multiplicare poteſt. Horum igiť etiam geſta preſenti cõferenda uolumini:non tam nobis q̃ poſteris reſeruamus.Qua de re nec ipſum opus noſtrum: certo fine concludimus:eo q; ſanctoꝝ infinitas uſq; ad ſeculi finem augenda:nec finem habet:nec numeꝝ.¶Ad feſta igitur que preſentialiter habemus exponenda ueniendum eſt. Et primo quidem librum eccleſiaſtice hiſtorie tranſcurrentes:quedam que ex ipſo circa ſanctos aliquos omiſſa fuerent recolamus.

¶Incipit liber undecimus.

¶De ſanctis duobus nepotibus 'chriſti ſecũdũ carnẽ confeſſoribus. Cap. I.

DVo nepotes domini ſaluatoris ſecũdũ carnem:ex linea collaterali uidelicet ex eius carnali genere nepotes:iđe:qui dicebatur frater domini:quoꝝ noĩa euſebius ſilentio tegit:tpe domitiani imperatoris ſub ſcđa xpianoꝝ pſecutiõe apud iudeã florebant.Cum autẽ domitianus iuſſiſſet perimi oẽs de genere dauid & ſtirpe regia deſcendẽtes hi duo delati ſunt duplici iuidia:uidelicet q; ex dauid genere:& ipſius xpi propinquitate nati eẽnt.Quos reuocatus quidã:qui in hoc miſſus fuerat: perduxit ad domitianũ.Nam & ipſe de aduentu xpi ſicut & alias herodes formidabat. Interrogati aũt ceſare ſi eẽnt ex familia dauid cõfitenť.Interrogati quãtis eſſent facultatibus uel poſſeſſionibus p̃diti.Rñdẽt: q; utriq; non amplius eſſet in bonis nouẽ milibus denariis.Ex quibus ſingulis pars media proportione debetur:nec hec ſibi in pecunia:ſed in eſtimatione terre ſubſiſterent: quã habebãt in trigintanouẽ ingeribus cõſtitutã:quã que ſuis manibus exculebant ad uictũ cõſequendũ:& tributũ perſoluendum.In cuius teſtimoniũ manus labore rigidas:& callis obduratas proferebant.Interrogati de chriſto:quale eſt regnum eius:uel quis ipe:aut unde:uel quãdo uẽturus.Reſpõdit:q; neq; huius mũdi regnũ:neq; huius terre ei deſignet iperiũ: ſed celeſte ei regnũ per angeloꝝ miniſteria in cõſumatiõe ſeculi preparetur:quando ſcilicet uenturus in gloria de uiuis ac mortuis iudicabit. Domitianus autẽ eũ neq; in eis quicq̃ criminis iueniret:& utilitatẽ eoꝝ ac uerba maxime contemneret:abire eos libere iubet.Illi uero dimiſſi uel martyrii merito:uel tante ꝓpinquitatis prerogatiua:pacis tẽpore duces eccleſie effecti uſq; ad traiani tempore permanſerunt.

¶De ſanctis romanis põtifibus & eorum ſucceſſione. Cap. II.

ROmani pontifices & eorum ſucceſſiones: ideo hic ponuntur: ut: que eccleſiaſtice hiſtorie libro reſtabant: hic recolligantur: & ipſius ordo libri p ſingula ſummarie tranſcurrat: quatenus ad quoſdam ſanctos epiſcopos romanos pontifices: qui in catalogo ſanctorum conſerti ſunt: & hactenus omiſſi fuerunt: perueniatur. Liber itaq; hiſtorie eccleſiaſtice romanos pontifices enumerat a beato petro apoſtolo uſq; ad ſyricium papā: qui ſucceſſit damaſo per ſucceſſiones ſanctoꝝ epiſcopoꝝ numero. xli. Sub quo ſyricio liber prefatus finem facit. Omnes autem pape: qui in dicto libro deſcribunt ſanctificati habent: aut in ordine martyꝝ aut confeſſorum: excepto liberio qui hereſis arriane labe maculatus ſanctoꝝ pontificū cetū fedauit: ſicut alter iudas apoſtoloꝝ collegium: & nicolaus ſacrum numeꝝ leuitaꝝ. ¶ Primus igitur in ſede romana beatus petrus apoſtolus pontificatum tenuit: & priuo quidem ſedit antiochie annis ſeptem: deinde cathedram epiſcopalem in urbe roma tenuit annis uigintiquinq; menſibus quinq; & diebus tredecim: de quo ſupra actum eſt in feſto cathedre ſancti petri. viii. cal. martii: & in feſto paſſionis ipſius. iii. cal. iulii. ¶ Secundus epiſcopus fuit linus de quo ſupra dictum eſt in eius paſſione. ix. calen. octobris. ¶ Tertius fuit cletus: de quo ſupra in eius paſſione ſexto calēdas martii. ¶ Quartus fuit clemens: de quo ſupra in eius paſſiōe nono cal. decēbris. ¶ Quintus fuit anacletus: de quo ſupra tertio idus iulii. ¶ Sextus fuit euariſtus: de quo ſupra ſeptimo cal. nouembris. ¶ Septimus fuit alexander: de quo ſupra quīto noī maii. ¶ Octauus ſixtus primus: de quo ſupra octauo idus aprilis. ¶ Nonus teleſporus: de quo ſupra noī. ianuarii. ¶ Decimus iginus: de quo ſupra quarto idus ianuarii. ¶ Vndecimus fuit pius: de quo ſupra quinto idus iulii. ¶ Duodecimus anicetus: de quo ſupra. xv. cal. maii. ¶ Tertiuſdecimus ſother: de quo ſupra. x. cal. maii. ¶ Quartuſdecimus eleutherius: de quo ſupra. vii. cal. iunii. ¶ Quintuſdecimus uictor: de quo ſupra quinto cal. auguſti. ¶ Sextuſdecimus zepherinus: de quo ſupra ſeptimo cal. ſeptēbris. ¶ Decimuſſeptimus calliſtus: de quo ſupra pridie idus octobris. ¶ Decimuſoctauus urbanus: de quo ſupra octauo cal. iunii. ¶ Decimuſnonus pontianus: de quo ſupra tredecimo calē. decēbris. ¶ Vigeſimus antherius fuit: de quo ſupra actū eſt noī ianuarii. ¶ Vigeſimuſprimus fabiāus: de quo ſupra. xiii. cal. februarii. ¶ Vigeſimuſſecūdus fuit cornelius: de quo ſupra decimoctauo cal. octobris. ¶ Vigeſimuſtertius luciꝰ: de quo ſupra q̄rto noī. martii. ¶ Vigeſimuſquartus ſtephanus: de quo ſupra quarto noī auguſti. ¶ Vigeſimuſquintus ſixtus ſecūdus: de quo ſupra octauo idus auguſti. ¶ Vigeſimuſſextus diōyſius: de quo ſupra. vii. calē. ianuarii. ¶ Vigeſimuſſeptimus felix primus: de quo ſupra tertio cal. iunnii. ¶ Vigeſimuſoctauus fuit marcus primus: de quo ſupra nonis octobr̄. Et hic ſolus de numero tantoꝝ pontificum: uidelicet tam ſupra poſitoꝝ q̄ infra ponendorum uſq; ad ſilueſtrū papam martyriū euaſit. ¶ Vigeſimuſnonus eutychianus: de quo ſupra ſexto idus decēbris. ¶ Trigeſimus caius: de quo ſupra decimo cal. maii. ¶ Trigeſimuſprimus marcellinus: de quo ſupra. vi. calen. maii. ¶ Trigeſimuſſecundus marcellus: de quo ſupra. xyii. calen. februarii. ¶ Trigeſimuſtertius euſebius: de quo ſupra. vi. cal. octobris. ¶ Trigeſimuſquartus melchiades: de quo ſupra quarto idus decembris. Omnes prefati pontifices excepto marco per martyriū aſſumpti fuerunt. ¶ Trigeſimuſquintus fuit ſilueſter primus inter epos cōfeſſores: de quo ſupra actū eſt pridie cal. ianuarii. ¶ Trigeſimuſſextus fuit marcus ſecūdus: de quo ſupra noī octob. ¶ Trigeſimuſſeptimus iulius: de quo ſupra idibus april. ¶ Trigeſimuſoctauus fuit liberius hereticus tpe cōſtantii imperatoris: qui prīo qdē dū nollet arriane hereſi cōſentire ab eodem auguſto in exiliū miſſus eſt: ubi ſtetit p ānos. iii. Sed demū conſentiēs hereſi predicte: ab eodē cōſtantio reuocat: & in epm cōfirmat: & felix qui in eius locum a clero & populo romāo cōſtitutus fuerat papa martyrio coronatur. ¶ Sicq; xxxix. eps fuit felix ſecundus martyr de quo actū ē. iiii. cal. auguſti. ¶ Quadrageſimus fuit damaſus papa & cōfeſſor: de quo ſupra actum eſt. iii. idus decembris. ¶ Quadrageſimuſprimus ſyricius ſub quo liber eccleſiaſtice hiſtorie finem facit. Et hūc omiſſum immediate infra ſupponemus.

¶ De ſcō Syricio papa. Cap. III.

SYricius papa natiōe romanus ex patre tyburtio damaſo pape in epiſcopatu romano ſucceſſit: & ſedit ānos. xv. meſes. xi. dies. xxv. Hic cōſtituit ut monachi fierēt clerici utilitatis cauſa uel ſumme neceſſitatis. Et ut nullus preſbyter miſſas celebraret niſi in ſacratis ab epo locis. Hic manicheos in urbe inuenit quos exilio dānauit. Et cōſtituit ut non pticiparent cū fidelibus communionē. Sed precepit ut ſiquis ex eadē ſecta rediret ad eccleſiā cōuerſus: nullatenus cōicaret: niſi tantū religioni monaſterii oībus diebus uite ſue obnoxius teneret ieiuniis & oratiōibus maceratus: & pbatus ſub omni examīe uſq; ad ultimū diē trāſitus ſui: & ſic uiaticū recipiat. Hic quoq; ſynodū celebrauit apud conſtātinopolī. cccl. epo. Et poſtq̄ ſedē apoſtolicā feliciter gubernaſſet: dormiuit cū pribus ſuis. Et ſepultus ē ad ſanctū petrū plenus ſcītate. Et ceſſauit epatus dies. xx.

¶ De ſcō Zozimo papa. Cap. IIII.

ZOzimas papa natiōe grecus ex pre abramio inocētio pape primo in pōtificatu romano ſucceſſit. Seditq; ānos. ii. meſes. viii. dies. xxv. Hic multa ſanctitate polluit: & pauperꝝ largus beneficus extitit. Hic cōſtituit ut ſeruus nullomodo clericus fieret. Et in ſabbato ſcō cereū in oībus titulis urbis benedīci pcepit. Et oēs clericos uinū in publico uēdere prohibuit. Et hic plenus ſanctitate in pace quieuit. Et ſepultus eſt in uia tyburtina iuxta corpus beati laurentii martyris. Et ceſſauit epatus dies. xi.

¶ De ſcō Simplicio papa. Cap. V.

SImplicius papa natione tyburtinus ex patre caſtino hilario pontifici in epatu romano ſucceſſit: & ſedit annos. xv. meſem. i. dies. vii. Hic uir beatiſſimus dedicauit eccleſiā ſancti ſtephani iuxta baſilicā ſancti laurētii. & baſilicā ſancte ſabine mr̄is: ubi corpus eius requieſcit: cū .4.26. ſanctoꝝ corporibus. Hic. xxviii. p̄ſbyteros p titulos in urbe roma cōſtituit: ꝓpter penitentes & baptiſma. Et ut. vii. epi. p hebdomadas ad eccleſias patriarchales ſiue ad earum regiones manerent. Et fecit. v. regiones p̄ſbyteris urbis diuidēdas. Primā regionē ad

ſanctū ioánem lateranéſem. Secúndā ad ſanctū petrū. Tertiam ad ſanctū Paulum. Quartā ad ſanctum laurentiū extra muros. Quintā ad ſanctam mariā maiorem. Cōſtituit quoq; ut nullus clericus inueſtituram a laico recipiat. ¶ Sub huius ẽpatu uenit relatio de grecia p epiſtolā ab acacio cōſtātinopolitāo ẽpo: ſimulq; & atimotheo catholico: & affirmauit petrū alexādrie urbis ẽpm eſſe eutychianū hereticū: plurima de eo crimina affirmās. Quo audito ſimplicius dānauit petrū ita tamē ut penitētie ſeruaret tps. Et poſt hec ſanctus ẽps qeuit in domino: & ſepultus eſt iuxta corpus beati petri apoſtoli ī uaticāo. Et ceſſauit ẽpatus dies ſeptē.

¶ De ſanctis Alexandrinis epiſcopis & eorum ſucceſſione. Cap. VI.

ALexandrini ẽpi quoꝝ ſucceſſiones in eccleſiaſtice hiſtorie libro deſcribunt: & qui in ſanctoꝝ catalogo connumerant: fuerunt numero. xxiii. uidelicet a beato marco euāgeliſta uſq; ad theophilū: uidelicet a prima ipius eccleſie fundatione: uſq; ad tēpora archadii & honorii auguſtoꝝ. ¶ Quoꝝ pōtificū: primus ipſius eccleſie fundator fuit beatus marcus apoſtolus & euangeliſta: de quo in ſecundo libro eccleſiaſtice hiſtorie habet: & de quo ſupra in eius paſſiōe dictū ẽ. vii. cal. maii. ¶ Secūdus fuit ſcūs anianus p̄fati marci diſcipulus: de quo ſupra dictum eſt. iiii. noū octobris: qui tenuit ipam ſedē per annos. xxii. ¶ Tertius fuit abilus de quo ſupra dictū eſt. viii. cal. martii: qui ſedit ī ipſa ſede annis. xiii. ¶ Quartus ſucceſſit cerdo de quo habet. iiii. libro eccleſiaſtice hiſtorie cap. i. & hic ibidē ſedit annos. xvii. ¶ Quintus fuit primus de quo eodē libro cap. iiii. & hic ſedit in ipſa ſede annos. xii. ¶ Sextus fuit iuſtus: de quo eodē libro ca. v. & hic annos. xi. ſedit. ¶ Septimus ſucceſſit eumenides: de quo prefato libro cap. xi. qui & ſedit ibidem annos. xiii. ¶ Octauus fuit marcus de quo eodē libro & capitulo: q & ſedit annos. x. ¶ Nonus fuit celadion: de quo eodem libro capitulo. xix. q & ſedit ānos. xiiii. ¶ Decimus fuit agrippinus de quo eccleſiaſtice hiſtorie libro. v. capitulo nono & hic ſedit annos. xii. ¶ Vndecimus ſucceſſit iulianus: de quo eodē libro capitulo. xxii. qui ſedit p annos decē. ¶ Duodecimus fuit demetrius de quo libro. vi. cap. xix. qui & ſedit ānos. xliii. ¶ Tredecimus fuit heraclas: de quo habetur eodem libro capitulo. xxii. q̄ fuit unus ex diſcipulis origenis probatiſſimus: cui & preceptor eius ex alexandria profugus: ueniens ceſaream auditoriū ſuum reliquerat. Et cum hic apud ceſaream moraretur: innumeri ad eum nō ſolum regionis ipſius uiri: ſed ex puinciis pcul poſitis cōcurrebāt: & relicta p̄ria: ac parentibus ſequebant eū tāq; deū docētē. Et hic in ipſa eccleſia p̄fuit annos ſex. ¶ Decimuſquartus huic ſucceſſit dionyſius: de quo lib. vi. eccleſiaſtice hiſtorie multa cōſcribunt: & de hoc ſupra actum eſt in geſtis eius. xv. cal. decēbr. Hicq; ſedit annos. xvii. ¶ In ſequētibus uero eccleſiaſtice hiſtorie libris addunt: & alii. viii. pontifices alexandrini. ¶ Ex his aūt quintuſdecimus in ordine fuit maximus: qui ſedit annos. xiii. de quo ſupra. vi. cal. iunii. ¶ Sextuſdecimus theonas: qui ſedit annos. xix. de quo ſupra. x. cal. ſeptembr. ¶ Decimuſſeptimus petrus: de quo ſupra ī eius paſſiōe actū eſt. vi. cal. decēbris: q ſedit annos. xii. ¶ Decimuſoctauus achillas: de quo ſupra in eius legenda. vii. idus nouēbris: qui ſedit annos. ix. ¶ Decimuſnonus alexander: de quo ſimiliter ſupra in geſtis eiuſdē. iiii. cal. martii: q ſedit annos. vii. ¶ Vigeſimus athanaſius doctor inſignis: qui ſedit annos. xlvi. de quo ſupra actū eſt in geſtis eius. vi. noū. maii. ¶ Vigeſimuſprimus petrus ſecūdus: qui licet martyr nō fuerit: de ſede tamen eiectus eſt ad tēpus p quendā luciū hereticū: qui alexandrinā eccleſiam inuaſit. ¶ Vigeſimuſſecundus huic ſucceſſit timotheus: ſub quo liber prefatus eccleſiaſtice hiſtorie concludit. Omnes aūt prenominati glorioſi pontifices in ſanctoꝝ numero collocantur.

¶ De ſanctis Antiochenis epiſcopis & eorum ſucceſſione. Cap. VII.

ANtiocheni ẽpi: quoꝝ ſucceſſiones & tēpora in eodē eccleſiaſtice hiſtorie lib. cōferta ſunt: & qui in ſanctoꝝ catalogo ponunt: ſunt numero. xxiiii. uidelicet a beato petro apoſtolo: q primus antiochie ſedit uſq; ad ẽpm flauianū: q floruit tpe: quo dictus liber cōcluſiōis ſuoꝝ tēpoꝝ finem accepit. ¶ Hoꝝ aūt pontificum primus fuit beatus apoſtolus petrus: qui primā eius eccleſie antiochene cathedrā accipiens: ibidē ſedit annos. vii. ſicut dictū eſt ſupra in cathedra ſancti petri. viii. calen. martii. ¶ Secundus fuit zacheus: cui idem apoſtolorum princeps antiochia diſcedens: eandem eccleſiam cōmendauit: ſicut habet in itinerario beati clemētis: & de hoc ſupra dictū eſt. x. cal. ſeptembris. Hic autem ẽps in libro eccleſiaſtice hiſtorie nō ponit: forte ex eo quia non uere ſucceſſor petri: ſed quaſi eius uicarius fuerit: cum ut dictū eſt: ei petrus dictā eccleſiā cōmendauit: & modico tempore ibidem preſidens forte ante petrū occubuit. ¶ Tertius fuit enodius epiſcopus & martyr: de quo ſupra in eius paſſione actum eſt pridie noū maii. ¶ Quartus fuit ignatius ẽps & martyr: de quo etiā actū eſt ī eius paſſiōe cal. februarii. ¶ Quītus fuit hero ẽps & martyr: & de hoc ſupra actum eſt. xvi. cal. nouembris: de his habetur in tertio eccleſiaſtice hiſtorie libro. ¶ Sextus ſucceſſit cornelius. ¶ Septimus fuit hero ſecundus. ¶ Octauus theophilus: q ſextus poſt apoſtolus deſcribitur occaſione memorata. Et de hoc ſupra actum eſt tertio idus octobris. Et de his habetur mentio eccleſiaſtice hiſtorie libro. iiii. ¶ Nonus ſucceſſit maximus. ¶ Decimus ſerapion: & de his duobus in libro quito. ¶ Vndecimus fuit aſclepiades: de quo ſupra. xv. cal. nouembris. ¶ Duodecimus philetus. ¶ Tredecius aūt fuit zebenus. ¶ Quartuſdecimus babilas martyr: de quo ſupra actū eſt in eius paſſiōe. ix. cal. februarii. Et de his in libro. vi. eccleſiaſtice hiſtorie tractatur. ¶ Decimuſquintus his ſucceſſit ſabianus: & de hoc etiam in prefato lib. mentio habetur. ¶ Decimuſſextus autem fuit demetrianus. ¶ Decimuſſeptimus fuit dōnus. ¶ Decimuſoctauus ſucceſſit timeus. ¶ Decimuſnonus quirilus. ¶ Vigeſimus aūt fuit dorotheus: uir eruditiſſimus & in ſcripturis diuinis ſatis intentus: qui pro multra diligentia etiam hebraicam linguam didicerat. Greca autem eruditione liberali a puero fuerat inſtitutus. Is eunuchus a natiuitate fuit: quē diocletianus imperator in admiratione & ueneratione habebat: & ei contulerat prepoſituram. Cuius & euſebius ceſariēſis eccleſie cōſcriptor hiſtorie auditor fuit: ut de ſe ipſo tradit. ¶ Vigeſimuſprimus huic ſucceſſit tyrannus: ſub quo ec/

cleſiaꝝ perſecutio increuit. De his agitur eccleſiaſtice hiſtorie libro. vii. ¶ Vigeſimuſ ſecundus fuit eudoxius. ¶ Vigeſimus tertius autem ſucceſſit meletius: de quo ſupra dictum eſt pridie noñ decembris. Et de his duobus habetur in. x. eccleſiaſtice hiſtorie libro. ¶ Vigeſimuſ quartus aũt & ultimus cõſcribit flauianus in ipſius hiſtorie libro. xi. Quo tpe liber ipſe: ut dictum eſt finem facit: & ſue narrationis concluſionẽ.

¶ De ſanctis hieroſolymitanis epiſcopis & eorũ ſucceſſione. Cap. VIII.

Hieroſolymitani epiſcopi & eoꝝ ſucceſſiones ac tempora in eodẽ libro eccleſiaſtice hiſtorie ordine texuntur: qui & ſanctoꝝ numero cõſcribuntur. Et hi a beato iacobo apoſtolo uſq; ad tẽpus: quo ſue hiſtorie liber ipſe finẽ facit. xxxiii. numero colliguntur. Ex his aũt. xv. priores fuerũt ex hebreoꝝ populo põtifices cõſtituti: priuſq; aliquis ex gẽtibus ad epatũ ipſius eccleſie aſſumeret: q oẽs in ipſius eccleſiaſtice hiſtorie libro. iiii. ex ordine ponunt. Et de his mẽtio habita eſt ſupra in geſtis zachei epi hieroſolymitani. x. cal. ſeptẽ. ¶ Primus quorũ fuit iacobus frater domini: de quo ſupra actũ eſt in eius paſſione cal. maii. ¶ Secundus fuit ſymeon & de hoc ſupra dictũ eſt. xii. cal. martii. ¶ Tertius fuit iuſtus. ¶ Quartus ſucceſſit prenomĩatus zacheus de quo ſupra. ¶ Quintus uero fuit tobias. ¶ Sextus beniamin. ¶ Septimus ioannes. ¶ Octauus matthias. ¶ Nonus philippus. ¶ Decimus ſeneca. ¶ Vndecimus uero ſucceſſit iuſtus ſecundus. ¶ Duodecimus leuius. ¶ Tredecimus effrem. ¶ Quartodecimus ioſeph. ¶ Quintodecimus & finis horũ iudas. ¶ Poſt iſtos aũt cepit ex gẽtibus in ibi eccleſia cõgregari: ſub helio hadriano iperatore. Et primus qdẽ ex gentibus ipſius eccleſie ſacerdotiũ ſuſcepit. Marcus martyr ſimul & epſ de quo ſupra in eius paſſiõe actũ eſt. xi. cal. nouẽbris. ¶ Secundus uero ſuſceſſit aſianus. ¶ Tertius publius. ¶ Quartus aũt maximus. ¶ Quintus uero fuit iulianus. ¶ Sextus caius. ¶ Septimus iulianus ſecũdus. ¶ Octauus capithon. ¶ Nonus ualẽs. ¶ Decimus uolitianus. ¶ Vndecimus ſucceſſit narciſſus. De quo ſupra actum eſt in geſtis eius. iiii. cal. nouembris: hi oẽs prefate hiſtorie eccleſiaſtice libro. v. ſucceſſiue ponunt. ¶ Duodecimus his ſucceſſit alexander olim epſ cappadocie de quo in eius legenda ſupra. xv. cal. aprilis. Et hic martyrio coronatus eſt: ut de eo habetur eccleſiaſtice hiſtorie libro. vi. ¶ Tredecimus ſucceſſit mazabanes & de hoc eodẽ libro. vi. ¶ Quartodecimus fuit hymeneus. ¶ Quintodecimus zabdas: & de his libro. vii. mẽtio fit. ¶ Decimuſ ſeptimus ſucceſſit cyrillus: de quo ſupra. iiii. cal. februarii. ¶ Decimuſ octauus aũt & ultimus ioannes: de quibus duobus in libro. xi. mentio habetur. Et cum hoꝝ ultimo liber ipſe terminatur.

¶ De ſcis Ceſaree paleſtine epis. Cap. IX.

Ceſarenſes epi illius uidelicet ceſaree q̃ eſt in paleſtina: qui in prefato eccleſiaſtice hiſtorie libro ſancti ponunt: & ſucceſſiue ſibi cõnumerant fuerunt quattuor. ¶ Primus quoꝝ eſt theotiſtus: de quo habetur libro. vi. q auditor fuit origenis: & una cum ſancto alexãdro hieroſolyme epo: omne pene uite ſue tẽpus ad audiendũ ipm mancipabãt: atq; ipſi ſoli diuinis ſcripturis & eccleſiaſtica doctrĩa ſumma magiſterii cõcedebãt. ¶ Secundus fuit domus: qui poſt breue tẽpus defunctus eſt. Tertius theotignus qui etiã origenis auditor fuerat. Et de his duobus fit mẽtio libr. vii. capitulo. xviii. ¶ Quartus ſucceſſit agapius: qui multo labore: multaq; diligentia in gubernatione populi adhibita: & pcipue ergue indigentes paterna prouidẽtia ferebatur. A quo & uir p oĩa prudẽtiſſimus uita eruditõe & moribus adornatus: pãphilus ipis eccleſie pſbyter ſurrogatus e: ut habet lib. vii. eccleſiaſtice hiſtorie. ca. xxviii.

¶ De ſcis Laodicie epis. Cap. X.

Laodicienſes ſancti epi: qui ſanctoꝝ numero cõſcribunt in pmiſſo libro. v. nomina tim explicant. ¶ Primus quoꝝ fuit ſocrates. ¶ Secũdus euſebius alexãdrinus genere: qui in cã pauli ſamoſateni ad ptes ſyrie cũ ueniſſet: q eẽt in ſcripturis diuinis eruditus a fratribus ſtudioſis uelut theſaurus qdã reptus ultra nuſq; abire pmiſſus eſt: ſicut dionyſius in epiſtolis ſuis ſcribit. ¶ Tertius huic ſucceſſit anatolius: de quo ſupra actũ e in eius feſto. vi. idus martii. De his agitur libro. vii. cap. xxvii. ¶ Quartus fuit epſ. ¶ Quintus auté ſucceſſit ſtephanus qui nõ fuit ſanctus. Nã de eo habetur: q licet eruditione & eloquẽtia prioribus nõ iferior fuerit: ſed fidei uirtute lõge diſſimilis: ſicut pſecutiõis ignis pbauit. Nihil enim philoſophie in neceſſitate tentationis oſtẽdit. ¶ Sextus aũt & ultimus qui & ſanctus noiat theodotus uir nõ ſolum uerbis ſed rebus & uirtutibus ornatus. Hic arte quidẽ medicus fuit. Sed & aiaꝝ a domino tranſlatus eſt in medicinã: uere incõparabilis: qui ſuper omnes pene homines fide miſericordia ſtudio uigilantia atq; omnibus optimis inſtitutionibus claruit. In ſcripturis quoq; diuinis laborem q̃plurimum geſſit. Hic in pace quieuit. iiii. noñ. nouẽbris. Hec prefato libro ſeptimo cap. xxviii.

¶ De ſancto modeſto cõfeſſore. Cap. XI.

Modeſtus cõfeſſor uita & doctrina apud antiochiã claruit tempore marci antonii imperatoris. Qui in diuinis ſcripturis nõ mediocriter eruditus magnificentius ceteris aduerſus martionẽ hereticũ: oẽs ipſius decẽptiões & fallacias: retecto quo uelabant nequitie tegmine denudauit: & apud ipſam urbem in pace quieuit. Sub ſe uero principe humanitatis debitum ſoluens. De hoc eccleſiaſtice hiſtorie libro quarto cap. xxv.

¶ De ſcõ Muſano pſbro & cõfeſſore. Cap. XII.

Muſanus preſbyter & cõfeſſor apud alexãdriã eodẽ tempore claruit. Cuius apoſtolice fidei & ſane doctrine moniméta ad euſebiũ ceſarienſem puenille dicunt. Eius etiã fertur libellus multa elegãtia ſcriptus ad quoſdã fratres: qui declinauerãt ad hereſim: que dicit eucrati caꝝ: tũc nuper exortam. Cuius auctorem fuiſſe tacitũ ſermo aſſerit. Hic aũt ſanctus confeſſor apud alexandriã in pace quieuit. De hoc habetur eccleſiaſtice hiſtorie: libro quarto cap. xxi. & xxviii.

¶ De ſcõ Pagato & ſociis mribus. Cap. XIII.

Pagatus martyr cum ſociis ſuis & quodã chriſtiano noĩe uectio apud lugdunum ciuitatem gallie paſſi ſunt ſub perſecutione antonini imperatoris. Cum enim exacclamationibus uulgi preſes in xpianos nimia crudeli-

tate deſeuiret. Pagatus martyr cuius uita ab adoleſcē tia fuerat exanimata & probata ex perfecta charitate quā deū cuſtodiebat & ꝓximū: cū tā crudelia ſuppli/cia ſeruis dei uidiſſet iferri: popoſcit ſe pro ciuibus ſu/is audiri: qbus nihil impietatis cōmiſſum ꝓbari pote rat. Erat enī nobiliſſimus iter ſuos & eruditiſſimus. Veꝝ eius defenſionē iudex nō recipiens: inquiſiuit tā tū ſi eēt xp̄ianus: qui cum ſe xp̄ianū clara & libera uo/ce ꝓfeſſus eſſet. Iuſſit illū tanq̄ xp̄ianoꝝ aduocatū uin ctoꝝ numero ſociari. Dū aūt defenſionē libertatis: q̄ in nr̄a religiōe cōſiſtit: exequit̄ dominicū ſecutus exē plum aīam ſuā pro ouibus ſuis poſuit & amicis: & cū uectio quodā ciuitatis eiuſdem nobile glorioſo mar/tyrio coronat'. Quibus optimis & fideliſſimis duci/bus uſus oīs reliquus ſanctoꝝ eiuſdem urbis chorus prompti & alacres aīas ſuas pro fidei libertate poſue/runt. Hec ex libro quinto capitulo primo.

¶ De ſcō Alcippiade martyre. Cap. XIIII.

ALcippiades martyr apud lugdunum gal/liaꝝ oppidū paſſus eſt ſub ꝓſecutione iam dicta: de quo habet' eccleſiaſtice hiſtorie li bro. v. c. iii. q; dū eſſet in numero eoꝝ qui pro xp̄i uincti tenebant': uitā ſatis arduam gerebat: ni hil cibi uolens accipe: ſed tantū ſale & pane cum aqua utebatur. Cūq; talē uite rigorem uellet etiā in carce/re poſitus obtinere. Attalo martyri in carcere etiā po ſito diuinitus reuelat': quia non recte faceret alcippia/des creaturis dei non uti: & aliis formam ſcandali de/relinquere. Quibus ille cognitis cepit oīa cum gratia/rum actione ꝓcipere. Et hic demū pro cōfeſſione noīs xp̄i in uinculis poſitus uitam martyrio cōſumauit.

¶ De ſcō Apollonio cōfeſſore. Cap. XV.

APollonius confeſſor & eccleſiaſticus ſcri/ptor tēpore cōmodi imperatoris claruit apud alexandriā. De quo ferē eccleſiaſtice hiſtorie libro. v. cap. xviii. q; aduerſus cata/phrygas libellū edidit: in quo ſatis uigilāter ꝓphetias ipſoꝝ falſas eſſe cōuicit: & ſingula in eius uerba coar/guit: ſimul & uitā moreſq; eoꝝ: q auctores huius he/reſeos extiterūt. Ex qbus oībus & aliis q̄ plurimis ue/hemēter ſupra dicta hereſis cōfutat'. Et hic uite ſancti tate nō īfimus in pace apud eandē urbem quieuit.

¶ De ſcō Polycrate ep̄o. Cap. XVI.

POlycrates ep̄s apud epheſum claruit tem pore cōmodi imperatoris antedicti. Qui nobilis ep̄s ipſius ciuitatis uita & doctrīa cōſpicuus una cū bacchilo corinthiorum epiſcopo: de quo infra dicet' ab euſebio in. v. libro. ca. xxii. plurimū cōmendat'. Hic ex perſona oīum ep̄oꝝ aſie de paſcha celebrando beati ioannis & ueteꝝ fre/tus auctoritatibus ad uictorem romanū pontificē ſy nodicam ſcripſit epiſtolam. Et hic inter ſanctos illius tēporis ep̄os preclarus epheſiorum ſedi feliciter pre/fuit: gregem quoq; domini uerbis & exemplis impin guauit. Sepultus apud eandem ciuitatem.

¶ De ſcō Heraclito cōfeſſore. Cap. XVII.

HEraclitus confeſſor & eccleſiaſticus ſcri/ptor claruit tempore ſeueri imperatoris: de quo euſebius. v. libro cap. xxvii. dicit q; inter alia eius ſapientie opuſcula in apoſto lo paulo commentarios edidit. Et in ſanctitate uite in pace quieuit.

¶ De ſcō Maximo cōfeſſore. Cap. XVIII.

MAximus cōfeſſor & eccleſiaſticus ſcriptor claruit tēpore prefati ſeueri principis: qui uirtutibus & ſapientia nō minimus de fa moſiſſima illa oīum hereticorum diſſeru it queſtione: qua ſemper īquiritur: unde ſint mala uel unde malitia. Et q; materia facta ſit & non infecta. Et hic ſanctus in xp̄o cum pace dormiuit: de quo & euſe bius premiſſis libro & capitulo ſcribit.

¶ De ſcō Candido cōfeſſore. Cap. XIX.

CAndidus cōfeſſor & eccleſiaſticus ſcriptor eodē quo ſupra dicti imperatoris tpe flo/ruit: de quo & antedictus euſebius eodē libro capitulo. xxvii. mentionem facit: qđ in hexamerō. i. principio geneſis ſcripſit. Et operibus perfectis effulgens cum pace dormiuit.

¶ De ſcō Apio cōfeſſore. Cap. XX.

APius cōfeſſor & ſimiliter eccleſiaſticus ſcri ptor tempore eiuſdem ſeueri auguſti flo/ruit. Et hic ſapientia & ſacroꝝ librorum intelligentia inſignis in apoſtolum paulū & in geneſim libros nobile commentum exarauit: ut habetur eccleſiaſtice hiſtorie libro. v. cap. xxvii. predi/ctis. Et hic ī fidei cōfeſſione clarus humanitatis debi/tum uirtutibus pollens exoluit.

¶ De ſcō Sexto cōfeſſore. Cap. XXI.

SExtus confeſſor & eccleſiaſticus ſcriptor: de quo & antefatus auctor ꝑmiſſis libro & capitulo loquitur: claruit eodem tem/pore ſeueri imperatoris. Hic de reſurre/ctione tam chriſti q̄ mortuorum generali luculenter diſſeruit. Aliaq; nō nulla opuſcula edididit: & ſanctis fulgens operibus in chriſto requieuit.

¶ De ſcō Arabiano cōfeſſore. Cap. XXII.

RAbiāus cōfeſſor & eccleſiaſticus ſcriptor eodē antedicti ſeueri principis tpe floruit. Hūc & ex uite ſanctite & doctrina precla/ra euſebius eodē quo ſupra libro & ca. in/ter ſanctos eius tpis connumerādo ponit. Hic enim in ſuis libellis plurimas exortas in diebus ſuis hereti/corum inſidias: confutans: fidem rectam & apoſtoli/cam monumentis ſuorum mandauit uoluminum. Et hic in pace diem clauſit extremum.

¶ De ſcō Leonide martyre. Cap. XXIII.

LEonides martyr apud alexādriā paſſus eſt ſub ſeueri īperatoris ꝓſecutiōe. Hic pater fuit origenis famoſi doctoris & eccleſiaſti ci ſcriptoris. Qui tētus a ꝓſecutoribus & in carceré truſus ē. Cui origenes de domo adhuc ado leſcens annoꝝ. xvii. epiſtolā exhortatoriā ſcripſit: ip/ſum ad fidei cōſtantiā & paſſionis tolerantiam exhor tans. Cūq; diis gentiliū immolare nō acquieſceret: & xp̄m negare renueret: pro martyrio xp̄i capite plexus eſt. Alexandrieq; a chriſtianis tumulatus iacet. Hec ec cleſiaſtice hiſtorie libro ſexto cap. ii.

¶ De ſcā Mámea regina & mr̄e. Cap. XXIIII.

MAmmea regina mater fuit īperatoris ale/xādri. Cuius tempore origenes in eccleſia dei ſapientia & eloquentia ac uita floruit. Hec ut de ea ſcribit̄ libro. vi. ca. xvi. de ra/ris religioſa femina: cum de origene fama magnifica ubiq; & celebris haberet'. Ita ut nec principium quidē

lateret aures: miſſis militaribus uiris antiochiam: ubi ꝑ idē tēpus ipſa regina degebat: cum omni honore & ſupplicatione ad ſe famulū dei orat uenire: ut ſacrarū litterarꝝ & fidei ab eo ꝑciperet documenta. A quo & ipſa catholice religionis & diuini uerbi moniméta ſuſcepti: & baptiſmi xp̄iani latēter ſacramentū excepit. Ob quod ab īperatore alexādro filio ſuo xp̄iani noīs ꝓſecutore īterfecta eſt & martyr domini conſecrata.

¶ De ſcō Firmiliano epō & cōfeſſore. Cap. XXV.

FIrmilianus ep̄s apud ceſaream cappadocie claruit tēporibus alexādri īperatoris. Hic eiuſdē urbis epiſcopus fuit & origenis auditor. Tantūq; ueneratiōis erga ip̄m p̄ceptoré ſuum habuit: ut indeſinenter ſcientie & doctrinis eius gr̄a: eū cōſtringeret ſecum morari. Sed & ipſe derelicta eccleſia ad eum properabat: & utebat᷑ religioſa quadā uiciſſitudine: dum ip̄m modo ad inſtructiōné eccleſie ſue illū euocaret: modo ipſe ſui ꝓfectus gr̄a ad eū ꝑgeret: & docēti ei iugiter diebus ac noctibus aſſiſteret. Hic ad antiochie plebē gratā ſcripſit epiſtolā cōtra paulū preſbyterꝝ famoſatenū tūc nuper in concilio antiochēſi de hereſi dānatū. Proceſſu uero tēporis ipſe beatus ep̄s cū occaſiōe dicte hereſis penitus extirpāde ueniret antiochiā: dū eēt apud tarſum in pace ceuit: cuius corpus ceſareā tranſlatū ibidē ſepultū eſt. Hec euſebius libro. vi. cap. xix. & libro. vii. cap. xxvi.

¶ De ſanctis Theodoro & Anthinodoro epiſcopis. Cap. XXVI.

THeodorus & Anthinodorus ep̄i fratres germani apud pōti ꝓuinciā claruerunt tēporibus maximini īperatoris. De qbus tradit euſebius libro. vi. cap. xxii. q̄ maior horū natu theodorus uir famoſiſſimus fuit: qui in ep̄is apud pontū gregorius noīatur: fide & uirtutibus atq; ſcīa p̄ oīa apoſtolicus. Sed eius fratrer anthinodorus: quos origenes de auditorio rhetoris retractos: ſtudia cōium litterarꝝ in diuinā ſuaſit philoſophiā cōmutare. Quiq; apud eū p̄ quinquēniū uerbo dei operā dantes: in tantū profectū diuine eruditionis atq; ſcīe puerūt: tātūq; uite merito & cultu enituerūt: ut ab his ſcholis eius immatura adhuc etate: ad ep̄atus prouincie ponti ſacerdotium uterq; raperetur. Qui & ambo ibidem in chriſto quieſcunt.

¶ De ſcō Syro martyre. Cap. XXVII.

SYrus martyr apud alexādriā paſſus ē ſub decii ceſaris ꝓſecutiōe. Hic cū res cuiuſdā potētis ſub mercede procuraret. Iubeꝫ ab eo idolis īmolare. Recuſans cogitur iniuriis. Perſiſtens rurſum mulcetur blanditiis. Cum uero utrunq; contemneret: preacuta ſude ualidiſſime tranſuerberatus: & per media uiſcera neci traditur: & martyrio coronat᷑. Hec euſebius libro. vi. cap. xxxi.

¶ De ſcō Cheramone epō & mr̄e. Cap. XXVIII.

CHeramon martyr & ep̄s uenerandus ſenex apud alexandriam fuit. Hic pontifex urbis egypti fuit que dicit᷑ nicopolis. Qui tempore deciane perſecutiōis: cum ad arabicum montem una cum grandeua coniuge diſceſſiſſet nulli ultra apparuit. Et cum ad perquirendum eū plurimi chriſtianorum frequentiſſime proceſſiſſent: perſcrutatis oībus locis neq; ip̄os ultra quiſpiam neq; corpa eoꝝ potuerūt īuenire. Hec euſebius ubi ſupra.

¶ De ſancta matre quedam & filiabus uirginibus & martyribus. Cap. XXIX.

SAncta quedam mater cum duabus filiabus uirginibus apud alexādriā paſſe ſunt: ſub perſecutione diocletiani & maximiani auguſtorum. De quibus refert euſebius libro. viii. cap. xiii. q̄ cum eſſet pulchritudine & pudicitia formoſa: genere nobilis & copioſa facultatibus: filias duas uirgines habebat ad materne pudicitie regulam enutritas: ſpecie ſimul & moribus ſe imitantes. Quas religioſa mater ſecundum preceptum domini & timorem diuinum dedicauerat. Cum autem declinande perſecutionis gratia ſui abſentiam procurarent: miſſi a preſide milites repertas eas uenire antiochiam cogunt. Sed cum perurgentibus militibus uehiculo inter agerent: religioſa & pudica mater filias lamentatur: q̄ eas gentiles ſtudeant: aut a deo: aut a pudicitia ſeparare. Hortaturq; illas ne mori pertimeſcant: ne deſpecta pudicitia uiuere cū turpitudine cupiant: admonetq; illas: necem eis aut opprobrium paratum peruenire: & impudicorum curſu preripere. Cum autem filias ad tale propoſitum uideret accenſas: & ad quendam fluuium peruenirent: neceſſitatis cauſa ſe deſcendere uelle ſimularunt. Et dum cuſtodes paululum naturali uerecundia ceſſiſſent: fluuii ſe rapidis fluctibus iniecerunt. Sicq; immaculatum domino ſpiritum reddiderunt. Hec euſebius.

¶ De ſanctis Adaucto & ſociis marryribus. Cap. XXX.

ADauctus martyr cum innumerabilibus utriuſq; ſexus & omnis etatis ſociis apud phrygiam paſſus eſt. De quo euſebius libro octauo capitulo ſecundo tractat: q̄ erat dux cuiuſdam ciuitatis in phrygia poſite: in qua erant omnes populi chriſtiani: ipſe autem in natione italus ſuper uniuerſum erat populum conſtitutus. Cum autem Diocletianus imperator gentilium legionem militum illuc miſiſſet: ut omnem ciuitatis illius plebem immolare compellerent: illiq; omnes unanimes ſe chriſtianos eſſe dicerent: & omnino ſacrificare contempſiſſent. Adaucto duce & curatore ciuitatis populum exhortante: porte urbis a gentilibus clauduntur: ipſaq; ciuitas omni ex parte ab eis circundatur: & immiſſo igne oppidum una cum uiris omnibus ac mulieribus paruulis pariter ac ſenibus concrematur: ita ut nullus penitus ex illa urbe etiam cum optimo uolētibus daretur abſcederet. Sicq; omnes ciues prefati celeſtis hieruſalem ciues efficti glorioſo martyrio coronantur.

¶ De ſanctis pluribus martyribus apud alexandriam. Cap. XXXI.

MArtyres plurimi apud alexandriam paſſi ſunt ſub perſecutione antedicti Diocletiani. De quibus euſebius octauo libro capitulo decimoſecūdo refert: q̄ trūcatis auribus atq; inhoneſto uulnere naribus manuū quoq; ceterorumq; membrorum ſummitatibus amputatis: truncum ſinebāt abire deriſum. Quidā uero i craticulis prunis ſubterpoſitis torrebant. Inter quos duo nobiles iuuenes dum cōprehenſi ſimulacris immolare cogerentur: ſe ad aras duci poſtularunt. Et cū

fuiſſent adducti:manus ſuas ardenti igni ſuperponẽ/ teſq;:& quouſq; omnis caro in ignem defluꝛet: im/ mobiliter perdurarũt.Alii uero cũ ad ſacrificandum quererent:ſacrilegã pollutionem uitantes uitã preci/ pitio finierunt.Minore quidem tolerantie fiducia ſed conſeruande fidei maiore cautela.

¶De ſanctis q̃ttuor epis mr̃ibus. Cap. XXXII.

LAtrocinianus martyr apud galliā paſſus eſt. Hic natione hiſpanus: uir p omnia eruditus: & in metricis ut ferē uerſibus cōpārādus opuſcula diuerſis metris edita fidē noſtrā redolentia ſcripſiſſe traditur: que uſq; ad hieronymi tēpora extare adhuc dicebantē. Deniq; ſub quodā maximiano tyrāno: qui imperante primo theodoſio gallias occupauerat: factione quorundā pro ueritate & defenſiōe catholice fidei apud treuerim ceſus eſt cum priſciliano bapille epiſcopo & amborum corpora apud eccleſiam treuerenſis ciuitatis condita ſunt. Hec hieronymus ubi ſupra.

¶ De ſcō Malchione pbrō. Cap. XC.

MAlchion antiochene eccleſie preſbyter diſertiſſimus floruit apud ipſam ciuitatem temporibus claudii & aureliani imperatoꝝ. Hic uita ſanctus & ſermone luculentus ī eadē urbe rethoricā florētiſſime docuit. Qui aduerſus paulū ſamoſatenū pfate ciuitatis epm prauum ebionii dogma reſtaurātē fortiſſime diſputauit. Cuius diſputatiōis ſcribis excipientibus dialogus extat. Sed & alia opuſcula ex pſona ſynodi ab eo ſunt edita ad diōyſiū & maximū romāe & alexādrie urbis epos directa. Hic apud eādē antiochiā ſcitate & doctrina pclarus btō fine qeuit: ibidē tumulatus. Hec ubi ſupra.

¶ De ſcō Sophronio cōfeſſore. Cap. XCI.

SOphronius confeſſor natione grecus claruit tempore leonis ſecundi imperatoris. Hic uir per omnia eruditiſſimus grece & & latine līgue peritus adhuc puer bethlee mitice ciuitatis laudes deſcripſit. Et poſtea de eius ſub uerſione librum compoſuit. Ipſe librum de uirginita te ad euſtochium & hilarionis monachi uitā que beatus hieronymus romana lingua compilauerat: opuſcula: ex latino uertit in grecum. Pſalterium quoq; & pphetas que hieronymus ex hebreo in latinum tranſtulerat: hic idem conuertit in grecum. Et poſtmodū ad eremum tranſiens & uitam anachoriticam ducēs contemplationi iugiter uacans quieuit in domino.

¶ De ſanctis Philippo & Philippo īperatoribus martyribus. Cap. XCII.

PHilippus īperator & philippus ceſar eius filius ambo martyres anno domini. ccxxxix. ab urbe uero cōdita anno. ccccccccclxxxvii. Cordiano auguſto in īperium ſucceſſerunt. Cum enim gordianus imperator obtēta uictoria in bello parthico: rediēs circa fluuium euphratem fraude ſuoꝝ fuiſſet īterfectus philippus ibidem imperator a romana militia creatus. Philippum filiū ſuum conſortem regni fecit exercitūq; ex ſyria incolumen ad italiam reduxit. Imperauitq; annos. vii. Hic primus imperator oīum xp̄ianus fuit: quem beatus pontius epūs & martyr: una cū filio ad fidem xp̄i conuertit: & in nicea ciuitate puincie baptizauit: ut dictū eſt ſupra in paſſione pontii epi & martyris pridie idus maii. Poſt tertium uero eius imperii annum milleſimus a conditione rome annus expletus eſt: ut auguſtiſſimus oīum preteritoꝝ. Hic natalis annus xp̄o potiuſq; idolis dedicaret. Qui quidē annus fuit a romanis cum ingēti ludorum & ſpectaculoꝝ apparatu celebratus. Nec dubium eſt quin philippus imperator xp̄ianus huius tante deuotionis gloriam & honorem ad xp̄m & eccleſiam reportaret: quando īpm uel aſcē ſum in capitolium immolataſq; ex more hoſtias nullus auctor oſtendit. Eodē aūt tempore philippus imperator deciū militarē uiꝝ & in rebus bellicis ſtrenuum ceſarem fecit. Cuius p̄cepto dum corpora apoſtoloꝝ petri & pauli de catacūbis a cornelio papa trāſferri deberent: totius ſenatuſcōſultu: cōceſſum eſt romano pontifici ceteriſq; xp̄ianis libere ad ſepulturas apoſtoloꝝ fiendas inſudare: & ad id faciendum data ſunt eis de fiſco reipublice adiutoria. Hoc autē decius cum eēt paganiſſimus ſimulate fecit: ut dominis ſuis chriſtianis complaceret: & ſic ab eis magis honoratus ſoc/caſionē mortis illoꝝ confidentius ptractaret. ¶ Cum aūt imperatores deciū ad gallias ſubiugandas: que nuper rebellauerant miſiſſent. Iſq; proſpere cūcta geſſiſſet: & ad libitū potitus uictoria romā rediret. Imperator philippus eū honorare cupiens eidē a roma uſq; ueronam obuius iuit. Decius aūt iam cū quibuſdam ex principalioribus militie ſue de morte īperatoꝝ cō ſpirauerat: & ne pditor dominoꝝ ſuoꝝ notaret: occaſionē xp̄ianitatis aſſumpſerat: ſuadēs q; non eēt decens ſuper romanā militiā imperare: homines q; deorum cultum deſeruiſſent: & a romanis antiquis legibus diſcedentes: noue ignoti & reprobati dei culture adheſiſſent. Sicq; de cōſenſu illoꝝ imperatorē in ſtratu ſuo quieſcente & xp̄m cōfitentem latenter occidit & cū exercitu muneribus & precibus ſubducto romā uenit: ac ſenatui cur dominū ſuum occidiſſet expoſuit. Sed dū necē philippi maioris ſenatus ratā habuiſſet: philippus iunior rome degēs: hoc audiēs timuit: theſauroſq; paternos ac ſuos: btō ſixto ſecūdo tūc rome pōtifici: eccleſie & paupibus diſpēſandū tribuit: &

ſe a facie decii occultauit. Decius aũt ad ꝓditioné ſuã palliandã xp̃ianos cepit crudeliſſime ꝓſequi: mãdans illos ſine ulla miſericordia trucidari. In qua perſecutiõe multa milia martyꝝ paſſi ſunt. Inter quos & philippus ip̃erator iunior ab eo tentus & in xp̃i cõfeſſione iugulatus eſt. Sicq; ambo ipſi pater. ſ. & filius martyres xp̃o cõſecrati ſunt. ¶ Iſte philippus ſenior adeo in fide xp̃i ꝓfecerat: ut prõpte peccata ſua cõfitẽs: in feſto paſche a beato ſixto papa corã omni multitudine cõioné euchariſtie ſumeret. Philippus uero iunio in tantũ ſeueri animi fuit: ut nullius cuiuſq; commento ad riſum ſolui potuerit: patréq; ludis ſecularibus aliquando concinantem: uultu annotauerit auerſato.

¶ De ſcõ Theodoſio magno ip̃eratore. Cap. XCIII.

THeodoſius imperator ſenior imperiũ accepit circa annũ domini. cccc xxii. & ip̃erauit annos. x. méſem unũ ſolus. Nã primũ cũ fratribus: ſe natu maioribus imperauerat ꝑ annos. v. Hic in catalogo ſanctoꝝ a grecis cõſcribit᷑ & cõfeſſoris ſciſſimi noie uenerat᷑. Nam xp̃ianiſſimus & ſanctiſſimus uita fuit. Oía antiqua phana & tẽpla idoloꝝ deſtruxit: & ꝑ totũ orbẽ romanũ deſtrui mãdauit: cultumq; xp̃i & fidei mirabiliter auxit: hoſtes aũt ip̃erii nõ tã ferro uel multitudine q̃ ieiuniis & oꝛonibus cõfiſus ꝓſtrauit. ¶ Fuit aũt reipublice ꝓpagator moribus & corpe & aĩo ſimul clemens: miſericordie opibus iugiter ĩtẽtus: cõis apud cũctos ſolo habitu ſe differre a ceteris putãs ĩ oẽs hoies honorificus ueꝝ effuſis in bonis ſimplicia ĩgenia diligere: erudita mirari oſtẽdebat: largiri magno ac diligenti aĩo magna: amare ciues etiã priuatos cõtubernio: eoſq; potiſſime dignos pecũia beneficiiſq; ceteris munerari: uiolẽtiã & cupiditatẽ deteſtatus é. Bella nõ mouit ſed inuenit: q̃ & pro poſſe ſedauit. Miniſteria laſciuia ſaltari aſq; commeſatiões lege ꝓhibuit: cõſobrinaꝝ nuptias tanq̃ ꝓphanũ ĩterdixit: litteris mediocriter doctus ſagax multũ diligens ad noſcẽda geſta maioꝝ. Execrabat᷑ cũ legiſſet geſta dominantiũ ſuperba. Ira rebus ĩdignis: ſed ſubito flecti emolliebat᷑. Inerat enim ei cura eximie pietatis. Interdũ autem ſeuera precipiés a nature munere: magiſq; a deliberãte rõne. Hic etiã ꝓpter uirtutũ perfectioné ab ipſis barbaris ſumme diligebatur: unde multe gẽtes ad ipſius ĩductũ relictis errorib⁹ & idolis ad xp̃m cõuerſi ſunt. In bellis cũctis que ad fidei xp̃iane augmentũ & paganoꝝ exterminiũ potiſſime geſſit: ſemꝑ triumphũ obtinuit: unde ob eius ĩſignes uictorias poeta quidã eximius ſed ĩfidelis: his uerſibus in eius laudẽ cecinit. O nimiũ dilecte deo tibi militat ether: Et cõiurati ueniunt ad claſſica uenti. ¶ Huius prima ſuaſiõe & hortatu papa damaſus officiũ in eccleſia dei ꝑ beatũ hierõymũ mãdauit: cũ uſq; ad tẽpus illud nullũ eẽt in eccleſia officiũ ordinatum. Quãta aũt in eo apud hoies mãſuetudo: & apud deũ extiterit deuotio: patet in illo exẽplo: de quo dictũ eſt ſupra in uita ambroſii epi & doctoris. vii. idus decembris. Cũ enĩ apud mediolanũ miſſaꝝ ĩterfuturus ſolẽniis uoluiſſet ĩtrare eccleſiã: beatũ ambroſiũ pro quodã facinore introitũ ſibi ꝓhibenté: niſi publice peniteret: humiliter tulit: & ſatiſfactioné nõ erubeſcens: nec publicã facere penitẽtiã cõfuſus indictũ a ſcõ epo modũ deuotus excepit: atq; põtificé de iuſtitia & magnanimitate animi cõmendauit. Hic ex flaccilla coniuge archadium & honoriũ xp̃ianos & iuſtos filios ip̃erio ſublimandos genuit. Qua defuncta gallam ualẽtiani iunioris ſororem in matrimoniũ duxit: que ei placidã ꝑcreauit: a cui poſtea de mr̃is noie galle cognomẽtũ acceſſit. Hic oriẽtis & occidentis ꝓtes pacifice poſſidẽs: qnquageſimũ etatis ſue annũ agens anno ſui ip̃erii. xi. apud mediolanũ ĩ pace ceuit: cuius corpus eodẽ anno cõſtãtinopoli trãſlatũ eſt: ubi & miraculis uiuit.

¶ De ſcõ Carolo magno ip̃eratore. Cap. XCIIII.

CArolus magnus ip̃erator huius nominis primus apud frãcigenas ĩtra ſanctoꝝ numeꝝ ſcribit᷑: & colit᷑: & ꝓpter eius ſanctiſſima geſta: q; ſcĩ noie uenerẽt᷑ ab eccleſia tolerat᷑. Nam & uiuens miraculis claruit: & poſt mortẽ ſignis uirtutũ effulſit. Hic primus frãcoꝝ rex pipini filius: multa felicia bella geſſit. Nã aquitaniã & uaſconiã ſubegit. Saracenos in hiſpania xp̃ianos depopulãtes uſq; ad ibeꝝ amnem uincẽs fugauit. Terras eoꝝ plurimas acquiſiuit: & uictorias plures cõtra ipos obtinuit. De qbus ſupra actũ eſt in geſtis ſanctoꝝ rothlandi & ſocioꝝ. xvi. cal. iulii. Vbi inter aliud memorabile illud de carolo miraculũ legit᷑: q; dũ corpora ſanctoꝝ militũ a ſaracenis occiſoꝝ requireret apud runciaualle: & ſol ad occaſum tẽderet: ad eius orationé & mandatũ ſol in celo ſtetit: & ſpatio quaſi horaꝝ triũ in nullo ſe mouit: donec ſanctus rex oẽs ſuos interfectos recollegit. Hic etiã ſaxones ĩfideles adhuc: & xp̃ianis ĩfeſtos prius ſepius requiſitos: ut ad fidẽ xp̃i rediꝛẽt: aut ſaltẽ xp̃ianos in pace dimitterent: dum in ſua pertinatia eẽnt obſtĩati: triplici bello deuicit: & regno ſuo ſubmiſit: & tandẽ coactos ad fidem xp̃i reduxit.

¶ Tẽpore uero hadriani pape primi requiſitus ab eo: ut cõtra deſideriũ regem lõgobardoꝝ: ſibi & eccleſie dei ſubueniret: dimiſit bellũ: quod cõtra ſaxones iam ĩceperat: & cũ multo exercitu frãcoꝝ & finitimaꝝ nationũ ueniens in adiutoriũ eccleſie dei: ſuperato alpiũ iugo. Deſideriũ regem fruſtra ſibi reſiſtere conãtem: cõmiſſo bello uicit: & fugauit: ticenoq; ĩcluſum obſedit: dimiſſoq; ibidẽ exercitu romã uoti gr̃a ꝓficiſcit. Et ueniés ad montẽ gaudii: uſq; ad ſancti petri eccleſiã pedeſter ꝓperauit. Et eũdo ꝑ urbẽ oẽs eccleſiaꝝ poſtes humiliter obſculatus eſt: q; ab hadriano papa honorifice ſuſceptus: a populo quoq; & clero urbis ultra modũ honoratus: & ab eiſdẽ patriciatus honore ſublimatus: eccleſie bt̃i petri & aliis in urbe eccleſiis & monaſteriis multa copioſe largiens tãdem ad exercitũ reuerſus: papiã dudũ obſeſſam ad deditionẽ cõpulit. Ceteras deinde lõbardie ciuitates ſubiiciés. Deſideriũq; regẽ captiuum ducés: & eccleſie dei cũcta ipſi a longobardis ablata reſtituens: in galliã reuerſus eſt. Indeq; ſaxonicũ bellum ꝓſequens: eos tãdẽ: ut dictũ eſt: indomitos domuit: & inuincibiles ſupauit: atq; ad fidem xp̃i uel coacte reduxit. ¶ Hic terrã ſanctã occupatam a ſaracenis legatis patriarche hieroſolymitani & conſtãtini ip̃eratoris cõſtantinopolitani receptis audiés: & terre ſancte cõpatiés: cũ magno exercitu illuc uſq; peruenit: & recuperata terra ſancta cũ per cõſtantinopolim rediret: aurum & argentũ precioſaſq; gẽmas a conſtantino imperatore exhibitas: cum nollet recipe: ſolas xp̃i reliquias & ſanctoꝝ poſtulauit: premiſſoq; ieiunio & oꝛone: recepit de corona domini parté: que ipſo uidẽte floruit: & clauũ unum paſſionis domini:

& partem crucis dominice cum aliis sacrosanctis reli/quiis:que omnia comitantibus miraculis secum de/tulit:& aquisgrani in basilica sancte marie: quā con/struxerat:recōdidit:ut dictū est supra in hiſtoria trās/lationis corone domini.iii.idus augusti. ¶ Ad nume rū etiam elementoꝝ.i.litteraꝝ in alphabeto cenobia fundauit. Et in uno quoq; per ordinē unā litteram de auro fabricatā plusq; centū libre turonēsium ualentē reliquit: ut ex ordine litteraꝝ tēpus fundationis cu/iusq; monasterii cognosceretur. Que littere adhuc in plerisq; monasteriis reperiūtur. Hic etiā quattuor ar/chiepatus:uidelicet treuerensem:colonienſem:magū tinensem salczburgensem diuitiis & honoribus am/pliauit. ¶ Mortuo uero hadriano papa: & leone ter/tio in pontificiū:dū die quodam ad letaniam ꝓcedēs de laterano ꝓgeret a romanis captus & erutis oculis: lingua quoq; amputata:nudus ac semiuiuus in mona/sterū missus est. Sed deus omnipotens miraculose ei loquelā ac uisum restituit:de quo supra dictum est in eius gestis.iiii.cal.iulii. Qui deinde ad regem carolum pergēs:ab eodem ualde honorifice:ut beati petri uica rius exceptus est. & cum ei omnia que facta fuerant ī/timasset. Rex pre nimio dolore fleuit. Et cū papa ro/mā adiit:& cū honore ipsum in locū suū restituit:ubi & papa coram rege de qbusdā sibi obiectis crimini/bus se purgauit. Sed cum die natalis domini ad missā rum solēnia in beati petri basilica assisteret. Leo papa carolum in romanoꝝ imperiū coronauit:cuncto po pulo romano laudes ei imperiales acclamāte. ¶ Post modum aūt carolus īperator factus:eos qui in sum/mum pontificē manus iniecerāt de crimine cōuictos capitali dānauit snīa. Sed leone pontifice pio affectu ꝓ eis īterueniente:in exiliū ꝓpetuo sunt damnati:uitaq; eis de misericordia cōcessa. Sicq; omnibus recte paca/tis carolus in imperiū sublimatus: in galliā reuersus est. Ex quo tēpore īperiū cōstantinopolitanū in galliā trāslatum dignoscit. ¶ Post hec carolus reuersus con tra mauros classem in corsicā misit:quā & ab eis libe/rauit. Hic edificauit basilicā dei genitricis marie aquis/grani ope mirabili. Apud maguntiā quoq; in rheno flumine pōtem ducentoꝝ passuum lōgitudinis fecit. Nam tāta est ibi fluminis latitudo. Totius quoq; occi dentis oēs pene regiones sibi subegit. Auxitq; mirabi liter gloriā regni sui:quibusdā regibus ac gētibus per amicitiā sibi cōciliatis. Adeo nāq; alfontium regē ga/litie regesq; scotoꝝ sic habuit apud suā uoluntatē per munificentiā inclinatos:ut eū nunq; aliter nisi domi/nū:seq; seruos & subditos eius ꝓnūciarent. Cū aaron rege persaꝝ:qui excepta india totū pene tenebat orie/tem:talē habuit in amicitia concordiā: ut per legatos suos iter uestes & aromata & ceteras orientaliū terra/rū opes:ingentia illi dona direxerit:& sacratissimū lo cū in quo est saluatoris nostri sepulchrū:ut ipsius im peratoris ascriberet potestati cōcessit. Nam ipse impe rator ad eundē locū per singulos annos plurima do/naria mittebat. Imperatores quoq; cōstantinopolita/ni nicephorus:michael & leo ultro amicitiā eius expe tētes:multoties cum muneribus ad eum suos mise/rūt legatos. Erat enim in amicitiis optime tēperatus: ut eas & facile admitteret: & cōstantissime retineret. Tanto oīum amore & fauore omni uite sue tempore cōuersatus est:ut nunq; ei uel minime seueritatis qcq; fuisset obiectum religionem christianam:quam ab ī/fantia imbuit:sanctissime & cū summa pietate coluit. Ecclesiam mane & uespere:itēq; nocturni & sacrificii tēpore:dum eum ualitudo permitteret quotidie fre/quētabat. Curabatq; ut omnia que in ecclesia gerebā/tur magna fierent honestate. Amabat peregrinos: & in eis suscipiēdis summā curā habebat:uestitu patrio utebatur:peregrina quoq; induměta nunq; uestire pa tiebatur. In festiuitatibus quidē precipuis:uestibus au ro gēmisq; cōtextis:diademate quoq; precioso orna/tus īcedebat. Aliis uero diebus habitus eius paꝝ a cōi ac plebeio distabat. In cibo tēperatus:in potu tēperati or erat. Inter cenādum nunq; histriones sed aut sapien tes:aut lectorem audiebat. Legebantᵉ ei historie & an/tiquoꝝ res geste:ac libri precipue sancti augustini: in quibus maxime delectabatᵉ. Erat enim eloquētia co/piosus & artibus liberalibus solerter imbutus: littera rūq; sapientes ueneratus magnis ditabat honoribus. Circa paupes subsidētandos gratuitā liberalitatē habu it:adeo ut nō solū in patria & in regno suo largiffuas elemosynas facere curauerit:ueꝝ in trāsmarina in sy/ria egypto & aphrica hierosolymis alexādrie atq; car/thagini:ubicūq; xp̄ianos in pauptate uiuere cōperis/set:penurie eoꝝ cōpatiens pecunias trāsmittebat. Sa/cerdotes honorabat:sacra ac uenerabilia loca colebat: & ꝑcipue romanā ecclesiā in cuius donaria magna uis pecunie in auro argento ac gēmis ab illo congesta est. Cuius & pōtificibus multa largitus est. In oībus aūt q bus regnauit ānis:quater uoti cā tantū romā ꝓfectus est. Filios suos q̄ cito etas patiebat:faciebat equitare:& armis itēdere:filias uero lanificio colocq; ac fuso assue scere:ne ocio torpescerent. Miraculoꝝ gloria claruit. Nā & leprosos tactu & oratione ferūt ab eo fuisse mū datos:& cecos duos illuminatos. Postq; aūt regnū frā/coꝝ atq; īperiū:quod regē dum susceperat feliciter am pliasset. dū ad mortē langueret uocatis ecclesiaꝝ ꝓla/tis quos habere potuit:oēs thesauros eis tradidit per ecclesias & pauperes distribuēdos. Et sic in omni san/ctitate ꝓfectus in pace migrauit:anno etatis sue.lxxxi. regni aūt.xlvii. Subacteq; italie.xlii. ex quo uero īpera tor & augustus appellatus est:anno.xiiii. in cuius tran situ audita est concinēs angelica melodia. Sepultusq; est honorifice aquisgrani in ecclesia sancte marie: quā ipse construxerat. Ad cuius tumulum diuersarum egritudinum sanabantur infirmi.

¶ De scō Libertino abbate. Cap. LXXXXV.

Libertinus abbas monasterii fundensis: qd est in prouincia samnii constructum: disci pulus fuit sancti honorati abbatis: & fun/datoris ipsius loci: de quo supra dictum est.xvii.calen.februarii. Claruit autem tempore totil/le regis gothoꝝ:& miraculis effulsit. Nam cum esset monachus ex abbatis iussu:qui honorato succesſerat quodam tēpore rauennā pergebat. Pro amore uero honorati olim eius magistri quocūq; libertinus ibat caligulā illius in sinu deferebat. Dum ergo ꝓgeret:ac/cidit:ut mulier extincti filii corpusculū fleret:que ser/uum dei infinita:iumētū illius ꝓ frenū tenuit:atq; iu/rando asseruit:q; illū inde abire non permitteret: nisi filium eius suscitaret. Ille uero inusitatum miraculū expauit:& declinare mulierem uoluit:sed omnino ne quiuit. In eius quoq; pectore pugnabant iuicē humi/

litas cõuerſationis:& pietas matris:timor ne inuſita/ ta preſumeret dolor ne orbate non ſubueniret. Vicit tamẽ in eius corde pietas:que quia uicit:affuit & hu/ militas:deſcẽdit:orauit:caligulam de ſine ꝓtulit: eãq; ſupra corpus extincti pueri poſuit. Moxq; defunctus ſurrexit: quem flenti matri uinum reddidit: & inter inceptum peregit. ¶ Quadam die prefatus eius ab/ bas qui honorato ſucceſſerat:contra uirum dei in gra uem iracundiam exarſit. Et quia uirgam: qua eum ferire poſſet: in promptu non habuit. Comprehen/ ſo ſcabello ſuppedaneo ei caput ac faciem tutudit:uul tumq; eius tumentem ac liuidum reddidit. Die ue/ ro altera cum libertinus ad cauſam ſibi monaſterii cõ ſtitutam ire deberet:expletis matutinis ad lectum ab batis uenit:& licentiam ab eo humiliter petiit. Ille ue ro ſciens ẽtum a cunctis dilectus eſſet:pro iniuria quã in eum tulerat:recedere eũ de monaſterio uelle puta/ bat:eũq; quo uellet ire interrogabat. Ille aũt ei cãm ce nobii hiſterno cõſtitutã ait:quã dimittere nõ ualebat quia ſe ad eã ꝓfectuꝝ ꝓmiſerat. Tunc ille a fundo cor/ dis cõſiderans duritiã ſui:& patientiã libertini: ex le/ cto ꝓſiliit:& ad pedes eius ꝓcidẽs:de illatis in eũ ueni/ am ſupplicauit. Et cõtra libertinus ſe in terram ꝓſter nens ſue culpe nõ illius ſeuitie fuiſſe referebat: quod ipſe iuſte ptulerat. Sicq; ad mãſuetudinẽ adductus eſt abbas:humilitaſq; diſcipuli facta eſt magiſtra magi/ ſtri. Cũ aũt libertinus egreſſus a multis eũ ueneranti/ bus nobilibus & notis iterrogaꝛ:quidnã hoc eſſet: q; liuidã & tumentẽ faciem ſic haberet. Qui heſterno in ſero ſe ĩ ſcabello ſuppedaneo ĩpegiſſe peccatis ſuis exi/ gentibus reſpõdit. Sicq; nec abbatis prodidit uitium: nec falſitatis incurrit peccatũ. ¶ Poſtq; autẽ abbas ille deceſſit:libertinus eidem in regimine abbatie ſucceſ/ ſit. Qui dũ die quadã pro utilitate monaſterii iter age ret:eidem quidã clarida gothoꝝ comes obuiauit. At dei ſeruus ex caballo ſuo ab hoĩbus illius deiectus:iu/ mẽti dãnum libẽter ferẽs:etiã flagellũ:quod tenebat: raptoribus obtulit: & ſtatim ſe in orationem dedit. Curſu aũt rapido predicti ducis exercitus ad fluuium uulturnum deuenit:ibiq; dum ſinguli equos ſuos ha ſtis tundentis:calcaribus cruentantes nullo modo ob tinere poterant: ut equi moueri poſſent:ſed aquam fluminis tangere quaſi mortis precipitium pertime/ ſcebant:donec uno ipſorum ceteros informante co/ gnouerunt:quia ex culpa: quam dei ſeruo in uia tule rant:talia ſui diſpendia tolerabant. Qui ſtatim reuer ſi libertinum orantem inuenerunt: eiq; equum eius obtulerunt. Ille uero caballo opus non habere reſpõ debat. At illi deſcendentes eum in equo eius quaſi in uitum repoſuerunt: & dum retroceſſiſſent: equi il/ lorum alueum fluminis uelociſſime tranſierunt.

¶ Eodem tempore in partibus campanie quidam bucylinus cum francis uenit: Sed dum rumor de ce/ nobio libertini exiſſet: q; abbas pecunias multas ha/ beret. Ingreſſi franci oratorium ſeuientes libertinum querebant:ubi ille orans proſtratus iacebat:in ipſum quoq; ingredientes impingebant:eumq; preſentem uidere nequibant. Sicq; ſua cecitate fruſtrati a mona/ ſterio uacui ſunt reuerſi. Sanctus autem uir poſt uitã laudabilem quieuit in chriſto. Hec gregorius primo dialogo capitulo ſecundo.

¶ De ſancto Equitio abbate. Cap. XCVI.

EQuitius abbas in ualerie ciuitatis parti/ bus claruit:qui multoꝝ monaſteriorꝝ pa/ ter fuit. Qui etiam dũ adhuc iuuenis acri certamine carnis tentaret: & in hac re ab omnipotẽti deo remediũ continuis ꝓcibus quereret. Nocte quadam aſſiſtente angelo eunuchizari ſe uidit eiuſq; uiſioni apparuit:q; omnẽ motũ ex genitalibus eius abſcideret. Atq; eo tẽpore ita alienus extitit a ten tatione:ac ſi ſexũ nõ haberet in corpore. Et extunc ſi/ cut antea uiris ſic cepit & feminis preeſſe:nec tamẽ di ſcipulos admonere ceſſabat:ne ſe ipſius exẽplo in hac re facile crederent:& caſuri tentarent donũ: quod nõ accepiſſent. ¶ Quodam uero tempore quidã baſilius magus a roma fũgiens in habitu monachi:ualeriam petiit:& pergens ad caſtoriũ eꝝm amiternine ciuitatis ab eo obtinuit:ut ipſum equitio abbati cõmitteret: ac ſociandũ monaſterio illius cõmendaret. Equitius autem eꝝ pro hoc inſtante reſpõdebat:q; illum quẽ ipſe ſibi cõmendabat nõ monachum ſed diabolũ eſſe uidebat. Cum autem eꝝ diceret: q; abbas occaſionẽ quereret:ne ſibi petita preſtaret. Vir domini iteꝝ pro teſtatur:q; qualem illum dixerat: talem agnoſcebat. Sed ne ſe uelle obedire eꝝ exiſtimaret:iuſſa ipſius fa/ cere paratus eẽt. Suſceptus itaq; ille in monaſterio eſt. Sed non poſt multos dies diſcedente abbate longius: contigit:ut in monaſterio uirginum:cui equitius pre erat:quedam illarum ſpecioſiſſima febribus arrepta clamaret ſe continuo morituram niſi baſilius mona chus ueniret:& per eius curationis remediũ ſaluteꝝ ſi/ bi redderet. Sed cũ in abſentia abbatis nullus ad con/ gregationẽ uirginũ auderet accedere:miſſum repẽte eſt & dei famulo nunciatũ. Quo audito uir domini dedignatus dicebat:q; utiq; illũ nõ monachũ ſed dia/ bolũ eſſe predixerat. Mandauitq; iꝝm de cella fratrũ expelli. ¶ De ancilla uero dei predixit nũciis:q; ex illa hora neq; eſſet de cetero febribus laboratura: neq; ba ſilium queſitura. Regreſſi aũt monachi eademq; ho/ ra ſaluteꝝ uirgini reſtitutã:qua ſanctus dixerat cogno/ uerũt:& baſilium de monaſterio cõtinuo reppulerũt. Qui repulſus dixit:frequenter cellulã equitii magicis artibus in aere ſuſpẽdiſſet:nec tamẽ eoꝝ quẽpiã lede/ re potuiſſe. Qui & poſtmodũ in urbe roma zelo fidei a xpianis igne crematus eſt. ¶ Quedã monialis mona ſterii prefati hortum ingreſſa latucã cõſpiciẽs cõcupi/ uit:eãq; ſigno crucis oblita benedicere auide momor dit:ſed protinus a diabolo arrepta & uexata cecidit. Quod dũ equitio nũciatũ eẽt:ille cõcitus uenit: & ut

ab ea demon abſcederet cū inſignatiōe precepit. Qui cōtinuo ab ea exiuit:nec eam ultra cōtingere ꝓualuit.

¶Cū autem die quadam felix abbas cenobii caſtorii: quod ītra nemia urbis ſitū eſt familiariter quodāmodo quaſi redargueret:eo q̄ ſacrū ordiné non habens nulla licentia a ſummo pōtifice obtenta: ubiq̄ predicando diſcurreret: cōpulſus uir ſanctus qualiter licentiā accepiſſet eidem īdicauit:dicens ſeip̄m etiam ſecū ꝓdicta aliquādo tractaſſe. Sed nocte q̄dā ſpecioſus iuuenis ad eum acceſſerat:atq̄ medicinale ferramētum in os eius poſuerat:& ut ad predicandū egrederetur: deinceps ex parte dei mandauerat:Et ex illo die etiā ſi uoluiſſet tacere nō potuiſſet. Hic ī ueſtibus uilis atq̄ deſpectus apparere ſtudebat:& quoties ad alia loca tēdebat:iumento uiliori oībus:quod in cella repiri poſſet:iſidebat. In quo etiā capiſtro pro freno & ueruecū pellibus pro ſella utebatur. Sacros codices in ſacculis pelliceis dextro leuoq̄ latere ſecū portabat:& quocūq̄ peruenīſſet ſcripturaꝝ fontē aperiebat.

¶Cū aūt fama predicationis illius undiq̄ diſcurreret:clerici quidā romani ſummo pōtifici ſunt cōqueſti: q̄ quidam uir ruſticus auctoritatē ſibi predicandi arripuiſſet: & officiū apoſtolici īdoctus ſibi uſurpare p̄ſumeret. Ad quoꝝ ſuggeſtionē iulianū quēdā defenſorem miſit: ut equitius ad romanā urbem duceretur:& qua ratione p̄miſſa attētaret cognoſceretur:mandauit tamen: ut honore ei exhibito nullā prorſus iniuriā pateret. Qui feſtine ad monaſteriū ueniēs eodem abſente fratres ſcribentes repperit:& ubi abbas eſſet inquiſiuit. Illiq̄ reſpōderunt:q̄ in ualle cenobio ſubiacēte fenū ſecabat. Miſitq̄ ad eū iulianus puerꝝ ſuum cōtumacem & ſuperbum:cui uix ipſe poterat dominari ut abbatē ad ſe celeritate perduceret. Perrexit puer & quis eēt abbas ab aliis queſiuit. Moxq̄ ut audiuit quis eēt:adhuc lōge poſitus ad eum uadēs:īmenſo timore correptus cepit laceſſere. Ita ut greſſus uix eum poſſent portare:uenienſq̄ ad uiꝝ dei:ad genua illius procidit:ſumq̄ dominū ipſi occurriſſe nūciauit. Abbas uero illi mādauit:ut fenum ſectū leuaret:& pabulū iumētis: in quibus uenerāt deferret:ipſeq̄ īmediate poſt eum opere cōpleto ueniret. Quod dum puer feciſſet:& iulianus puerꝝ cum feno uenientē cōſpexiſſet. Iratus eū increpauit:q̄ miſerat illum hominē ducere non fenū baiulare. Sed dum puer equitiū poſt ſe uenientem domino ſuo oſtēdiſſet:uidens eū iulianus ex habitu deſpexit:& qualiter illum proteruis uerbis alloqui deberet:cogitare cepit:ut autem ſeruus dei cominus aſſuit intolerabilis pauor iuliani animū inuaſit: & humiliatus ad pedes eius procidit:& quia apoſtolicus ipſum uidere uellet:uix māſueta līgua expoſuit. Quod audiens equitius grās deo egit:q̄ ſe p ſummū pontificē ſuperna gratia uiſitaſſet: ſtatimq̄ mandauit iuméta ad iter arripiendum parati. Cūq̄ iulianus ſe illo die nō poſſe exire ex laſſitudīe diceret: Abbas ſe ī hoc cōtriſtari reſpōdit:predicens quia ſi die ipa nō exirēt: nec in craſtinum ire poſſent. Sicq̄ eadē nocte iulianus ex laſſitudine in monaſterio quieuit. Factoq̄ lucis crepuſculo equo in curſu admodū fatigato puer ad iulianum cū epiſtola uenit:in qua papa ſibi mandauit: ne ſeruum dei de mōaſterio mouere uel exire ullatenus faceret. Cū aūt ille requireret:cur ſnia eſſet mutata:cognouit q̄ nocte eadē qua ipſe illuc miſſus fuerat per uiſum pōtifex extitit uehemēter exterritus:cur ad exhibendū uiꝝ dei mittere preſumpſiſſet. Tūc iulianus ſurrexit:& ſe abbatis orationibus cōmēdauit:atq̄ ne de cetero fatigaret ex parte pape precepit. Quod audiens ille cōtriſtatus eſt:& que predixerat uera nūc contigiſſe probauit:quia ſi die precedēte non ſtatim pgerent iam pergere minime liceret. Et executoré ſuum cū ſumma charitate aliquantulū ſecū detinuit:ip̄mq̄ plurimū honoratū ad ſummum pontificem remiſit. Qui & plenus ſanctitate in pace quieuit.

¶Ruſticus quidam ſuper ſepulchrū eius arcā cum frumento poſuerat:nec qualis uir ibidē iaceret ꝓpendere curauit. Sed repēte turbo celitus factus:rebus illic oībus in ſua ſtabilitate manētibus:arcā ſuppoſitam cū grano extulit longeq̄ proiecit.

¶Eandem prouinciam ualerie lō gobardis intrantibus monachi ex cenobio illo ad ſepulchrū uiri ſancti in oratorio poſitū confugerūt. Lō gobardi uero ſeuientes oratoriū ingreſſi:ceperūt monachos foras trahere:ut eos aut tormentis afficerent: aut gladiis necarent. Quoꝝ dum unus ingemuiſſet: & ſanctum equitium ad ſui defenſionē aduocaſſet: ꝓtinus lōgobardos ſpūs īmūdus iuaſit: q corruētes ad terrā tā diu uexati ſunt:donec ceteri foras exiſtētes cognoſcerēt:quatenus locū ſacrū temerare ulterius non auderēt. Hec gregorius prīo dialogoꝝ capitulo q̄rto.

¶De ſcō Nonoſo abbate. Cap. XCVII.

NOnoſus prepoſitus ſiue prior fuit cuiuſdā monaſterii:quod in ſoractis mōte ſitum eſt:qui ſub aſperrimo eiuſdē cenobii abbate degebat:ſed eius mores mira ſemper equanimitate tolerabat:ſicq̄ fratribus in manſuetudine preerat:ut pratis ſepius iracundiam ex humilitate mitigaret. Quia uero monaſteriū in ſummo montis cacumine ſitū eſt:ad quemlibet paruum hortū fratribus colendum:nulla planicies patebat. Sed unus locus breuis in latere mōtis erat:quem īgentis ſaxi moles egrediens ab una parte occupabat. Cum aūt die q̄dam nonoſus cogitaret:q̄ ſalté ad olera nutrienda locus idem aptus eſſet:ſi ipſum moles illa non teneret: quā & quinquaginta boum paria mouere nō potuiſſent:nocturno ſe illic ſilentio orationem dedit. Cum mane facto ad eundem locū fratres uenerunt: & inuenerunt molem tāte magnitudinis īde lōgius receſſiſſe ſuoq̄ diſceſſu largum fratribus ſpatium dimiſiſſe.

¶Alio quoq̄ tēpore dum nonoſus lampades uitreas in oratorio lauaret:una ex eius manibus cecidit: & p partes innumeras cōfracta diſſiliuit. Qui furoré abbatis nimiū timens lampadis fragmētaq̄ colligēs: coram altari proſtratus orauit. Et exurgens ſanam lampadem repperit:quam antea timēs per fragmēta collegit.

¶Cū in cenobio oleum uetus defeciſſet: & colligende oliue tempus incumberet:ſed fructus in oliuis nullus appareret:mādauit abbas fratribus ut in colligendis oliuis ad exhibenda extraneis opera pergerēt: ut uel ſaltem de mercede operis aliquantulum olei deportarent. Quod uir domini fieri cum magna humilitate prohibuit: ne ex hoc fratres exeuntes: dum olei lucra querunt: damnum animarum paterentur. Oliuaſque paucas: que in monaſterii arboribus apparebant: colligi precepit: & in pilomiſſas contundi: atque inde quantumlibet parum olei exiens ſibi deferri. Quod in paruo uaſculo ſibi delatū

ante altare poſuit: cunctiſque egreſſus orauit: atque poſtmodum adſcitis fratribus oleum illud modicū per cuncta monaſterii uaſa exigue infundi iuſſit. Que protinus: ut erant uacua: claudi fecit. Die uero altera aperta oīa uaſa plena oleo repta ſunt. Sanctus aūt uir poſt laudabilia multaꝝ uirtutum opera dormiuit in domino. Hec gregorius ubi ſupra capitulo ſeptimo.

¶ De ſcō Martyrio cōfeſſore. Cap. XCVIII.

MArtyrius confeſſor in ualerie puincia ſanctitate & miraculis claruit. Qui tale de uirtutis ſue teſtimonio ſignū dedit. Dū quadam die fratres eius ſubcinericium panē feciſſent: eiqꝫ ſignum crucis imprimere obliti eſſent: ſicut in ipſa prouincia crudi panes ligno ſignari ſolēt: ut per quadras quattuor quodāmodo partiti uideantur. Idem dei famulis affuit: eiſqꝫ referentibus non fuiſſe ſignatum agnouit. Cūqꝫ iam prunis & cineribus opertus eſſet: ſignum crucis digito contra prunas edidit. Quo ſignante protinus panis immenſum crepitū dedit: ac ſi ī ignibus olla crepuiſſet. Qui poſtmodum coctus: & ab igne ſubtractus: ea cruce ſignatus inuentus eſt: quam non tactus ſed fides fecerat. Hec gregorius ubi ſupra capitulo undecimo.

¶ De ſcō Dacio epō. Cap. XCIX.

DAcius epiſcopus mediolanenſis apud ipſam ciuitatem claruit tēpore iuſtiniani īperatoris. Qui dum cauſa fidei exactus ad conſtantinopolitanam urbem pergeret: corinthumqꝫ ueniens largam domū pro ſe & eius comitiua ad hoſpitandū quereret: & uix iueniret: uiſam eminus domum congruētis magnitudinis ſibi ad hoſpitium prepari iuſſit. Cum uero incole loci ei dicerēt in ea hunc manere nō poſſe: quia multis iā annis eam diabolus inhabitauit: atqꝫ ideo uacua remāſit. Vir ſanctus ideo magis in ea debere uelle hoſpitari reſpōdit: ut ſui aduentum malignus effugatus ſpiritus domū hominibus iterum habitādam dimittat. In ea igitur ſibi parari fecit: ſecuruſqꝫ hoſtis antiqui certamina toleraturus intrauit. Noctis autem ſilentio dum uir dei quieſceret: antiquus hoſtis īmenſis uocibus cepit imitari rugitus leonū: balatus pecoꝝ: mugitus boum: ruditus aſinoꝝ: ſibila ſerpentum: porcoꝝ ſtridores & ſoricum. Cum repente dacius tot beſtiaꝝ uocibus exci/tatus: ſurrexit iratus: & contra demonem magnis uocibus cepit clamare: eidemqꝫ exprobrare: q bene ei cō tigiſſet: ut qui dixerat. Ponam ſedem meam ab aquilone: & ero ſimilis altiſſimo: per ſuperbiam eius ſimilis porcis & aſinis factus eſſet. Et qui deū indigne imitari uoluerat: ut dignus erat: beſtias imitabat. Ad quā uocem ac deiectionē ſpiritus malignus adeo erubuit: q protinus conticuit: atqꝫ eandem domum ad exhibenda monſtra conſueta ulterius non intrauit. Sicqꝫ poſtmodum fidelium habitaculum facta eſt. Hec gregorius tertio dialogo capitulo quarto.

¶ De ſcō Argētario monacho. Cap. C.

ARgentarius monachus apud ciuitatē aureliā claruit: Qui uir ſanctiſſimus uita & miraculis effulſit: habitumqꝫ quē pretendebat ſpecie: moribus explebat. Hic ab argentario monte a quo nomē ſortitus eſt ad apoſtolorū limina rome reuiſenda annis ſingulis uenire cōſueuerat: & ueniens ad quēdam ſubdiaconū quadrageſimum nomine: qui in montibus oues paſcebat: ſepius hoſpitalitatis gratia declinabat. Cum aūt ſemel hoſpitium huius quod nō longe erat ab eccleſia intraſſet: cuiuſdā paupcule mulieris maritus iuxta defunctus eſt. Quē cilicio ex more indutū: ſuperueniēte ſero ſepelire nequiuerūt. Cum ergo uidua mulier iuxta defuncti corpus nocte ſederet: & magnis fletibus & lamētis dolori ſatiſfaceret: nec a lamētis ceſſaret uir dei argentarius dolori illius cōpaſſus: aſſumpto quadrageſimo ad eccleſiam perrexit: ſeqꝫ in orationē dedit. Deinde ab altaris crepidine puluerē collegit: & cū ſocio ad defuncti corpus acceſſit. Et cum ibi ambo diutius oraſſent ipſe ſurrexit: benedictionē dedit: & reuelatam defuncti faciem: que ſudario opta fuerat: aſpiciente uxore ac mirāte: puluere quē detulerat fricauit. Qui dum fricaret: animam recepit: oſcitauit: oculos aperuit: ſeqꝫ eleuans reſedit: ac ſi de graui ſomno excitatus fuiſſet. Quod mulier cernēs cepit ex gaudio magis flere: ſed uir domini eam: ut taceret cōpeſcuit: mādās ut ſiquis eam quereret: qualiter hoc factū fuiſſet: diceret: quia dominus ieſus xp̄s hoc feciſſet. Et continuo ab hoſpitio exiit: quadrageſimum reliquit: & tēporalem honorem fugiens: in loco illo ultra non cōparuit. Hec gregorius. iii. dialog. cap. xvii.

¶ De ſcō Valentio preſbytero. Cap. CI.

VAlentius p̄ſbyter apud prouinciam ualerie floruit. Qui cum clericis ſuis dei laudibus boniſqꝫ operibus intentus: ſancte conuerſationis uitā duxit. Superueniente autem uocationis eius die defunctus eſt: atqꝫ ante eccleſiam ſepultus. Eidē uero eccleſie caule ouium inherebāt: atqꝫ idem locus in quo ſepultus eſt: ad eaſdē oues tendentibus iter erat. Quadam aūt nocte fur quidam uenit: & īgreſſus caulas ueruecē tulit & cōcitus exiuit. Sed dū pueniſſet ad locum ubi ſanctus uir iacebat repente heſit: & greſſum mouere nequiuit: ueruecē de collo depoſuit: eūqꝫ dimittere uoluit: ſed manu laxare nō potuit. Sicqꝫ cū preda ſua reus & ligatus ſtabat: nec ueruecē poterat dimittere: nec cum eo accepto exire. Factoqꝫ mane egreſſi ab eccleſia clerici hominem ueruecē tenentem inueniunt: & an animal auferre an offerre uelliſſet: dubitare ceperūt. Ille uero culpe reus citius indicauit penam. Mirati oēs quia uiri dei ibidē iacentis fuiſſet uirtute ligatus: ſe pro eo in orationem dederunt: ſuiſqꝫ precibus obtinuerunt: ut qui res eorum uenerat rapere: uel ſaltem uacuus poſſet exire. Hec ubi ſupra capitulo. xxii.

¶De abbate quodam sancto. Cap. CII.

ABbas quidam sanctus cuius nec nomẽ expressum iuenio claruit in mõasterio quodam beati petri apostoli. Quod situ est in monte prenestine ciuitati preminẽte. Qui monachum quendam nutriens usq; ad reuerendos p uexit mores. Quem cum uidisset in timore domini excreuisse: in eodem monasterio fecit illum in presbyterum ordinari. Cui post ordinationem suam: quia non lõge abesset eius exitus reuelatum est: iccirco ab abbate petiit: ut sibi sepulchrum pararet. Ille uero eidem predixit: q; ante eum se moriturum prenouerat: sed tamen eidem concessit: ut sicut uellet sepulchrum sibi pararet. Recessit igitur & preparauit. Sed post multos dies abbas febre preuentus ad extrema deuenit: atque presbytero suo iussit: ut in suo sepulchro se poneret. Cumque ille diceret: q; ipsum mox secuturus esset: & sepulchrum utrunq; capere non posset. Abbas respondit: q; secure faceret: ut dixerat: quia sepulchrum suum ambos capiebat. Defunctum itaque abbatem in sepulchro quod sibi presbyter parauerat posuerunt. Moxque & presbyterum langor corporis secutus est: & post modicum uitam finiuit. Cum autem ad sepulchrum quod sibi parauerat corpus eius esset delatum: eoq; aperto uiderunt astantes: locum non esse ubi poni potuisset: quia corpus abbatis omne illud sepulchrum teneret. Tunc unus ex fratribus abbati defuncto quasi improperare cepit: q; uerbũ eius quod predixerat deficeret: eo q; sepulchrum ambos non caperet. Ad cuius uocẽ subito cunctis uidentibus: abbatis corpus quod supinum iacebat: se uertit in latere: & uacantem locũ corpori presbyteri prebuit: & quia utroq; caperet: sicut uiuus promiserat: mortuus impleuit. Hec gregorius tertio dialogorum capitulo. xiii.

¶De sancto Acontio cõfessore. Cap. CIII.

AContius confessor apud urbem romã claruit: qui basilice principis apostolorum custos siue mansionarius fuit: uir magne humilitatis atq; grauitatis deo omnipotenti fideliter seruiens: & miraculorum signis effulgens. Nam cum quedam puella paralytica in ecclesia beati petri permanens: manibus reperet: & dissolutis rhenibus corpus per terram traheret: atq; ut sanari mereret: dudum a beato petro apostolo petiisset: nocte quadam eidem per uisionem astitit: eique iussit: ut iret ad acontium mansionarium ipsumq; rogaret: qui ipsi salutem restitueret: illa de tanta uisione certa: sed quis esset acontius ignorans: cepit se per ecclesie loca distrahere: & quis esset acontius inuestigare. Cui cũ ille factus esset obuiam: & iterrogatus se acontium esse dixisset. Illa eidem exposuit: qualiter beatus petrus apostolus illam ad ipsum miserat: ut ab infirmitate ipsam liberare deberet. Et ille continuo iussit: ut in nomine christi & mittentis surgeret: eiusque manum tenuit: eamq; sanam protinus erexit: ita ut solutionis illius signa nulla ulterius remanerent. Hic post alia sanctitatis opera uitamq; laudabilem rome in pace quieuit: & sepultus apud beati petri basilicam in uirtutibus uiuit. Hec ubi supra libro tertio capitulo. xxv.

¶De sancto Sanctulo presbytero. Cap. CIIII.

SAnctulus presbyter claruit in nursia prouincia tempore beati gregorii pape primi qui & sanctissime uite fuit: & miraculoꝝ gloria radiauit. Nam quodam tempore dum in partibus illis longobardi oliuas in prelo prementent: ut in oleum liquari debuissent: uir domini utrem uacuum ad prelum detulit: laborantes saluta uit: utrem protulit: & iubendo potius q̃ petendo cũ sibi impleri rogauit. Sed gentiles uiri: qui tota iam die frustra laborantes: oleum exprimere nullatenus potuerant: uerba illius moleste ferentes: eum iniuriis insectantur. Cum autem ille iterum ac iterum oleum instanter peteret: & illi ex oliuis oleum defluere non cernerent: adhuc accensi maioribus illum contumeliis detestabantur. Tunc sanctus uir cernens: q; ex prelo nullum oleum liquaret: aquam sibi allatam benedixit & in prelo iactauit: ex qua continuo tanta olei ubertas erupit: ut illi qui prius incassum laborauerãt non solum sua uasa omnia: sed utrem quem sanctus detulerat implerent. ¶Alio tempore cum fames ibidem maxima incumberet: & ecclesia beati laurentii martyris a longobardis incensa fuisset: uir domini eã restaurare cupiens plures artifices & operarios adhibuit: quibus & laborãtibus sumptus quotidianos prebebat: sed exigente famis necessitate panis defuit. Cumq; laborantes instanter uictum quererent: & ille anxius huc illucq; pergeret: ad clibanum deuenit: in quo uicine mulieres pridie panes coxerant: ibiq; icuruatus aspexit: ne forte panis aliquis a coquentibus remansisset. Cum repente panem inuenit mire magnitudinis & insoliti candoris: quem ipse quidem tulit: & ne forsitan alienus esset: per uicinas hunc mulieres detulit: ac ne cui earum remansisset inquisiuit. Omnes autem illum panem esse negauerũt: suosq; panes integro numero ex clibano habuisse testate sunt. Tũc ille lerus panem artificibus apportauit: & ad refectionem inuitatis deum benedicens apposuit. Ipsisq; plene saciatis plures ex eo q̃ panis fuerat fragmenta collegit: que die altera eisdem intulit: & iterum que superfuerant plura seruauit. Sicq; per dies. x. continuos operatores illi omnes ex uno pane saciati: hunc quotidie edebant: & ex eo quod edi posset in crastinum superabat. ¶Cum quidam diaconus a longobardis captus esset: eumq; occidere uellẽt: facto uespere sanctulus ad eos uenit: & ab eisdem petiit: ut eum relaxarent. Cũq; hoc illi omnino facere recusarent: petiit: ut uel mortẽ eius in crastinum differrẽt: ac sibi custodiendũ darẽt. Quod illi multis pulsati precibus cõcesserũt: ea conditione: ut si diaconus fugeret. Sanctulus pro eo mortem subiret. Cum autem nocte media longobardos omnes graui somno depressos conspiceret: diacono suasit: ut fugeret. Ille uero promissionis uiri sancti memor: se fugere nolle respondit: quia illum pro se mori nolle asseuerauit. Econtra quoq; sanctulus: ut fugiat: instititit: se uero in manu dei esse dixit: & q; in eum hostes non possent: nisi quantum ipse permiserit. Fugit igitur diaconus: & remansit fideiussor quasi deceptus. Cum ergo mane longobardi hoc comperissent. Sanctulum sponte accedentem ad occisionem adduxerunt. Sed quia ipsum bonum hominem reputabant: illum per cruciatus uarios occidere denegabant: sed optionem sibi cuius uellet necis proponebant. Qui se

in manu dei eſſe reſpondit:nullamq; mortem eligere uoluit:placuit ergo omnibus:ut capite truncaretur: ut ſine graui cruciatu perimeretur. Ad ſpectaculum iſtud omnes concurrunt:ex omnibus ſuis uirum fortiſſimum eligunt:de quo dubium non erat: quin caput eius uno ictu abſcidere debebat. Petiit uir domini:ut ſibi daretur paululum licentiam orandi. Sed cū diutius oraſſet:ſpiculator eum calce pcuſſit:& ut ſurgeret decollandus imperauit. Quo ſurgente & genu flexo collum tendente:dum ille enſem leuauit: & ſanctulus ſanctum ioānem uocauit. Carnifex igitur brachium pcuſſurus erexit:ſed nullatenus deponere potuit:& ſic erecto gladio brachium inflexibile remanſit. Concurrunt omnes longobardi: uident miraculū & ſtupent:& ut ſanctus uir exurgat iubēt:ſupplicātq; ut carnificem ligatum ſoluat. Qui nullatenus eū ſoluere uoluit niſi prius ille iuraret q; chriſtianū quemq; nunq; occideret. Emiſſoq; iuramento ſolutus eſt. Cū autem longobardi propter tanti ſtuporem miraculi eidem iumenta que diripuerant certatim offerrent:ille nihil horum ſuſcipere uoluit: ſed omnes captiuos quos habebant chriſtianos petiit:& quod petiit impetrauit. Et ſic omnes cum eo liberi dimiſſi ſunt: & dū unus pro uno ſe mori obtulit:omnes a morte liberauit. Sicq; poſt multa laudabilia facta domino in pace ſpiritum reddidit. Hec ubi ſupra capitulo.xxxvii.

De ſcō Redempto epō. Cap. CV.

Redemptus eps ferentine ciuitatis tempore bti gregorii pape primi claruit. De quo idē beatus doctor eodem dialogoꝝ libro .iii. cap.xxxviii. ſcribit q; uir fuit mire ſanctitatis:& ſibi nimia familiaritate coniunctus. Qui & ſpiritum propheticum habuit:& quedam futura ſibi adeo reuelata predixit. Cum enim aliquando pereciſſet ſuas ex more circuiret:peruenit ad eccleſiam ſancti zotici martyris:ſtratūq; iuxta eius ſepulchrū ſibi parari fecit atq; ibi poſt laborem quieuit. Cui nocte media nec dormienti nec plene uigilanti beatus martyr pdictus aſtitit:eidēq; tertio predixit: quia finis uēiret uniuerſe carni. Et ſic uiſio ab oculis eius euāuit. Mox quoq; terribilia ſigna in celo ſecuta ſunt: de qbus idē beatus gregorius in homel. mentionem facit. Deinde efera longobardoꝝ gens italiā intrauit:& perſecutiones duriſſimas in xp̄ianos exercens:oēs pene ciuitates depopulauit. In cuius medio tribulationis tempore. Redēptus eps ſanctitate cōſpicuus in chriſto quieuit.

De ſcō Specioſo monacho. Cap. CVI.

Specioſus monachus beati benedicti diſcipulus ſub eodē patre uita & ſanctitate refulſit. De quo gregorius.iiii. dial.cap.viiii. ſcribit: q; fratrē habuit germanum noīe gregoriū: qui ambo nobiles uiri & exterioribus ſtudiis eruditi multas pecunias in hoc mūdo poſſederāt ſed cūcta paupibus largiētes in caſſinēſi monaſterio p māſerūt. Dū aūt ſpecioſus pro utilitate cenobii iuxta capuanā urbē miſſus fuiſſet:die quadā frater eius gregorius cū fribus ad menſam ſedēs atq; cōueſcēs p ſpiritum ſublematus aſpexit:& uidit ſpecioſi germāi ſui aīam lōge a ſe poſiti:ab angelis in celū deferri. Quod mox fratribus īdicauit:& cucurrit. Iamq; eundē fratrem ſuum ſepultū repperit:quem tamē ea hora qua aīam eius uiderat exiſſe de corpore inuenit.

De ſcō Spe abbate. Cap. CVII.

Spes abbas conſtructor fuit monaſterii qđ dicit᷑ cāple qui.vi.miliario a uetuſta nurſie urbe diſiungit᷑. Qui dū ſanctitate uite poleret per.iiii.annoꝝ ſpatiū lumen oculoꝝ amiſit. Sed cū a deo flagello caſtigaret᷑ corporis: habebat p ſanctiſpiritus cu ſtodiā cōſolationē cordis. Poſt annos uero.xl.ei dominus miraculoſe lumē reſtituit: uicinū eius obitū denunciauit: atq; ut in monaſteriis circūquaq; cōſtructis:uerbū uite pdicaret:admonuit: quatenus corpis recepto lumīe uiſitatis ī circuitu fratribus cordis lumē apiret. Qui ſtarī iuſſis obtēperans fratrū cenobia circuiuit:& mandata uite:q; ab angelo didicerat pdicauit. Quintodecimo igit᷑ die ad monaſteriū ſuū pacta pdicatiōe reuerſus eſt. Ibiq; fratribus cōuocatis aſtās in medio ſacrm dominici corpis ſumpſit:moxq; cū eis pſallere cepit. Qui illis pſallentibus orationi itentus aīam reddidit. Oēs uero fratres qui aderant ex ore eius exiſſe columbam uiderunt: que mox aperto oratorii tectō egreſſa aſpiciētibus illis penetrauit celum. Hec gregorius.iiii.dial.cap.xi.

De ſcō Probo epiſcopo. Cap. CVIII.

Probus eps reatine ciuitatis fuit. Qui uita & ſanctitate atq; doctrina cōſpicuus non mediocriter effulſit. Appropinquāte uero uite eius termino cū grauiſſima depſſit egritudo. Cuius pater maximus noīe: circūquaq; medicos cōgregauit ſi forte eius lāgori ſubueniri poſſet. Qui cōueniētes ad tactū uene denunciauerūt eius exitū citius affuturū. Cū uero iam tps refectiōis icūberet: ſanctus eps de aſſiſtētium potius q̄ de ſua ſalute ſolicitus:eos cū ſene pre admonuit:ut ſe poſt laboré ex refectione repararēt. Omnibus igit᷑ abſcedētibus:unus tā tūmodo ei relictus eſt puer. Qui dū lecto iacētis aſſiſteret:ſubito aſpexit ītrantes ad uiꝝ dei quoſdā uiros ſtolis cādidis amictos:qui eūdem quoq; cādorē ueſtium uultuū ſuoꝝ luce uicebāt. Qua claritate pculſus puer cepit emiſſa uoce clamare. Qua uoce cōmotus eps intrantes aſpexit & cognouit:& ſtridentē pueꝝ cepit conſolari:dicens ne timeret: qa ſanctus iuuenalis & ſanctus eleutherius martyres ad ſe ueniſſent. Ille autem tāte uiſionis nouitatē nō ferens: curſu cōcito extra fores fugit:atq; eos quos uiderat patri ac medicis nūciauit. Illi uero ppere deſcēderunt: ſed egrū qué relinquerant defunctū inuenerunt:quia illi eum ſecum tulerant. Quoꝝ uiſionem puer ferre non potuit qui remanſerat. Hec ubi ſupra capitulo.xiii.

De ſcā Romula uirgine. Cap. CIX.

Romula uirgo apud urbem romam claruit:que cuiuſdam anus ſanctiſſime diſcipula fuit:& in quodam mōaſterio iuxta beate marie uirginis eccleſiam una cum quadam alia condiſcipula cum ea manſit. Hec tres in uno habitu ſanctimoniali commanentes:uitam quidem moribus diuitem:ſed rebus pauperem ducebant: inter quas tamē romula magnis meritis anteibat. Erat quippe mire patientie:ſumme obediētie: cuſtos oris ſui ad ſilentium: ſtudioſa ualde ad orationis uſum. Que tādem paralyſi percuſſa:multis annis in lectulo decubans:pene omnibus membris impos iacebat: nec tamen eius mentē ad impatiētiā flagella perduxerant. Et tanto ſolicitius ad orandum excreuerat: q̄to

aliud quodlibet agere non ualebat. Nocte igitur qua dam uocauit matrem redemptam: que mox conſur/gens: ad eam cū alia cōdiſcipula acceſſit. Et dū media nocte lectulo iacētis aſſiſteret: ſubito celitus lux emiſ ſa cellā impleuit: & ſplendor tante claritatis emicuit: ut corda aſſiſtētium pauore perſtringeret: atq; omne corpus illarū obrigeſceret. Ceperūt nāq; quaſi cuiuſ/dam magne multitudinis ingredientis ſonus audiri: hoſtium cellule cōcuti: ac ſi intrantium turba preme retur: & ingrediētium quidē multitudinē ſentiebāt: ſed nimietate timoris & luminis uidere nil poterant. Protinuſq; miri odoris fragrātia ſubſecuta eſt: ita ut quas lux terruerat: odoris refoueret ſuauitas. Cepitq; romula magiſtrā cōſolari: & blanda uoce predicere: quia tūc non eēt moritura. Poſt aliquod uero tempo/ris ſpatium paulatim lux eſt ſubtraſta: ſed is qui ſub/ſecutus eſt odor remāſit: cū quo & dies ſecūdus ac ter tius tranſiit: Nocte uero quarta iterū magiſtram uo/cauit: uiaticū petiit: & accepit. Et ecce ſubito in platea ante hoſtiū cellule duo chori pſallentium cōſtiterūt: & ſicut ſe dicebant ſexus ex uocibus diſcreuiſſe: pſal/modie cantus dicebant uiri: & femine reſpondebant: intra tales celeſtes exequias ſancta illa anima carne ſo luta eſt. Qua ad celum ducta: q̄to chori pſallentium altius aſcēdebant: tāto cepit pſalmodia lenius audiri: quouſq; & pſalmodie ſonitus & odoris ſuauitas elō/gata finiretur. Hec quarto dialogorum capitulo. xvi.

¶ De ſancta Tharſilla amita ſancti gregorii pape.
Cap. CX.

THarſilla ſancta beati gregorii pape magni amita fuit: de q̄ idē quo ſupra libro ca. 17. tradit: q; alias duas ſorores ſuas uirtute cō tinue orationis: grauitate uite: ſingularita te abſtinentie: ad culmen ſanctitatis excreuit. Huic p uiſionem felix ſecundus atauus prefati doctoris ro/mane eccleſie antiſtes & ſanctus apparuit: eāq; ad mā/ſionem perpetue claritatis oſtendit: & ipſam ad illā in uitauit. Que ſubſequenti mox febre correpta ad diē peruenit extremum. Cum autē multi ad eius obitū cōuenientes ipſius lectulum circūſtarent: ecce ille ſu/bito ſurſum reſpiciens: ieſum uenientē uidit: & circū/ſtantibus acclamare cepit: ut recederent: & locum ie/ſu uenienti darent. Cūq; in eū: quē uidebat: intēderet. ſancta illa aīa e corpe eſt egreſſa. Tanta aūt fragrantia miri odoris aſpſa ē: ut ipſa quoq; ſuauitas oſtēderet: illuc auctorē ſuauitatis uenīſſe. Cū autē eius corpus ad lauandum eſſet nudatum: lōge orationis uſu in cu bitis & genibus camelorū more inuenta eſt obdura/ta cutis excreuiſſe: & quod uiuens ſpiritus eius ſemp egerit: caro mortua teſtabatur.

¶ De ſcā Muſa uirgine.
Cap. CXI.

MVſa uirgo apud urbem romā claruit. De qua idem q ſupra libro. iiii. capitulo. xviii. ſcribit: q; quadam nocte ei per uiſionē ſcā dei genitrix apparuit: & cum eſſet puella parua: coeuas ei in albis ueſtibus puellas oſtēdit. Qui bus cū illa admiſceri appeteret: ſed ſe eis iūgere nō au deret: beate uirginis ē uoce reqſita: an uellet cū eis eē: atq; in eius obſequio uiuere. Et cum puella reſpondiſ ſet q; ſic: mandatum protinus accepit: ut nil ultra leue & puellare ageret: a riſu & iocis abſtineret: & q; inter eas: quas uiderat die. xxx. ueniret. Quibus uiſis in cunctis ſuis moribus puella/ immutata eſt: omnēq; a ſe leuitatē puellaris uite deterſit. Et dū parē tes eā immutatā miraręt: requiſita oīa uiſa narrauit. Sed poſt. xv. diem febre corripitur: die uero. xxx. ad exitum eidem appropinquanti: eadem dei genitrix cum puellis: quas uiderat: denuo reuelatur. Cui etiā eam uocanti: apta uoce ſe uenire reſpondit: atq; in ip/ſa locatione ſpiritum reddidit: & ex uirgineo corpore cum ſanctis habitatura uirginibus exiuit.

¶ De ſcīs duobus monachis mīribus.
Cap. CXII.

DVo monachi martyres: quorum noīa nō habent expreſſa: in prouincia ualerie paſſī ſunt: De quibus narrat gregorius. iiii. dial. cap. xxii. q; dum eſſent monachi in quodā monaſterio: quod per abbatē ualentioné regebatur: & in ipſo cenobio longobardi ſeuientes ueniſſent: du os prefatos monachos in ramis unius arboris ſuſpen derunt. Factoq; ueſpere: utrorūq; ſpiritus claris illic apertiſq; uocibus pſallere ceperunt: ita ut ipſi quoq; qui eos occiderant: cum uoces pſallentium audirent: nimium mirati terrerentur. Quas etiam uoces capti/ui omnes: qui illic aderant: audierunt: & eorum pſal/modie poſtmodum teſtes extiterunt.

¶ De ſancto ſurano martyre.
Cap CXIII.

SVranus abbas & martyr in ꝓuincia ſura/na paſſus eſt. De quo eodē libro cap. xxiii. habetur: q; dum eſſet pater cuiuſdam mo naſterii in eadē prouincia ſiti: captiuis ad/uenientibus atq; a longobardorum depredatione fu gientibus: cuncta que habebat largitus eſt. Cumq; ue ſtimēta ſua & fratrū & cellarium: & quicquid in hor to haberi potuit in elemoſynis cōſumpſiſſet: lōgobar di ſubito aduenerunt: & eum tenuerūt: ac aug; petere ceperunt. Quibus cum nil oīno ſe habere diceret: in monte uicino ab eis ductus eſt: in quo ſilua immen/ſe magnitudinis erat. Ibiq; captiuus quidam fugiens in caua arbore latitabat: ubi unus ex illis educto gla/dio ſuranū occidit. Cuius corpus dū in terrā caderet: mons: oīs ꝓtinus & ſilua cōcuſſa ē: ac ſi ferre nō poſſe pondus ſanctitatis eius diceret terra que tremuiſſet.

¶ De ſcō luſto diacono & mīe.
Cap. CXIIII.

AVſtus diaconus & martyr ī marſoꝝ ꝓuīcia paſſus eſt. De quo predicto li. cap. xxiiii. ſcribitur: q; uir uenerabilis & uite ſanctiſſī me fuit. Quē inuentū lōgobardi tenuerūt. quoꝝ unus gladio caput eius amputauit. Sed dū cor/pus eius in terrā caderet: ipſe qui hūc occiderat immū do ſpiritu arreptus: ad pedes martyris corruit: & q; amicū dei interfecerit inimico dei traditus oſtendit.

¶ De ſcō theophanio cōfeſſore.
Cap. CXV.

THeophanius confeſſor. Qué beatus grego rius de nimia ſanctitate cōmendat centū/cellenſis urbis comes fuit: miſericordie actibus deditus: bonis operibus intentus: hoſpitalitati precipue ſtudens. Exercendi autem co/mitatus curis occupatus agebat terrena & tempora/lia: ſed ut in fine claruit: magis ex debito q̄ ex intētio/ne. Nā cū appropinquāte mortis eius tēpore grauiſſī/ma aeris tempeſtas obſiſteret: ne ad ſepeliendum du/ci potuiſſet: eumq; uxor ſua ex hoc grauiter defleret: hortatus eſt illā ne ploraret: qa mox ut defunctus eēt: ſerenitas rediret. Cuius protinus uocē mors: & mor/

tem ſerenitas eſt ſecuta. Quod ſignū alia etiam ſunt ſigna comitata. Nam manus eius & pedes qui poda/gre humore tumentes uerſi in uulneribus fuerant: & profluēte ſanie patebant: dum corpus eius lauari de/buiſſet ſani inuenti ſunt: ac ſi nunq̄ uulneris aliqd ha/buiſſent. Sed dum die quarto poſt eius ſepulturam: iubente uxore marmor eidem ſuppoſitū mutare uel lent: tanta ex corpore eius fragrantia emanauit: ac ſi ex putreſcente carne pro uermibus aromata ferbuiſ/ſent. Hec gregorius. iiii. dialogo. cap. xxviii.

¶ De ſancto Antonio monacho. Cap. CXVI.

ANtonius monachus claruit rome in mo/naſterio beati gregorii pape. De quo idē doctor libro quo ſupra capitulo. xlix. di/cit: q̄ dum eſſet uita ſanctiſſimus quoti/dianis lachrymis ad gaudia patrie celeſtis anhelabat. Cumq̄ ſtudioſiſſime & cū magno feruore ſacra elo/quia meditaretur: non in eis uerba ſcientie: ſed fletū cōpunctionis inquirebat. Huic per nocturnam uiſio/nem dictum eſt. Paratus eſto: & quia dominus iuſſit migra. Cum autem ille non haberet ſumptus ad mi/grandum diceret. Reſponſum p̄inus audiuit: dicēs. Si de peccatis tuis agitur: dimiſſa ſunt. Quod dum ſe mel audiſſet & magno adhuc metu trepidaret: nocte quoq̄ alia in eiſdem uerbis eſt admonitus. Et poſt di es quinq̄ febre correptus fratribus cunctis flentibus & orantibus quieuit in pace. Ad cuius ſepulchrū mi/racula plurima oſtenſa ſunt.

¶ De ſcō Merolo monacho. Cap. CXVII.

MErolus monachus eiuſdem cenobii fuit: & eodē tempore claruit de quo ubi ſupra gregorius ſcribit: q̄ dum eſſet uehemēter lachrymis & elemoſynis intentus: pſalmo dia ex ore ſuo pene nullo tempore ceſſare conſueue/rat. Huic nocturna uiſione apparuit: quia ex albis flo ribus corona de celo in caput illius deſcendebat. Qui moleſtia mox corporis occupatus: cum magna ani/mi ſecuritate & hilaritate ſpiritum emiſit. Ad cuius ſepulchrum dum poſt annos. xiiii. petrus quidam ab bas ſibi ſepulturam facere uellet: tanta de ſepulchro meroli fragrantia ſuauitatis emanauit: ac ſi illic floꝝ omnium fuiſſent odoramenta congregata. Ex qua re manifeſte patuit: q̄ uerum fuerit: quod per noctur/nam uiſionem uidit. Hec gregorius ubi ſupra.

¶ De ſcō Aimone cantuarien. Cap. CXVIII.

AImon cātuarien̄. archidiaconus fuit. Qui uite abſtinētia & doctrine ſapientia pluri mū claruit. Hic ſermones elegātes de xp̄i natiuitate: & de pluribus ſanctoꝝ feſtiui/tatibus edidit. Sūmam copioſam de uitiis & uirtuti/bus ſcripſit: & alia plurima utilia opuſcula compila/uit. De hoc legit̄ q̄ dū nocte quadā legeret: & uigila/ret ad ſtudiū in craſtinum de incarnatione dominica diſputaturus: apparuit ei diabolus. Et cū leuaret ma/num dextram: ut ſe ſignaret: tenuit eam diabolus. Et cum uellet ſe ſignare ſiniſtra: tenuit eam ſimiliter: Et cum diceret: ego ſigno me in corde in nomine patris: & filii: & ſpiritu ſancti: diabolus dimiſit eū. Et cum quereret ad quod uenerat: reſpōdit diabolus: q̄ ad ī/pediendū eum: ne haberet quid eleganter diceret: de eo quod maxime timebat: q̄ totam uirtutem & po/tentiam demonum attriuerat: & confuderat: ſcilicet ī carnatio dei: per ea que deus geſſit in carne. Hic poſt laudabilia uirtutū inſignia quieuit in pace. Et ſepul/tus canturie miraculis copioſus & clarus effulget.

¶ De ſcō Petro tarantaſiēſi epō. Cap. CXIX.

PEtrus tarantaſienſis archiepiſcopus apud eandē urbem claruit circa annū domini. M. cxxxx. tēpore eugenii pape tertii. Qui ſanctitate uite conſpicuus: multis & mira bilibus ſignis radiauit. ¶ Cuius uirtutum fama dum ad ciuitatem lanſemiam perueniſſet. Tres uiri ibidē in carcere clauſi ante hoſtium carceris cuſtodibus lu/dentibus: cum ipſius nomen inuocaſſent: ſanctus uir continuo longe poſitus affuit: & illos ſolutos eduxit: ac ut ſe ſequerentur admonuit. Qui ab eis ſolis uiſus: nullis aliis apparuit. Et cum nulla alia eſſet opportu/nitas diuertendi: ſequentes illum deſuper tabulas ſu/per quibus cuſtodes ludebant: inter illos medios per tranſibant. Sicq̄ ab ipſis inuiſi cuſtodibus receſſerūt. Nec ante ab eis epiſcopus diſparuit: donec ad locum illos ſecurum perdixit: qui iuxta uotum emiſſum nō prius cibum guſtauerunt: donec ad ſui preſentiam li beratoris accederent. ¶ Hic ex deuotione ab henrico rege anglorum accerſitus: in uia miraculum nouum oſtendit. Erat enim filia cuiuſdam petri de fraxineto: que nequitia inuide ſocrus a malefica faſcinata langoꝝ rem deſperatum incurrerat: ita ut nec uiri preſentiā ſubſtinere poſſet. Hec a patre ut ſathanas ſathanam eiiceret: altari malefice tradita fuerat liberanda. Que ſuis quibuſdam premiſſis preſtigiis: morſuras duas in brachio ei fixit. Ad illo extunc langore primo con/ualuit: ſed alium grauiorem incurrit. Nam ex illo die ex morſura ſuperiori cum nimio puelle cruciatu: ſi/cut ipſa teſtabatur: ex corde acus prodeuntes uiſibili/ter exibant. Pluresque q̄ triginta acus per temporum interualla ide ſunt egreſſe. Hec a patre beato uiro ex/hibita: & ab eodem in ipſa morſura contacta egreſſis inde pluribus acubus ipſo preſente: extunc ab eadem fuit paſſione liberata. Sed recedente ſancto epiſcopo ex morſura inferiori: utpote quam ſanctus minime contigerat: ceperunt ſimili modo ſudes quaſi quer/cine prodire: ita q̄ per diuerſos dies quaſi. xvi. exiue/runt. Sed beatus petrus in ſuo regreſſu puellam om/nibus peccatis ſuis plene confeſſam & communicatā eadē morſura inferiori tetigit: eāq̄ omnino ſanatā di miſit. Qui poſtq̄ eccleſie ſue doctrina & exēplis iſigni ter p̄fuit: in pace quieuit. Ibidēq̄ ſepultus in miracu/lis ſtupēdis uiuit. Hec frater uincentius in ſpeculo.

¶ De ſancto Rhectitio epō. Cap. CXX.

RHectitius eduoꝝ. i. auguſtudunenſis ep̄s tempore conſtantini imperatoris celeber rime fame habitus eſt. Hic ſermōibus cla rus & uita laudabilis opuſcula quedam ſi dei perutilia digeſſit. Nam in gallia leguntur eius cō/mentarii in canticis canticorum. Extat & aliud gran/de eius uolumen aduerſus nouatianum. Et hic in pa/ce quieſcēs auguſtuduni tumulatus dormit. Hec hie ronymus de uiris illuſtribus libro.

¶ De ſcō Iuuenco preſbytero Cap. CXXI.

IVuencus preſbyter apud hiſpaniam cla/ruit. Hic ſanctus pollens operibus: quat/tuor euangelia hexametris uerſibus pene ad uerbū tranſferens quattuor libros cō/

posuit. Et non nulla eodem metro ad sacramento/rum ordinem pertinétia perfecit. Floruit autem sub constantino imperatore. Et apud hispanias confesso/ris nomine celebris habetur. Hec ubi supra.

¶ De sancto Apollinare epo. Cap. CXXII.

APollinaris laodicienſis syrie eps patre pro bo progenitus: grámaticis in adolescen/tia operam dedit: & postea sacris scriptu/ris insudans: innumera q̃si scribens uolu/mina sanctitate nõ ifimus: ut doctrine ipsius uita di/scors non fuerit: sub theodosio imperatore diẽ obiit. Extát eius aduersus porphyrium. xxx. libri: qui inter cetera operum eius uel maxime probantur apud lao diciam corpore quiescit. Hec ubi supra.

¶ De sancto Patiano epo. Cap. CXXIII.

PAtianus pyrenei iugis barcinone episco/pus castitate eloq̃ntia & tam uita q̃ sermo ne clarus scripsit uaria opuscula. De q̃bus est certus liber cõtra nouatianos. Hic sub theodosio seniore principe iam ultima senectute in christo quieuit. Hec hieronymus ubi supra.

¶ De sancto Theodoro epo. Cap. CXXIIII.

THeodorus tarsensis eps apud eandẽ sancti tate & doctrina claruit ciuitatẽ. Qui dum ant/ochie esset pbyter magis florere ce/pit. Scripsit enim plura ad fideliũ utilitatẽ Extant eius in apostolũ commẽtarii: & multa alia ad eusebium cesarien sem: cui contemporaneus extitit: eiusq̃ cũ sensum secutus sit: eloquentiã imitari non potuit pp ignorãtiã secularium litterarũ: hec ubi supra.

¶ De scõ Prisciliano epo & mre. Cap. CXXV.

PRiscilianus bapille eps & martyr multa ecclesie dei putilia digessit opuscula. Hic sub quodã maximiano tyráno q tpe theo dosii primi gallias occupauit: cũ latroci/niano quodã de quo supra actũ ẽ, p fidei defensiõe ad mortẽ q̃si cesus una cũ eodẽ latrociniano apud treue rim quiescit. Hec hieronymus de uiris illustribus.

¶ De scõ Gelasio episcopo. Cap. CXXVI.

GElasius cesaree palestine eps eugenio in di cti pontificatus sede successit. Qui uita & doctrina uirtutũ signis admodum eluxit Et non nulla diuina uolumina compila/uit. Qui etiam in christo quiescẽs apud ipsam ciuita/tem in corpore dormit. Hec ubi supra.

¶ De sancto Theotimo epo. Cap. CXXVII.

THeotimus cyrenorum eps insignis sancti tatis & sapiẽtie gloria refulsit. Qui cũ plu ra opera laudabilia edidisset. Inter cetera in moré dialogoꝝ & ueteris eloquẽtie bre ues cõmaticosq̃ tractatus cõscripsit. Et hic humanita tis debitum soluens apud eandem urbem in christo quiescit. Hec ubi supra hieronymus.

¶ De sancto Amphilaco epo. Cap. CXXVIII.

AMphilacus iconii eps claruit in ipsa ciuita te tẽpore theodosii senioris. Qui uir mo/ribus & scitate redimitus doctrina quoq̃ nõ infimus. Inter alia ad beatum hierony mũ scripsit librũ de spiritusancto q̃ sit deus: & q̃ sit omnipotẽs & adorãdus. Et alia fidẽ nostram fragran tia opuscula putilia digessit. Et apud eandẽ ciuitatem in pace humanitatis debitũ soluit. Hec ubi supra.

¶ De scõ luciano presbytero. Cap. CXXIX.

LVcianus presbyter uir sanctissimus & de/uotus apud hierosolymam claruit tẽpore honorii imperatoris. Hic dum uite absti nentia & pudicitie sanctimonia laudabilis apud deum polleret: & homines: tante gratie meri/tum obtinuit: ut eidem dominus corpora sanctorũ stephani protomartyris nicodemi gamalielis & abi/bon reuelaret. Et per huius relationem eadem glorio sa cadauera inuenta essent: ut dictum est supra in in/uentione dictorum sanctorum. iii. nõ. augusti. Hic autem beatus uir eandem reuelationem & eius histo riam ad omnium ecclesiarum personas: greco sermo ne descripsit. Quam adiutus presbyter homo hispa/nus postmodum in latinum conuertit. Post dictorũ autem sanctorum corpora inuentionẽ prefactus ue/nerandus presbyter sanctitate conspicuus: uirtutũq̃ operibus multipliciter pollens in pace q̃uit. Et apud basilicam baptisterii in qua minister fuerat sepultus iacet signisq̃ coruscat.

¶ De sanctis pluribus quorum sola nomina & dies festiui inueniuntur. Cap. CXXX.

PLures sancti ultra suprapositos existunt: de quorum uita uel gestis nihil penitus potui inuenire: nisi eorum solummodo nomina & dies festiuitatum: & nihil ul/tra: nisi de paucis: de quibus etiam loca in quibus pas/si sunt uel sine martyrio decesserunt: conscripta rep/peri: ex martylogio uidelicet hieronymi usuardi uel adonis. Et iccirco ut nihil eorum que de sanctis inue/uire potui omittatur in fine presenti operis. Hoc uni/co capitulo ea que de nominibus & diebus festis di/ctorum sanctorum: in predicto libello conscripta sunt recolligere curaui. Reseruata tamen tam mihi q̃ posteris potestatem eorum gesta & passionis scri/bendi distinctius: si ea quandoq̃ in futurum reperire contingat. Ad litteram tamen premissa ut inueni subiiciam. Et sic operi huic quantum ad presens fi/nem faciam.

1 Iustina uirgo & martyr passa est pridie calendas decembris.

2 Nicetius eps & confessor in ciuitate treueris quie/uit in christo nõ decembris.

3 Iulius & potamia martyres eodem die in ciuitate togara passi sunt.

4 Petrus: successus: bassinus: porphyrius & urba/nus martyres in aphrica passi sunt quinto idus decembris.

5 Eutychis cõfessor: cuius gesta habẽt ut dicit ado. Cuius festũ in hispaniis agitur. iidus decẽbris.

6 Hermogenes: donatus: & alii uigintiduo marty/res passi sunt pridie idus decembris.

7 Valericus abbas eodem die in pago uiniacensi quieuit.

8 Aubertus cameracensis eps: qui in domino quie/uit idibus decembris.

9 Drusus: zozymus: & theodorus: in ãtiochia passi sunt decimonono calen. ianuarii.

10 Maximinus cõfessor quieuit in christo in territo rio aurelianẽsi decimooctauo calẽdas ianuarii.

11 Valētinus:naualis:& agricola mr̄es rauenne passi sunt.17.cal.ianuarii.
12 Moyses martyr in aphrica passus est.15.calēdas ianuarii.
13 Gratianus episcopus & confessor eodem die turoni dormiuit.
14 Darius martyr in ciuitate nicea passus est.14.cal. ianuarii.
15 Gregorius episcopus antisiodori eodem die quiescuit.
16 Iulius martyr in ciuitate thracia gelduba passus ē .13.cal.ianuarii.
17 Liberatus confessor: & gregorius episcopus eodē die in amphitrea claruerunt.
18 Zepherinus ep̄s eodē die rome in xp̄o quieuit.
19 Ioannes & festus martyres in tuscia passi sunt.12. calen.ianuarii.
20 Demetrius:honoratus:& florus martyres in ciuitate ostia passi sunt.xi.cal.ianuarii.
21 Lucianus confessor in ciuitate tripoli quieuit.9.calen.ianuarii.
22 Eutychius p̄sbyter & domitianus diaconus apud ancyram galatie passi sunt.5.calen.ianua.
23 Ebrulphus confessor in pago oxymēsi quieuit.4. calen.dicti mensis ianuarii.
24 Hermes exorcista rethiarie urbi claruit pridie calen.ianuarii.
25 Eugendus abbas cuius uita: ut dicit ado uirtutibus & miraculis plena refulsit:in territorio lugdunensi claruit calen.ianuarii.
26 Isidorus episcopus apud antiochiam in christo quieuit.4.noū.ianuarii.
27 Hermes:aggeus:& caius martyres in ciuitate bononia passi sunt pridie noū.ianuarii.
28 Felix & ianuarius in ciuitate heraclea passi sunt.7. idus ianuarii.
29 Eugenianus martyr passus est.5.idus ianuarii in augustuduni ciuitate.
30 Timotheus confessor eodem die in grecia claruit.
31 Vitalis ep̄s:reuocatus & fortunatus diaconus apd̄ smyrnam.5.idus ianuarii passi sunt.
32 Petrus:seuerinus:& leontius martyres:quorum: ut ait ado:gesta habentur apud alexandriā passi sunt.3.idus ianuarii.
33 Lōgisius cōfessor: cuius festum igitur idibus iaī.
34 Euphrasius ep̄s & clerus diaconus.19.calē. februarii passi sunt.
35 Fuscus confessor in monasterio patrona claruit .17.calen.februarii.
36 Priscilla sancta eodem die rome quieuit.
37 Nedolfonsus ep̄s apud toletū uita & doctrina clarissimus in domino quieuit.x.cal.feb.
38 Marius abbas monasterii beluacensis: cuius uitā uirtutibus plenam:ut ait ado:uir illustris ac patricius dinamius scribit:cuius festum agitur.6. calen.februarii.
39 Adiutus mr̄ eodem die in aphica passus est.
40 Iouannes presbyter in monasterio rhemensi quieuit in christo.5.calen.februarii.
41 Valerius ep̄s & beati petri apostoli discipulus.4. calen.feb̄.treueri dormiuit in domino.
42 Flauianus mr̄ passus est.3.calen.februarii.
43 Aldegundis uirgo eodem die in malbedio monasterio quieuit in pace.
44 Saturninus:thyrsus:& uictor martyres alexādrie passi sunt pridie calen. februarii.
45 Policarpus & seuerianus ep̄i:quorum festum colitur calendis februarii.
46 Fortunatus:felicianus presbyteri:firmus & candidus martyres rome passi.4.nonas februarii.
47 Flosculus ep̄s eodem die aureliani quieuit.
48 Tigris & remedius ep̄i apud oppidum uapīgum passi sunt.3.noū februarii.
49 Lupicinus ep̄s:felix & celerinus eodem die lugduni passi sunt.
50 Auētinus ep̄s in ciuitate trechas pridie noū februarii dormiuit.
51 Antolianus martyr auernis passus est octauo idus februarii.
52 Saturninus:theophilus:& reuocata martyres eodē passi sunt die.
53 Dionysius:emilianus:& sebastianus martyres apd̄ armeniam minorem passi sunt sexto idus februarii.
54 Salomon martyr eodem die in ciuitate corduba passus est.
55 Paulus episcopus: lucas & cyriacus martyres ipso die rome passi sunt.
56 Amon & alexander martyres apud cyprum passi sunt.5.idus februarii.
57 Zoticus:ireneus:amantius & hiacyntus mr̄es rome passi sunt.4.idus februarii.
58 Desiderius ep̄s apud legendum quieuit in christo .3.idus feb̄.
59 Macarius: rufinus & iustus martyres passi sunt pridie idus feb̄.
60 Modestus & amoius infantes eodem die in alexādria martyrio coronantur.
61 Polyotus martyr:qui latine interpretat̄ multe auris in mylittana armenie idibus febr.passus ē.
62 Licinius ep̄s in ciuitate andegauen eodē die quieuit.
63 Stephanus episcopus & iulianus martyres eodem die lugduni passi sunt.
64 Vitalis presbyter:felicula & zeno martyres rome passi sunt.16.calē.martii.
65 Creator mr̄ cum uxore & uniuersa domo rome passi mr̄io coronantur.15.calen.martii.
66 Quinidius ep̄s in galliis ciuitate uasionense ipso die quieuit:cuius mortem in conspectu domini preciosam miracula crebra testantur.
67 Agapes uirgo in ciuitate iteranis eodem die in domino dormiuit.
68 Iulianus mr̄ & ep̄s cum aliis quinq; milibus apud egyptum passus est.14.calen.martii.
69 Donatus: & secundianus: & romulus cum aliis .86.apud urbem concordiam passi sunt.13.calendas martii.
70 Siluinus ep̄s taruenēsis ipso die in domino quieuit.
71 Rutulus:siluanus:& maximus martyres in aphrica.12.calen.martii martyrio coronantur.
72 Publius: iulianus & marcellus in eadem aphrica passi sunt.xi.calen.martii.

73 Potamius & nemesius in cypro insula passi sunt ,x.calen.martii.

74 Caius:uictor:& panthamia eodem die rome palmam percipiunt.

75 Verolus: secundinus: seruulus & alii uiginti in aphrica ciuitate adrumeto passi sunt nono calen.martii.

76 Sergius martyr in cesarea cappadocie passus est ,vi.calen.martii:cuius ut dicit ado gesta preclara habentur.

77 Fortunatus presbyter:& felix cum aliis.27.4.calen.martii passi sunt.

78 Baldomerus confessor uir dei quieuit in domino.3.calen.martii:cuius sepulchrū crebris miraculis illustratur.

79 Alexander:abundantius:& fortunio martyres ipso die passi sunt.

80 Macarius & rufinus:iustus & theophilus pridie cal.martii martyrio coronantur.

81 Hermes & hadrianus martyres in ciuitate massile passi sunt cal.martii.

82 Leo martyr eodem die passus est.

83 Lucius episcopus:absalon & largus martyrio coronati sunt.vi.noī martii.

84 Eusebius palatinus & alii nouem martyres tertio noū martii palmā percipiunt.

85 Iulianus episcopus in ciuitate toleto claruit pridie nonas martii:qui ut ait ado apud eiusdē loci īcolas famosissimus habetur.

86 Quadragintaduo martyres in persida passi sunt ,6.idus martii.

87 Gorgonius & firmus martyres eodem die palmam perceperunt.

88 Petrus martyr in aphrica passus est pridie idus martii.

89 Aphrodisius confessor eodem die quieuit.

90 Patricius episcopus auernis claruit.7.calē.aprilis.

91 Quintus:quintilus:quintilia & marcus cum aliis.9.martyres apud surrhentum passi sunt.14.calen.aprilis.

92 Leontius episcopus appolonii eodem die in christo dormiuit.

93 Paulus cyrillus & eugenius martyres cum aliis quattuor.xiii.calend.aprilis palmas martyrii perceperunt.

94 Lupicinus abbas in territorio lngduni quieuit in christo.xii.calē.aprilis cuius uita sanctitatis & miraculorum gloria insignis fuit.

95 Saturninus episcopus & alii nouem martyres in aphrica passi sunt undecimo calē.aprilis.

96 Romulus:& secundolus martyres in mauritania pro christo passi sunt.9.calen.aprilis.

97 Seleucus cōfessor ipsa die apud syriā quieuit.

98 Agapitus confessor eadē die in phrygia claruit.

99 Cyrinus martyr rome passus est.8.calen.aprilis.

100 Theodorus episcopus:ireneus diaconus: serapion:& amonius:lectores martyres apud pentapolim libye passi sunt septimo cal.aprilis.

101 Alexander martyr in pannonia triumphum obtinuit.6.calen.aprilis.

102 Castor & dorotheus martyres tarsi cilicie passi sunt.v.calen.aprilis.

103 Doninus & uictor martyres thessalonice martyrio coronantur.3.calē.aprilis.

104 Pastor ep̄s palatinus eodem die aureliani claruit.

105 Diodolus:anesius:felix: cornelia & ualeria: portus & abdas martyres in aphrica passi sunt.xi.calē.aprilis.

106 Venantius episcopus & martyr calen.aprilis palmam promeruit.

107 Victor presbyter:& stephanus martyres eodem die in egypto passi sunt.

108 Eugarius & benignus martyres coronas percipiunt:in scythia ciuitate thomis tertio nonas aprilis.

109 Pancratius confessor ipso die apud tauromeniū sicilie quieuit in christo.

110 Martiana nicanor:& appolonius martyres apud egyptum passi sunt nonis aprilis.

111 Amphianus confessor eodem die apud cesaream lycie claruit.

112 Timotheus & diogenes martyres in macedonia palmas perceperūt.8.idus aprilis.

113 Epiphanius episcopus:donatus presbyter: & alii quatuordecim apud aphricam passi sunt septimo idus aprilis.

114 Pleusius presbyter eodem die in alexādria in christo quieuit.

115 Apollonius presbyter:& alii.v.martyres apud alexandriam passi sunt.4.idus aprilis.

116 Domnus episcopus cum militibus.3.martyres in dalmatia ciuitate salona passi sūt tertio idus aprilis.

117 Thallacus presbyter & confessor eodem die in pace quieuit.

118 Constantinus episcopus oppido uapigo claret pridie idus aprilis.

119 Euphemia uirgo & martyr idibus aprilis coronā percepit.

120 Phronto abbas apud alexandriam claruit.18.cal. maii.Cuius uita ut dicit ado sanctitate & miraculis extitit glorioſa.

121 Proculus martyr:& donina uirgo cū sociis uirginibus ipso die iteranis passi sunt.

122 Petrus diaconus & hermogenes martyres apud aphricam passi sunt.xv.cal.maii.

123 Heleus presbyter: paulus: & isidorus monachi in ciuitate corduba eodem die martyrium perceperunt.

124 Prefectus presbyter & martyr in prefata ciuitate corduba passus est.14.calē.maii.

125 Hermogenes:caius:expeditus:aristonicus:rufus: galatas martyres una die coronati sunt ī armenia ciuitate mylittana scilicet.xiii.calen.maii.

126 Vincentius martyr eodem die in hispania ciuitate caucoliberi passus est.

127 Martianus confessor antisiodori quieuit.12.calen.maii.

128 Vildifrius episcopus & confessor claruit octauo calen.maii.

129 Euādius & hermogenes ciuitate syracusana martyrio coronantur.7.calen.maii

130 Caſtor & ſtephanus martyres tarſi cilicie paſſi ſũt quinto calen. maii.

131 Aphrodiſius: charilipus: agapitus: & euſebius martyres quarto calendas maii palmas percẽperunt.

132 Apollinaris martyr eodem die in pannonia paſſus eſt.

133 Saturninus & neopolus martyres .6. noñ maii in carcere quieuerunt.

134 Nicetius epiſcopus uienne claruit .3. nonas maii: q̃ fuit uir preclariſſimus & nobilis: ut ait ado.

135 Iouinianus lector & maryr antiſiodori eodem die coronam promeruit.

136 Heliodorus & uenuſtus cũ aliis ſeptuaginta q̃nq; in aphrica martyrio coronantur pridie noñ maii.

137 Iuuenalis martyr noñ mai paſſus eſt.

138 Stephanus & uictor atq; helladius epiſcopi apud egyptũ paſſi ſunt martyrium .8. idus maii.

139 Trecenti & decem martyres in perſide paſſi ſunt .7. idus maii.

140 Quartus & quĩtus martyres: rome uia latina ad cẽtunaulas palmas perceperũt ſexto idus maii.

141 Aquilinus & uictorianus martyres: quorum geſta habentur in ſyria prouincia paſſi ſunt .17. calen. iunii.

142 Iſidorus eps trechas eodem die quieuit.

143 Heraclius: paulus: & aquilinus cum aliis duobus martyres paſſi ſunt in ciuitate niueduno .16. calen. iulii.

144 Poliuctus: uictorius: & donatus martyres apud ceſaream cappadocie martyrium pertulerunt .12. calen. iunii.

145 Secundinus martyr eodem die cordube paſſus eſt.

146 Helena uirgo antiſiodori claruit undecimo calẽ. iunii.

147 Fauſtinus & timotheus ipſo die rome paſſi ſunt.

148 Epiticus & baſileus epiſcopi in hiſpaniis clarent .x. calen. iunii.

149 Innocentius martyr in portu romano paſſus eſt nono calen. iunii.

150 Zoilus: ſeruulus: felix: ſiluanus & diocles martyres apud hiſtoriam ipſo die triumphum obtinuerunt.

151 Paſcrates & ualentio martyres & alii duo ſimul coronati ſunt .8. calen. iunii.

152 Quadratus martyr .7. calẽ. iunii paſſus ẽ: in cuius ſolẽnitate ſancti auguſtini ſermones inueniuntur ad populum: ut dicit ado.

153 Feliciſſimus: eradius: & paulinus martyres tuderti tuſcie eodem die palmas percipiunt.

154 Ragnulphus martyr in pago attrebatenſi paſſus eſt .6. calen. iunii.

155 Libertus confeſſor eodem die apud anconam dormit.

156 Emilius: felix mulier: priamus: & lucianus martyres in ſardinia coronanť quinto calen. iunii.

157 Reſtitutus martyr rome uia aurelia .4. calẽ. iunii. paſſus eſt.

158 Septẽ germani eodẽ die uia tyburtina paſſi ſunt.

159 Gabinus & chriſtolus martyres turribus ſardinie palmas obtinent .3. cal. iunii.

160 Sycus & platinus in antiochia eodem die per multa tormenta paſſi ſunt.

161 Creſcentianus martyr turribus ſardinie pridie calen. iunii coronam percepit.

162 Capraſius abbas monaſterii lirimeñ. quieuit in chriſto calen. iunii.

163 Aretius & diaconus martyres rome paſſi ſunt pridie noñ iunii.

164 Amantius & alexander maryres in ciuitate niueduno martyrio coronantur octauo idus iunii.

165 Petrus preſbyter: eutychius: hieremias: & aliis tres cordube paſſi ſunt ſeptimo idus iunii.

166 Saluſtianus confeſſor apud ſardiniam ſexto idus iunii claruit.

167 Vincentius leuita & martyr in ciuitate agino paſſus eſt quinto idus iunii.

168 Zacharias martyr nicomedie paſſus eſt .4. idus iunii.

169 Cenſurius confeſſor & epiſcopus quieuit in domino antiſiodori die eodem.

170 Lucianus & creſcentianus martyres paſſi ſunt in aphrica idibus iunii.

171 Aurelianus epiſcopus & confeſſor lugduni dormiuit in domino .xvi. cal. iulii.

172 Ducẽti & ſexagintaduo martyres: rome paſſi poſiti ſunt uia ſalaria uetere ad cluuium cucumeris .xv. cal. iulii.

173 Vulmarus confeſſor admirande ſanctitatis & religionis uir ipſo die quieuit in pace.

174 Adiutus preſbyter & confeſſor eodem die aureliani dormiuit in chriſto.

175 Baddulphus abbas eodem die claruit.

176 Paulinus cyprianus: felix: & feliciana uirgines & martyres apud ciuitatem thomis mr̃io coronantur .xii. cal. iulii.

177 Rufinus & martia uirgo martyres paſſi ſunt in ſicilia ciuitate ſyracuſa undecimo calen. iulii.

178 Quiriacus & apollinaris martyres eodem die in aphrica palmam ſuſcipiunt.

179 Maxentius preſbyter & confeſſor in pago pictauenſi .6. cal. iulii claruit.

180 Perſeuerãda uirgo eodẽ die in domino requieuit.

181 Benedicta uirgo in territorio ſenonico quieuit in pace .3. calen. iulii.

182 Corſicus preſbyter & leo ſubdiaconus paſſi ſunt martyrium pridie cal. iulii.

183 Oſtianus eps & confeſſor in territorio uiuarieñ. eodem die in domino dormiuit.

184 Epachrius monachus & confeſſor in ciuitate engoliſma claruit cal. iulii.

185 Theodoricus preſbyter ipſo die in territorio rhemenſi feliciter quieuit.

186 Saluius confeſſor eodem die in portu ualentianas claruit.

187 Monegunda uirgo apud turoñ. obdormiuit in domino .vi. noñ. iulii.

188 Tryphon & alii ducenti mr̃es alexãdrie paſſi ſunt .v. noñ. iulii.

189 Eulogius & euphemia: achaicus & de metrius

mr̃es constantinopoli eodem die obtinuerunt triumphum.

190 Domitius martyr apud syriam passus est.3.noñ. iulii:qui ut ait ado:uirtutibus suis multa incolis beneficia prestat.

191 Stephanus presbyter:& leontius mr̃es rome passi sunt.v.idus iulii.

192 Iustus & amicus episcopi:in domino quieuerunt in ciuitate lugduñ.pridie idus iulii.

193 Phocatus episcopus ipso die in xp̃o dormiuit.

194 Eutropius:zozyma & bonosa sorores martyres: rome in portu passi sunt idibus iulii.

195 Philippus:zeno:narsis:& alii decem infantes eodẽ die alexandrie martyrio coronantur.

196 Emilianus confessor apud ciuitatem doroscorũ claruit.xv.cal.augusti.

197 Sabinus:maximus:iulianus: macrobius: cassius & paula:cum aliis decẽ passi sunt apud damascum decimotertio calen.augusti.

198 Paulus diaconus & martyr in ciuitate corduba eodem die martyrium sumpsit.

199 Iulia uirgo & martyr in ciuitate trechas passa est .xii.cal.augusti.

200 Primitiua uirgo rome quieuit decimo calen.augusti.

201 Octogita & tres milites passi sunt in ciuitate amiternina.9.cal.augusti.

202 Tiberius episcopus antisiodori quieuit.vi.calen. augusti.

203 Symeon monachus ipso die in sicilia claruit.

204 Peregrinus presbyter & confessor cuius beatitudinem miraculorũ gloria testatur quieuit lugduni quinto calen.augusti.

205 Vrsus episcopus antisiodori in christo dormiuit.3.calen.augusti.

206 Democritus secũdus & dionysius martyres in ciuitate summada possi sunt pridie calẽ.augusti.

207 Hermelus martyr constantinopoli passus est.3. nonas augusti.

208 Ephronius episcopus eodẽ die augustuduni quieuit.

209 Petrus & iulianus martyres cum aliis .18. rome passi sunt.7.idus augusti.

210 Faustinus martyr apud mediolanum ip̃o die passus est tempore aurelii commodi.

211 Agapes uirgo quieuit in pace sexto idus augusti.

212 Gandericus episcopus & confessor in ciuitate cameraco tertio idus augusti claruit.

213 Gratilianus & felicissima uirgo in urbe phalari passi sunt pridie idus augusti.

214 Macarius & iulianus eodem die in syria martyrio coronantur.

215 Demetrius confessor in aphrica.xix.calendas septembr.dormiuit.

216 Simplicianus episcopus quieuit in pace.xviii.cal. septembris.

217 Marinus confessor in territorio bituricensi claruit.14.calen.septembris.

218 Bonous: & maximianus martyres passi sunt.xii. calendas septembris quorum gesta ado dicit haberi.

219 Martialis:epictetus:saturninus:aprilis & felix: cũ quibusdam eorũ sociis in portu romano martyrium passi sunt.xi.calen.septembris.

220 Hippolitus: quiriacus & archelaus martyres in prefate urbis portu passi sunt decimo calendas septembris.

221 Mineruus & eleazarus cum filiis.xiii.martyres eodem die lugduni gallie triumphum obtinuerunt.

222 Fauianus ep̃s ipso die quieuit in pace.

223 Audoricus episcopus in ciuitate rothomageñ. claruit.9.calen.septembris.

224 Iulianus martyr & presbyter in prouincia syrie .8.cal.septẽ.passus est.

225 Eleutherius episcopus antisiodori dormiuit.vii. calen.septembris.

226 Marcellinus tribunus & uxor eius mãmea: & filius ipsius ioannes: & serapion clericus: & petrus milites in ciuitate thomis.6.calen.septẽb. martyrio coronantur.

227 Syaggeus episcopus eodẽ die augustuduni in pace dormiuit.

228 Viuianus ep̃s & confessor apud santonas claruit .5.calen.septembris.

229 Candida uirgo in pace quieuit.4.calẽdas septembris.

230 Niceas & paulus martyres in antiochia syrie eodem die passi sunt.

231 Basila sancta in syrmio ipso die dormiuit in domino.

232 Gaudentia uirgo rome claruit tertio calendas septembris.

233 Sixtus episcopus capuanus primus eiusdem urbis antistes apud ipsam ciuitatem uia aquaria dormiuit calẽ.septembris.

234 Victurius episcopus eodẽ die ceno manis qeuit.

235 Mansuetus episcopus in ciuitate tullo claruit tertio nonas septembris.

236 Tres pueri martyres scilicet rufinus: saluinus: & uitalicus:apud ancyram galatie passi sunt pridie noñ septembris.

237 Magnus:castus: & maximus martyres eodẽ die palmas percipiunt.

238 Herculanus martyr rome in portu passus est nonis septembris.

239 Quintus:archontius:& donatus martyres eodẽ die capue triumphum obtinuerunt.

240 Cotidus diaconus in cappadocia urbe reate claruit.8.idus septembris.

241 Amonius:theophilus:neotherius: & alii uiginduo martyres alexandrie passi sunt sexto idus septembris.

242 Timotheus & faustus ipso die antiochie coronas percipiunt.

243 Hiacynthus episcopus: alexander & tyburtius martyres in sabinis miliario ab urbe.30. passi sunt.5.idus septembris.

244 Patiens confessor lugduni deponitur tertio idus septembris.

245 Sacerdos episcopus lugduni gallie quieuit pridie idus septembris.

246 Lycorius eps turonis claruit idibus septēbris.
247 Aper episcopus & confessor in ciuitate tullo quie uit in christo.17.calē.octob.
248 Narcissus & crescēcius martyres rome passi sunt .15.calen.octobris.
249 Valerianus:macrius:& gordianus eodem die in ciuitate nuieduno martyrio coronantur.
250 Socrates & stephanus martyres ipso die in britā/nis palmas percipiunt.
251 Trophinus:& oceanus:atq; eustorgius episcopus passi sunt martyrium.14.calē.octobris.
252 Sequanus abbas & presbyter plurime iustitie uir in territorio lingonice ciuitatis quieuit in do/mino.13.calē.octobris.
253 Eustathius episcopus uir magnarum uirtutū eo/dem die turonis claruit.
254 Dionysius & priuatus martyres in phrygia passi sunt.12.calē.octobris.
255 Pamphilus martyr rome passus est undecimo ca len.octobris.
256 Laudon episcopus in territorio ciuitatis constan/tie claruit.10.calen.octobris.
257 Siluanus confessor ipso die in territorio biturice si quieuit.
258 Liberius eps rome dormiuit.9.calē.octobris.
259 Rusticus episcopus auernis quieuit in pace octa/uo calē.octobris.
260 Lupus episcopus & anachorita assumptus apud lugdunum claruit.7.calē.octobris.
261 Senator martyr in ciuitate albana passus est.6.ca/len.octobris.
262 Stacteus cōfessor rome quieuit.4.cal.octobris.
263 Salomon episcopus & cōfessor in ciuitate ianuis dormiuit in pace eodem die.
264 Eutychius episcopus:platus & heraclas marty/res passi sunt in thracia.3.cal.octobris.
265 Fraternus episcopus & confessor quieuit antisio/dori die eodem.
266 Areta martyr & alii quiq; & quattuor passi sunt rome calen.octobris.
267 Priscus:crescus:& euagrius martyres in ciuitate thomis ipso die coronas perceperunt.
268 Verissimus:maxima & iulia sorores apud prouī/ciam lusitanam in ciuitate helisa pomia eodē die martyrio triumpharunt.
269 Primus:quirilus:& secundarius martyres antio/chie passi sunt.6.noī octobris.
270 Candidus martyr rome aduersus pileatum pas/sus est.5.noī octobris.
271 Placidus:eutychius:& alii.30.martyres apud sici/liam passi sunt.3.noī octobris.
272 Apollinaris episcopus in galliis ciuitate ualentia eodem die quieuit:cuius uita uirtutibus insi/gnis fuit:& mors nihilominus signis & prodi giis decoratur:ut dicit ado.
273 Firmatus diaconus : & flauiana uirgo germani martyres eodē die antisiodori passi sunt.
274 Balbina uirgo rome quieuit in pace pridie noī octobris.
275 Marcellus presbyter : castus emilius : & saturni/nus martyres eodem die apud capuam passi sunt.
276 Petrus martyr in ciuitate hispali passus est octa/uo idus octobris.
277 Palatia sancta eodem die ancone quieuit.
278 Gislerius confessor quieuit in christo septimo idus octobris.
279 Melanus confessor rhedonis claruit quinto idus octobris.
280 Nicasius episcopus:& socii martyres in pago uil/casino ipso die passi sunt.
281 Canicius abbas eodem die in scotia quieuit.
282 Hedistius martyr apud rauennam uia laurenti/na passus.4.idus octobris.
283 Eustathius presbyter ipso die in syria in christo dormiuit.
284 Epion pbyter eodem die biturice claruit.
285 Vilstidus episcopus confessor eodem die quieuit in pace.
286 Venantius abbas quieuit turonis tertio idus octo bris.
287 Marcellus hadrianus & marcus eodem die mar/tyrio coronantur.
288 Saturninus & lupus martyres passi sunt pridie idus octobris.
289 Fortunatus martyr: rome uia aurelia passus est idibus octobris.
290 Luphilus & fortunatus martyres ipso die capue passi sunt.
291 Saturninus presbyter:& nereus cum aliis trecen/tis.lxv.passi sunt.17.cal.nouembris.
292 Florentinus episcopus ciuitate aurasica claruit: q multis clarus uirtutibus in pace quieuit.xvi.ca len.nouembris.
293 Victor episcopus:alexander & marianus marty/res ipso die passi sunt.
294 Alexander & uictor.xv.calen.nouembris marty/rio coronantur.
295 Beronicus & pelagia:& alii.xlix. in antiochia sy/rie passi sunt.xiiii.cal.nouembris.
296 Proculus & nicea mater eius ipso die in ciuitate puteoli martyrii palmam percipiunt.
297 Dasius:zoticus:& caius cum.xii.militibus apud nicomediā passi sunt.xii.cal.nouembris.
298 Seuerianus episcopus eodem die burdigallis qe/uit.
299 Philippus episcopus:eusebius & hermes marty/res apud andronopolim thracie passi sunt.xi. calē.nouembris.
300 Vitalis confessor quieuit in christo.9.calend.no/uembris.
301 Hilarius eps & confessor in ciuitate gauallis quie uit in pace.viii.cal.nouembris.
302 Amandus:lucianus & florus confessores quieue/runt in pace.vii.calē.nouembris.
303 Rusticus episcopus eodem die dormiuit in ciuita te nerbona.
304 Florentius martyr apud tile castrum passus est .vi.calen.nouembris.
305 Hiacynthus:quintus:felicianus & lucius marty/res in lucania prouincia passi sunt.4. calendas nouembris.

306 Ducenti & uiginti martyres apud aphricam paſſi ſunt.3.calen.nouembris.

307 Seuerinus monachus de tyburtina ciuitate quieuit in chriſto.cal.nouembris.

308 Amantius epiſcopus in galliis ciuitate rhedonis claruit pridie noñ.nouembris.Cuius uita ſanctitate & miraculis extitit glorioſa.

309 Proculus martyr ip̃o die auguſtuduni paſſus eſt.

310 Letus preſbr̃ aureliani quieuit noñ.nouembris.

311 Articus confeſſor in aphrica quieuit.viii.idus nouembris.

312 Vilebrordus epiſcopus in frixia deponit̃.vii.idus nouembris.

313 Victorius epiſcopus & cõfeſſor unduni quieuit .v.idus nouembris.

314 Demetrius epiſcopus:amatus diaconus:euſtothius & alii uiginti martyres antiochie paſſi ſunt.4.idus nouembris.

315 Monitor ep̃s eodem die aureliani quieuit.

316 Cunebertus ep̃s in ciuitate agrippineñ deponitur pridie idus nouembris.

317 Paternus martyr eodem die in territorio ſenonico paſſus eſt.

318 Leo cõfeſſor ĩ caſtello miliduno ip̃o die claruit.

319 Valentinus:ſolutor & uictor martyres rauenne paſſi ſunt idibus nouembris.

320 Mitrus martyr in prouincia ciuitate aquis eod̃ die paſſus eſt.

321 Clementinus:theodorus:& philomenus martyres apud thraciam ciuitate heraclea paſſi ſunt .xviii.cal.decembris.

322 Rufinus:marcus:ualerius:& honoratus martyres in aphrica triumphum precipitiunt.xvi. calen.decembris.

323 Maximus epiſcopus & martyr rome paſſus eſt preſecutione maximiani: & poſitus eſt ad ſanctum tyburtium.xiii.cal.decembris.

324 Simplicius ep̃s eod̃ die quieuit in pace.

325 Mãpelus & caius martyres apud ſiciliam in ciuitate meſana paſſi ſunt.xii.cal.decembris.

326 Taurinus:ſalutor:& auentor eodem die martyrio coronantur.

327 Pragmatius epiſcopus auguſtuduni claruit.x.calen.decembris.

328 Rhodon preſbyter & confeſſor quieuit in pace in pago aſpanio.9.cal.decembris.

329 Seuerinus monachus & ſolitarius eodem die pariſius deponitur.

330 Lucretia uirgo & martyr ciuitate emerita ipſo die paſſa eſt.

331 Feliciſſimus confeſſor apud peruſiũ claruit.viii. calen.decembris.

332 Eraſmus martyr antiochie paſſus eſt.vii.calend. decembris.

333 Amator epiſcopus auguſtuduni quieuit in domino.vi.cal.decembris.

Omnes & infiniti alii: quorum numerũ & nomina ſolius dei ſapientia nouit: regnauit in celis & cum Chriſto gaudent in eternum. Cuius regnum & imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum Amen.

Explicit liber undecimus.

¶ Incipit prologus libri duodecimi

DVodecimus liber & ultimus preſentis catalogi continet tabulam omnium & ſingulorum ſanctorum: quorum geſta & paſſiones:aut acta in hoc uolumine conſcripta ſunt. ad hoc ut uniquiq; legenti facile occurrat:quod querit.Circa quam tabulam & ipſius ordinem exponendum.vii.ſunt conſideranda.¶ Primum:quia nomina ſanctorũ ſeu feſtiuitatum poſita ſunt in hac tabula ſecundum ordinem alphabeti:uidelicet primo omnia nomina incipientia ab a.ſecundo a.b. tertio a.c.& ſic per ordinem uſq; in finem:ita tamen q; etiam in ipſis nominibus incipientibus ab aliqua litterarum erit idem ordo de ſecundis litteris & de tertia & de quartis:& de omnibus ſucceſſiue uſq; in finem nominis. Ita ut in nominibus q̃ incipiunt ab una littera primo ponantur nomina:in quibus ſecunde uel tertie littere ſunt priores iuxta ordinem alphabeti.Et ſic de omnibus litteris uſq; in finem.uerbi gratia.In nominibus incipientibus ab a.primo ponuntur nomina:in quibus poſt.a:ſequitur aliud.a.ſicut aaron.Deíde nomina in quibus poſt.a.ſequitur.b.Et primo ponuntur illa nomina:in quibus poſt.a.ſequunt̃.ba.ſi ſunt.uel duplex b.&.a.ut abbacuh:abbas. Deinde illa in quibus poſt a.ſequuntur.bc.ſi reperiuntur. Deinde illa in quibus poſt.a.ſeqũtur.bd.ut abdias:& ſic uſq; in finem nominis.Taliſq; ordo ſeruatur in omnibus nominibus ſingularum litterarum alphabeti:ſicut manifeſte apparebit legenti tabulam ipſam. Hoc tamen ſcito: q; omittuntur diphthongi:y.loco.i.ponitur: &.h.infra dictiones pro nihilo reputatur:ad faciliorem querentium inuentionem.¶ Secundo ſciendum eſt: q; nomina omnium ſanctorũ huius operis ſunt poſita in tabula particulariter ſingillatim & diſtincte. unde q̃uis in titulo capituli uel rubrica ſint plures ſancti inſimul coniuncti:ſicut multoties occurrit aliquid feſtũ plurimorum martyrum uel ſanctorum:quorum nomina ibidem ſunt nominatim expreſſa:ſuis tamẽ locis tabule poſita ſunt diuiſa & diſtincta ſecundũ litteras alphabeti.uerbi gratia.Sãcti martyres uerus & ſecurus qui ſimul uno capitulo comprehenduntur:nomina tamen illorum per ſe in tabula ponuntur.ſ.nomen ueri ſub littera.u. & nomen ſecuri ſub littera.s. Si uero nomina aliquor̃ ſanctorum non expreſſe in preſenti opere ſunt poſita:tunc ponẽtur in tabula cõiunctim ſub illa littera:que eis melius conueniat.ſ.uel ſub littera numeri:ſi numerus ſanctorum exprimat̃: uel ſub littera ſocietatis illius ſancti:cui ſunt copulati. uerbi gratia.Sancti triginta martyres ſine alicuius expreſſo nomine in uno capitulo ſunt coniuncti: in tabula ponuntur triginta martyres ſub littera.t. Itẽ ſancti martyres diodorus & marianus & ſocii in eadem legenda conſcribuntur:ideo in tabula ponitur diodorus ſub littera.d.& marianus ſub littera.m.ſocii uero quorum nec nomina:nec numerus expreſſa ſunt: ponuntur ſub littera.s.ſic:Socii diodori martyres:& ſic de aliis.¶ Tertio ſciendum eſt q; aliqui ſancti ſunt: q nec in rubrica ſiue titulo capituli:nec in principio legende nominatim:nec ſub nomine ſocietatis nominantur:qui tamen incidenter occurrunt infra legen/

